BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
8
1 D
19

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

DE MISCELLANEIS PRACTICIS CASVVM CONSCIENTIAE;

DIVISVS IN VARIA OPVSCVLA

IN QVO

Primò agitur de varijs Caſibus Conſcientię curioſis,& in multis, non Reperitur doctrina punctualis, licèt colligatur deciſio ex alijs principijs.

Secundò agitur de Obligatione Sacerdotis,quoad bonitatẽ,& ſcientiam, qui liber annis elapſis fuit à me compoſitus, ſed nunc continetur in hoc tractatu ſecundo,magis plenus caſibus pertinentibus ad talem materiam.

Tertiò agitur de Statu Vitæ Deligendo.

Quarta de Martyrio,& Fortitudine.

Quinto de Prouidentia Dei, & alijs virtutibus moralibus.

Sexto de Diluuio Vniuerſali.

Septimo de Incendio Sodomę, & Gomorræ.

Octauo de Edificatione Turris Babel, ac de confuſione linguarum, ac de Aſtromantia.

Nono de Miſcellaneis Theologicis, ac Philoſophicis.

AVCTORE

CAROLO DE BAVCIO SACERDOTE CAPVANO

In S.T. Doctore, & vno ex ſummis Pænitentiarijs in Eccleſia Neapolitana, & Miniſtri Generalis ſupremæ Vniuerſalis Sanctiſſimæ Inquiſitionis de Vrbe contra hæreticam prauitatem in hoc Regno Neapolitano, Sancti Officij Conſultore.

NEAPOLI, Ex Typographia Franciſci de Tomaſi. MDCLI.

Expenſis Petri Agnelli Porrini Bibliopolæ Neapolitani.

Digitized by Google

Digitized by Google

DEO OPTIMO MAXIMO DEIPARIQ; MARIAE VIRGINI

DIVO CAROLO, ET OMNIBVS SANCTIS

CAROLVS DE BAVCIO.

HOs labores, quos inſudaui in ſalutem animarum, ſoli Deo dedico, ac conſecro, & quamuis ſit exiguum donum, tamen Deus qui intuetur cor donantis, non deſpiciet, nã Dominus prius reſpexit ad Abel, & deindè ad munera eius: mercedem humanam non quæro ſed ſolum Deum cùm ipſe ſit merces magna nimis; ſequor D. Thomum qui aliud præmium non petijt à Domino propter ſcripta quæ pro ſalute animarum edidit in lucem, niſi ipſum Deum; precor Dominum, vt præteritorum peccatorum meorum obliuiſcatur ad vindictam, & in poſterum concedat mihi donum perſeuerandi, in bonis operibus, vt poſſim medijs Chriſti meritis adipiſci paradiſum iuxtà illud ſcripturæ qui perſeuerauerit vſq; in finem hic ſaluus erit.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Illu-

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO;
ET REVERENDISSIMO DOMINO
D. DIDACO
CAPICILATRO
SANCTIS^MI. DOMINI NOSTRI PAPAE
VTRIVSQ. SIGNATVRAE
referendario digniſſimo.

DIV cogitaui, cui dicare voluiſſem librum compoſitum à Domino Carolo de Baucio meis expenſis editum, & in mente reuoluit Dominatio tua Illuſtriſſima in qua omnia, quę in præſtantiſſimo patrono deſiderari ſolent, cumulatiſſimè reperiuntur, nam præter generis nobilitatem, maiorumq; tuorum ſtemmata præclariſſima, his es virtutibus ornatus, vt omnes qui te norunt ad te amandum etiã impellas, ſi de tuis, tuæq. Illuſtriſſimæ ſtirpis Encomijs longa oratione agere vellem præter rem facerem, ſi hoc loco longum de illis ſermonem ſuſciperem, cùm ea ita ſint Vrbi, & orbi perſpicua, vt mea omnis de eis ratio ſuperuacanea videri poſſet, Satis eſt tibi eſſe filium Illuſtriſſimi Domini Hectoris Capiciilatro Marchionis Torellæ ſupremi ordinis conſiliarii, qui non ſolum talenta ſuæ virtutis oſtendit cum fuit orator ad Regem Catholicum annis elapſis, ſed etiam mundo patefecit, quando edidit in lucem ſuam deciſiones. Satis eſt etiã tibi occioſorum eſſe Academiæ Neapolitanæ, in qua reſplenduit virtus tua, vt ſol inter tenebras, cum ſæpè ſæpius oſtendiſti perſpicaciam tui ingenii, tum quando reſpondiſti ad problemata, tum quando compoſuiſti Elogia. Accipe igitur Illuſtriſſime Domine hilari libētiq. animo munuſculũ hoc, tibi multis rationibus debitũ, & ſi exiguũ, magna tamen animi propēſione oblatũ. Vale, & Deũ optimum maximum tibi ſemper munificentiſsimũ precor.

Dominationis Veſtræ Illuſtriſſ. *Humillimus ſeruus* AD

Petrus Anellus Porrinus.

Digitized by Google

QVAERITVR I.

Quis habet dubium an ſit excommunicatus an teneatur ſe gerere, vt excommunicatum.

REſpondet *Sanchex in ſumma lib. 1. cap. 1. num. 56. cum D. Th. ab ipſo citat.* quod præmiſſa diligentia ſi adhuc quis manet dubius, an ſit excommunicatus non teneri ſe gerere, vt excommunicatum.

SED PETES I.

An hæc doctrina currat ſolum quando adeſt dubium facti: vel tantum iuris, dicitur dubium facti, quando certum eſt, quod lata eſt excommunicatio contra percuſſores clerici, Sed dubitatur num Clericum percuſſerit: dubium iuris vt ſi dubium excommunicationis conſurgat eo quod dubium ſit an iure ſit excommunicatio eum caſum amplectens.

REſpondetur ex *Sanchex loc. cit. nu. 55.* quod nec in dubio iuris, nec in dubio facti hunc cenſendum eſſe excommunicatum præmiſſa debita diligentia, & nequit de excommunicatione certus eſſe, nec tenetur procurare abſolutionem in vtroque foro ait idem *Sanchex idem tenet laiman, & alij DD. apud Dianam 4. par. tract. de conſcientia dubit. reſol. 35.* nempe, quod nec in dubio iuris, vel facti quis cenſendus eſt excommunicatus poſt debitam diligentiam.

Sed multi DD. teſte eodem *Diana loc. cit.* in dubio facti docent, quod quis cenſendus eſt excommunicatus.

PETES II.

An dubitans de alterius excommunicatione, & denunciatione teneatur illum vitare.

REſpondetur ex *Filiuccio to. 1. tract. 13. cap. 7. num. 129.* non teneri illum vitare quia faceret illi iniuriam. idem docet *Diana 4. p. tra. 3. de cõſciẽtia dubia reſo. 35.*

QVAERITVR II.

An aliquando excommunicatus poſſit recipere Sacramenta ſine peccato.

REſpondetur ex communi DD. ſententia teſte *Diana part. 5. tract. 9. reſol. 81.* quod ſi vrgens neceſſitas eſſet recipiendi Sacramenta ob vitandam grauem infamiam, ſiue ſcandalum ſiue damnum, vt periculum mortis, non peccare, ſi recipiat Sacramenta. Ratio eſſe poteſt, quia poteſt in hoc caſu contritus recipere Sacramenta, vel abſolutus ab alijs peccatis excepta excommunicatione reſeruata, ſi deeſt ſuperior eſt: docent DD. quos citat, & ſequitur *Suarez tom. 4. 3. part. diſp. 31. ſect. 3.* quia lex naturalis præualet legi Eccleſiaſticæ. Nam præceptam Eccleſiaſticam eſt, vt prius quis abſoluatur ab excommunicatione, & poſtea recipiat Sacramenta. euitatio ſcandali, conſeruatio famæ, & euitatio mortis eſt de iure naturæ ergo.

QVAERITVR III.

Quando ſummus Pontifex reuocat gratias factas viuæ vocis oraculo quid intelligatur

REſpondetur intelligi priuilegia conceſſa non in ſcripto, ſed oretenus, vt docet *Portel. in dubijs regul. verbo viuæ vocis oraculo fol. mihi 1136. & 1137. vbi addit cum DD. à ſe citat.* quod huiuſmodi priuilegia ſic conceſſa poſita in libro authentico tantam vim habent, ac ſi ſcripta bulla concederetur. Vnde ſi Papa ſubſequens reuocaret priuilegia conceſſa Religioni vel aliis perſonis, & non exprimat ſe reuocare etiam conceſſa viuæ vocis oraculo, iſta non reuocat, nec cenſendus eſt reuocare, *ita DD. cit. à Portel. loc. cit.*

QVAERITVR IV.

An Regulares qui habuerunt priuilegia abſoluendi à reſeruatis ab ordinario, vel à S. Pontifice ſint eis reuocata illa priuilegia ex conſtitutione Clem. 8.

REſpondetur ſatis certum eſt, reſeruatas cenſuras S. Pontifici extra Bullam Cęnę Domini poſſe à priuilegiatis abſolui, vt patet ex dicta conſtit. Clem. 8. vbi ſolum reuocat priuilegia abſoluendi caſus in Bulla Cęnę Domini contentos, ac quinque caſus extra bullam, nempe duellum ingreſſum ad malum finem intra ſepta monialium, violationem immunitatis Eccleſiaſticę, iniicientium manus violentas in Clericos iuxta Can. Si quis ſuadẽte diabolo, ſimoniæ realis ſcienter contractæ, atque etiam confidentiæ beneficialis, & denique reuocat priuilegia abſoluendi à reſeruatis ab ordinario, & infra ſubdit, ac declarat eos quidem Sacerdotes, tam ſeculares, quam regulares, qui aliquo ex priuilegiis indultis, & facultatibus in ſupradicto decreto expreſſis ſuffulti fuerint, poſſe iuxta eorum priuilegia, indul-

Digitized by Google

dulta, & facultates vſu ante idem decretum receptas, & quæ ſub aliis reuocationibus non comprehenduntur tantum, & non aliàs abſoluere à caſibus in præſenti declaratione non comprehenſis.

Quæ reuocatio, aiunt DD. teſte *Portel. in dubijs regular.* verbo confeſſor erga ſeculares fol. mihi 166. ſolum pro italia habet locũ. Extra vero italiam remanent non reuocata dicta priuilegia, vt patet ex dicta Conſtit. Clem. 8. his verbis ſacerdotibus tam Secularibus, quàm Regularibus per vniuerſam italiam extra vrbem degẽtibus

QVAERITVR V.

An ſartores poſſint a mercatoribus accipere partem pretij, puta quando eis cõmittitur, vt pannum, vel ſericum emant à mercatoribus.

RESpondetur ex *Filiuccio to. 2. tract. 35. c. 6. n. 149. homo bono in exam. eccleſ. p. 2. tract. 9. c. 4. q. 6. & ſalas quẽ citat. Diana p. 1. tract. de contr. reſol. 26.* nõ peccare ſi dicti ſartores fideliteragãt negotia eorũ pro quibus mercẽ illam emunt, re vera magni refert mercatoribus, vt ſartores potius ad ſuam officinam veniant, quam ad alias, nec pluris venditur pannum v.g. quam valeat, & alteri cuicunque traderetur.

QVAERITVR VI.

Quadam famina cõtraxit ſponſalia cum quodam viro, & licentiam conceſſit, vt poſſit iter facere per annum vel aliquod tempus notabile; interim dum expectas ſponſus ad finem contrahendi matrimonium, incidit in peccatum carnis, & fit concubina alterius viri, an poſſit nõ elapſo anno inire aliud matrimoniũ, nondum diſſolutis prioribus ſponſalibus.

REſpõdetur ſatis mihi certum eſt, teneri fœminam petere licentiam à viro cũ quo iniuit priora ſponſalia, vt cum alio poſſit contrahere matrimonium, vel vt ipſe ſecum contrahat.

SED

Tota difficultas, eſt quando dicta licentia, non poteſt peti à primo ſponſo, uel cum magna difficultate, & interim fæmina perſeuerat in peccato concubinatus, an ei poſſit conſuli, ut cum alio ineat matrimonium, non diſſolutis prioribus ſponſalibus ad finem, vt quam drimum reſurgat à peccato, & non perſeueret in illo malo ſtatu.

REſpondetur hunc caſum non inueniſſe apud auctores, ac proinde, ſaluo meliori, ac doctiori, iudicio, dico quod poteſt conſuli, huic fæminæ, vt cõtrahat matrimonium non diſſolutis prioribus ſponſalibus, ad hoc, vt poſſit bene conſulere animæ, ac ſuo honori, & ratio mihi eſt, honor Dei, ſalus propriæ animæ, ac propriùs honor debet præualere ſimplici promiſſioni factæ homini; & cùm res ſit notabiliter mutata, conſequenter ſi in mentem ſponſæ veniſſet non vtique ſe obligaſſet ad expectandũ ſponſum pro contrahendo matrimonio tali tempore, vt patet à ſimili in materia de voto, t docent omnes DD. teſte *Sanchex de matrim. lib. 1. diſp. 45. nu. 3.* ſed hæc res eſt notabiliter mutata, nam moraliter non poteſt alio modo conſuli animæ, ac proprio honori ſponſæ niſi medio matrimonio.

Quam ſententiam amplectitur *Sanchex cum DD. à ſe cit.* quando quis prius votum Religionis, aut caſtitatis emiſit, & deinde defloraruit Vitginem, vel rem habuit cum honeſta vidua, nempe poſse contrahi matrimonium à vouente non obſtante tali voto emiſso ſi altera ſponſa ignorauit votum eius qui fide data de matrimonio contrahendo, eum defloraruit, Vult etiam *Sanchex lib. 1. diſp. 49. n. 5.* quod tale votũ ſuſpenditur per matrimonium, ita vt ſoluto matrimonio, non poſſit tranſire ad ſecunda vota, vel ſi agnoſcat alium fæminam peccare contra votum caſtitatis ſi erat illud emiſſum ergo à fortiori dicendum eſt in caſu noſtro.

Confirmatur ex communiſſima DD. ſententia teſte *Sanchex de matrim. lib. 1. diſp. 55. num. 1.* ſponſalia etiam iuramento firmata diſſoluuntur per ſequentem fornicationem quia id iuramentum tacitam includit conditionem ideſt niſi aliter peccet in torũ; frangenti enim fides, fides ſeruanda non eſt, & licet iſta diſſolutio ſponſalium ſit in fauorem ſolius innocentis, quia fornicans, aſtrictus manet, innocens autem liber, nam delictum proprium non debet immunitatem præſtare fornicãti, & abſolutionem à contractu, vt communiter docent DD. *à Sanchez cit.* tamen probabiliter exiſtimari poteſt, quod vir facilè cedendus ſit talibus ſponſalibus, dum ſponſa fregit ei fidem, media fornicatione, quæ affert dedecus ſponſo ſi eam duceret in matrimoniũ. ſupradicta doctrina debet etiam currere ſi in ſponſalibus interceſsit iuramentum, quãdoquidem iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis, ac proinde non debet impedire executionem maioris boni, nempè contra-

tractum matrimonii, quod hic, & nunc vtilius, ac melius eſt nunc contrahi matrimonium, quàm expectare tempus promiſſum à ſponſa alteri viri ſponſo, cum perſeuerantia in peccato, vel periculo probabili peccati.

Fateor verò ſi caſus accideret Romæ, vbi facilis eſt aditus ad Summum Pontificem ad illum, eſt recurrẽdus pro diſpenſatione dictorum ſponſalium, nam Epiſcopus non poteſt in ſua Diœceſi diſpenſare in ſponſalibus, etiam interueniente iuſta cauſa, vt docui *cum Sanchez à me cit. in to.1.de Miſcellan.q.287 fol.mihi 166.*

QVAERITVR VII.

Ordinarius in ſua Eccleſia eligit pænitentiarius, vt poſſint abſoluere à reſeruatis, an poſſint dicti pænitentiarij committere nudum miniſterium alij inferiori ſacerdoti approbato, abſque ſpeciali facultate conceſſa ab Ordinario ipſis pænitentiarijs a ſe electis.

RESpondetur cum *Nauar. in ſumma cap. 27. num.*45. quod ſimplex, ac nudum miniſterium abſoluendi poteſt delegari, etiam à delegato Ordinarij, & à ſubdelegato delegati Papæ, quamuis non poſſint delegare ſuas iuriſdictiones, ratione quarum id eis competit, neque etiam (aliquem articulum) iuriſdictionalem, *per cap.ſuper quæſt.§. quem vero, & ſequ.* & ea quæ notat ibi, *Filin.nu.4. & 19. de offic.delegat.*

Sed ab Ordinario Neapolitano, hoc eſt expreſsè prohibitum dictis pænitentiarijs, vt non poſsint committere nudum miniſterium alij confeſſario, ex ſpeciali mandato Eminentiſsimi Cardinalis Philamarini Archiepiſcopi Neapolitani, licet quaſi ſi ſemper pro præterito in vſu fuerit dictis pænitentiariis, committere alij confeſſario nudum miniſterium.

QVAERITVR VIII.

An ſit licitum cuicunque perſona inuaſorem occidere, vt ſe defendat à morte, & in quocunque loco.?

RESpondetur ex communi opinione, *teſte Azor.3.part.lib.2. cap.1.§.* tertio quæritur, & quarto id eſſe licitum cuicunque, etiam clerico, & religioſo, quia hoc eſt ius naturale, ac proinde etiam in loco ſacro, aut tempore ſacro, quo miſſæ ſacrificium peragitur, aut ſacramenta adminiſtrantur, aut officia diuina fiunt, licitum eſſe ea omnia incæpta relinquere, quia ius ſe tuendi eſt naturale, & illa prædicta ſunt iuris poſitiui, aut diuini, aut Eccleſiaſtici, ita docet cõmunis opinio, *teſte Azor. l.cit.* quando aliter quis tueri non poteſt. Addo ego in ſupradictis caſibus, nec etiã incurri irregularitatem, nam irregularitas ex delicto ſupponit culpã mortalem, vt communiter docent DD. & ego alibi docui, ſed in hoc caſu deeſt culpa mortalis, ac proinde nec etiam irregularitas, vt docui cum *DD. à me cit.to.1. Miſcell. q.*214.

SED PETES I.

An ſit licitum hoc ius tuendi ſe contra inuaſorem, quicunque tandem ſit inuaſor.

RESpondetur ex *Azor. l.cit.* §. 6. quærit, & citat *Sylu.verb. bellum q.*4. eſſe licitum, v.g. filio contra patrem, vxor contra maritum, ſeruo contra Dominum, ſubdito contra Superiorem, diſcipulo contra magiſtrum, vaſſallo cõtra Regem, aut Principem, militi contra Ducem, aut Imperatorẽ belli, laico contra clericum, innocenti contra iudicem inuadentem contra iuſtitiam, quando aliter quis tueri ſe non poteſt.

PETES II.

Quid ſi inuaſor ſit Rex, vel Princeps, vel perſona alia communi Reipublicæ bono maxime vtilis, & inuaſus ſit vilis, aut vulgaris homo, an tunc licitum ſit inuaſorem occidere.

RESpondetur *ex Azor.loc.cit.§.7.* quæritur, quod ſunt duæ opiniones. prima docet non eſſe licitum, quia bonum commune præfertur priuato ſic Soto cit. ab Azor. alia opinio docet id eſſe licitum, quia quando bonum publicum eſt præferendum priuato, id tunc eſt quando eſt neceſſarium per ſe, & ex natura rei, non tamen quando eſt, ex malitia hominis, ſed in hoc caſu malitia eſt, & iniuſtitia inuaſoris, quod inuadat innocentem, ergo innocens inuaſus non tenetur ab occidendo inuaſorem Regem ſe abſtinere ſi aliter ſe tueri non poteſt: iſta ſecunda opinio docet Azor. quod eſt probabilis.

PETES III.

An in bello miles qui ſcit bellum eſſe iniuſtum ex parte Principis ſui, licite poſſit ſe tueri, & defendendo ſe occidere militem contrarij exercitus à quo inuaditur in ſingulari pugna ipſius bellici conflictus.

RESpondetur ex Soto quem citat, & ſequitur *Azor.loc.cit.§.* 5. quæritur lici-

Digitized by Google

tè poſſe occidere defendendo ſe;debet vero prius monere militem aggredientem, vt deſiſtat ab aggrediendo, quod ſi monitus nolit deſiſtere,tunc inuaſus habet ius ſe tuendi, & occidere aggredientem ſi alio modo non poteſt ſe tueri.

PETES IV.

Ad hoc, vt ſit licitum occidere vim in repellendo in uaſorem quidnam requiratur.

RESpondetur ex communiſſima DD.ſententia teſte *Azor.loc.cit.*§.2, *quæritur*, requiri vt occidatur inuaſor cum moderamine inculpatæ tutelæ; ad moderamen autem inculpatæ tutelæ requiritur.Primo vt inuaſor ſit iniuſtus,hoc eſt inuadat cõtra iuſtitiam. Secundo vt inuaſus non prius offendat, quam inuadatur. Tertio vt inuaſor tueatur ſe, & offendat inuaſorem in ipſo congreſſu, non autem poſt factum interuallum, hoc eſt non poſt congreſſum finitum,& perfectum. Quarto vt quando poteſt sè tueri non occidendo nõ occidat. Vnde nõ debet inuaſus maiori vi iniuriam repellere, quam ſit vis inuaſori. v.g.Si pugnis cæditur, non debet ſe armis ſe defendere, niſi pugni ſint tam magni,vt mortem poſſint inferre. Si inuaditur ab inermi non ſe defendat armis. Item ſi poteſt ſe tueri ſolum percutiendo non occidat:ſi baculo inuaditur, non ſe defendat enſe,niſi timeat ſe baculo interimendum, aut grauiter vulnerandum. Quinto debet inuaſus probabiliter exiſtimare ſe grauiter lædendum,vel occidendum ſi vim non repellat.*ita DD.apud Azor. loc.cit.*

PETES V.

An dum quis ſe defendit ab inuaſore licitè intendat per ſe occiſionem illius an ſolum debeat intendere defenſionem ſuam.

RESpondetur, quod in hac re ſunt duæ opiniones.Prima eſt aſſerẽtium,quod ſolum licitè poteſt intendere defenſionem ſuam.*ita Caiet. & alij apud Azor. loc. cit.* §. 10.quæritur. Secunda opinio eſt aſſerẽtium, quod poteſt licitè intendere per ſe mortem inuaſoris,quando alio modo ſe tueri non poteſt. *Sic Soto, Richardus, & Cordub.cit.ab Azor.loc.cit.*

PETES VI.

An proſcriptus, ſeu bannitus ſtante ſtatuto, quod poſſit à quocunque occidi,ius habeat ſe defendendi, etiam cùm morte inuaſoris ſine peccato.

RESpondetur, quod in hac re ſunt duæ opiniones probabiles,ac communes, teſte *Azor.loc.cit.*§.11. quæritur. Prima docet, quod bannitus ius amiſit ſe defendendi, & iniuſtè non eſt inuaſus. Ergo peccat ſi occidit inuadentem, ſe defendẽdo. Secunda opinio docet non peccare ſi occidit bannitus inuadentem ſi alio modo ſe tueri non poteſt, quia ſtatutum non tollit ius naturale, quod eſt defenſio.

PETES VII.

An ſit licitum præuenire eum qui uult inuadere, & præueniendo occidere,antequam inuadat.

RESpondetur in hoc negotio duas eſſe opiniones. Prima eſt aſſerentium id non eſſe licitum ita *Sotus Nauarr.* cum communi opinione teſte *Azor. loc. cit.* §. 12. *quæritur*. Secunda opinio eſt aſſerentium id eſſe licitum ſic *Gloſſa*,& alij quos citat *Couarrunias cit.ab Azor. l.cit.*

Sed *Azor.*Sic dicit,ſi neceſſarium eſt,præuenire, quia aliter vita propia defendi non poteſt,niſi præueniendo, tunc licitum eſt præuenire quia eſt medium neceſſarium ad defenſionem vitæ v.g. Si vxor ſciat,ſe in lecto occidendam à ſuo viro ad id parato, & fugere non poſſit, nec vociferari, nec aliter ſe tueri tunc licitum erit ei virum occidere præueniendo. Item ſi quis ab alio in domo aliqua obſideatur; & videat certò ſe aliter non euaſurum, niſi præueniat, licebit eum præueniendo occidere.

Addit præterea *Azor. loc.cit.* §. 12. *quæritur cum DD. à ſe cit.* quod ſi præuentio non eſt ita neceſſaria ad propriæ vitæ defenſionem, quia antequam inuadatur quis, licet per tempus euadere,tunc non eſt licitum præuenire.

Digitized by Google

PETES VIII.

An poſt acceptam iniuriam, aut finitum congreſſum v. g. vulnerauit quis alium, & iam ceſſat à uulnerando, & fugiendo diſcedit, licitum ſit percuſſo illum inſequi, & uulnerare, ut iniuriam quam accepit repellat.

Reſpondetur, quod duę ſunt opiniones. Prima eſt aſſerentium id eſſe licitum, quod eſt tueri honorem ſuum. *Ita Nauarr. cap.15. num.4.* vbi ſic ait quando affectus iniuria vulneris, aut alapæ &c, magnum ſui honoris iacturam faceret ſi fugientem non perſequeretur tũc talis poſſet eum perſequi, & percutere tantum, quãtum ad ſui honoris defenſionem opus eſſet, & etiam eſſet licitum occidere ſi ad defenſionem ſui honoris eſſet opus, vt affirmat idem *Nauarr. loc. cit.* quæ opinio in praxi eſt ſatis difficilis, qui ſæpe ſæpius non fit cauſa defenſionis, ſed cauſa vindictæ, quæ non eſt licita priuato homini, ſed tantum Reipublicæ, vel principi. Secunda opinio eſt Soti, quem citat, & ſequitur *Azor. loc.cit.* vbi ait id non eſſe licitum, quia hoc non eſt ſe tueri, ſed iniuriam acceptam vendicare, & vindicta iudicis opera exercenda eſt.

Plures caſus circa defenſionem bonorum; pudicitiæ, propii honoris &c. docui in tract. de caſibus ſingularis col.325. & quis tenetur fugere, ne inuadatur &c. quæ breuitatis cauſa omicto. Sed non deſinam ponere aliud dubium pro quo.

PETES IX.

An ſi inuaſor percutiat v. g. alapa. vel fuſte, vel uerberet hominẽ alicuius nota, & honoris, itaut ignominioſum ſit illi, licitum ſit occidere inuaſorem ne alapa uel fuſte, uel uerbere lædat.

Reſpondetur in hac quæſtione duas eſſe opiniones. Prima eſt aſſerentium non licere occidere. Secunda opinio eſt aſſerentium, id eſſe licitum, nimirum quãdo alapa, vel verbere, vel fuſte percuti, eſſet valde homini percuſſo dedecoroſum. *Ita Sotus, Couarr. Nau. quos citat,* & ſequitur *Azor. loc. cit.* §.16. quæritur. Hoc intelligitur quando alio modo ſuum honorem defendere non poteſt. Sed vt dixi, in praxi eſt ſatis difficile ne animo vindictæ id fiat, quæ non eſt licita priuato homini.

PETES X.

An ſi inuaſor ſolum lædat uerbis contumelioſis, & conuitijs v. g. dicendo tu mentiris licitum ſit occidere, ubi hoc uerbum mentiris eſt ualde ignominioſum.

Reſpondet *Azor. loc. cit.* §.17. quæritur non eſſe licitum, quando huiuſmodi contumeliæ, aliter repelli poſſunt, & ſolent apud homines.

QVAERITVR VIII.

An ſit peccatum ſi vir cognoſcat vxorem tempore menſtruorum,

Reſpondetur ex DD. quos citat *Azor. 3. par. lib.3. cap.3.* §.13. quæritur eſſe ſolum peccatum veniale ſi ſine cauſa id fiat, quidquid dicunt alij in oppoſitum, qui docent eſſe peccatum mortale.

SED PETES I.

An ſit peccatum ſi quis accedat ad vxorem prægnantem.

Reſpondetur ex communi DD. ſententia, *teſte Azor. loc. cit.* §. 14. quæritur eſſe tantum peccatum veniale ſi ſine cauſa rationabili petatur debitum ſecluſo periculo abortus, quod periculum regulariter non adeſt.

PETES II.

An vir reddendo, vel petendo debitum ab vxore adultera peccet?

Reſpondetur ex communi DD. ſententia *teſte Azor. loc. cit.* §. 18. quæritur, quod quando adulterium eſt notum, & publicum in populo, vel loco, vel vicinia, & ſcandalum in alijs eſſet, quo crederetur coniux patronus eſſe adulterij in cõiuge, tunc peccatum eſſet in viro, ſi vxorem ſit adulteram retineret reddendo, aut petendo debitum.

Docet *Azor. loc. cit.* quod quando coniux inno-

Digitized by Google

innocens periculum incurrit incontinentiæ, tunc licitum eſt petere, & reddere, etiam quando adulterium eſſet notum multis aliis. Quod mihi intelligendum eſt ſecluſo ſcandalo, aliàs ſecreto debet rem habere cum ſua coniuge adultera, ne videatur aliis eſſe patronus adulterii.

PETES III.

An vir licitè poſſit abeſſe à ſua vxore abſque licentia eius, quando tempus abſentiæ eſt notabile.

Reſpondetur *ex loco Nouar. cap. 16. num. 32. & Azor. loc. cit.* §. 19. quæritur poſſe, quando adeſt iuſta cauſa nimirum ob bonum publicum Patriæ, Regis, vel Principis, ob militiam ob negotia ſibi, vel familiæ ſuæ neceſſaria, ſed ego quantum ad militiam non admitto, niſi ſit vocatus à Principe, dummodo vxor non incurrat periculum peccati adulterii puta ſi eſſet ſola.

QVAERITVR X.

Quidam ſacerdos in quadam parte Italiæ commorans non geſtat, neque coronam clericalem, neque habitum talarem, neque manicas veſtis more ſacerdotis, ſed diaphonas, ſeù tranſparentes inter album, & nigrum, vt eſt in vſu inter non honeſtos laicos, & tibialia geſtat indecentis coloris, & præcipuè caput eius eſt, ita ornatum, ac concinnum capillis, vt nec etiam laici honeſti audent, ita ornatum geſtare, ac proinde cùm hæc non ſint in vſu non ſolum inter ſacerdotes, ſed nec etiam inter honeſtos laicos, an poſſit aliqua ex cauſa excuſari à lethali culpa.

Reſpondetur ſatis mihi certum eſt huiuſmodi ſacerdotem ratione cõmunis ſcandali peccare mortaliter, neque poſſe excuſari à lethali culpa, & ratio mihi eſt, quia in *cap. 3. & 4. de vita, & honeſtate clericorum*, prohibetur clericis Coma, & communiter à DD. non excuſatur ſacerdos à culpa mortali, qui non geſtat coronam clericalem, *ita Nauarr. in ſumma cap. 25. num. 110. & 111.* Et præcipuè loquitur de eo, qui non geſtat habitum clericalem, *Vaſq. 3. par. diſp. 250. cap. 3. nu. 21. & 22. Bonacin. de ſacram. diſp. 8. 9. vnica punt. vltim. num. 3. Barboſa de poteſtat. Epiſcop. allegat. 9. n. 11.* immò multi DD. *teſte Marchino de ordine part. 1. tractat. 2. cap. 6.* docent quod clerici in minoribus, & beneficio carentibus peccãt mortaliter ſi per longum tempus coronam clericalem non geſtant.

Neque dicas hoc eſſe in vſu in Curia Romana; nam in primis hoc non eſt verum, & dato, & non conceſſo, quod hoc ſit verum, ſaltem vbi non eſt talis vſus non excuſatur ſacerdos à peccato mortali. Addo quod ſi alicubi ſit talis vſus, potius dicendus eſt abuſus, & extirpandus.

SED

Difficultas eſt apud confeſſarium, an poſſit diſsimulare excipiẽdo confeſsionem ſupradicti ſacerdotis, ſi non ſperat ex monitione emendam, & alioquin pænitens eſt in bona fide, & laborat ignorantia inuincibili.

Reſpondetur *cum Sanchez de matrim. lib. 2. diſp. 38. num. 15. cum Henriquez lib. 6. de pænit. cap. 27. num. 4.* quod quando ex ignorantia inuincibili pænitentis timetur malum boni communis, tunc tenetur confeſſarius admonere, quamuis fructus non ſperetur, quia præferendum eſt bonum commune priuato: ſed in caſu noſtro offenditur bonum commune tum ex parte pænitentis, tum ex parte confeſſarii, nam dum vident fideles talem ſacerdotem celebrare ſcandalum ſumunt non ſolum de ſacerdote, ſed etiam de cõfeſſario qui eius confeſsionem excepit.

QVAERITVR XI.

Quidam debitor ſoluit creditori medio bancho aliquam quantitatem nummorum ſibi debitam. hoc modo fecit apocham, & fecit eam notare in eadem fide crediti, vt poſſit creditor abſque fide crediti accipere nummos à banco quando vult. accidit caſus, quod creditor non accepit nummos à banco, nec contentos in apocha fecit notare ſuo nomine in libro maiori dicti banci, interim periit banchum cui periit pecunia debitori, an creditori? ratio dubitandi eſt, quia debitor fecit, quod potuit, ex alia verò parte creditor non recipit pecuniam.

Reſpondetur perire debitori, non creditori, & ratio mihi eſt, quia pecunia debita creditori non eſt, nec fuit actu, neque potentia, ſeù fictione iuris in Dominio creditoris, ergo debet perire debitori, non creditori.

Ant. Probatur, non Dominium *teſte Bartolo l. ſi quis vi, §. differentia, ff. de acquirenda* poſſeſ-

poſſeſſione eſt ius de re corporali perfectè diſponendi, niſi lex obſiſtat, vel conuentio prohibeat: ſed creditor qui reſtituit chirographum tantum notatum in fide crediti, & non in facie libri maioris ſuo nomine notatum, non habet perfectum dominium diſponendi de pecunia, nam ſi amitteret chirographum vtique à bancho non ſolueretur pecunia, eo quod pecunia non eſt notata ſuo nomine in libro maiori dicti banci, ac proinde patet, quod neque actu, neque potentia, ſeù fictione iuris pecunia eſt in dominio creditoris, ſed tantum eius dominium dependet ab apocha, qua amiſſa non habet amplius ius petendi pecuniam à bancho.

Præterea ſolo animo, & voluntate non poteſt quis rei dominiũ acquirere, niſi poſſeſsionem, antea acquirat, & apprehẽdat, vt certum eſt apud DD. & aduertit *Azor. tom.3. lib.7. cap.15.* ſed in caſu noſtro creditor, neque poſſedit, neque apprehendit pecuniam ſibi debitam ergo.

Sed aduerſus me inſurgit *Sanfelicius tom.2. deciſion. deciſ.157. num.8.* vbi docet quod data cedula, poſſeſsio, & dominium in recipientem translatum eſt, licèt pecunia adhuc non ſit à bancho, ſeù menſa argentaria amota. *Citat l. pecuniam iniuncta gloſ. in verb. mea ff. de ſolut.*

Idem docet *Rouit. deciſ.* 88. *num.6.* nempè quod cedula banchiaria conſignata parti habet vim veræ realis, & effectualis ſolutionis, quando pecunia in cedula contenta reperitur explicita in bancho, ita vt ſi tunc fuiſſet bancho præſentata non potuiſſet denegari ſolutio à miniſtris banci. *ita Gratianus, & alij cit. ab eodem Rouito.* cui ſententiæ me ſubſcribo.

QVAERITVR XII.

An ſuperior regularis iniuſtè ſuum ſubditum detinens in carcere, incurrat excommunicationem canonis ſi quis ſuadente, &c.

Reſpondetur ex *Portel. in dubiis Regular. fol. mihi 626. num.12.* quod Prælatus Regularis temere abſq; cognitione cauſæ verberat ſuum ſubditum, vel tali verberatione rigoroſa, quæ excedat nimis proportionem culpæ, incurrit excommunicationem cum ſi can. ſuadente diabolo colligitur ex cap. vniuerſitatis de ſentent. excomm. quia Prælatus non exercet correptionem regularem, vel iuridicam, vel paternam, ſed actionem violentam: ſed retinere clericum carceratum iniuſtè, fit violentia clerico, vt omnes DD. fatentur *teſte eodem Portell. fol. 622. num.1. in fine* idem docet *Caiet. in ſumma verb. excom. cap.20.* ergo incurrit excõmunicationem can. ſuperior regularis ſi iniuſtè detinet in carcere ſuum ſubditum.

Confirmatur *ex Genuenſi in praxi Epiſcopali cap.27. vbi cit.* quod Epiſcopus iniuſtè carcerans clericum eſt excommunicatus, vt colligitur *ex cap. ſi clericos de ſent. excommun. in 6.* idem docet cum communi DD. ſententia, *Iulius Clarus in* §. *finali ſua practicæ criminalis* §. *numquid clericus vbi ait*, quod de iure antequam clericus detineatur, debet conſtare Iudici de delicto, pro quo talis clericus eſt detinendus in carcere, & quod ſit fugitiuus aliàs incidit in excommunicationem.

QVAERITVR XIII.

An poſſit Epiſcopus diſpenſare aliquando in voto caſtitatis, vel religionis.

Reſpondetur ex communiſsima DD. ſententia, *teſte Sanchez de matrimon. lib.8. diſput.9. num.22. affirmatiuè.* quidquid dicunt alii DD. in oppoſitum, cauſam iuſtam habet Epiſcopus diſpenſandi in ſupradictis votis, quando magnum periculum imminet incontinentiæ, vel facilis aditus ad Pontificẽ nõ patet præ paupertate, vel alia cauſa, quia iure optimo credi poteſt, non eſſe mentem Pontificis velle in tali caſu reſeruare ſibi hæc vota, neque eſt veriſimile velle eum, vt animæ laqueis irretitæ in tanto periculo verſetur, vt rectè ait *Sanchez loc. cit.* idem dicendum eſt, cum DD. à ſe citatis, ait Sanchez, quando & ſi Papa adiri poſsit, at ex mora adeundi graue incontinentiæ periculum imminet, nimirum tunc poſſe Epiſcopum diſpenſare.

Præterea idem dicendum eſt, quamuis non immineat periculum incontinentiæ, ex mora, ſi aliud quodcumque graue periculum immineat, vt grauis ſcandali, vel magni damni tertiæ perſonæ, nempè poſſe Epiſcopum diſpenſare in ſupradictis votis, ita *Sanchez l. cit. cum DD. à ſe cit.* & dat exemplum, puta quando iuuenis aſtrictus voto religionis defloraui virginem, ac grauidam effecit volebatq. eius famæ conſulere eam ducens eratq. periculum in mora, quia ſi diſpenſatio expectaretur à Summo Pontifice, impediretur matrimonium à conſaguineis viri, qui illi repugnabant, ac mutata viri voluntate,

luntate, quæ non ita firma erat, matrimonium potuiſſet non ſequi.

Addit idem *Sanchez num.23.* quod ſupradicta doctrina extendi debet ad cætera vota reſeruata. Si enim vouens iuſtam cauſam ſecum diſpenſandi habeat, nec poſsit adire, nec mittere Romam, vel careat ſumptibus neceſſarijs ad diſpenſationem impetrandam poteſt Epiſcopus diſpenſare, vt viri doctiſsimi neoterici tenent, ait Sanchez.

Addit præterea idem *Sanhez num. 25.* in fine, quod ſi Nuncius, vel quiuis alium haberet ex priuilegio Pōtificio poteſtatem diſpenſandi in his votis, & cōmodè abſq. periculo adiri poſſet, quod nullatenus poſſet Epiſcopus diſpenſare.

Addit denique *Sanchez num. 26.* quod diſpenſatio Epiſcopi in his votis tantum deſeruiet illi vſui, ad quem neceſsitas cogit. Non ergo poteſt diſpenſare, vt vouēs eo matrimonio ſoluto ad aliud tranſeat contra votum religionis, aut caſtitatis: niſi tunc eadem neceſsitas occurreret. Nec ſimiliter prodeſſet ea diſpenſatio ad vitandum ſacrilegium, quod fornicando committeret contra votum caſtitatis.

SED

Difficultas maior eſt, quando Epiſcopus non vult diſpenſare in his votis, & vir aſtrictus voto Religionis, aut caſtitatis reperitur in articulo mortis habitare cum ſua concubina, an poſsit in tali caſu contrahere matrimonium abſque diſpenſatione.

Reſpondet *Doctiſſ. Pater Bartholomeus de Amico Societatis Ieſu*, non poſſe ſine peccato contrahere matrimonium, quia in moribundo non adeſt periculum incontinentiæ, & tenetur domo eijcere cōcubinam, ac dolere de præterito. probabiliter verò exiſtimat: ait ipſe, quod ſi quis habet tale votum, & eum concubina habet filios vult legitimare per ſubſequēs matrimonium poſſe illam ducere in tali articulo mortis abſque diſpenſatione voti, quia votum non obligat vltra intentionem vouentis, quia ſi cogitaſſet de huiuſmodi euentu non emiſiſſet votum, & vltra alias rationes, quas vidi in ſuis manuſcriptis, ait quod in votis interpretandis ſeruanda eſt regula communiter recepta, quod quando mutatio peruenit ad ſtatum in quo leges humanæ non ſolent obligare præſumi debeat in dubio intentionem vouentis non ſe extendiſſe ad illum ſtatum: ſed hic eſt in caſu noſtro ergo..

*Sed Pater Vincentius Campanilis Societatis Ieſu præditus doctrina, ac magna bonitate vitæ exiſtimat probabiliter in hoc caſu poſſe ſequi Doctrinam Ledeſma 2. tom. ſummæ tract.*10.*cap.*2.*dub.*5. vbi docet votum Religionis, aut Caſtitatis fore irrita in illis, quibus ſalubrius iudicatur fore, vt matrimonium ob incontinentiam ineāt, ratio videtur eſſe, quia votum debet eſſe de meliori bono: ſed reſpectu illius ob periculum incontinentiæ eſt de minori bono, ac proinde irritum. admittit dictus Pater, in hoc articulo, periculum incontinentiæ reſpectu moribundi, non in ordine ad opus, cùm ſit deſtitutus viribus, ſed in ordine ad intentionem habendi copulam cum concubina ſi conualuerit, ac proindè, vt rectè conſulatur animæ moribundi expedit, vt contrahatur matrimonium, & dicit ſine ſcrupulo ait ipſe poſſe ſequi opinionem Ledeſmæ. Sed non præcisè ob periculum incontinentiæ, ſicut putauit Ledeſma communiter reiectus à DD. ac communi praxi Eccleſiæ, vt notauit *Sanchez in ſumma lib.*4.*cap.*8.*nu.*9.*&* 10. quantumuis enim quis carnis illecebris vexetur, & incontinens ſit, ſi voto caſtitatis ſe deuinciat, aut antea deuinxerit ſolet à Pontifice diſpenſationem impetrare. verum in caſu prædicto, ob periculum mortis æternæ, & quia ſaltem hic, & nunc non poteſt eijci concubina è domo moribundi, nec vult Epiſcopus diſpenſare poſitis talibus circumſtantijs, non eſt irreprobabilis ſententia Ledeſmæ, vt putat dictus Pater Vincentius Campanilis, nempe tunc non obligare votum Religionis, aut caſtitatis, quia re vera, ſi non contrahatur dictum matrimonium difficile ſatis eſt propoſitum in futurum de non habendo rem, ſeù commercium cum ſua concubina, dicto ægroto moribundo concubinario. putat verò idem Campanilis in hoc caſu non eſſe nullum, ac irritum ſupradictum votum, ſed ſolum quod ceſſat pro tunc obligatio voti ad non ineundum matrimonium, ſed remanet votum in omnibus alijs in quibus poteſt obſeruari, puta ad caſtitatem coniugalem, & mortua hac vxore nōn ducendi aliam, vt in ſimili docet *Suarez tom.*3. *de relig. lib.*9. *de voto caſtitat. cap.*5. *& tom,*2. *de Relig. lib.*6. *cap.* 26. *num.*13. quia hoc modo optimè ſatisfit neceſsitati animæ, & conſeruatur voti valor quantum fieri poteſt.

Addo

Digitized by Google

Addo quod hæc doctrina intelligi debet etiam quando de recenti eſt eiecta concubina è domo moribundi, quia ſemper currit periculum habendi intentionem peccandi cum ea ſi conualuerit: poteſt confirmari hæc opinio Ledeſmæ in caſu propoſito, ex alia doctrina, quam infra explicabo, quod quando vrget neceſsitas alicuius grauis periculi euitandi, quod vitatur ſequendo opinionem non apertè falſam, nec omni probabilitate deſtitutã, non peccatur, vt docent DD. *teſte Leſſio lib.2.cap.17.dub.11.num.77.* ſed hoc currit in caſu propoſito ergo.

QVAERITVR XIV.

Quod nam ius gentium dicatur.

RESpondetur omiſsis opinionibus DD. dico cum *Azor.3.p.c.4.* quod ius gentiũ eſt id, quod voluntate, & auctoritate, vel omnium, vel plurimorum gentium, ac populorum inſtitutum eſt.

Quid ſit ius naturale, & an diſtinguatur à iure gentium.

REſpondetur *ex eodem Azor.l.cit.* quod ius naturale eſt id, quod naturalis ratio optima rerum agendarum magiſtra, omnes homines docuit, ac proinde à natura accipimus, quia eſt nobis cum natura datum à Deo auctore ipſius naturæ, nõ autem auctoritate, ac voluntate id accipimus, nec vlla homine lege inſtitutũ, ſicut ius gentium, vt ſupradictum eſt. vnde ex his patet differentia inter ius gentium, & ius naturale; nam illud habemus à voluntate, ac inſtitutione populorum, ius verò naturale, habemus ab eadem natura, vt patet his exemplis, totum eſt maius ſua parte, natura nos docet. diuiſionem rerum non à natura, ſed à voluntate, & inſtitutione hominum habemus, & ideo eſt de iure gentium. Præterea ſciendum eſt non ſolum emptiones, venditiones, & locationes eſſe iuris gentium, ſed etiam alios contractus, vt dicitur *in inſtitut. de rerum diuiſ. §. ſingulorum*, videlicet mutuum, commodatum, precarium, pignus ſocietatem, mandatum, donationes, promiſſiones, item teſtamenta, legata, & fideicommiſſa.

Ius verò ciuile formam, & modum præſcribit, quo fieri debeant hi, vel illi contractus, immo aliquando etiam decernit, vt ſic, & non aliter celebrentur, & vt non valeant, ſi aliter fiant.

QVAERITVR XV.

Quid ſit ius diuinum.

REſpondetur *ex Azor. l.cit. cap.5.* quod ſtrictè, & propriè ius diuinum dicitur, quod Deus proximè per ſeipſum, vel per alium nomine, tamen ſiue mandato ſuo conſtituit, qualia ſunt ſacramentorũ præcepta, & quæ olim per Moyſẽ mandauit, vel ad tempus, vel in perpetuum.

QVAERITVR XVI.

An ius naturale dici queat ius diuinum; ratio dubitandi eſt, quia Deus naturam condidit, & dedit.

REſpõdetur *ex Sot.li.3.de iuſt.9.a.2.* quod ius naturale, eſt ius diuinũ, quia Deus naturam condidit, & dedit. hanc opinionem ſequuntur aliqui iuniores Theologi.

Sed dicendum eſt, quod ius naturale quatenus naturale eſt, nõ eſt propriè, & ſtrictè, ac proxime diuinũ, quia id Deus non per ſeipſum proximè, vel per aliũ ſuo nomine condidit, ſed remotè per naturalem rationem iubentem, aut prohibentem aliquid.

Dicitur aliquando ius naturale, ẽt diuinum quale eſt præceptũ, ſiue mãdatũ proximè datũ à Deo, nã multa ſunt iuris naturalis, quæ nõ ſolũ naturalis ratio oẽs homines docet, ſed ẽt Deus iubet, decalogi.n. præcepta iure, & ratione naturali dictantur, & tamen legis diuinæ mandata ſunt. item iuris naturalis eſt, vt quæ iurauimus, vel nouimus, impleamus & tamen Deus ipſe præcipit, vt iuſiurandum, & votum ſeruemus. *ita Azor.loc.cit.cap.5.*

SED PETES

An ius diuinum poſſit auctoritate ſummi Pontificis mutari.

REſpondetur ex cõmuni DD. ſententia *teſte Azor l.citat. affirmat.* in his, quæ ad mores, & res agendas ſpectant, ex iuſta cauſa, vt patet de diſpenſatione voti, de diſſolutione matrimonii rati, &c.

QVAERITVR XVII.

An dolor de venialibus in ordine ad ſubiicienda illa clauibus debeant eſſe formalis, an virtualis? & quid ſit.

REſpondet *Alphonſus de Madrigal tract. de Parochis cap. 64.* quod de omnibus venialibus ſufficit vnus dolor, licet non ſit actualis: vel ita maximus, ſicut de mortalibus. ratio eſt, quia ſufficit dilectio Dei,

B vel

Digitized by Google

vel quædam diſplicentia illorum, vel ſufficit dolor virtualis, ſicut v.g. ſacerdos tenetur attentè recitare diuinum officium, tamen dictã attentionem dicitur habere, quãdo petit, & accipit Breuiarium, cauſa eundi ad eccleſiam, vt illud perſoluat, ita quando quis accedit ad confitenda venialia videtur habere dolorem virtualem, ſe illa commiſiſſe. *citat ſupradictus auctor deciſiones aureas lib. 11. cap. 6. & cap. 16. §. 4. Candelabrum qnæſt. 9. Nauarr. in ſumma cap. 1. num. 24. Soto in 4. ſentent. diſtin. 154. 2. artic. 1. Sed vidi Nauarr. & Candelabr. loc. citat.* qui aliud non dicunt niſi quod ſufficit dolor virtualis de peccatis venialibus.

Sot. loc. cit. idem dicit, & explicat quid ſit huiuſmodi dolor virtualis his formalibus verbis. contingit autem dolor virtualis, dum quis eo affectu fertur in Deum, & res diuinas, vt inquit, quid ſibi occureret, quod eum retardaret ab hoc motu, diſpliceret ei, & doleret ſe commiſiſſe, etiam ſi tunc de illo non cogiter.

Addit præterea quod hæc virtualis pœnitentia non ſufficit ad remiſſionem peccati mortalis.

Aduertit *Candelabrum aurium titul. de contritione num. 9. in fine*, quod habens tantum venialia, & aſſumens illa pro materia ad confeſſionem, tenetur de aliquo ſaltem habere dolorem, & animum vitandi de cætero.

Opinio verò ſic explicata prædicti Patris Alphonſi de Madrigal Ordinis Prædicatoris circa dolorem venialium in ordine ad ſubienda illa clauibus non mihi arridet, & exemplum, quod affert de volente perſoluere diuinum officium non eſt ſimile; nam quando quis accipit diuinum officium implicitè includit animum attentè illud dicendi, ac ſuo oneri ſatisfaciendi; at in confeſſione venialium requiritur aliquid aliud, nam præter dolorem de illis, requiritur propoſitum non committendi de cætero ſaltem de vno, quod in rigore non includitur in dolore ſaltem explicitè: ergo per ſe, ſicut hoc propoſitum explicitè exigitur in dolore mortalium, vt cõmunis Theologorum ſententia affirmat, ita etiam eſt per ſe exigendum eſt, in dolore venialium. immo difficilius eſt de venialibus, vt habeatur hoc propoſitum non incidẽdi in venialia, quã de mortalibus: cùm ſæpeſepius etiam vir probus incidat in venialia quod non eſt ſic circa mortalia, nam media Diuina gratia, vel nuuquam cadat, vel ſaltem rarò.

QVAERITVR XVIII.

Quædam vxor aliquam quantitatem nummorũ mutuauit alicui vxori alterius viri, cum pacto, vt ſingulis mẽſibus ſoluat ei aliquam penſionem pro tali mutuo; ſed pœnitentia ducta; dixit mutuatariæ vt de ſorte principali tempore ſuæ mortis medietas illius ſortis applicaretur ſibi titulo donationis, altera verò medietas diſtribueretur ſacerdotibus, vt ſacra facerent pro anima ſua, accidit caſus, quod vir mutuãtis mulieris obijt priuſquam vxor ſine liberis, an poſſit tuta conſcientia mutuataria executioni mandare id, quod mutuans dixit ei, ideſt an poſſit facere vt miſſæ applicarentur animæ mutuantis; ratio dubitandi eſt quia non conſtat vxorem mutuantem, dum erat ſub viri poteſtate potuiſſe diſponere de bonis; quæ ſi erant bona viri, vel communia, eius adminiſtratio pertinebat ad virum, non ad vxorem?

ANTEQVAM RESPONDEAM

PRimo, ſatis certum eſſe ſi penſiones ſolutæ pro vſura abſorbuiſſent ſortem principalem, vel illi fuiſſent æquales, non teneri mutuatariam efficere, vt ſacra fierent pro anima mutuantis mulieris; quia cum ipſa non poterat dominium acquirere de vxuris conſequenter nec etiam poterat diſponere, ac proinde mutuataria poteſt retinere ſibi ſortem principalem.

Neque dicas illam ſpectare ad virum, vel hæredem vxoris mutuantis, nam dum cohabitabat mutuans vxor cum viro ſupponitur vſuras acquiſitas ex ſorte principali cõſumpſiſſe cum ſuo viro, ex quibus vir eius fuit factus locupletior, nam ſi ex vſuris victum nõ ſumpſiſſet, vtiq; ſortem principalem conſumaſſet. ita mihi videtur dicendum, ſaluo meliori iudicio.

HIS POSITIS.

REſpondeo, quod miſſæ non totæ eſſent applicandæ animæ mutuantis, ſed tantum medietas illius quantitatis, alteram verò medietatem ſpectare ad hæredes viri mutuantis mulieris, quod ſi non extarent hæredes, tunc miſſæ applicandæ eſſent animæ dicti viri mutuantis vxoris. & ratio mihi eſt, quia docent Doctores *teſte Petro Nauarro lib. 3. cap. 1. numer. 99. &* toe. quod medietas bonorum communium ſpectat etiam ad vxorem non ſolum ex iure aliquo particulari, ſed etiam ex iure communi

quid

Digitized by Google

quidquid dicat *Nauarr. cap. 17. num. 155.* in oppoſitum cum Lupo à ſe citato.

Valerius in differentijs vtriuſque verbo vxor differentia 3. in fine docet, teneri virum in foro animæ reſtituere vxori id quod de bonis communibus inutiliter in commeſſationibus diſsipauit. iniquum quippè videtur, vt quod induſtria, & labore vxor acquiſiuit, liceat viro ſine vlla obligatione reſtitutionis, in malos vſus ſibi benè viſos alienare: verum in opinione *Nauar. & Lupi* non tenetur ad reſtitutionem vir alienando bona communia in commeſſationibus.

SED DICES.

Quid dicendum quando non conſtat bona mutuata ab vxore fuiſſe communia.

Reſpondetur quod ſi bona mutuata ab vxore, non conſtant fuiſſe communia cum viro; totius valor miſſarum eſt applicandus animæ mutuantis, & ratio mihi eſt tum quia in dubio melior eſt conditio poſsidentis, tùm quia delictum non præſupponitur, vbi non probatur, tùm quia nemo præſumitur, velle mori in peccato, nam dum vult, vt animæ eius miſſæ applicentur conſequenter excludit à ſe furtum, alioquin implicat velle acquirere paradiſum cum peccato, ideſt cum retentione rei alienæ.

Præterea etiam ſupponi debet ratum habere virum quidquid ſua vxor pro anima ſua vult legare. Sic ita mihi videtur dicendum, ſaluo meliori iudicio.

HINC

Colligo quod quis tuta conſcientia poteſt dono accipere aliquid ab vxore alicuius viri, ipſo inſcio, dum non conſtat ſpectare ad virum ipſa bona donata.

QVAERITVR. XIX

Quidam homo ingreditur religionem non animo in ea emittendi profeſsionem, an teneatur ſoluere alimenta quæ recepit à Religione, tempore nouitiatus, poſtquam ab illa eſt egreſſus.

Reſpondetur primo affirmatiuè, vt clarè colligitur ex *Sanchez in ſum. lib. 6. cap. 10. num. 2.* niſi labor præſtitus à nouitio æquiualeat expenſis, nam tunc non tenetur ad reſtitutionem, tunc autem æquiualentia dicentur, quando Monaſterium obſequio illius nouitii indigebat, quo ab eo non exhibito, expenſas totidem facturum eſſet Monaſterium pro alio Miniſtro. ſecus autem quando eo Monaſterio non indigebat, ſed id per alios eiuſdem religionis ſupplendum eſſet, non amplioribus à Monaſterio expēſis actis.

Reſpōdetur ſecundo ex cō munisſima DD. ſententia, *teſte Sanchez l. cit. num. 4.* quando recta perſeuerandi intentione ingreſſus eſt, & Monaſteria ipſius non ſunt æquiualentia expenſis, ac poſtea mutato animo exiit nullatenus teneri ad expenſas. ratio eſt quia liberè poteſt redire ad ſeculum, at non poſſet liberè ſi ad expenſas teneretur, ſæpè enim retineri poſſet, quod expenſas ſoluendo non eſſet.

Temperat *Sanchez nu. 5. hanc concluſionem,* niſi pactum eſſet largiēdi Monaſterio expenſas nouitiis, vt in Monaſteriis monialium contingit: tunc enim ſiue nouitia perſeueret, ſiue exeat, expenſæ debentur Monaſterio, nulla prorſus ratione habita Monaſterii exhibiti religioni, quia omni euentu, & abſque vlla exceptione contractus ſoluendi expenſas initur. Scio verò opinionem *Peregrini, qui docet in com. conſtit. clericorum regular. part. 2. lit. G. §. 10.* quod tenetur nouitius qui redit ad ſeculum ad expenſas, quas cum in edendo Monaſterium fecit abſque eo, quod fuerit initum pactum inter monaſterium, & nouitium, & etiam ſi animo perſeuerandi in Religione fuerit ingreſſus.

QVAERITVR XX.

Quidam vir probatæ vitæ ſoluit alicui quamdam quantitatem nummorum, cuius erat debitor, ſed creditor recipiendo dictā quantitatem nummorum, non ei fecit chirographum receptionis nummorum quos recepit, interim mortuus eſt, & in teſtamēto nullam mentionem fecit de hac receptione nummorum, an poſſit aliquis deponere cum iuramento, quod pecunia fuit ſoluta abſque eo, quod viderit proprijs oculis, vel ex confeſſione creditoris fuiſſe ſolutam, ita vt tota fides ſolutionis prædictæ quantitatis nummorum ſit innixa auctoritate, ac fide dicti probati viri, qui aſſeruit ſoluiſſe, quod debebat ſuo creditori.

Reſpondetur ex communi ſententia, *teſte Sanchez in ſumma l. 3. cap. 4. num. 10* ad iuramentum aſſertorium requiri moralem certitudinem rei præmiſſa diligen-

Digitized by Google

tia iuxta rei negotium ante prædictum iuramentum.

Ait præterea idem *Sanchez l.cit. num. 13.* communiter receptus ad veritatem iuramentum aſſertorij ſatis eſſe iurantem audiſſe rem illam à perſona fide digna, vt ſit moraliter certus ita ſe rem habere: at in iudicialibus id non ſatis erit ad rem tanquam certam iurandam, niſi adiungatur cauſa illius notitiæ, vt ſcio hæc, quia audiui à perſona fide digna. ergo in caſu noſtro nō poteſt fieri hoc iuramentum ſimpliciter, ſed tenetur dicere hoc audiiſſe à debitore quandoquidem interuenit iudicium.

QVAERITVR XXI.

An in iuramento requiratur tactus ſcripturæ.

Reſpondetur tactum ſcripturæ iuramento teſtium eſſe neceſſarium, aliter examen eſſet nullum. *ita Caputaq. deciſ.121. & deciſ.246. Rimin.conſ.472. nu.11. lib.4. & Mancinus de iuramento part.19. nu. 5.* nec eſt opus, vt tactus ſit ſupra Euangelium, ſed præſtari poteſt ſuper aliis ſcripturis, vt rectè docent *DD. apud Mancinum l.cit.*

Idem dico ego quādo quis tenetur aliquem denunciare ſancto officio, nempè teneri tangere ſcripturas, quia denunciator, eſt etiam teſtis quodammodo illius delicti, vt in crimine hæreſis *docet Farinacius de hæreſi q.183.nu.32.*

SED PETES I.

An in iuramento ſit neceſſaria prolatio verborum.

Reſpondetur *ex Seraphin.in priuileg.22, nu. 116. negatiuè* nempè prolationem verborum non eſſe neceſſariam in iuramento, & dicit eſſe communem opinionem; ſed verior opinio docet, *teſte Mancino de iuramento par. 1 q.4.num.3.* eſſe neceſſariam prolationem verborum in iuramento: ſecus dicendum quando quis eſt impeditus, patet, quia non poteſt loqui, verum hæc opinio debet intelligi, quod interrogatus ſignis affirmat ſe iurare, quod demonſtrat dum tangit ſcripturas.

PETES II.

An tactus ſcripturæ in omni iuramento requiratur.

Reſpondent multi DD. *teſte Mancino loc.cit.* non eſſe neceſſarium tactum ſcripturæ in omni iuramento: de conſuetudine autem in omnibus inſtrumentis præſtatur iuramentum corporaliter, tactis ſcripturis.

PETES III.

An peccet, qui iurat per falſos Deus, vel per dæmones, & quot peccata committit ſi non obſeruat iuramentum.

Reſpondetur ex communi DD. ſententia, *teſte Mancino part. 1.q.5.nu.5.& 6.* duplex peccatum committere, vnum quia iurauit per quos non debuit, aliud contra pollicitam fidem.

QVAERITVR XXII.

Hic caſus à quodam meo amico fuit propoſitus, quidā ſacerdos exēptus ab iuriſdictione ordinarij ſui, fuit citatus pro cauſa ſancti Officij ad alicubi comparendum, vt ſubijciat ſe examini, ſed re vera nullum crimen commiſit, ſed totum apparet fuiſſe factum ex odio, ac malignitate Ordinarij contra dictum ſacerdotem, vt colligitur ex probabilibus ſignis, & quia non comparuit fuit declaratus excommunicatus per cedelones, an ſit nulla talis excommunicatio. eo magis cum citatio ad comparendum non fuerit ſub pœna excommunicationis.

Reſpondetur incurriſſe excommunicationem ex contumacia, & ratio mihi eſt, quia multi, ac grauiſsimi DD. *teſte Suarez de cenſuris diſput.4. ſect.5.* docent poſſe ferri cenſuram pro peccato præterito abſque contumacia, ergo à fortiori dicere debent quando adeſt contumacia vt eſt in caſu noſtro ex eo quia non comparuit.

Neque obſtat, quod ſacerdos non commiſerit delictum pertinens ad ſanctum Officium, nam cenſura lata ex cauſa in re falſa, iuridicè tamen probata eſt valida, vt affirmant multi DD. *teſte Suarez loc.cit. ſect.7.nu.9.*

Confirmatur nam ad hoc, vt cenſura ſit nulla ex parte cauſæ oportet errorem, & iniquitatem eius eſſe indubitatam, & moraliter

liter certam, nam in dubiis parendum eſt ſuperiori, qui ius præcipiendi habet, & poſſidet, vt docet *idem Suarez diſp.4.ſect. 6.num.6.* ſed in caſu noſtro, licet appareat iniquitas Epiſcopi erga dictum ſacerdotem, tamen non cóſtat delictum nó fuiſſe probatum contra ipſum ſacerdoté, licèt ex teſtibus falſis, ſed non ſic cognitis ab Ordinario, & ſi non ſit ab ipſo factum, poteſt eſſe probatum.

Poteſt verò excuſari dictus ſacerdos ab excommunicatione, eſto non comparuerit, ſi fuit bona fides excuſans illum à peccato mortali, puta ſi cogitauit non habuiſſe obligationem comparendi.

d tenetur nunc comparere, niſi excuſetur Se ob metum cadentem in virum conſtantem, vt eſt metus mortis, vel alterius grauis nocumenti, quia lex eccleſiaſtica non obligat cum tanto vigore, vt docet *Suarez de cenſuris diſt.4.ſect.3.nu.13.*

QVAERITVR. XXIII.

An qui mala fide alienum torquem detinuit, & ſæpius locauit teneatur in conſcientia penſiones reſtituere Domino quas in eius locatione percepit.

Reſpondetur *ex Nauare. cap.27. num.15. & citat can.* non teneri reſtituere vero Domino torquis, ſed poteſt retinere ſibi illas penſiones perceptas ex locatione torquis cum ſint fructus induſtriæ, oppoſitum docet *Sanctus Fauſtus in ſpeculo diſp.9.q.47.* nempè eſſe reſtituendas vero Domino.

Sed mea ſententia eſt, ſi Dominus torquis non eſſet locaturus torquem, dico non eſſe reſtituendas fructus locationis vero Domino, ſed poſſe retinere locantem torquem, & tantum debet reſtituere vero Domino id, in quo eſt factus deterior torquis ex vſu locationis, & ratio mihi eſt, quia tunc non cenſenda eſt induſtria locantis, ſed fructus rei locatæ, quæ oritur ex ſubſtantia rei, & cùm res ſpectet ad Dominum, conſequenter etiam fructus. ſecus quando nullo modo Dominus erat percepturus huiuſmodi penſiones, puta quia non erat ſolitus locare torquem, & proinde illi torques non erat fructuoſus, & conſequenter ex alterius induſtria oritur fructus penſionis.

Idem dicendum eſt de penſionibus ex vectura nauium, vel iumentorum.

Semper verò eſt reſtituendum damnum ex locatione obueniens, vero Domino rei, quando res eſt facta deterior ex locatione.

QVAERITVR XXIV.

An inuentor rei amiſſæ poſſit pro inuentione petere, & accipere pretium à Domino rei.

Reſpondet *Hoſtienſis in cap. dudum de elect. affirmatiuè*, nempè poſſe aliquid iuſtè recipi, & retineri ab eo qui rem alienam inuenit ob eius reſtitutionem.

Sed *Panormitanus quem citat, & ſequitur Couarr.2.par.§.3. num.3. fol.mihi* 514. & alij docent nihil iuſtè peti, ac recipi poſſe pro inuentione rei.

Pro labore impenſo in ea requirenda, & inuenienda, poſſe peti iuſtè mercedem aliquam, & recipi *ita DD.teſte eodem Couarruuia*, vbi addit quod à ſponte, & liberè dantibus poſſe recipere aliquid inuentorem, etiam ſi labor in inuenienda re, non interceſſerit.

Addit *S.Fauſt.in ſpeculo diſp.1.q.* 186. quod quotieſcunq; præcedit pactum, ſeù promiſſio de dando aliquid loco premij inuentori, tunc non ſolum eſt licitum accipere, ſed etiam exigere, & ſi Dominus rei promiſſum non ſeruat, inuentor in conſcientia poterit ſibi aliquid loco promiſſi pretij retinere.

Idem affirmat S.Fauſtus quando eſt conſuetudo dandi aliquid inuentori pro inuentione, nempe eſſe licitum illud accipere, & exigere.

Denique addit S. Fauſtus, quod licitum eſt inuentori aliquod premium petere, dummodo non vi, aut minis exigat, ſed tantum precibus, & ſuaſionibus petat. impenſæ, & labor in inueniéda ſunt ſoluenda *idem S.Fauſt l.cit.*

QVAERITVR XXV.

An proreneta, vel licitator quilibet alius, qui ad vendendum accipit rem certo precio ſibi aſſignato per Dominum ſi pluris contigat illam vendere, poſſit illud plus ſibi retinere vel cui reſtituere an Domino, vel emptori.

Reſpondetur primo *ex Nauarr. quem citat. ſequitur Lopez de contractibus lib. 1.cap.53.§.deinde*, quod qui abſolutè nullo ſignato pretio aliquid ad vendendum accipit, partem pretii retinere nó poteſt, niſi pro iuſto ſui laboris ſtipendio à Domino non ſoluto, illud ſibi applicaret. immo ſi gratis ſe venditurum promiſit non

poteſt

poteſt poſtea ex pretio rei venditę aliquid pro ſtipendio accipere.

Idem aſſerit *S. Fauſtus in ſpeculo diſp. 5. qu. 54.* qui docet requiri ſcientiam veri Domini ad hoc, vt quis licitè aliquid poſſit accipere, & rationem aſſignat, quia Dominus fortaſſe exiſtimauit gratis, & tanquam beneficium id fieri nec vellet operą illius uti pro mercede, vel quia alium inueniret, qui gratis id faceret, vel per ſe ipſum potius reuenderet.

Addit præterea, quod occulta compenſatio locum non habet, niſi quando debitum via ordinaria obtineri non poteſt; hic autem actione negotiorum geſtorum petere poteſt à rei Domino iuſtum ſtipendium, ſi non intendit gratis operam ſuam apponere.

RESpondetur Secundo, quod ſi is cui aliquid traditum eſt vendendum, conuenit de ſuo labore, vel erat in famulatu, nihil poteſt de pretio ſibi vſurpare; non ratione rei venditæ, cùm hæc non ſit ipſius, nec ratione laboris, quia pro eo mercedem accepit, vel ſi erat in famulatu, ad id tenebatur ſine mercede, ita *Leſſius lib. 2. cap. 21. dub. 19.* & alii apud S. *Fauſtum in ſpeculo diſp 5. q. 54.*

RESpondetur Tertio, quod qui pro certo pretio iam ſibi aſſignato aliquid vendum accepit, puta decem, & ille vendidit pro duodecim, ſi iſta duo, quæ ſupra decem accepit, ſint vltra rei pretium rigoroſum, aut lege taxatum tenetur illa reſtituere emptori quem in pretio decepit. Si vero intra latitudinem iuſti pretij continentur, tenetur reſtituere vero Domino, cuius negotium gerit.

Nec obſtat, quod Dominus rei vendendæ pretium pretium præſcripſerit, quia id ſolum videtur feciſſe, non quidem ne altra aſcenderet vendendo, ſed ne ab eo deſcenderet, ita *Leſſius 2. cap. 21. dub. 19. & alij DD. apud S. Fauſt. loc. cit.*

Addit *Leſſius loc. cit.* quod ſi famulus rem illam pretio à Domino indicatę ſibi compararet, & poſtea ſuo nomine pluris venderet, non facturum contra iuſtitiam, ac proinde ad reſtitutionem obligatum non iri; quia eam iuſto prætio à Domino comparauit, & poſtea iuſto pretio ſuo nomine vẽdit. Ni ſi forte Dominus ei mandaſſet, vt venderet quanti intra latitudinem iuſti pretij vendi poſſet quo caſu teneretur illam diligentiam præſtare, quo facto, poſſet eam ſibi vendicare eo pretio, quod alij obtulerunt. ita *Leſſ. l. cit.*

RESpondetur Quarto, quod qui ſua induſtria, & arte illud, quod ſuſcepit vendendum reddidit pretioſius, cùm ad id nulla eſſet obligatione adſtrictus, propter quod illud plus vendidit, illud plus poteſt ſibi retinere tunc enim fructus non rei ſecundum ſe, ſed ſuæ induſtriæ indebitæ cenſetur illud lucrum carioris venditionis, *ita Rebell. lib. 9. qu. 18 ſect. 5. Nauarr. cap. 23. num. 97. & Lopex lib. 1. de contract. cap. 53* ita etiam docet *Gabriel. in 4. quæſt. 19. art. 3. dub. 4. ſic cit. à Lopex.*

HINC.

SEquitur primo, quod ſi talis proxeneta iuſſus eſſet vendere in hac ciuitate, neq; hic morali diligentia adhibita inuenire poſſet vltra decem, tunc ſi rem ad aliam Ciuitatem valdè diſtantem deferret vbi maioris erat pretii, accipere poſſet ſibi incrementum illud quoniam eſſet fructus ſuæ induſtriæ. *ita Molina tom. 2. de contract. diſp. 363. & S. Fauſt. loc. cit.*

SEquitur Secundo, quod ſi Titius v.g. cui aliquid venale traditum fuit, tradidit illum Caio, qui eius vicem gerens, gratis vendidit illud, pretiumque venditionis Titio contulit, procul dubio Titius poterit ex prætio rei venditæ pro ſtipendio labores inſumpti in vendendo aliquid ſibi oppropriare, ac ſi ipſe illum laborem ſubiiſſet, quando gratia ipſius Titii Caius ſubiit laborem vendendi, quia in aliis negotiis ſimilibus Titius ſolitus erat id laboris recompenſare, *ita Lopex loc. cit. & S. Fauſt. loc. cit.*

QVAERITVR XXVI.

An Sacerdos reſuſcitatus poſſit valide vxorem ducere; vel profeſſus in aliqua religione.

RESpondetur ex communi DD. ſententia, teſte *Sanchez in ſumma lib. 4. cap. 14. num. 41.* obligationem votorum morte extingui, ne proinde vouens ad vitam reſtitutus liber manet à voto, & conſequenter profeſſus reſuſcitatus poteſt valide ducere uxorem; quoad Sacerdotem, licèt ratione voti maneat extintum votum caſtitatis per mortem, tamen ratione præcepti eccleſiaſtici, ac ſtatus adhuc perſeueret obligatio non ducendi uxorem quando reſuſcitat dum voluntariè ſuſcepit ſacerdotium, vt probabilius docet *San... l. cit.*

SED

Digitized by Google

SED

PETES

Quid dicendum de alijs Sacramentis nempe ac ordine, confirmatione, ac matrimonio.

RESpondetur ex *Sylu. verb. reſuſcitatus, & alijs DD.* quod Sacramenta quæ imprimunt characterem, vt eſt baptiſmus, confirmatio, & ordo remanent in reſuſcitato, non autem matrimonium quia non imprimit characterem, vt docet idem *Sylu. verb. diuortium §. 2. & Petr. de Palatio in 4. diſt. 27.* vnde mortuus reſuſcitatus non eſt obligatus matrimonio, quia obligatio ſemel extincta non reuiuiſcit. Vnde Lazarus reſuſcitatus ſi habebat vxorem, non recuperauit eam, niſi nouiter contraxiſſet.

QVAERITVR XXVII.

Indoctus penitens bona fide in alijs confeſſionibus non expreſſit numerum peccatorum & ſine diligentia examinis ſuorum peccatorum acceſſit ad confeſſionem, & ab indocto confeſſario obtinuit abſolutionem, an ſit cogendus à confeſſario ſecundo docto, ad repetendas confeſſiones iam factas bona fide.

RESpondetur ex *Henriquez l. 2. de pænit. cap. 3. num. 20.* non eſſe à confeſſario cogendum ſupradictum pænitentem ad reiterandas alias confeſſiones factas ſine expreſſione numeri peccatorum ac ſine diſcuſſione examinis ſuæ conſcientiæ, & rationem aſſignat dictus auctor; quia cùm hi habeant vniformem uitæ modũ, & extraordinarijs uitijs, ac negotijs non ſit aſſuetus ex his, quæ fatetur ſe una hebdomoda, aut menſe feciſſe, facile conijctat expertus confeſſarius quantum toto anno peccauerint, pro ut requiritur ad rectum iudicium, & remedium peccatorum hucuſque *Henriquez* quem ſequitur *Facundez cit. à Diana 3. part. tract. 4. de Sacram. reſol. 89. §. hinc etiam.*

QVAERITVR XXVIII.

Quis eſt in articulo mortis abſolutus ab excommunicatione reſeruata S. Pontifici, vel ordinario, à carente facultate extra illum articulum, & fuit à confeſſario impoſitum onus, vt compareat coram Superiori ſi conualuerit, quid intelligatur per ſuperiorem delegatus, an vero ſuperior, qui habet ordinariam poteſtatem. Clarius, an ſufficiat ſi comparet coram pænitentiario delegato ab ordinario ſi excommunicatio abſoluta in illo articulo erat ſolum reſeruata ordinario, an verò teneatur comparere coram ipſo ordinario.

RESpondetur in primis ſatis certum eſt, apud DD teſte *Finellio de caſibus reſeruatis cap. 8. num. 10.* quod non tenetur iterum confiteri peccata, ſed ſolum vt compareat coram ſuperiore, vt oſtendat ſe paratum grauiorem pænitentiam accipere, ſatisfacere Eccleſiæ ſiue parti læſæ. Et antequam abſoluatur à confeſſario, debet iurare, ſi conualuerit, id facere, alias incidet in eamdem cenſuram. Debet verò comparere, ſi conualuerit ſtatim indulto ei aliquo tempore modico. Ideſt quam citò commode poterit. *Nauarr. cap. 27. nu. 46.* vbi dicit, quod ſatis eſt, vt regulariter cõpareat per procuratorem. Vbi addit *Nauarr. cum Felin. à ſe cit.* quòd omnia iura quæ iubent ſatisfacere ante abſolutionem in articulo mortis, intelligenda ſunt ſi excommunicatus poteſt ſatisfacere, & ſi non poteſt, ſatis eſt vadet cautionem, cũ pignore, vel fideiuſſione, & ſi non poteſt, ſaltem debet iurare ſed alij DD. ab ipſo cit. oppoſitum tenent. Secundo ſatis certum eſt, quod non erit neceſſaria huiuſmodi præſentatio, ſi contingat publicari iubileum, & illud accipiat, dummodo ſatisfaciat quaſi ſi tenetur, & iubileum abſolutionis gratiam concedat. *ita Finellus loc. cit. nu. 10. in fine.* Tertio ſatis certum eſt apud DD. teſte eodem *Finellio num. 11.* quod abſolutus à reſeruatis abſque cenſura in articulo mortis ſi conualuerit nõ tenetur ſe præſentare ſuperiori.

Ad punctum verò difficultatis.

RESpondeo teneri ſolum ſe præſentare ordinario ſi excommunicatio erat illi reſeruata, & non ſatisfacit ſi delegato, ideſt pœnitentiario ſe præſentet, vt colli-

go

Digitized by Google

go ex doctrina *Nauar. cap. 26. nu. 26.* vt dicit, quod ſi conualuerit tenetur ſe præſentare, & parere mandatis excommunicatoris, vt lata eſt ex *cap. eos de ſententia excomm. lib. 6,* ſed excommunicator non eſt delegatus, ſed ordinarius: ita mihi eſt dicendum ſaluo meliori iudicio, quia hunc punctum non inueni eſſe tactum à DD.

SED

Quid dicendum ſi à confeſſario non fuit impoſitum tale onus pænitenti, vt ſi conualuerit ſe præſentet ſuperiori, an teneatur ſe præſentare.

RESpondent *Vaſquez*, & *Hurtado citat. à Patre Diana par. 4. tract. 4. de miſcell. reſol. 199. §. notandum*, quod ſubditus abſolutus ex facultate conceſſa cum onere cõparendi, non tenetur comparere, ſi ante abſolutionem ignorauit dictum onus.

QVAERITVR XXIX.

An ſi quis bona fide ſubiecit clauibus peccata ſua confeſſario indocto, vel confeſſario, qui non intellexit peccata ſua, & poſt confeſſionem factam animaduertit hoc, teneatur reiterare confeſſionem?

RESpondetur ex *Henriquez lib. 5. cap. 14. nu. 50.* non teneri reiterare cõfeſſionem, & in caſu, quo confeſſarius non audiuit aliqua peccata, illa tantum tenetur confiteri, nempe illa quæ non intellexit, & circa ignorantiam confeſſoris parum refert ad validitatem Sacramenti, ſi neſciuit diſtinguere mortalia à venialibus, ita etiam docent alij DD. apud *Dianam 4. par. tract. 4. reſol. 198. & 3. par. tract. 4. reſol. 105.*

Addo ego quod quando pænitens animaduertit fuiſſe indoctum, & ſubijciſſe clauibus illius peccatum reſtitutioni obnoxium debere conſulere peritiores ad hoc, vt benè conſulere poſſit conſcientiæ ſuæ.

EX QVIBVS.

COlligo quod non omnes confeſſarij sũt idonei ad excipiendas confeſſiones omnium; nam qui mercaturam exercent, vel gerunt aliquod officium publicum, ijs quandoque occurrunt varij caſus difficiles, qui indigent magna doctrina, ac prudentia in diſcuſſione illorum, & ſicut imprudens exiſtimabitur ægrotus, qui laborat periculoſa infirmitate, ac non ordinaria conſulere ignaros Medicos, ita pænitens qui grauibus negotiis, ac difficilibus eſt implicatus ſi recurreret ad indoctum confeſſarium pro deciſione caſus. vnde non ſatisfacit conſcientiæ ſuæ ſi dicto confeſſarii ordinarii, ac mediocris intelligentiæ peteret conſilium pro deciſione caſus difficilis.

QVAERITVR XXX.

Quidam homo mala vita in teſtamento fecit multa legata pia, & tempore ſuæ mortis in ſtatu peccati mortalis euidenter obijt ſine ſignis pænitentiæ, nec vllum Sacramentum in illo articulo voluit recipere, ita vt moraliter dubitari non poſſit de ſua damnatione, an teneatur hæres vniuerſalis ſoluere legata pia; ratio dubitandi eſt, quia fruſtratur fine legantis: nam illa legata dum fuerunt facta tempore, quo legans erat in ſtatu mortalis peccati, non profuerunt ad augendum meritum, neque ad ſatisfaciendum pro ſuis peccatis; dum perijt ſine penitentia, immo cum peccato mortali inutilia fuerunt pro ſatisfactione ſuorum peccatorum, nam in inferno non poteſt pati pænam ad finem, vt illa ſoluta poſſit anima ad Paradiſum volare?

RESpondetur ex communi DD. ſententia *teſte Mantica de coniecturis vltimarum voluntatum lib. 5. num. 43.* quod licet bona opera, quæ fiunt in peccato mortali, non valeant ad conſequendam vitam æternam, tamẽ proficiunt ad minus ſupplicium ſubeundũ, & ideo quamuis fuerunt relicta ab eo, qui mortalis culpæ reus deceſſerit, adhuc potiuntur priuilegiis piæ cauſæ, & proinde tenetur hæres illa ſoluere.

QVAERITVR XXXI.

Quis in teſtamento fecit multa legata pia, & non pia. deinde fuit ab eodem teſtatore facta generalis reuocatio legatorum, an intelligantur reuocata legata pia?

RESpondetur ex communi ſententia *teſte Mantica de coniecturis lib. 12. nu. 13.* quod legatum ad pias cauſas intelligitur reuocatum ſi facta fuerit generalis ademptio legatorum.

SED

Digitized by Google

SED

Quod dicendum ſi legatum ad pias cauſas fuerit cancellatum? an intelligatur reuocatum.

RESpondetur ex communi DD. ſentētia *teſte eodem Mant. loc. cit. nu.* 25. in dubio præſumitur inconſulto deletum, & ideo ademptum non intelligitur.

SED PETES I.

Relictum ad pias cauſas ex quibus coniecturis intelligatur.

RESpondetur ex communi DD. ſententia *teſte Mantica lib.* 6. *nu.* 22. quod aut cauſa pietatis congruit perſonæ, & intelligitur ad pias cauſas; aut non congruit perſonæ, & tunc non intelligitur ad pias cauſas: vnde ex qualitate perſonæ, cui relictum eſt, colligitur coniectura, quod intuitu pietatis, vel amore Dei, diſpoſuerit, tametſi hoc teſtator non expreſſerit, veluti ſi pauperi relictum ſit. Quod procedit, licèt perſona ſit coniuncta ipſi teſtatori: nā ſi eſt in neceſsitate, magis ad eam præſumitur teſtator miſericordia adductus, quam ex affectione. ita DD. apud *Manticam loc. cit.*

Item quod ſimpliciter relinquitur Monaſterio, vel ſimili loco, dicitur ad pias cauſas, quamuis hoc non exprimatur. ita Doctores *teſte Mantica loc. cit.*

Item dicitur legatum factum ad pias cauſas, quando fit pro malè ablatis. ita DD. *teſte Molfeſio tom de contract. tract.* 13. *nu.* 172.

PETES II.

Si dubium eſt, an legatum ſit factum intuitu pietatis, ſeù paupertatis, vel intuitu conſanguinitatis; quomodo iudicandum eſt.

RESpondetur ex multis Doctoribus, *teſte Mantica lib.* 6. *num.* 23. iudicandum eſſe legatum facta contemplatione conſanguinitatis inſpecta cauſa naturali, quæ potentior eſt, quam accidentalis. ſed Mantica cum aliis Doctoribus docet, quod in dubio magis videtur accipienda coniectura, quæ animæ teſtatoris ſuffragatur, quia illa cunctis rebus, & perſonis debet anteponi.

PETES III.

An legatum dotis, & alimentorum intelligatur ad pias cauſas relictum.

RESpondetur ex communi *Doctorum* ſententia, *teſte Mantica de coniecturis lib.* 6. *num.* 26. legatum alimentorum, & dotis non intelligi relictum ad pias cauſas, niſi pauperi relictum ſit.

PETES IV.

Si teſtator commiſit alicui diſtributionem bonorum ſuorum, nec dixit in quos diſtributio ſit facienda, an intelligatur eſſe factum ad piam cauſam.

RESpondetur ex communi *DD.* ſententia, *teſte Mantica de coniect. lib.* 6. *nu.* 30. intelligi eſſe factum ad piam cauſam, atq; is intelligitur eſſe hæres inſtitutus cum onere erogandi bona defuncti in pauperes. verum ſi teſtator habet liberos aliter eſt dicendū; vt aiunt *DD. teſt. eo. Māt. l. cit.*

PETES V.

An legatum incertum ratione ſumma, vel perſona ſit validum.

RESpondetur ex communi DD. ſententia, *teſte Mantica lib.* 6. *nu.* 39. 40. & 41. *§. ſed conſidera*, quod licèt legatum incertum ratione perſonæ non valeat, & etiam incertum legatum ratione ſummæ non valeat, tamen ad pias cauſas valet. vnde cum teſtator dixit lego pro anima mea, quoad perſonas intelliguntur pauperes, quoad quantitatem nummorum intelligitur ſecundum arbitrium boni viri, inſpectis facultatibus, & dignitate teſtatoris.

PETES VI.

An legatum iam factum, in dubio videatur eſſe reuocatum.

RESpondetur *ex Mantica lib.* 7. *num.* 37. in dubio, non videtur eſſe reuocatum legatum, vt patet *ex l.* 3. *§. ſi quis duobus*, & ratio eſt, quia reuocatio legati eſt odioſa, vt dixit *Bald. in conſ.* 28. *vol.* 3. ergo à fortiori dico, ego, quando legatum eſt factum ad pias cauſas, nempe in dubio non cenſeri eſſe reuocatum.

Idem ait *Molfeſius tom. de contract lib. tract.* 13. *cap.* 5. *num.* 142. vbi ſic ait, quod attinet ad reuocationem tacitam regula vniuerſalis eſt, non præſumi factam, & aſſerenti contrarium incumbit onus probandi, vt

Digitized by Google

aſſerunt *Maſcardus, & Surdus ab eodem Molfeſio cit.*

Primo dicitur teſtator reuocare legatum, quando rem legatam alteri donat, vel alio modo voluntario alienat. hoc idem procedit quando quis legaſſet alteri nomen debitoris, quem poſtea exegerit, dummodo pecuniam illam expendat in alios vſus, ſi enim illam exactam conſeruaret in aliquo loco, cenſeretur illam exegiſſe ob maiorem commoditatem legatarij. *ita DD. apud Molfeſium num.* 144.

Secundo cenſetur eſſe reuocatum legatum per ſuperuenientem inimicitiam inter teſtatorem, & legatarium; quia nemo præſumitur donare inimico, & malè de ſe merito. *ita DD. apud Molfeſium num.* 145.

Quandoq; legatum non dicitur reuocatum, ſed peremptum, vt ſi res legata pereat. *ita DD. teſte Molfeſio num.* 147.

Quandoque legatum efficitur caducum, vt ſi legatarius moriatur ante teſtatorem, quia tunc accreſcit hæredi inſtituto. *ita DD. apud Molfeſ. num.* 150.

Secus ſi legata fiant ad pias cauſas, nempe non fieri caduca; vt idem *Molfeius cum DD. à ſe cit. nu.* 176. *affirmat.*

PETES VII.

Si teſtator relinqueret legatum certa quantitatis diſtribuenda in pios vſus, an legatarius cui cõmiſſa fuit diſtributio, ſi eſſet pauper poſſit ſibi applicari beneficiũ dicti legati.

Reſpondetur *ex Vincentio de Franchis quem citat, & ſequitur Molfeſ. num.* 157. affirmatiuè nempè poſſe applicari ſibi beneficium dicti legati.

PETES VIII.

An diminutio legatarium quæ ſunt relicta in teſtamento, generaliter facta in codicillis porrigatur ad ea, quæ ſunt relicta ad pias cauſas.

Reſpondetur ex communi DD. ſententia *teſte Mantica de coniect. lib. 6. nu.* 35. non porrigi ad ea, quę ſunt relicta ad pias cauſas, ac proinde non cenſeri diminuta.

PETES IX.

Quot ſunt priuilegia piæ cauſæ.

Reſpondetur ex DD. *teſte Molfeſio tom. de contractibus tract.* 13. *num.* 174. eſſe multa; primũ priuilegium eſt, quod duo teſtes ſufficiunt vtroque iure, dum ſit relictum ad pias cauſas, etiam ſi teſtes rogati non fuerint, & mulieres etiam poſſunt eſſe teſtes.

Secundum, ſi teſtamentum eſſet nullum ex defectu ſolemnitatis iuris ciuilis, adhuc tamen deberentur legata ad pias cauſas. *ita DD. teſte Molfeſ. num.* 175.

Sic etiam legata pia non fiunt caduca, & quouis modo valere poſſunt, ita interpetranda ſunt, & ſi ſolui nequeant, cui relinquuntur, applicantur alteri loco pio, & etiam non adita hæreditate ſoluuntur. Sic etiã inhabilis ad teſtandum, teſtari poteſt ad pias caoſas. *ita DD. apud Molf. nu.* 175.

Tertium, ſi cauſa pia relinquatur hæres, & non fecerit inuentarium, non teneret vltra vires hæreditarias: quia eccleſia eſt cultrix iuſtitiæ, & ſolam veritatem attendit, nec vtitur Præſumptionibus iuris ciuilis. *ita DD. apud Molfeſium nu.* 179

Denique adſunt alia priuilegia fauore piæ cauſæ: videri poſſunt apud *Tiraquel. in ſuo tract.*

Verum non omitto, quod propria auctoritate poſſunt apprehendi legata pia, nec legatarius incidit in commiſſum.

Præterea legata ad pias cauſas latiſsimè interpretari debent. *ita Molfeſ. loc. cit.*

Aduertunt præterea *DD. teſte Bonacin. to.* 2. *diſp.* 3. *qu.* 1. *p.* 3. *num.* 16. ad valorem teſtamenti ad pias cauſas non eſſe neceſſarios in foro conſcientiæ teſtes, quamuis in foro externo duo teſtes requirantur à iure Canonico, vt diſpoſitio teſtatoris ad pias cauſas probari poſsit in iudicio.

Quare ad valorem teſtamenti, vel legati ad pias cauſas in foro conſcientiæ ſufficit, vt teſtator poſsit diſponere, & liberè diſponat, & ille in cuius fauorem diſponit capax ſit. *ita DD. teſte Bon. l. cit.* ac proindè in foro conſcientiæ tenetur hæres ſoluere legata pia, etiam ſi in teſtamento non ſint relicta, modo moraliter conſtet voluntas teſtatoris. *ita DD. apud Bon. num.* 17.

PETES X.

An per ſecundum teſtamentum non ſolemne ad pias cauſas, reuocetur prius teſtamentum quamuis ſolemne ad pias cauſas?

Reſpondetur ex communi DD. ſententia *teſte Bon. loc. cit. nu.* 16. *reuocari. ita etiam docet Sa verb. teſtamentum num.* 9.

PE-

Digitized by Google

PETES XI.

Vtrum teſtamentum factum principaliter cauſa pietatis abſque ſolemnitate requiſita à iure ciuili, validum ſit quoad legata profana in eo teſtamento contenta, & relicta laicis ex nulla cauſa pietatis.

RESpondetur ex communi DD. ſententia *teſte Bonacin. n. 18.* eſſe validum quo ad legata profana, quia principale trahit ad ſe acceſſorium. ſed teſtamẽtum factum principaliter intuitu pietatis abſque ſolemnitate iuris ciuilis eſt validum quoad legata pia, ergo etiam debet eſſe validum quoad legata profana.

Scio verò alios DD. quos citat, & ſequitur *Bonac. loc. citat.* docere non eſſe validum quoad legata profana.

PETES XII.

Vtrum valida ſint legata pia contenta in teſtamento inualido ob defectum ſolemnitatis?

RESpondetur ex communi DD. ſententia *teſte Bonacin. num. 19.* eſſe valida, quia nullo iure irritantur.

PETES XIII.

Quid faciendum ſit, quando teſtator incepit condere teſtamentum in quo inſtituebat hæredem piam cauſam, vel aliquid relinquebat ad piam cauſam, ſed antequam perficeretur teſtamentum, ex hac vita migrauit.

RESpondetur ex communi DD. ſententia, *teſte Bonacin. loc. cit. num. 21.* in foro conſcientiæ tradendum eſſe legatum relictum piæ cauſæ, aut etiam ipſam hæreditatem. *Couar. & alij DD. quos citat, & ſequitur Bonacin. loc. cit.* docent in prædicto caſu, non eſſe reſtituendam totam hæreditatem cauſæ piæ, eo quod teſtator nondum perfecerit teſtamentum, vt ſuppono, quia fieri potuit, vt in eo perficiendo alia legata aliis relinquerentur. Quare in huiuſmodi euentu recurrendum eſt ad prudentem virum, qui ex æquo, & bono ferret debebit iudicium, ſpectatis circumſtantiis concurrentibus in ſingularibus caſibus.

PETES XIV.

An teſtamentum ad pias cauſas valeat ſine ſolemnitate, & ſine inſtitutione hæredis.

RESpondetur ex DD. quos citat ea ſequitur *Sa. verb. teſtamentum num. 4.* eſſe validum quo ad legata pia. immo multi graues DD. *teſte eodem Sa.* docent eſſe validum, etiam quoad legata non pia, & ſufficere in eo duos teſtes, etiam non rogatos, etiam fœminas, & etiam ſufficit ſcriptura ipſius teſtatoris.

PETES XV.

An teſtamentum alia de cauſa, quàm cauſa pietatis factum ſine ſolemnitate requiſita à iure non ſolum ſit inualidum in foro externo, verum etiam in foro conſcientiæ?

RESpondetur ex multis DD. *teſte Bonacin. loc. cit. num. 5.* eſſe inualidum, etiam in foro conſcientiæ, *ſed Leſſius de iuſtitia lib. 2. cap. 19. dub. 3. nu. 12.* cum communiſſima DD. ſententia docet tale teſtamentum in foro conſcientiæ eſſe validum, & licitè retineri, quod ex tali teſtamento poſsidetur ſiue titulo hæreditatis, ſiue legati, quamuis ius ciuile ex eo actionem non tribuat.

Vnde colligunt DD. *teſte eodem Leſſio loc. ci. num. 15.* legata quæ in teſtamento minus ſolemni tibi ſunt relicta, etiam ſi non ſint ad pias cauſas, ſi à te poſſideantur non ſolo poſſe in foro conſcientiæ retineri, ſed etiam in externo defendi per legitimam exceptionem, vt fuſius probat *Leſſ. lo. cit.*

HINC

PRimo ſequitur hæredem ab inteſtato ſi ſciat voluntatẽ defuncti, nõ teneri reſtituere hæreditatẽ, & tenetur ſoluere legata eis, quibus teſtamẽto minus ſolẽni debentur. Si verò ſit dubius de voluntate teſtatoris debet cum illis componere pro ratione dubii. *ita Molina diſp. 81. ſed Leſſius loc. cit.* docet probabilius eſſe hæredem ab inteſtato poſſe totum retinere, quia habet ius certum, à quo non debet excludi per alterius dubium, nam melior eſt conditio poſſidentis in hoc dubio.

Secundo ſequitur, ſi hæres ab inteſtato retinet hæreditatem, & legata poſſunt illi, quibus aliquid per tale teſtamentum minus ſolemne erat relictum, vti occulta

Digitized by Google

compenſatione. *ita Sylu. verb. hæreditas 3. q. 7. & Leſſ. loc. cit.* in opinione DD. qui docent eſſe inualidum teſtamentum ſine ſolẽnitate iuris, etiam in foro conſcientiæ.

Primo ſequitur, hæredem ab inteſtato non teneri quidquam tradere hæredi inſtituto in teſtamento minus ſolemni, vt ait *Sa. verb. teſtmentum num. 3. & Couarru. cit. à Bonacina.*

Secundo ſequitur hæredem inſtitutum in teſtamento minus ſolemni non eſſe tutum in conſcientia, retinendo hærditatem inuitis hæredibus venientibus ab inteſtato, *ita DD. teſte Bonacin. loc. cit. num. 9.*

Tertio, eum cui res aliqua legato relicta fuit in teſtamento minus ſolemni non poſſe vti occulta compenſatione, vel eam ſurripere, quando eam, alia ratione conſequi non poteſt, ita DD. apud *Bonac. num.* 10.

Quarto eum, cui aliquid relictum eſt in teſtamento minus ſolemni peccare contra iuſtitiam, & teneri ad reſtitutionem, ſi ſe defendat per fraudem, & dolum, vt adducendo falſos teſtes, vel ſcripturas, quibus probat, rem illam ſibi deberi, ita Doctores, *teſte Bonacin. num.* 11.

Quinto hæredem non teneri ſoluere legata facta in teſtamento minus ſolemni, ſicut enim non ſubſiſtit principale, ita nec acceſſorium. ita Doctores apud *Bonacinam n.* 12. quod intelligitur quoad legata non ad pias cauſas.

Sexto, hæredem non teneri in conſcientia adimplere voluntatem teſtatoris, quam ipſe teſtator expreſſerit in cedula ſcripta, vel ſubſcripta propia manu, nam illa ſcriptura non habet vim teſtamenti cùm careat ſolemnitate requiſita à iure. verùm illa ſcriptura inter liberos, vim habet teſtamenti. ita Doctores *teſte Bonaciu. loc. cit. num.* 14.

QVAERITVR XXXII.

Notarius confecit inſtrumentum continens leſionem, an teneatur ad reſtitutionem.

RESpondetur ex communi DD. ſententia, *teſte Molfeſio de contractibus tract. 12. num.* 51. non teneri ad reſtitutionem ex ſola confectione inſtrumenti, quia nullam cauſam dedit vt ſupponimus, ſed ſolam conuentionem priuatam partium reduxit in publicam formam: idem eſt de actuarijs, & alijs conficientibus publicas ſcripturas; nam eadem eſt ratio.

QVAERITVR XXXIII.

Titius ſciuit ab Antonio v. g. quod quadam mulier patrauit multa maleficia cum expreſſa inuocatione Dæmonis. ſed ipſe non vidit, ſed Antonius tantum, à quo habuit notitiam, an teneatur Titius ex vi decreti Sacræ Congregationis denunciare ſupradictā fæminā Sancto Officio, dicendo quod ab Antonio teſte de viſu habuit notitiam huius mulieris quæ patrauit ſupradicta maleficia.

REſpondetur teneri Titium denunciare, ac propalare dictam fæminam Sancto Officio, non tanquam teſtem de viſu. ſed debet dicere ab Antonio audiſſe, qui Antonius fuit teſtis de viſu. & hoc eſt verum, etiam ſi neſcit nomen, ac cognomen dictæ fæminæ patrantis maleficia, & ratio mihi eſt, quia Inquiſitor poteſt cogere Antonium ad reuelandum ex qua reuelatione, poteſt ſcire delictum, & procedi ad vlteriora, vt clarè colligitur ex decreto Sacræ Congregationis anno 1603. vt patet ex formalibus verbis decreti ſupradicti. Omnes & ſingulos hæreticos, ſeù de hæreſi quomodolibet ſuſpectos, de quibus notitiam habuerint debeant nobis, vel ordinario loci reuelare, &c. ſub pæna excommunicationis latæ ſententiæ, quam in contrarium facientes ipſo facto incurrant cuius abſolutio Papæ reſeruatur.

Et infra ponit terminum infra duodecim dies proximè computandos, ideſt à die notitiæ. vt docuit *cum Diana à me citat. in in tom. 1. de Miſcellan. §. 146,*

Sed qui ſciuit ab Antonio habet notitiam delicti. ergo tenetur reuelare.

Primo limito verò hanc doctrinam, & dico, quod ſi Antonius intra paucum tempus ſubijciet peccata ſua confeſſario non teneri Titium reuelare Antonium ſancto Officio tanquam teſtem de viſu maleficij patrati. & ratio mihi eſt, quia præſumitur, quod cõfeſſarius imponet onus Antonio, vt reuelet mulierem maleficam ſancto Offitio, nam tota cognitio delicti habetur ab Antonio, ergo ſi Antonius reuelabit, ad nihil tenetur Titius.

Dixi ſi intra paucum tẽpus Antonius manifeſtabit peccata ſua confeſſario. Secus ſi diù Antonius ſe abſtinebit à confeſsione, nam tunc poſſunt multiplicari, delicta malefica ſine punitione, ac damno tertiæ perſonæ, ac proinde arbitror, quod Titius ſtatim debet reuelare ſancto Officio per notitiam, quam habuit maleficæ ex dicto Antonij.

Quæ-

QVAERITVR XXXIIII.

Titius ſcienter emit rem furatam à Caio animo illam reſtituendi vero Domino, an peccet, & an teneatur verus Dominus reſtituere pretium quo Titius rem illam furatam emit.

Reſpondeo ſi rem furatam non erat recuperaturus verus Dominus, tenetur ſoluere expenſas, ac pretium Titio, qui emit rem illam, dummodo pretium non æquiualeat valori rei furatæ, ratio mihi eſt, quia Titius vtile negotium geſſit veri Domini: ſed geſtatori vtilis negotii debentur expenſæ; vt patet *ex l. ſi duobus, ff. de negotijs geſtis, & etiam docet Filiuccius tom. 2. de contractibus tract. 39. cap. 4. num.* 44. ergo verus Dominus tenetur ſoluere expenſas, ac pretim Titio qui rem furatam emit animo illam reſtituendi vero Domino.

Dixi ſi rem illam non erat recuperaturus verus Dominus, nam ſi alias, recuperaturus erat, Titius non vtile negotium geſſit veri Domini, nam ille ſine expenſis recuperaſſet rem furatam. *ita DD. teſte Petro Nauarr. lib. 3 cap. 5. num.* 202.

Dixi dummodo pretium non æquiualeat rei furatæ, nam ſi idem valor ſit, non vtile negotium geſſit veri Domini circa rem furatam. *ita DD. teſte eodem Petro Nauarr. loc. cit.* vbi dicit alias quid vtilitatis contuliſſet vero Domino ſi minoris, quam valeret rem non emiſſet; idem docet *Leſſ. loc. cit. cap. 14. dub 3. num. 19.* vbi ſic ait ſi magno, vel æquali pretio, quaſi in eumdẽ finem emiſti non tenetur Dominus totum refundere, niſi forte prudenter putaueris, & longè pluris valere, ſecus quãdo non ſic puta veris, puta tunc tenetur dominus rei furatæ ſoluere aliquid arbitrio prudentũ, nimirum quantum prudenter gerẽdo negotium ipſius impendere potuiſti, & colligitur *ex l. ſi quis abſentis:* dixi animo reſtituendi vero Domino; nam ſi Titius in proprium ſuum commodum emit, non poteſt pretium repetere: neque nomine venditionis, non enim domino rem ſuam vendere poteſt, neque nomine geſtioris negotii, quia non eius cauſa emit. *ita S. Fauſt. in ſpeculo diſp. 1. q. 30. num. 2. §. hinc.*

Idem dixi cum DD. à me cit. in tractat. de *Miſcellan. practicis, num. 1. q. 9. §. ſi quis.* nam ſi Dominus nunquam eſſet rem furatam recuperaturus, niſi ille emiſſet, & tali pretio, vtique Dominus ſi vult rem furatam tenetur illud pretium ſoluere.

QVAERITVR XXXV.

Quis ſit negotiorum geſtor.

Reſpondetur *ex Filiucio tom. 2. tract. 39 cap. 3. num. 33.* quod quis dicitur geſtor negotiorum, quando abſque mandato formaliter, aut virtute negotium alterius gerit. dixi abſque mandato formaliter, &c. quia ſi præcedat mandatum formaliter. vt virtute, non eſt contractus negotiorum geſtorum, ſed mandati, vt colligitur ex inſtitut. de obligat. & notat *Molin. citat. ab eodem Fluuio*

PETES I.

Quid oriatur ex parte geſtorum negotiorũ, & quæ ex parte eius cuius negotiũ geſtum eſt.

Reſpondetur *ex Filiuccio loc. cit. num. 36.* quod ex parte negotia gerentis oritur obligatio ad reddendam rationem eorum quæ geſsit, atque ad ſoluendum, ſi aliquid peruenit ad ipſum ex negotio geſto. ex parte vero eius, cuius negotium geſtum eſt, oritur obligatio ad ſoluendas expenſas in ipſius bonum factas. Nomine autem expenſarum, etiam intelligitur valor induſtriæ, & operarum appoſitarum, cui obligationi reſpondet in geſtorum actio contraria ad exigendum ab eo cuius negotium expenſas dictas fecit.

PETES II.

Ad quas expenſas tenetur is cuius negotium geſtum eſt.

Reſpondetur, quando is cuius negotium agitur expreſsè ſignificauit ne alias ipſius negotium ageret, non tenetur ad expenſas factas poſt admonitionem, etiam ſi vtiliter negotium geſſerit, ad factas ante, tenetur. *ita lex fin. C. de negot. geſt. Molin. & Azor. quos citat, & ſequitur Filiuccius loc. cit. num.* 43.

Si nulla præceſſerit admonitio, & negotium alioquin vtiliter geſtum eſt, tenetur ſoluere expenſas, vt patet ex eadem *l. & l. ſi ex duobus, ff. de negot9s geſtis. vbi addit Filiuccius num.* 44. quod ſatis eſt, fuiſſe negotiũ vtile à principio cum geri cæptum eſt, quamuis poſtea per accidens deterius factum ſit, vt ſi domus cæpit refici, poſt-

quam

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

quam autem refecta eſt, incendio aſſumpta eſt, reficiendæ ſunt expenſæ factæ in ea reficienda.

Si expenſæ factæ in re abſentis maiores ſint, quàm rei vtilitas, non tenetur abſens eas ſoluere, niſi pro ratione vtilitatis in re illa ſubſecutæ. eodemque pacto ſi quis deceptus ſit, putans ſe vtiliter agere negotium alterius; re vera tamen vtiliter geſtum non eſt, non tenetur is cuius negotium geſtum eſt, ſoluere eas expenſas. vt patet ex *l. ſed an vltro l. ſine hæreditaria, ff de negot geſtis. ita etiam docet Molina, & Azor. cit. à Filiuccio num.* 45.

PETES III.

An is qui fecit expenſas alicui animo gratuito, & liberali; poſſit mutare propoſitum, & illas petere actione negotiorum geſtorum.

RESpondetur *ex Filiuccio loc. cit. nu.* 46. non poſſe. Si verò cæpit animo gerendi negotium gratis, & poſtea non dum perfectum eſt, mutauit animum poterit mercedem petere ab eo tempore quo mutauit, non autem à primo tempore. Quod ſi totum negotium gratis geſsiſſet non poteſt poſtea mutare animum, & mercedem petere. ita etiam docet *Azor. cit. à Filiuccio.* vtendum eſt coniecturis probabilibus, an negotium gratis geſtum ſit.

Sed ego docui cum *Ceſpede à me cit. in caſibus ſingularibus caſu* 339. quod donatio non dum acceptata ſemper poteſt reuocari; immo multi DD. *teſte Leſſio lib. 2. cap. 18. dub. 6. num.* 38. & 39. docent donationem ad pias cauſas non habere vim obligationis ante acceptationem.

EX HAC DOCTRINA.

SEquitur primo, quod ſi negotium gratis geſtum ſit, poteſt negotiorum geſtor mutare animum antequam ab eo in cuius fauorem negotium geſtum, eſt, acceptetur, ac proinde poteſt exigere expenſas, & nec non mercedem laboris, & valorem induſtriæ. nam docet *Filuc. tract. 39 cap. 4. num. 37.* loquens de geſtorum negotiatore quod illi debentur expẽſæ, & nomine expenſarum, intelligitur etiam valor induſtriæ, & operarum appoſitarũ. vt docet idem *Filiuc. loc. cit.* & ita colligitur ex *§. 2. inſtit. de obligat. quæ ex quaſi contract l. ſi remunerandi §. 1. ff. mandati.*

Sequitur ſecundo ſecundum Cordubam quem citat, & ſequitur *Lopez de contract. lib. 1. cap. 53.* quod qui geſsit negotium alterius ſibi commiſſum, ſine ſuis expenſis, & laboribus, quia verbi gratia per amicos ſuos curiales contemplatione illius gratis ſollicitantis negotium gratis obtinuit, ſcilicet diſpẽſationem Papalem, vel priuilegium Regium pro alio, poterit licitè expenſas fieri ſolitas pro hac obtenſione expetere; licèt ipſe ratione ſupradicta nullas fecerit; quia licèt gratis & obtinuerit per mediatores amicos, ſed non fit ſine obligatione ſimilem impendendi laborem, & ſollicitudinẽ gratis pro amicis cùm ſe occaſio obtulerit. immo non ſolum poterit eas expenſas petere, ſed etiã ſi aliàs amicitia ſit abrumpenda, vel alia timeantur inconuenientia, inde ſequenda, poterit pro his ſibi recompenſare, niſi ille, pro quo priuilegia obtinuit ſic impetranti in alijs officijs, obſequijs, vel beneficiis ſolueret huiuſmodi pro ſe negotium geſtum. *ita Medina quem citat, & ſequitur Lopez loc. citat.*

QVAERITVR XXXVI.

Titius ſimul cum Caio ſurripuerunt pallium ab Antonio, & illud vendiderunt non iuſto pretio, ſed viliori pretio, deinde Caius pænitentia ductus recurrit ad confeſſarium? ad quid tenetur.

RESpondetur primo, ſatis certum eſt apud DD. teneri in ſolidum ad reſtitutionem valoris pretii pallii, hoc eſt, indefectum alius conſocii, puta quando partem pretii ſibi applicatam non vult reſtituere alius conſocius, nam per ſe primo Caius aliud non tenetur reſtituere, niſi id quod recepit ex pretio pallii venditi, ſed quando alius conſocius non vult reſtituere aliam partem pretii pallii, ad totum valorem pallii tenetur. Suppono enim Caium, & Titium concurriſſe ad idem furtum.

Secundo, ſatis mihi certum eſt, quod ſi pallium fuit venditum minus iuſto pretio, teneri quemlibet ſocium ad reſtitutionem rei furatæ ſecundũ valorem intrinſecum, non ſecundum id quod vendidit, quia dum eſt poſſeſſor male ſidei non ſolum tenetur reſtituere id, in quo factus eſt locupletior, ſed etiam illud pretium, in quo non eſt factus locupletior, vt docent DD. à me citat. *tract. de Miſcellan. q.* 15.

SED

SED

Difficultas eſt quando res furata non extàt in ſpecie, nec res furata ſubeſt pretio legali, an teneatur reſtituere valorem rei ſecundum pretium infimum, mediocrum, an rigoroſum.

RESpondeo hunc punctum non inueniſſe tactum apud DD. idcirco, ſaluo meliori iudicio, dico ſatis eſſe, vt reſtitutio fiat ſecundum pretium infimum, & ratio mihi eſt, quia eſt intra ſpheram iuſti, nec eſt maior ratio cur debeat fieri supradicta reſtitutio potius ſecundũ pretium mediocrum, ſummum, vel infimum, quandoquidẽ nihil certo ſcitur quod Dominus rei eam emerit pretio rigoroſo, ſeù ſummo, vel mediocri, vel infimo.

Quando verò ſcitur Dominum rei emiſſe illã pretio ſummo, tunc certum eſt, quod ſecundum illud pretium res furata eſt reſtituenda; quia poſſeſſor malæ fidei debet reddere omninò indemnem dominum rei furatæ.

QVAERITVR XXXVII.

Quis dixit mendacium in confeſsione ſcienter an peccauerit mortaliter, puta quando dixit peccatum, quod non commiſit.

RESpondetur primo, ſecundum omnes, *teste Suarez de pænit. diſp. 22. ſect. num. 6.* ſi materia illa eſſet totalis, puta quando non fuerit alia materia peccati, niſi illa confeſſa cum mendacio. Certum eſt commicti peccatum mortale, etiam ſi materia ſit leuis in ſe, quia ſit nullum Sacramentum.

Quando verò materia fuit partialis, ſcilicet, quia inter alia peccata vera pænitentis confitetur aliquod veniale, quod non verè commiſit multi grauiſsimi DD. *teste Suarez loc. cit.* docent, eſſe peccatum mortale.

Sed Suarez cum multis alijs Doctoribus docet ſecluſo ſcandalo, & contemptu, non eſſe pluſquam veniale, quia decipitur cõfeſſor in materia leui, quæ non excludit omnem materiam neceſſariam.

Reſpondetur ſecundo; quando quis ſe accuſat de peccato mortali, quod non commiſit, tunc commictere peccatum mortale, niſi ratione ignorantiæ inuincibilis id fecit, quia decipitur confeſſor in materia graui. ita communiter DD. apud *loc. cit. num.* 10. & licèt referat idem auctor quod Sylu. dicat eſſe peccatum veniale tamen, vt vidi, oppoſitum docet *verb. confeſſ.* 1. *nu.* 9. nempe quod peccat mortaliter, quia iniuſtè pænitens ſe infamat.

Victoria in ſumma Sacramentorum num. 130. docet probabiliter commictere peccatum mortale accuſantem ſe commiſiſſe peccatum mortale, quod non fecit, ſed neque ex hoc colligitur quod oppoſitum ſit etiã probabile, nam quando non habemus definitionem Eccleſiæ non eſt mirum, quod hoc modo loquatur Victoria.

QVAERITVR XXXVIII.

Quidam exactor nummorum variarum perſonarum à parte longinqua tranſmiſit nummos, media arca, in locum, vbi commorabantur dicta perſonæ ad quas ſpectabant illæ quantitates nummorum; verum idem exactor in illa arca ſub diuerſis globulis inuolutis poſuit quantitatem nummorum ſpectantem ad Titium, ad Caium, Sempronium, &c. Separatim vnam ab alia, & aſſignauit, præterea, illum globolum inuolutum nummorum eſſe Caij, alterum Titij, &c. accidit caſus, quod pro itinere Arca prædicta fuit fracta, ac aperta, & à latrunculis fuit ſurreptus globolus inuolutus nummorum, qui ſpectabant ad Titium, an teneantur Caius, Sempronius, &c. pati aliquam iacturam nummorum, ita vt Titius non amicta totam quantitatem nummorum ad ſe ſpectantem

RESpondetur mihi videtur, ſaluo meliori iudicio; non teneri Caium, Sempronium, &c. pati aliquam iacturam nummorum, & ratio mihi eſt, tum quia ſupradicti non aſſecurauerunt Titium pro illa quantitate nummorum, tum quia hoc fuit per accidens quod globolus Titij fuit ſurreptus, & non Caij.

SED DICES I.

Globolus inuolutus nummorum Titij, ſurreptus à latrunculis, fortaſſe fuit cauſa, ſeu occaſio, quod alij non fuiſſent furati.

RESpondetur negando, quod globolus inuolutus Titii fuit cauſa, cur alii non fuiſſent furati, tum quia cauſa efficiens debet habere principium vitæ; vel ſaltem virtutem ad operandum aliquẽ effectum, ſicut medicina habet virtutem operandi ſanitatem, & expellendi morbos à corpore; ſed hoc patet, quod alii globoli inuoluti

Digitized by Google

luti nummorum, non habeat nec principium vitæ, nec virtutem operandi aliquem effectum.

Saltem tunc teneri pati aliquam iacturam nummorum alios Dominos prædictarum quantitatem nummorum, quando ille globolus inuolutus Titij, non fuit in Arca repoſitus, ſub illa cuſtodia, ac cautela, ſicut fuerunt repoſiti alij, ac proinde dum fur ſurripuit globolum Titij, qui non conſeruatus ſub tanta cuſtodia fuit cauſa, ſeù occaſio, vt cur fur ille non quæreret alios, & conſequenter indemnitas Dominorum aliorum globolorum orta fuit ex pauca cuſtodia globoli Titij, qui non poſitus in Arca, ita reconditus ſicuti alij.

DICES II.

RESpondetur hoc. nihil probare contra Dominos aliorum globolorum, ſed ſi fuit culpa, debet tribui exactori, qui poſuit nummos Titij in arca non ita reconditos, ſicut alios collocauit.

Hic caſus mihi fuit propoſitus à quodam amico, & quia non poteſt inueniri doctrina punctualis. idcircò potius ratione, quam auctoritate poteſt haberi deciſio huius caſus. propterea doctiori iudicio me ſubijcio, ſed mihi videntur probabiles rationes à me aſsignatæ.

EX QVO.

COlligo oppoſitum eſſe dicendum quando variæ quantitates nummorum ſpectantium ad diuerſas perſonas fuiſſent permixtæ, ita vt non poſſet diſcerni quæ ſit Titij, quæ eſt Caii, &c. nam tunc recta ratio non dictat, quod ſolus vnus debet amittere partem ad ſe ſpectantem, & non alios pro rata in caſu, quò non fuerunt toti nummi ſurrepti à furibus.

QVAERITVR XXXVIIII.

An facultas abſoluendi a cenſuris, ſatisfacta parte, quæ communiter conceditur iubileo, quando eſt deducta in foro exteriori, proſit quoad forum exterius, quando additur illa particula in foro tantum conſcientiæ.

REſpondetur ex *Suarez de cenſuris diſp. 7. ſect. 5. num. 23. vſque ad num. 29.* valere quoad forum exterius, quando conſtat publicè eius abſolutionem, puta per fidem confeſſarii, media licentia pœnitentis, vel alias conſtet publicè lucratum fuiſſe iubileum. ita etiam docuit *Nauarr. apud Suarez.*

Itaque concludit Suarez quod hæc limitatio facultatis, in foro conſcientiæ abſoluendi, hæc operatur. Primum, vt non obſtanti tali abſolutione, & pænitentia impoſita in foro pænitentiæ, poſsit Eccleſiaſticus iudex de delicto illo cognoſcere, & ſatiſfactionem accomodatam foro publico, & contentioſo imponere. ſecundum neceſſe eſt, vt illa abſolutio licet non iteretur, ſaltem declaretur, & comprobetur in foro exteriori iuxta modum, & exigentiam cenſuræ. ita etiam docent *Medina, Rodriquez, & Ioan. de la Cruce cit. à Diana par. 3. tract. 9. reſol. 13.*

Sed alii Doctores oppoſitum docent, nempè nullo modo huiuſmodi abſolutionem in foro conſcientiæ valere in foro exteriori. ſed poſſe iudicem abſolutionem in foro conſcientiæ acceptare, niſi cederet in graue partis detrimentum. *ita DD. teſte Diana loc. citat.*

QVAERITVR XXX[illegible]

An facultas abſoluendi à cenſuris in iubileo ſatisfacta parte, ſit valida ſi abſoluatur pænitens, qui poteſt parti ſatisfacere, & non ſatisfacit.

REſpondent communiter DD. non eſſe validam.

Docent Iannerus, Faber, Auila, & Hurtado, quos citat, & ſequitur Diana lo. cit. reſol. 12. docēt eſſe validā ſupradictā abſolutionē ſine ſatisfactione partis, ſed illicitam. ratio horum DD. eſt, quia dicta additio, ſatisfacta parte, non limitat poteſtatem delegato. ſed admonet, vt ſeruet formam iuris communis, quam etiā delegans ſeruare debet. Vnde ſine ſatisfactione, aut cautione ſi abſoluit, tenetur confeſſarius ad reſtitutionem damni inde ſecuti parti læſæ, vt docent *Canon. & aduert. Diana l. cit.*

HINC.

DEducitur ſatis certum eſſe, quando non poteſt pænitens ſatisfacere, poſſe abſolui vigore iubilei, etiam ſi dicatur, ſatiſfacta parte, modo exhibeat cautionem, vel pignoratitiam ſi poteſt, vel iuratoriam ſi maiorem non poteſt. vt docet *Suarez de cenſuris diſp. 7. ſect. 5. num. 41. & ego docui cum DD. à me cit. in tract. de Miſcell. q. 49 fol. mihi 100.*

QVAE-

Digitized by Google

QVAERITVR XXXXI.

Quidam miles aggreſſus eſt bellum iniuſtum à parte rei: ſed inuicibiliter putauit fuiſſe iuſtum, & in actuali conflictu multa bona aduerſarij ſibi vendicauit, & poſt capta vili pretio vendidit. ſecuta verò tali venditione cognouit fuiſſe bellum iniuſtum, an teneantur bona capta in bello reſtituere veris Dominis ratione valoris rei ſi non extent in ſpecie, an ſecundum pretium quo vendidit.

RESpódetur reſtituere ſolum id in quo factus eſt locupletior ſi res non extat in ſpecie, ac proinde reſtituendi ſunt nummi percepti ex re vendita ſolum, non ſecundum proprium valorem rei venditæ, ſed ſecundum id quod vendidit vili pretio, & ratio mihi eſt, quia vt docui cum Doctoribus à me citat. in tractat. de Miſcellan. practicis quæſt. 13. fuit mihi ij poſſeſſor bonæ fidei, non tenetur aliud reſtituere, niſi id in quo eſt factos ditior, quando ſcit rem non eſſe ſuam, & illa in ſpecie non extat: ſed miles ſupradictus eſt poſſeſſor bonæ fidei, quia inuincibiliter putauit fuiſſe bellum iuſtum, & potuiſſe licitè ſibi vendicare rem captam in tali bello, vt ſuppono. ergo eſt bonæ fidei poſſeſſor: ſed bonæ fidei poſſeſſor, non tenetur aliud reſtituere, niſi id in quo factus ditior, quando res non extat in ſpecie. ergo ſupradictus miles non ſecundum valorem rei in ſe tenetur reſtituere, ſed ſecundum id pretium quo vendidit vili pretio, hæc doctrina deducitur manifeſtè ex doctrina tradita de bonæ fidei poſſeſſore.

QVAERITVR XXXXII.

An confeſſarius habens facultatem delegatam abſoluendi à cenſuris poſſit non audita confeſſione abſoluere cenſuras, ſcilicet extra confeſſionem.

RESpondetur ex communi Theologorum ſententia, *teſte Portel, in diſp. caſ. p. 2. caſ. 30. num. 5.* quod confeſſor potens abſoluere ab aliqua cēſura, poteſt ab illa abſoluere, etiam non audita confeſsione ſacramētali pænitentis. ſic docet in terminis, *Rodriq. tom. 9. qq. q. 61. art. 7. citans Victoriam, Pennam, Medinam, & Henriq. nomine cenſuræ intelligitur etiam ſuſpenſio, ac interdictum.*

Idem docet *Suarez tom. de cenſuris diſp. 7. num. 36.* vbi docet, quod delegatus poteſt abſoluere à cēſura non audita confeſsione, niſi limitatur facultas à delegante intra Sacramentum pænitentiæ, docet præterea *Suarez loc. cit. num. 38.* quod ſi conceſſa eſt facultas confeſſario abſoluendi à cenſura intra ſacramentum pænitentiæ, & iam ſunt confeſſa peccata, & præparata materia in ordine ad recipiendam abſolutionem, ſed prolata prius abſolutione à cenſura, & vltra non progreſſa ad abſolutionem peccatorum, vel quia repente mortuus eſt confeſſarius, aut loquelam amiſit, aut quia noluit à peccatis abſoluere mutata voluntate, abſolutionem eſſe validam, & poſtea non eſſe alium neceſſarium, & peccata illa iam non manere reſeruata, ſed à quocunque habente communem iuriſdictionem in foro pænitentiæ poſſe abſolui, ſuppono enim non habuiſſe aliam reſeruationem, niſi mediante illa cenſura. ratio eſt, quia illa abſolutio à cenſura licèt concedatur, & fiat in ordine ad abſolutionem à peccatis, non eſt tamen conditionata, ſed abſolutè, & pura, & ideo ſtatim habet ſuum effectum. Neque ibi habet locum reincidentia, quia non eſt ſub ea conditione, & forma data hæc poteſtas. maximè, quia in eo caſu abſolutio illa data eſt poſt auditam confeſsionem, & in foro ſacramentali ſaltem inchoatè cum intentione, & animo perficiendi illud: ita *Suarez loc. cit.*

Secus mihi dicendum ſi cum intentione non abſoluendi à peccatis, abſolueret à cenſura antequam audiret peccata.

QVAERITVR XXXXIII.

An vigore Iubilei poſſit confeſſarius abſoluere à cenſura extra confeſſionem, ac non audita confeſsione.

RESpondetur ex *Suarez loco citato numero 38. quod Pius Quintus in Iubileo* 568. declarauit abſolutionem à cenſura damdam eſſe in foro pænitentiali, & audita confeſsione, ſed multi Doctores neoterici quos citat *Sanchez in ſummâ lib. 4. capit. 54. numero 16. in fine* docuerunt, quod ſi concedatur

Digitized by Google

in bulla iubilei facultas abſoluendi auditis confeſsionibus hoc referri ad peccata, non autem ad cenſuras, ac proinde cenſuras poſſe abſolui ante confeſſionem, ſed quod certiſsimum eſt, ſecundum multos Doctores, quos citat, & ſequitur *Sanctum Fauſtum de indulgentijs lib.4. quæſt.*114. quod quando in iubileo non additur illa particula auditis confeſsionibus, cenſuras poſſe abſolui extra confeſsionem, quidquid dicant alij Doctores in oppoſitum.

QVAERITVR XXXXIV.

An quando ſit inualida confeſſio ei, qui abſoluit ex ſola Iubilei facultate, cenſuræ cenſeantur abſolutæ.

Reſpondetur ex *Sancto Fauſto lib. 4. de indulgentijs quæſt.40.§.quod ergo*. eſſe abſolutas cenſuras, tum quia abſolutio cenſuræ non dependet ab abſolutione à peccatis, nec exigitur diſpoſitio ex parte pænitentis, vt à cenſuris abſoluatur, tùm quia confeſſarius tempore iubilei poteſt abſoluere à cenſuris, etiam extra confeſsionem, ac non audita eius confeſsione, niſi aliter ſit cautum in bulla iubilei. ergo licet fuerit confeſsio inualida quoad abſolutionem à peccatis, tamen erit valida abſolutio quoad abſolutionem à cenſuris.

QVAERITVR XXXXV.

An aliquando licitè poſſit recipi ſacramentum matrimonij ab excommunicato excommunicatione maiori, vel minori, modo ſit contritus.

Reſpondetur affirmatiuè, modo adſit ſcandalum, vel infamia, niſi contrahatur matrimonium à ſupradictis excommunicatis contritis., ratio eſt, quia quando concurrũt duo præcepta, vnum eccleſiaſticum, aliud naturale diuinum, maius præceptum debet præualere, ſed hoc eſt in caſu noſtro ergo. Probatur minor. contrahere matrimonium cum excommunicatione contrauenitur tantum præcepto eccleſiaſtico, præbere ſcandalum, & infamiam inducere contrauenitur præcepto naturali diuino; ergo præceptum de euitando ſcandalo, & de non infamando, eſt fortius, ac maius, quàm præceptum eccleſiaſticum.

Idem dixi cum Doctoribus à me citat de obligatione ſacerdotis fol. mihi 224. & 225. vbi docui, quod homicida ſacerdos ante diſpenſationem irregularitatis poteſt ad euitandum ſcandalum, vel infamiam celebrare, præmiſſa debita confeſsione, ſi hic, & nunc poteſt confiteri, aliàs ſi non poteſt confiteri, ſaltem debet elicere actum contritionis.

Idem dixi de excommunicato Papali. nempè poſſe celebrare, ac communicare, ſi eſt laicus, & intereſſe diuinis officijs ſi concurrat ſcandalum, vel infamia, ſi prædictæ actiones non fiant; puta ſi monialis incidit in excommunicationem occultam Papalem, nempè ante abſolutionem poſſe communicare, quando aliæ ad id tenentur, & intereſſe choro, & alijs à quibus ſi abſtineret fama eius periclitaretur, & poteſt confiteri, & dicere omnia peccata reſeruata, & non reſeruata,reſeruata tantùm,iterũ tenetur confiteri habẽti poteſtatem abſoluendi.ita *DD*. à me citat.de obligat. ſacerdotis fol.225.

QVAERITVR XXXXVI.

Quis abſcindita cartilaginem ab auribus alicuius hominis, an cenſendus ſit irregularis, tanquam mutilator membri.

ANTEQVAM RESPONDEAM

Sciendum eſt primo, nihil aliud eſſe cartilaginem, niſi aliquod intermedium inter os, & carnem,& eſt pars corporis genita ex ſpermate, id eſt ex ſemine fæminæ,vt docet Ambroſius Calep.

HIS POSITIS.

Reſpondetur ex communi DD.ſententia,*teſte Sayro de cenſuris lib.7 cap.15. num.*17 non incurriſſe irregularitatem, quia auricula,ſeù cartilago, quæ eſt circa aurem non eſt membrum. cùm non ſit auditui neceſſaria, ſed eſt potius tutela, & ornamentum auris. quidquid dicat Maiolus qui aſſerit eſſe irregularem qui abſcidit cartilaginem, quam opinionem ſequitur Sayr. & alij Doctores, quando in pænam abſciſſa, vel perforata eſſet,tunc enim tanquam infamis eſſet irregularis.

In

Digitized by Google

in omni vero opinione quando abſcinduntur aures, incurritur irregularitas.

HINC

PRimo colligitur per vulnerationem cum quacunque ſanguinis effuſione, vbi non eſt mors, neq; mutilatio membri non induci irregularitatem, vt notauit *Panormit. cap. de diacono*, & ita etiam docet *Fernandex in medulla caſuū conſcientiæ part. 2. cap. 10. §. 14. nu. 7.*

Secundo colligitur ex communi DD. ſententia, *teſte Suarez de cenſuris diſput. 44. ſect. 2. num. 5.* non eſſe irregularem vulnerantem aliquod membrum, etiam ſi reddatur mēbrum inutile ad ſuum miniſterium ex tali vulneratione, modo non abſcindatur.

Addit *Toletus lib. 1. cap. 71. num. 8.* quod, qui alterum percutit, & ex percuſsione facit irregularem ex defectu nimirum, quia notabile vulnus inflixit in facie, quod ſit multū deformis, aut fecit eum claudum, neque vt nequeat ſine baculo ambulare, vel quid aliud ſimile, ſi non abſcindit, aut mutilauit membrum, non eſt irregularis, quamuis Sylu. aliter ſenſiat cum alijs per ipſum citatis, ſed ſine fundamento, ait idem Toletus, quia non eſt occiſor, nec mutilator. idem docet *Suarez loc. cit. nu. 12.*

Tertio ait idem *Tolet. cum Nauarr. loc. cit. nu. 9.* quod qui excecat alium viſu eum priuando non autem oculum extrahendo: eadem ratione non eſt irregularis, qui dat mulieri venenum ſterilitatis, vt priuetur potentia generatiua, quia non occidit, nec mutilat, ergo de iure non eſt irregularis, vt ait Tolet. & habetur *ex Gloſ. cap. ſi aliquis de homicidio.*

Quarto, qui mortuo homini abſcindit caput, aliudue membrum, non eſt irregularis. non enim mortuus eſt ſimpliciter homo, nec membrum mortui eſt ſimpliciter membrum vita, aut anima, vt dicit *Archid. can. ſi quis, & Tolet. loc. cit. nu. 10.*

Quinto, qui fętum antequam anima ſit informatus aboriri facit, quamuis peccat lethaliter de iure irregularis non eſt, quia cum non dum ſit viuificatus, non dum eſt homo. ita habetur *ex cap. citat. 2. de hom. vt notat Tolet. num. 11.*

Sexto ſolam vulnerationem, ac ſanguinis effuſionem, ſi non adſit mutilatio membri non inducere irregularitatem. ita DD. *teſte Suarez loc. cit. num. 6.*

SED

Difficultas eſt quid nomine membri intelligatur, in ſtatuto puniente mutilationem, aut membri abſciſſionem, ita vt quis incurrat irregularitatem.

REſpondetur ex communi DD. ſententia, *teſte Suarez loc. cit. num. 6.* membrum in corpore humano appellari partem illam, quæ eſt quaſi integrum inſtrumentum proximum alicuius actionis, vt manus, pes, oculus, nō verò partes aliquæ talium membrorū. vnde explicat *Nauarr. cap. 27. n. 206.* cum DD. *à ſe citat.* quod qui abſcidit digitum alicuius ſine quo benè celebrare non poteſt, non eſt irregularis, cùm digitus non ſit membrum, ſed membri pars. addit verò *Nauarr. loc. cit.* quod ſi quis ſua culpa partem digiti amiſit non poteſt ordinari, vt patet *cap. qui partem diſtinct. 6.* quia hoc eſt cautum in iure. idem docet *Nauarr. loc. cit.* quod teſticuli hominis cum parte genitali ſunt vnum membrum; verum ſi quis culpa ſua fecit eos amputare non poteſt ordinari, vt patet *ex cap. ſi quis abſciderit diſput. 55.* quia hoc eſt cautum in iure, ſecus quando non fuit culpa ſua, vt docui cum DD. à me citat. *de obligat. ſacerdot. fol. 83.*

Aliqui verò Theologi, *teſte Nauarr. ex loc. cit.* quos citat, & ipſe ſequitur docent etiam mutilationem partis membri, puta digitos induceret irregularitatem ex mutilatione.

SED PETES I.

An maneat irregularis, qui membrum aridum, vel impeditum alteri abſcidit.

REſpondetur ex DD. quos citat, & ſequitur *Suarez loc. cit. num. 11.* ſi membrum aridum eſt priuatum anima, & eius abſciſio non attingit membra viuentia, eius truncatio non inducit irregularitatem, quia perinde eſt, ac ſi truncaret membrum cadaueris.

PETES II.

Per ſolam voluntatem, & conatum occidendi, aut mutilandi ſi non ſequitur occiſio, aut mutilatio, an quis efficiatur irregularis.

REſpondetur ex communi ſententia, *teſte Tolet. loc. cit. num. 12.* non effici

D 2 irre-

Digitized by Google

irregularitatē. vnde qui dat venenū alteri animo occidendi, aut vt aboriatur viuum fœtum, ſi non occiditur, aut abortus ſequitur non eſt irregularis, nec qui bombardam exonerat contra alterum, ſed non ſequitur effectus, nempè non eſſe irregularem. Ita *Tolet. loc. cit.*

QVAERITVR XXXXVII.

An beneficiatus poſſit teſtari de fructibus beneficij.

Reſpondetur affirmatiuè, nempè poſſe beneficiarium de fructibus beneficij teſtari ſi à ſolo ſunt ſeparati, etiam ſi nō ſint reconditi, verum ſi beneficiarius de ipſis fructibus non diſponit Eccleſia ſuccedit ei, in iſtis fructibus. Et hæc eſt quaſi communis conſuetudo, vt ait *Rodeanus tract. de ſpolijs q. 1. num. 15. vſque ad num.* 18. vt affirmat eſſe communem DD. ſententiam, nempè etiam ſi fructus beneficij non ſint reconditi modo à ſolo ſint ſeparati, nimirum poſſe beneficiarium de iſtis diſponere, ac teſtari, tempore ſuæ mortis.

EX QVO

Deducitur, quod fructus non ſeparati à ſolo, etiam ſi debeantur beneficiario, puta quia ſunt maturati tempore ſuæ vitæ, non poſſe de illis diſponere, ſed ſuccedere Eccleſiam, ſeu Cameram Apoſtolicam.

QVAERITVR XXXXVIII.

An peccet beneficiarius expendens redditus ſui beneficij in vſus non neceſſarios.

Reſpondetur ex ſacris canonibus clarè colligi, vt obſeruat idem *Rodoanus loc. cit. num.* 24. peccare mortaliter ſupradictum beneficiarium ſi expendit fructus beneficij in vſus profanos vltra neceſſarium victum, ac ſimplicem veſtitum. vnde *D. Bernardus epiſt. 2. iſta formalia verba dixit, quidquid præter neceſſarium victum, ac ſimplicem veſtitum de altario retines, tuum non eſt rapina eſt, ſacrilegium eſt, & D. Hieronym. cit. à Rodoano dixit viuere de altari permittitur, non luxuriari, bona Eccleſiarum ſunt propriè patrimonium Chriſti, vt habetur ex cap. cum ex eo de elect. in 6. & notat Felin. & Dec. in cap. conſtitutus de reſcriptis, & idem quod bona Eccleſiarū ſunt bona pauperum,* quod intelligēdum eſt, quoad debitum, quia eis debentur, non quoad dominiū, neque quoad proprietatem, vt ait *Card. à Turrecremata in cap. videntes nu. 2. 12. quæſt. 1.*

SED PETES I.

An beneficiarius ſupradictus qui expendit fructus beneficij, vltra victum neceſſarium, ac ſimplicem veſtitum, in vſus profanos, non ſolum peccet mortaliter, ſed etiam teneatur ad reſtitutionem.

Reſpondent multi grauiſsimi Doctores, quos citat *Rodoanus loc. cit. num.* 25. teneri ad reſtitutionem, & colligant hoc ex *D. Bernard. epiſtol.* 42. vbi ſic ait. Clamant pauperes noſtrum eſt, quod effunditis nobis crudeliter ſubtrahitur, quod inaniter expenditis, & *D. Hierony. dixit, eliena rapere conuincitur, qui vltra neceſſaria ſibi retinere probatur.*

Verùm *D. Thom. in 6. quodlib. artic. 12. Syluinſumma verb. clericus præpoſit. in ſumm. diſt.* 101. §. docent non teneri ad reſtitutionem, licèt peccet mortaliter, & latè probat *Leſſius de iuſtitia, & iure lib. 2. cap. 4. nu. 6. num.* 43.

PETES II.

An beneficiatus ſi habeat bona patrimonialia teneatur viuere de illis, & non de fructibus beneficij.

Reſpondetur ex Nauarr. quem citat, & ſequitur *Leſſius loc. cit. num.* 38. quod beneficiarius ius accipiendi habet totā ſuam ſubſtentationem ex fructibus beneficij, nec tenetur viuere ex bonis patrimonialibus.

Vnde ſi de patrimonialibus viuat, vel expendat in pias cauſas, poteſt tantundem accipere ex redditibus beneficij, & de eo tanquam de patrimonialibus diſponere. niſi fortaſſe intenderit non vti cōpenſatione, quod nō eſt præſumendum, niſi id expreſsè intenderit, & voluerit ſibi libertatem illam diſponendi adimere: Nemo enim ſe priuat iure ſuo niſi volens. ita *Leſſius loc. cit.*

Aduertunt præterea DD. teſte *Leſſius loc. cit. num.* 19. quod Epiſcopi. Canonici. & alij beneficiarij, quoad eam partem fructuum attinet, quæ congruæ ſubſtentationi

Digitized by Google

tioni eorum eſt neceſſaria, ita fiunt Domini, vt non magis teneantur ex ea erogare ad opera pietatis, quam ex bonis patrimonij; quia hæc eſt pars iuſta eorum merces, qui Eccleſiæ ſeruiunt. Qui enim eccleſiæ ſeruit, iure poteſt ex bonis eccleſiæ viuere. Vnde ſequitur, ſi quid velint ex hac parte ſibi detrahere, poſſe de eo diſponere, ſicut de bonis ſecularibus. ita DD. teſte *Leſſius loc. cit. num.* 39.

PETES III.

An clerici non religioſi habeant aliquorum bonorum dominium, quæ habent originem ex re ſpirituali.

Reſpondetur ex communi DD. ſententia, *teſte Leſſius lib. 2. cap. 4. dub. 6. nu.* 37. quod clerici non religioſi habent abſolutum dominium bonorum quaſi patrimonialium, quia hæc dantur, vt ſtipendium quoddam ſubſtentationis, & veluti merces ratione operis præſtiti, vt de ijs diſponant pro ſuo arbitrio. Vnde ſi alicui pro vno ſacro dentur decem aurei, non minus fiet illius pecuniæ dominus abſolutus, quàm is cui datur vnus dumtaxat regalis, vt docent DD. apud *Leſſium loc. cit.* idem dicitur de bonis acquiſitis à clerico ratione ſeruitij præſtiti in aliqua eccleſia puta pro ſeruitio Miſſæ, pro organis pulſandis, &c. nempè ſupradicta bona acquiſita æquari bonis patrimonialibus, ac proinde poſſe clericos de illis liberè diſponere.

Vnde ſequitur ſi de his viuant, vel expendant in pias cauſas, poſſe tantundem accipere ex redditibus beneficij, & de eo tanquam de patrimonialibus diſponere, quia cùm habeant ius accipiendi totam ſubſtentationem ex beneficio, nō tenentur viuere ex alijs ſuis bonis, vnde ſi ex alijs viuant, poſſunt vti compenſatione, accipiendo tantundem ex beneficio. ita *Nauarr.* quem citat, & ſequitur *Leſſius loc. cit. num.* 38.

PETES IV.

Vtrum penſiones decurſæ non ſolutæ mortuo penſionario tranſeant ad hæredes, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato.

Reſpondetur ex communi DD. ſentētia, teſte *Gigans de penſionibus quæſt.* 52. tranſire ad hæredes, ſiue ex teſtamēto, ſiue ab inteſtato, & ita iudicauit Rota ait idem auctor: ratio eſt, quia licèt penſio oriatur ex beneficio eccleſiaſtico; tamen aſsignatur penſionario, vt cōmodius ſubſtentari valeat, ac proinde penſionarius de illis acquirit dominiū, & conſequenter hæres eius, nempè pro rata, quæ ſpectauit ad penſionarium tempore ſuæ mortis.

QVAERITVR XXXXIX.

An ſi duo conſanguinei contrahant matrimonium de præſenti ſub conditione ſi Papa diſpenſauerit peccent, vel incurrant excōmunicationem latam à Clem. vnica de conſaguinitate. an requieatur nouus conſenſus adimpleta conditione, vel obtenta diſpenſatione; etſi requiritur nouus conſenſus, an ſit opus, vt præſtetur coràm Parocho, & teſtibus, ita vt debeant eſſe præſentes impletioni conditionis.

AD PRIMVM.

Reſpondetur ex *Couar. 2 par. cap. 3. nu. 7. in fine.* eſſe licitum matrimonium ſub coudítione, ſi Papa diſpenſauerit, & non incurri excommunicationem. ita etiam affirmat *Sanchez cum DD. à ſe cit. lib. 5. diſput. 5. num.* 18.

Addit *Baſilius, Pontius lib. 3. cap.* 15. *num.* 5. dummodo in tali gradu ſoleat Papa diſpenſare.

AD SECVNDVM.

Reſpondetur ex communiſsima DD. ſententia *teſte Sanchez loc. cit. nu.* 90. eſſe omninò neceſſarium nouum conſenſum, adimpleta conditione, ideſt obtenta diſpenſatione à Summo Pontifice, & eſſe præſtandum huiuſmodi conſenſum coràm Parocho, & teſtibus, etiā ſi prius interfuerunt celebrationi matrimonij ſub conditioue.

Sed *Sanchez* cum multis DD. à ſe cita. nu. 11. docent non requiri nouum conſenſum, & ſtatim adueniente diſpenſatione perfici matrimonium. & ſic patet reſponſio, nam ſi nō eſt neceſſarius nouus conſenſus, nec etiam eſt præſtandus coràm Parocho, & teſtibus.

AD

AD TERTIVM CAPVT.

Sed potiſſima difficultas eſt, an ſi matrimoniũ celebretur de præſenti coram Parocho, & teſtibus ſub conditione de futuro efficiatur purum ſtatim impleta conditione, vel ſit neceſſarium, vt Parochus, & teſtes ſimul aſſiſtant impletioni conditionis. & ſimiliter quando matrimonium eſt de præſenti ſub conditione de præſenti, aut præterito, vt ſi coram Parocho, & teſtibus aliquis dicat, contraho tecum, ſi Pater tuus conſenſit, vel modo conſentit, an ſi vero eſt conditio, ſit ſtatim matrimoniũ, vel ſit neceſſarium, conſtare eodem Parocho, & teſtibus purificationem conditionis de futuro, & verificationem conditionis de præſenti, aut præterito.

RESpondent multi Doctores *teſte Sanchez loc.cit.num.*23. eſſe neceſſarium, vt Parochus, & teſtes ſint præſentes verificationi conditionis.

Sed *Sanchez cum Nauarr. à ſe cit.num.* 24. *docent*, non eſſe opus, vt Parochus, & teſtes ſint præſentes impletioni conditionis, etiam poſt Conciliũ Tridentinum. ratio eſt, quia quando contrahitur matrimonium per procuratorem, non eſt opus, vt teſtes videant, & Parochus poteſtatem procuratoris; ſed ſatis eſt, vt ſint præſentes tali matrimonio, & ſint teſtes illius. ergo cum in caſu noſtro verè teſtificentur Parochus, & teſtes de conſenſu præſenti, quamuis valor pendeat ex euentu conditionis, de quo non poſſunt teſtificari, valebit matrimoniũ.

Confirmatur, quia ſic ſeruatur finis concilij in eo decreto, qui eſt, ne contrahantur ſecundæ nuptiæ ſpretis primis: nam cũ conſtet eccleſiæ de illo matrimonio de præſenti, quamuis valor pendeat ex verificatione conditionis, nullo modo permittet ad ſecundas tranſire nuptias donec plenè eccleſia diſcutiat, an impleta fuerit conditio nec ne: & an receſſerit à conditione, & ſic voluerunt, vt abſolutè contractus valeant.

HINC

COlligitur à fortiori, quando impedimentum eſt occultum, & ſolum contrahentes ſciunt, & contrahitur matrimonium coràm Parocho, & teſtibus ſub conditione ſi Papa diſpenſauerit, non eſſe opus, vt obtenta diſpenſatione de nouo præſtetur conſenſus coràm Parocho, & teſtibus; nam Parochus, & teſtes ignorauerunt impedimentum, quando fuerunt præſentes dicto matrimonio.

Sed aduertendum eſt, quod dum non obtinetur diſpenſatio à Summo Pontifice erit mortaliter peccaminoſa copula tactus, & oſcula, quia donec verificetur conditio, non eſt adhuc matrimoniũ, nec ille contractus habet vim ſponſalium, nec ex ſponſalibus conditionaliibus acquiritur ius oſculandi, vel tangendi, donec impleatur conditio, vt docui cum DD. à me citatis in *praxi confeſſariorum ſecunda edit.fol.*334.*queſt.*42.

Præterea aduertendum eſt, quod non intelligitur adimpleta conditio, quando ſolũ obtinetur à Papa diploma diſpenſationis, ſed requiritur ſententia ſuper gradu ab illo qui eſt executor talis bullæ, vel à confeſſario, quando impedimẽtum eſt occultum; & obtinetur breuè à Pænitentiario, & tunc ſufficit, vt contrahentes in foro conſcientiæ, & in actu confeſsionis ſit applicata diſpẽſatio ab illo confeſſario, cui peccata manifeſtãt. ſine alia ſententia pro foro exteriori, ſupponendo quod impedimentum ſit occultum, & non deductum ad forum exterius.

QVAERITVR L.

Vtrum ſit licita copula coniugibus amentibus.

REſpondetur primo ex communi DD. ſententia, *teſte Sanchez de matrim lib.* 9.*diſp.*23.*num.*1. licitum eſſe vſum coniugij, vbi, vterque, vel alter coniux non omninò eſt amens, ſed eſt fatuus, ac inſtar pueri rationis vſum habens, ac proinde teneri alterum alteri reddere debitum.

Idem aſſerit Sanchez, dicendum, ſi coniuges non omninò amentes ſint, ſed in vna, vel altera materia ſint amentes, cùm tamen circa matrimonium, & alia ſint ſui compotes, nempè eſſe licitũ eis vsum coniugij, ac proindè adeſſe debitum ex parte vtriuſque illud reddendi: idem affirmant DD. *teſte Sanchez loc.cit.num.*3. quando amentes lucidis interuallis fruantur, & eo tempore lucidi interualli petant debitum, nempè adeſſe debitum reddendi.

SED

SED

Difficultas eſt vbi amentia eſt totalis, & perfecta, nulliſq; intermiſſionibus gaudens.

RESpondetur primo, ſi vxor eſt mentis compos, vir autem impos, licitus eſt congreſſus, & fas eſt vxori furioſum incitare, vt ſecum coeat, quia tunc periculum aborſus ceſſat, & bona educatio ſperatur ab vxore. ita Doctores *Sanchez loc.cit.num.9.* vbi addit cum alijs Doctoribus, quod coniux ſanus per ſe non tenetur reddere debitum amenti, quamuis nullum aborſum, aut damni coniugis periculum ſubſit, quia illa petitio debiti non eſt actus humanus, atque perinde eſt, ac ſi vir in ſomnis peteret.

Sed ſi periculum eſſet in coniuge furioſo, negato ſibi debito, acceſſus aliam, vel effuſionis, teneretur per accidens ratione cauendi hoc periculum, coniux ſanus illi reddere.

SED

Maior difficultas eſt, quando vxor eſt perpetuo amens, & vir eſt ſanæ mentis, an ſit licitus vſus coniugij poſito probabiliſsimo periculo abortus.

RESpondetur ex communiſsima *DD.* ſententia, *teſte Sanchez lib.9. de matrimonio diſput.23.num.*8. nempè eſſe illicitum vſum coniugij. Ceſſante autem tali periculo, ſiue quia ita ſterilis eſt, & nulla ſubſit ſpes concipiendi, ſiue quia mitis admodum eſt, nec furioſa nempè in his caſibus eſſe licitum vſum coniugij, hæc *Sanchez loc.cit.*

Sed ego ſalua pace tanti viri, oppoſitum arbitror ſatis probabile eſſe, nempè eſſe licitum vſum coniugij viro ſanę mentis, etiam cum periculo probabili abortus, & ratio mihi eſt, quia copula per ſe eſt ordinata ad productionem eſſe extra cauſas, & per accidens eſt, quod ſequatur abortus.

Neque dicas, quod copula cum tali periculo abortus ſit actio intrinſecè mala, nam ratio malitiæ eſt extrinſeca actioni, cùm potius tribuenda ſit morbo, ſeù inſaniæ vxoris, quam copulæ, quæ per ſe primo tendit non ad necem pueri, ſed eius exiſtentiam extra cauſas, quod non eſt, ſic actio famuli qui iuſſu heri vendit vinum lymphatum pro puro, nam illa eſt intrinſecè mala, nam licèt ponere aquam vino ſit quid indifferens, tamen ipſe vendit, & facit actionem iniuſtam, & non poteſt præſcindere illa actio à vendente à ratione iniuſtitiæ, nec alij iniuſtitia poteſt tribui, niſi immediato cooperatori iniuſtitiæ, qui eſt qui actu vendit.

Confirmatur, docet *Sanchez cum DD. à ſe cit.lib.8.de matrim.diſp.*102.*num.*8. quod quando fæmina experientia didicit ſe nequire prolem viuam edere, tunc licere his coniugibus petere, & reddere debitum, & reddit rationem idem Sanchez nimirum quia præter intentionem, & per accidens mors illa fœtus accidat, coniugibus ſuo iure vtentibus; nec tenentur id prolis damnum vitare cum tanto detrimento, ac eſt, coniugatos perpetuo ab vſu coniugij abſtinere cum maximo incontinentiæ vtriuſque periculo, deinde addit *Sanchez loc.cit.* aliam rationem, & aſſerit, quod melius eſt puero ſic eſſe cum originali culpa, & carentia viſionis *D*ei, quam omninò non eſſe, vt notat *D.Thom.*1.2 *quæſt* 83.*art.*1. *ad* 5. *& colligitur ex D. Auguſt.lib.*5. *contra Iulianum*: concludit denique *Sanchez loc.cit.* quod eligibilius eſt exiſtere in rerum natura cum peccato habituali originali, quam omninò non exiſtere, nam licet ſi homini detur optio, potius debet eligere mortē, ac annihilationem, quam peccatum actuale, etiam leuiſsimum committere. Si tamen iam ſit peccatum originale, & reuelaret Deus ſe nolle id remittere, quamdiù homo exiſteret adhùc melius faceret eligēdo exiſtentiam, quam annihilationem, quia ſuppoſita Dei voluntate ille homo non tenetur, nec poſſet euitare id peccatum habituale, ac proinde nihil exoſum facit Deo.

Confirmatur primo, Deus creat, & infundit animam rationalem intra corpus, cùm adſunt diſpoſitiones pro tali forma, & præuidet quod in anima trāsfundetur peccatum originale, & non ob id ceſſat creare illam, ac infundere intra corpus, quia infectio peccati originalis tribuitur carni, ſeù ſemini, tanquam cauſa inſtrumentali ducentis originem ab Adam, ac proinde dici non poteſt, quod anima ex ſua creatione inquinetur quia infuſio importat reſpectum, & ad Deum infundentem, & ad carnem cui infunditur anima, & ideò habito reſpectu ad Deum infundentem, non poteſt dici, quod anima per infuſionem maculetur;

Digitized by Google

-tetur; ſed ſolùm habitu reſpectu ad corpus, cui infunditur. ita *D.Thom.1.2.q.83.art.1.ad 4.*

Confirmatur ſecundo, infans qui cum peccato originali obijt, nullam pœnam patitur, neque pœnam damni, neque pœnam ſenſus. non pœnam damni, nam vt rectè docet *Durandus cum communi Doctor. ſententia in 2. ſent.q.3.* quia dolor, & gaudium de aliquo bono, vel malo ſupponunt eius cognitionem: ſed pueri non baptizati non habuerunt aliquam cognitionem de beatitudine, ſeu viſionis diuinæ, & minor probatur, quia ratio naturalis ex ſe non attingit ad cognitionē beatitudinis ſupernaturalis, quia natura humana non exigit ex ſuis intrinſecis beatitudinem ſupernaturalem, quæ eſt viſio intuitiua Dei, & non habet vires idoneas ad illam acquirendam, ſed tantum non habet repugnantiam ad illam, ergo indiget prædicante, vt ait *Paul.ad Rom.*5.10. ſed pueri qui mortui ſunt non habuerunt vſum rationis, & non fuerunt baptizati, nullam cognitionem fidei habuerunt. ergo non poſſunt dolere de carentia viſionis Dei. nec credendum eſt, quod eis reueletur, quia non ſubeſt cauſa, ſeù ratio reuelandi.

Quod verò dicti pueri non patiuntur pœnam ignis. id aſſeritur ex communi Doctorum ſententia. *teſte D.Thom. in addit. 3.par.quæſt.67.artic.6. ad 3.& 3 par. qu.1. artic.4.ad 2.* & ratio eſſe poteſt, quia non commiſerunt peccatum actuale.

SED PETES I.

An coniux compos rationis, teneatur reddere debitum coniugi ebrio priuato vſu rationis.

RESpondetur ex *Soto, Henriquez, & Lopez cit. à Sanchez de matrim.lib.9.diſp.23.nu.12.* per ſe non teneri reddere debitum, quia non petit actu libero, & humano, per accidens aliquando teneri, puta ſi eſſet periculum acceſſus ad aliam mulierem, vel effuſionis ſeminis.

PETES II.

An coniux ſanus, poſſit ſine peccato reddere debitum coniugi ebriæ, ac proinde vſu rationis priuatæ.

REſpondetur poſſe ſine peccato reddere debitū eiuſmodi vxori ebriæ. quia cùm infirmitas ſit momentanea ceſſat periculum abortus, & malæ æducationis prolis, vt ait *Sanchez loc.cit.num.12.*

PETES III.

Quando ambo coniuges ſunt ebrij, ac proinde vſu rationis priuati, an peccet, qui ad copulam eos incitaret.

REſpondetur ex *Sanchez loc.citat.num.12.* quod non peccat, quia infirmitas eſt momentanea, & abeſt periculū abortus, & malæ educationis prolis.

QVAERITVR LI.

An mens teſtatoris, ſit adimplenda, quando legauit centum ducatos virgini, quæ occultè ſuam virginitatem violauit

ANTEQVAM RESPONDEAM.

SCiendum eſt, quamuis regulare ſit pœnam minimè obligare ante iudicis ſententiam id fallere in pœna à teſtatore adiecta, debetur enim ſtatim ac incurritur in foro conſcientiæ, nulla expectata iudicis ſententia, aut executione, quandoquidem nec propriè rationem pœnæ ſubit, ſed eſt conditio ſub qua, & non aliàs teſtator legare voluit, vt communiter affirmant *DD. teſte Sanchez de matrim.lib 7 diſp.91.num.2.*

HIS POSITIS.

REſpondeo, quod quamuis occultè nō pareatur conditioni, ſed violatur caſtitas, deficit mens teſtatoris, ac proinde ſuccedit obligatio reſtituendi relicta ſub hac conditione, quamuis delictum ſit occultiſsimum. ita docet *Caiet. verb. pæna, Henriquez, Azebedo,* & multi alij, quos citat, & ſequitur *Sanchez loc. citat. num.4.*

Sed quid dicendum ſi virgo paſſa ſit pollutionem voluntariam, vel ab aliquo fuerit voluntariè deoſolata cum delectatione venerea ex parte vtriuſque, &c. vel habuit dicta virgo propoſitum non ſeruandi virginitatem, &c. an poſſit tuta conſcientia retinere legatum ſub hac conditione ſi quamdiù vixerit, ſeruauerit virginitatem; ratio eſt, quia virtus virginitatis conſiſtit in hoc, ſcilicet in perpetuo propoſito abſtinendi ab omni delectatione venereorum, vt docent, & præ-

Digitized by Google

& præcipue D. Thom. 2. 2. quæſt. 152. art. 3.

RE ſpondeo ſaluo meliori iudicio, poſſe prædictam virginem retinere legatum ſibi relictum ſub hac conditione ſi quamdiù vixerit, ſeruauerit virginitatem, & ratio mihi eſt, quia ex communi cõceptu hominis, virgo ſemper exiſtimatur fęmina, quamdiù ſignaculum clauſtri virginalis nõ fuerit fractum: præterea legatum largius eſt interpetrandum, vt docent *Bal. in l. 1. nu. 4. verſ. ſed pone, C. de verb. ſignific.* quem ſequitur, *Tiraquel. in tract. de nobilit. cap. 37. num. 36. & Mantica de coniectur. lib. 6. tit. 10. num 4.* ergo ſi ſtrictè acciperetur virginitas legatum non acciperetur largius.

Addo quod legatum, eſt quidam fauor, qui ex communi axiomate iuriſperitorum, eſt ampliandus non reſtringẽdus, ergo ſi ſtrictè, & in rigore acciperetur virginitas quaſi ſemper legatum huiuſmodi ſuum effectum non haberet quãdoquidem pauci, vt non dicam ferè nulli ſunt, qui obſeruant virginitatem integram, quæ conſiſtit non ſolum in integritate carnis, ſed etiam in perpetuo propoſito abſtinendi à delectatione venereorum.

Addo præterea quamdiù delictum eſt occultũ puta pollutio voluntaria, oſculũ, tactus, ſemper exiſtimatur virgo ex conceptu hominum.

Secus eſt mihi dicendum, quando ſupradicta virgo, admitteret amplexus, oſcula, tactus impudicos à viris, & eſſet hoc publicum in vicinia, nempè tunc nulla expectata iudicis ſentẽtia teneretur reſtituere legatum ſub hac conditione, etiam ſi ſignaculum clauſtri virginalis non fuerit fractum, & ratio mihi eſt, quia finis teſtatoris non ſolum videtur eſſe reſpectu virtutis virginitatis, ſed etiam reſpectu honoris puellæ, & in doctrina *Sanchez de matrim. lib. 7. diſp. 91. num. 33.* ſatis certum eſt, nam ipſe docet quod ſi legatum relictum ſit à conſanguineis quorum intereſt illam omnino caſtitatem ſeruare, vtpote, qui de honorarentur, per ſimiles amplexus, & oſcula &c. etiam per vnicũ actum perdi legatum, & in hoc conueniunt multi *DD. ab ipſo citato*, & licèt tam *Sanchez* quam DD. loquantur, de fæmina quæ commiſit vnicam fornicationem, cui fuit relictum legatum ſub conditione, vt ſeruaret caſtitatem, tamen eſt eadem ratio de Virgine.

Addit vero idem *Sanchez loco cit.* quod ſi legatum de ſeruanda caſtitate fuerit relictum ab extraneo tũc deſideratur frequentia fornicationum, vt merito vel iure optimo poſſit dici vita impudica, & inhoneſta ergo idem dicendum eſt in caſu noſtro, quandoquidem publicitas oſculi, amplexus, &c. eſt contra virtutẽ virginitatis, & finem teſtatoris: non inueni apud *DD.* doctrinam punctualem, idcirco doctiori iudicio me ſubijcio.

Confirmatur à pari teſte *Sanchez loc. cit. num. 49. & Lopez cit. ab eodem Sanchez* nam legatum ſub conditione caſtè, & honeſtè viuendi non deperditur per vnum, vel alium actum laſciuum. Secus quando toties fæmina in hos actus labitur, vt arbitrio boni viri poſſit ea fæmina dici impudica, ac inhoneſtè viuẽs.

PETES II.

Virginitas materialis corporis quomodo agnoſci poſſit, & quæ ſint ſigna certa Virginitatis.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

PRimo aduertendum eſt adhoc, vt matronæ legitimè deponant de fæminę virginitate nõ ſatis eſt, vt illius verenda oculis perſpiciant, ſed deſideratur, vt perſpiciant, & ſagaciter tangant manibus. ſic docet *Sanchez de matrim. lib. 7. diſp. 113. num. 10.* & colligitur *ex cap. penult. de probat.* ratio eſt, quia ſæpè corruptæ virginitatis ſigillum effingunt varijs, ad id medicamentis: non ita cautũ fuit in prægnatione, ne curãtes tactu læderetur proles, ac proinde ſufficit ſola inſpectio ventris, vt poſſit agnoſci an fæmina ſit prægnans, vt ait *Albericus l. Imperator 2 num. 4 Hoſtienſ. in cap. penult. tom. 1. de frigidit. & multi alij cit. à Sanchez loc. cit.*

Secundo aduertendum eſt nõ eſſe ſignum ſufficiens virginitatis, quod in collo matricis ſit appoſita tela obſtans ne digitus immiſſus penetrare intro poſſit; eamq; in primo coitu diſrumpi; quia reperiuntur plurima medicamẽta, quibus fæminæ vtuntur, quo collum matricis contrahatur, atq; corrigetur, vt tradit *Ruyrus tract. de medendis humani corporis menbris lib. 5. cap. vltimo.* præterea tela quæ reperitur in collo matricis

Digitized by Google

virginis, vix vna ex millibus habet, ita *Realdus lib.11. Anotomiæ cap. 16.* vbi docet ſolum in duabus virginibus ſe eam inueniſſe.

Tertio ſciendum eſt, nec lac in mammillis eſſe certum corruptionis ſignum, nã aliquando in muliere, quæ nec grauida eſt, nec aliquando peperit lac contingit eo quod menſtrua defecerint, vt docet *Hippocrates in ſuis Aphoriſmis lib. 5. aphoriſm 39.* ſanguis.n. qui per vterum exire deberet, ad mammillas tranſmittitur. *Et Ariſtot. lib.4. hiſtoria animalia cap.20.* docet tantam lactis copiam in mammillis viri fuiſſe repertam, vt potuiſſet ſugi, & Venetijs ſe id vidiſſe teſtatur C*ardanus lib.12. de ſubtilitate.*

Docent præterea *D.Tho. & Nauarr. cit. à Sanchez de matrim. lib 9. diſp.113. nu.10. circa finem* contingiſſe quandoque fæminam incorruptam concipere, ex ſemine viri circa vas effuſo, matrice fæminæ in illud attrahente.

HIS POSITIS.

RESpondetur *ex Sanchez loc.cit. ſed nu. 10 11. & 12.* virginitatem mulieris agnoſci quando ex aſpectu, & tactu apparet ſigillum clauſtri virginalis, eſſe clauſum, vnde ſannm conſilium eſt, vt iudex diſtrictè præcipiat matronis, vt antequam fæminam inſpiciant, faciant ipſis præſentibus in balneo, nec aquæ competenter calidè lauari, & tanto tẽpore moram in eo trahere quantum neceſſarium fuerit, vt ſi fortè glutino oppoſito verenda mulieris compreſſa ſint, atq; coarctata, vt viro appareat, id liqui fieri poſſit.

Matronæ, ac cæteri artis periti non tenẽtur, cum omnimoda certitudine teſtificari, ſed tantum veriſimiliter, iuxta æſtimationem, quam ex artis peritia aſſecuti ſunt.

PETES III.

Quando virginitas eſt amiſſa, an poſſit recuperari.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

SCiendum eſt ex *D.Th.2.2.q.152.art.3. ad 3.* quod virginitas dupliciter conſiderari poteſt, materialis vna, altera formalis, materialis conſiſtit in integritate corporis, formalis in propoſito abſtinendi perpetuo à delectatione venereorum.

HIS POSITIS.

RESpondetur ex *D.Th. loc.cit.* quod virginitas materialis per miraculum recuperari poteſt, non autem virginitas formalis, quia implicat in adiecto quod res facta non ſit facta, puta quod peccatum commiſſum, non ſit commiſſum.

HINC

COlligitur quod virginitas, vt habet rationem virtutis non includit neceſſariò, & intrinſecè integritatem corporis, tanquam materiam omnino neceſſariam, nam ſi per vim cognoſcatur nihil conſentiens non deperdit virginitatem, vt eſt virtus: idem dicitur de pollutione inuoluntaria, &c.

Virginitas autem quando amictitur per ſolum affectum voluntatis volentis copulam, aut pollutionem futuram, tunc reſtituitur per pænitentiam, ſiuè affectum contrarium, ita omnes Theologi docent.

PETES IV.

An virtus virginitatis ſit maior omni virtute ſicuti eſt maior omni caſtitate.

RESpondetur negatiuè. Et ratio eſt, quia virginitas redditur laudabilis, & meritoria per hoc quod rebus diuinis meditando inhæret. Sed magis hoc faciunt virtutes Theologicæ, nempè fides, ſpes, & charitas, nec non martyriũ, & ſacra profeſſio religionis, ergo: ita aduertit. *Rainerius verb. virginitas cap.3.*

QVÆRITVR LII.

Vtrum poſſim manifeſtare alterius crimen occultum, ad impediendum damnum proximo impendens.

RESpondetur non ſolum id licere, ſed etiam quemlibet teneri ex charitate id facere, nempè crimen alterius occultum manifeſtare, ſi graue damnũ ex eo alijs immineat, & damnum quod ex manifeſtatione ſequitur non ſit tanti, vt eius ratio præaltero haberi debeat.

Digitized by Google

beat.in dubio autem vtrum præponderet, inclinandum eſt in fauorem innocẽtis. Vnde ſi quis ſciat V.G. Petrũ eſſe furem tenetur monere eos cum quibus habitat, vt ſibi caueant. item ſi quis ſe gerit, vt medicum, & eius ſciat imperitiam, tenetur monere eos quibus impendet periculum, ita *DD. teſte leſſio lib. 2. c. 11. dub. 9. num. 17.* vbi addit quod ſi ad auertendum illud damnum non eſt neceſſe crimen alterius pateſacere, ſed ſupereſt alia via commodior, ſeù minus noxia per fraternam correptionem non poteſt quis aperire illud crimen occultum. idem dicit idem Leſſius, ſi nihil iuuaret reuelatio criminis ad damnum auertendum, non poſſe fieri eiuſmodi reuelationem criminis occulti: in dubio, an proſit dicta reuelatio, tunc eſt licita, ut affirmat *Leſſius loc. cit. num. 60. in fine.*

Hæc doctrina extendit S. *Fauſtus in ſpeculo confeſſariorum diſp. 1. q. 134.* etiam quando eſt commiſſum iam furtum, & ſcitur fur, nempè teneri ex charitate alium conſeruum, quando damnum eſt notabile, illum manifeſtare Domino, qui poteſt prodeſſe, & non obeſſe, ideſt qui poteſt debitum recuperare ſine magno furis damno, & eius infamia. Hæc doctrina locum habet quando ex ſecreta admonitione nulla apparet ſpes emendationis, vt ait idem *S. Fauſt. loc. cit.*

Excuſatur quis ab eiuſmodi reuelatione, quando adeſt periculum vitæ, aut honoris, vel alterius grauis damni reuelãtis, nam obligatio ex charitate, nõ obligat cum tanto damno, vt communiter docent DD. idem ego extendo quando quis non ſeruus, ſed extraneus, ſed ſcit v.g. Petrum ſurripuiſſe pallium Paulo; nempè teneri ex charitate id pateſacere Paulo etiã ſi delictum ſit occultum, modo nõ appareat ſpes emendationis, & poteſt Dominus recuperare rem ſuam ſine magno furis damno, & eius infamia.

Sed quid dicendum, quando dictus extraneus, non poteſt præmittere correptionem fraternam, quia fur non eſt ei amicus, & neſcit, an reuelatio eius ſit profutura Domino rei ablatæ, & an poſſit euenire aliquod graue damnum ex tali reuelatione, an teneatur hoc non obſtante reuelare Domino rei furatæ, eum qui eam ſurripuit, ſi res ablata ſit notabilis pretij;

Reſpondetur in hoc caſu præmittenda eſt moralis diligẽtia, ne ex eiuſmodi reuelatione oriatur aliquod graue ſcandalum, vt ſæpè ſæpius poteſt cõtingere ſi debita circumſpectio nõ præmittatur. Sed mihi videtur, vt medio Parocho, eiuſmodi correptio fieri poſſit ſi ſperatur emendatio, nempè vt fur reſtituat rem ablatam proprio Domino. Si verò ex admonitione nulla ſperatur emendatio, tunc ſtatim monendus eſt Dominus rei furatæ, vt poſſit recuperare rem ſuam. Si nihil iuuaret reuelatio criminis occulti ad recuperandam rem oblatam, non eſt facienda dicta reuelatio; in dubio, an proſit reuelatio tunc eſt licita, & conſequenter facienda, vt patet ex ſupradictis.

Sed in multis caſibus excuſarem à peccato eum qui non reuelaret furem Domino rei ablatæ ad finem, vt poſſit rem ſuam recuperare. Primus caſus quando ex eiuſmodi reuelatione immineret morale periculum vitæ tàm ex parte reuelantis, quàm ex parte reuelati furis. Secundus caſus eſt, quando rixæ, odium &c. orirerentur ex ſupradicta reuelatione ratio eſt, quia magis exiſtimanda eſt vita, quàm bona externa, & magis cauendum eſt, ne committatur peccatum quod oritur ex rixa, quam vt fiat reſtitutio bonorum externarum cùm peccatum ſit contra Deum, non reſtitutio bonorum, contra creaturam.

Tertius caſus eſt, quando ex reuelatione criminis occulti oritur magna infamia proximo. Puta quando fur in Ciuitate tamquam probus vir eſt exiſtimatus, & eſt in magna opinione apud homines; nempè non teneri quemlibet illum infamare, ad finem, vt alter poſſit recuperare ſua bona; & ratio mihi eſt, quia fama eſt altioris ordinis, quàm bona externa, vt docent *Scotus in 4. diſt. 15. q. 2. Caiet. 2. 2. art. 8. & in ſumma verb. reſtitutio cap. 6. Nauarr. cap. 17. num. 89. Aragon. 2. 2. q. 62. art. 8. Petrus Nauarr. lib. 2. de reſtit. num. 470. & lib. 4. num. 46. & alij apud S. Fauſtum in ſpeculo confeſſariorum diſp. 19. 217.* vbi docent, nullum teneri cum vitæ, aut famæ periculo reſtituere, licèt id poſſit ſi vellet cum laude, & merito: addo ego; niſi dedecus, aut infamia redundaret in illuſtrem, ac honoratam familiam: ratio horũ DD. eſt, quia vita, & fama ex genere ſuo ſunt altioris ordinis, quàm bona externa

Digitized by Google

iuxtà illud Eccleſiaſt. 41. curam habe de bono nomine, hoc.n.magis permanebit tibi, quam mille theſauri pretioſi, & magni, & prouerb. 22. melius eſt bonum nomen quàm diuitiæ multæ: ex quo inferunt ſupradicti DD. eum qui habet alienum, & non inuenit perſonam per quam fideliter, & ſecretò reſtituet, licitè differre poſſe reſtitutionem quouſq; talem inueniat, & hoc propter famæ conſeruationem, quæ eſt bonum altioris ordinis, ergo ſi fur non tenetur reſtituere rē ablatam cum periculo vitæ, aut famæ, ergo à fortiori non tenetur alius qui rē illam non furatus eſt, reuelare furem cum periculo vitæ, aut famæ furis eiuſdem.

QVÆRITVR LIII.

Quomodo agnoſci poteſt, quando quis dubitat, an ſit verus homo, vel Dæmon ſub ſpecie, ac figura hominis.

Reſpondetur non poſſe ab vllò *Dæmone* formari corpus à Deo ſimile humano, vt ſi quis cum cura, & attentione animi id tangeret, non facile dignoſceret ipſum non eſſe corpus humanum, vt colligitur ex verbis Chriſti *Luc.6.* nam cum repente Chriſtus in medio eorum, conterritis illis, nec eum eſſe qui erat, ſed ſpiritum cum corpore phantaſtico eſſe exiſtimātibus, ad eam opinionem propulſandam, *Dominus* dixit; *Palpate, & videte, quia ſpiritus carnem, & oſſa non habet ſicut me videtis habere*, quibus verbis clarè oſtendit potuiſſe eos per ſenſum tactus ſine errore explorare, & certò deprehendere, corpus ipſius non eſſe ſimulatum, ſed verum corpus humanum, & in illo palpate, & videte, non ſignificare cognitionem oculorum, ſed ſimpliciter euidentiam, & certitudinem cognitionis ſecundum conſuetudinem diuinæ ſcripturæ, in qua frequenter vſurpatur verbum videndi, prout ſignificat certam, & indubitatam cognitionē cuiuslibet ſenſus, atq; adeo etiam ipſius intellectus, ita *Perer. lib.8. in Geneſ. c.6.*

Confirmatur experimentis multorum qui Dæmones in corporibus humanis viderunt, & contrectauerunt, compertum eſt corpora, in quibus apparent Dæmones eſſe tacta frigida, & aſpera, ac longe diuerſa ratione, quam verum corpus hominis viuentis ſenſum tactus afficere, ita habetur ab Alexandro *ab Alexādro lib.2. genialium dierum cap.9. & Cardan. lib.16. de varietate rerum cap.39. item habetur ex Caiet. in comentarijs ſuis c.22 ſup. D.Th. q.95. ar.3.* vbi docet, quod in duobus defecit corpus aſſumptum à vero corpore humano. Primo intemperamento carnis, cum eius caro ſit glacialis, & moleſta tactui humanæ carnis. Secundo defecit corpus Dæmonis à corpore humano in delectatione tactus, & concubitus, quando Dæmon fit incubus, vel ſuccubus.

QVÆRITVR LIV.

An ſponſio vulgo ſcommeſſa ſit licita.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

Sciendum eſt, quod ſponſio, nihil aliud eſt niſi italicè ſcommeſſa per quam ſpondentes ſibi aliquid mutuo promiſſunt in aliquem euentum incertum præteritum, vel futurum, vel quod cras cęlum pluet, vel quod certa prægnans maſculum pariet.

HIS POSITIS.

Reſpondetur ex communiſsima DD. ſententia teſte *Bonacina tom.2. diſp. 3. q.3. par.1. num.18.* licitam eſſe per ſe loquēdo, & ex natura rei, requiritur tamen vt abſit dolus, vel diſſimulatio. Propterea qui certo ſcit rem eueniſſe, vel futuram eſſe peccat, & tenetur ad reſtitutionem rei per ſponſionem acquiſitæ, niſi ſuam ſcientiam alteri manifeſtauerit; nam æqualis debet eſſe ſpondentium conditio, non eſt autem æqualis conditio, quando vnus certo nouit euentum ſuper quem fit ſponſio, altero ignorante: ſecus dicendum eſt, quando quis certo ſciens rem ita eſſe, & ſuam ſcientiā manifeſtat alteri ſpondenti, nam volenti, & ſcienti nulla fit iniuria.

Dixi per ſe loquendo, nam ratione alterius circumſtantiæ, aut ratione ſcandali, vel alterius periculi fieri poteſt, vt ſponſio ſit illicita, vt quis ſpondeat Titium hoc anno occidendum eſſe, vel ſponſionem faciant circa mortem, vitam, vel creationem Summi Pontificis, vel Cardinalium promotionem, nam huiuſmodi ſponſio circa Summum Pōtificem, vel Cardinales prohibita fuit

ſub

Digitized by Google

ſub excommunicatione à *Gregor.* 14. & *Pio* 4.

HINC

COlligitur licitam eſſe ſponſionem; licèt res de qua certatur alteri parti contrahentium ſit nota, aut per opinionem probabilem, aut ſigna, aut media, ac coniecturas probabiles, aut per fidé, aut auctoritatem humanam, quia hæc omnia deficere poſſunt, aut decipere ſolent, cùm tantum ſint probabilia non certa, ita *Garzia par.* 2. *de contractibus c.*13. & *S. Fauſt. in ſpeculo diſp.*14.*q.*438. §. ex quo ſequitur.

QVÆRITVR LV.

Epiſcopus excommunicatur à S. Pontifice, vel ſuſpenditur ob aliquod delictum, an confeſſarij ab ipſo approbati ad confeſſiones intelliguntur, etiam ſuſpenſi ab audiendis confeſſionibus.

REſpondetur ex veriſsima doctrina teſte *Suarez tom.*4.3.*par. diſp.*26. *ſect.* 3. *num.*10. & 11. quod ſi excommunicatio, aut ſuſpenſio antecedat delegationem, ſeu approbationem confeſſarij, delegatio eſt nulla, quia delegatio eſt actus iuriſdictionis, vt pro ſe conſtat, & ſumitur *ex cap. de officio Ordinarij* excómunicatus autem caret vſu iuriſdictionis, & ideo talis actus eſt nullus. at ſi vero delegatio prius facta eſt, & poſtea ſubſecuta eſt delegantis excommunicatio, aut ſuſpenſio, non ſuſpenditur facultas audiendi confeſsionis approbatis ab Epiſcopo, qui non erat nec excómunicatus, nec ſuſpenſus quando approbauerat confeſſores, ita *Palludan.* quem citat, & ſequitur *Suarez loc. cit.* Vnde conſtat ait idem Suarez, idem eſſe dicendum quacunq; ratione Epiſcopus priuetur Epiſcopatu, ſiue deponatur, ſiue ipſe ceſſat, aut renunciet, ſiue alio transferatur, nempe durare approbationem in confeſſarijs, donec à legitimo ſuperiore reuocetur, & hæc opinio eſt in praxi ſecura: dicit idem *Suarez*: Sed hoc non obſtante non deſunt multi, ac grauiſsimi *DD. cit. à Sanchez de matrim. lib.* 3. *diſp.*21. *num.*7. qui docent poſſe Epiſcopum excommunicatum nó toleratum, ideſt publice denunciatum, concedere facultatem audiendi confeſſiones, & extremè vngendi, neq; eſſe actū iuriſdictionis, ſed ſolum ceſsionem cópetentis iuris ſibi. ergo à fortiori dicédum eſt de licentia aſsiſtédi alicui matrimonio, quam licentiam etiam Parochus excommunicatus non toleratus, poteſt alicui conferre quia nó eſt actus iuriſdictionis, ita *DD.* quos citat, & ſequitur *Sanchez loc. cit.*

QVÆRITVR LVI.

Titius eſt creditor Antonij, & habet hypothecam ſuper ſuis bonis ſimiliter caius eſt creditor eiuſdem Antonij, & habet etiam hypothecam ſuper bonis Antonij, verum Titius eſt poſterior reſpectu Caij, an poſsit Titius recuperare ſuum creditum in foro conſcientiæ, etiam ſi non adſint nummi, vt poſsit ſolui creditum Caij anterioris, ſi retineat animum reſtituendi, quoties requiretur ab anteriori creditore Antonij.

REſpondetur in foro conſcientiæ id fieri non poſſe, id colligo ex DD. quos citat, & ſequitur *Clauis Regia lib.* 10. *tract.*5. *cap.*10. *num.*37. qui docet quod creditor poſterior petendo prius non peccat nec accipiendo totum debitum, etiam quando debitor non eſt ſoluendo omnibus quibus debet. hoc intelligitur dummodo alius creditor non ſit magis priuilegiatus, aut ius habeat ad rem illam ratione pignoris, aut hypothecæ, tunc. n. minus priuilegiato non licet prius petere, aut accipere alijs manentibus inſolutis, ſic. n. violaret iuſtitiam; quæ præſcribit vt illis priuſquam ſibi ſatisfiat. hucuſq; *Clauis Regia*.

Addo ego, ſed magis priuilegiatus eſt anterior creditor, quam poſterior ergo non poteſt recuperare rem ſuam inſoluto anteriori creditore.

Secus dicendum quando omnes ſunt creditores perſonales carentes hypotheca, vt ſunt chyrographarij, nam tunc non currit prælatio, & qui prius petijt debitum non peccat recuperando totam rem ſuam, etiam ſi alij creditores perſonales non poſſunt recuperare rem ſuam, vt docet *Clauis Regia loc. cit.*

Aduertunt *DD.* teſte *Bonacina tom.*2. *diſp.* 118. *par.*2. *num.* 22. quod debitor qui propria ſponte tradit ſolutionem creditori, vt illi rem gratam faciat peccat cùm faciat contra ius cæterorum creditorum habentium æquale ius, nam creditor qui non petit ante alios; non debet

debet eſſe melioris conditionis.

Non peccat verò quando debitor petitur à creditore etiam ſi totum debitum ei ſoluat; etiam ſi alij creditores perſonales non poſsint recuperare rem ſuam.

QVÆRITVR LVII.

Quidam pænitens accedit ad confeſſarium, & ſe accuſat ſæpe ſæpius incidiſſe in peccatum blaſphemiæ ob occaſionem ludi, & expertus per multum tempus ſemper quod ludit in prædictum peccatum labi, an poſſit abſolui à confeſſario, ſi non vult ei promittere, quod in poſterum non ludet.

RESpondetur non ſolum non poſſe cõfeſſarium abſoluere ſupradictum blaſphemum, ſed teneri non abſoluere, quia ludus tali blaſphemo conſtituit eum in occaſione proxima peccandi, ac proinde tenetur talis pænitens auferre. Eiuſmodi occaſionem proximam quæ aufertur, quando quis abſtinetur à ludo. Nec poteſt adaptari doctrina *Nauarr.* in hoc caſu, qui docet, quod quando concurrit iuſta cauſa dolor, pænitudo peccatorum, & credulitas quod in poſterum non peccabit, poteſt abſolui, etiam ſi quis perſeueret in occaſione proxima peccandi, nam in caſu prædicto Satis difficile eſt, vt poſſit reperiri cauſa iuſta, adhoc vt recidiuus blaſphemus poſsit ludere, perſeuerante occaſione proxima peccandi. Nec poteſt etiã adaptari doctrina quam docet *Pelizarius in tractat. de monialibus cap.*10. *ſect.* 3. vbi aſſerit quod poteſt abſolui pænitens qui vult perſeuerare in occaſione proxima peccandi, & non habet iuſtam cauſam perſeuerandi in dicta occaſione proxima peccandi, dummodo, ſi ex cõcurrentibus circumſtantijs probabiliter conijciat illum quoad hoc eſſe in bona fide quod inuincibiliter credit permanentiam in dicta occaſione ſibi non eſſe peccaminoſam, nec putat ſe teneri ſub nouo peccato illum dimittere, & aliàs idem confeſſarius moraliter certus ſit præfatum pænitentem ex propria fragilitate non receſſurum à dicta occaſione, ſi id ei præcipiat, licet ſe nullũ emendationis fructum conſecuturum ex tali admonitione, immo potius ei iniecturum laqueum noui peccati. Nam in caſu noſtro talis pænitens blaſphemus eſt recidiuus, & conſequenter iuxta probabiliorem ſententiam DD. debet confeſſarius ſuſpendere abſolutionem donec experientiam faciat de emendatione pœnitentis, talis experientia includit in ſe abſtinentiam à ludo. præterea doctrina Pelizarij ſupra tradita eſt difficilis in praxi, nam probabiliter cõijcere poteſt confeſſarius quod pænitẽs auferet à ſe occaſionem proximam peccandi ex denegatione abſolutionis Sacramentalis, tanto magis quia non eſt coactus ex aliqua iuſta cauſa perſeuerare in ea.

Confirmatur ex Doctrina Sanchez cum *DD. à ſe citat. lib.* 2. *de matrimon. diſp.* 38. *num.* 16. qui docet quod quando ſcandalum pænitenti ſecutum ex admonitione, momentaneum eſt, quamuis tũc admonitionis fructus, non ſperetur, breui tamen ſpes eſt illum ſubſequendum, tenetur confeſſarius admonere pænitẽtem etiam laborantem ignorantia inuincibili alicuius peccati mortalis. Sed in caſu noſtro adeſt ſatis probabilis cõiectura, quod pænitens ſe emendabit, tum quia eſt ei denegata abſolutio, tum quia non habet iuſtam cauſam perſeuerandi in illa occaſione proxima peccãdi ita vt ſit quaſi coactus perſeuerare in illa, ſed eſt omnino voluntariũ abſq; iuſta cauſa, vt ſuppono, perſeuerare in illa occaſione proxima peccandi. itaq; doctrina pellizarij non poteſt applicari quando occaſio eſt ſatis proxima peccato. alioquin ſequeretur quod etiam concubinarius poſſet iacere in eodem lecto cum concubina quando promitteret confeſſario nolle cum ea peccare ſi non ſperatur fructus ex monitione confeſſarij: quod nemo audebit hoc aſſerere.

QVÆRITVR LVIII.

Quæ Sacramenta poſsint recipi in Eccleſia interdicta.

REſpondetur baptiſmum etiam adultorum, Sacramentum confirmationis, & pænitentiæ poſſunt adminiſtrari à perſona Eccleſiaſtica non Interdicta, loco particulari interdicto, dummodo recipientes non ſint interdicti. ita communis DD. ſententia docet teſte *Suarez de cenſuris diſp.* 33. *ſect.* 1. *num.* 3. 7. *& can.* & quoad baptiſmum, & Sacramentum pænitẽtiæ eſt res exceptuata *à cap. alma mater, immo Henriquez lib.* 3. *c.* 45. *num.* 3. *& alij DD. teſte Coninck. diſp.* 17.

nu. 47.

Digitized by Google

*num.*47. docent etiam Sacramentum matrimonij poſſe contrahi à perſonis non interdictis loco particulari interdicto. Quidquid alij ſentiant in oppoſitum quoad matrimonium. hæc omnia quæ dixi, intelligitur ſecluſo ſcandalo.

Sed quid dicendum quando Eccleſia eſt polluta per ſanguinis effuſionem, homicidiũ, &c. an ſupradicta Sacramenta, nempe baptiſmus, confirmatio, & pœnitentia, necnon matrimonium ſine ſolemni benedictione nuptiali in opinione Henriquez poſſint adminiſtrari in Eccleſia polluta.

RESpondetur affirmatiuè licèt hoc expreſsè DD. non aſſerant colligitur à fortiori: nam ſi in Eccleſia interdicta hoc eſt licitum, ergo etiam in Eccleſia polluta.

Probatur conſequentia maior pœna eſt interdictum, quam pollutio Eccleſiæ; ſed in interdicto locali poſsint adminiſtrari dicta Sacramenta ergo etiam in Eccleſia polluta.

Maior probatur, nam interdictum eſt cẽſura, & qui illud violat incurrit irregularitatem. Secus qui in Eccleſia polluta celebrat: licèt peccet mortaliter, non incurrit irregularitatem, vt docui cum DD. à me cit. *de obligat. Sacerdotis tit. de pollutione Eccleſiæ q.*1. *ergo*, etſi pollutio Eccleſiæ ſit aliqua ſpecies interdicti, vt docet aliqui DD. tamen impropriè inter cenſuras numeratur, vt colligitur ex *cap.*15. *qui iniuncto ex is vero de ſent. excommunic. in* 6. ergo incurritur minor pœna ergo plus eſt interdictum quam pollutio Eccleſiæ.

QVÆRITVR LIX.

An oſcula, & amplexus inter virum, & fœminam omnino ſolutos ſint aliquando licita?

RESpondetur ex communi *DD.* ſentẽtia teſte *Sanchez de matrim. lib.*9. *d.* 46. *num.*3. *&* 8 non eſſe peccatum oſcula, & amplexus quando fiunt ex fine honeſto ſecundum conſuetudinem patriæ ita *Nauarr. c.* 14. *num.*42. ſecus quando fiunt in partibus pudendis & licèt fiant in partibus honeſtis, & adeſt mortale periculum conſentiendi in mortale etiam arbitror eſſe peccatum mortale, etiam ſi adſit cõſuetudo in patria oſculandi fœminam: debet etiam abeſſe delectatio venerea, quando oſculatur fœminam ſecundum conſuetudinem patriæ quę delectatio venerea, vt bene aduertit *Sanchez loc. cit. nu.*5. *&* 7. in oſculis nõ ſolũ, culpa eſt mortalis inter omnino ſolutos quando adeſt delectatio venerea ipſius copulæ, ſed etiam quando adeſt delectatio venerea ſenſibilis, & libidinoſa ex ipſis tactibus conſurgens ſiſtendo in ea, nec intendendo copulam nec illius voluptatem.

QVÆRITVR LX.

An confeſſarius teneatur ſub mortali monere fœminam ſollicitatam in confeſſione, ad denunciandum confeſſarium.

RESpondetur ex communiſsima *DD.* ſententia teſte Trimarcha *tract. de confeſſario abutente Sacramento pœnitentiæ ſect.* 8. *num.* 57. affirmatiuè, nempè ſub mortali teneri monere pœnitentem ſollicitatam ad denunciandum confeſſarium.

Sed dubium eſt ſi mulier ſollicitata confiteatur eidem confeſſario à quo fuit ſollicitata, an peccat mortaliter confeſſarius, non monens illam de obligatione ad denunciandum.

RESpondet *Trimarcha loc. cit. num.*59. quod non eſt veriſimile, neq; probabile voluiſſe Papam imponere præceptum illi, vt teneatur contra ſe ipſum monere mulierem ad denunciandum, ac proinde poteſt tacere confeſſarius, & nullam obligationem imponere dictæ fœminæ. quia fama eſt de iure naturæ, ac eius conſeruatio.

QVÆRITVR LXI.

An vſurarius acquirat dominium eorum, quæ ex re vſuraria lucratur.

RESpondetur ex communiſsima *DD.* ſententia teſte *S. Fauſt. in ſpeculo tit. de vſura diſp.* 6. *q* 114. quod ſi res per vſuram extorta eſt vſu conſumptibilis, vt pecunia vinum oleum triticum, &c. tunc ſi quid vſurarius ex ea acquirit, dominium habet eius quod acquirit, vt ſi ludendo, negotiando, vel emendo aliquod acquiſiuit, quia tale lucrum non

eſt

Digitized by Google

eſt fructus rei per vſuram acceptæ, ſed potius eſt fructus induſtriæ. Secus ſi res non eſt vſu conſumpſibilis, ſed permanens, & fructifera, vt domus ager, & ſimilia. nam tunc vſurarius non habet dominium fructuum ex ea præceptorũ, ſed deductis expenſis Domino rei tenetur reſtituere fructus.

QVÆRITVR LXII.

An qui locat operas ſuas vſurario bona fide, putans non eſſe vſurarium, licitè poſſit ab eo recipere iuſtum ſtipendium ſi iſtam impotentiam ſciat poſt operas impenſas ante ſolutionem. dubium eſt quando vſurarius non habet alia bona, niſi acquiſita ex vſuris, vel rapinis.

REſpondetur primò ex communi DD. ſententia teſte *S. Fauſto in ſpeculo tit. de vſura diſp.6. q.98. num.5.* poſſe recipere iuſtũ ſtipẽdiũ ſuæ operæ, quia vſurarius ſicut eos à quibus vſuras extorſit creditores habet, hic etiam debet prædictis miniſtris iuſta ſtipendia; ergo alij poterunt ab eo ſolutionem iuſti ſtipendij recipere.

REſpondetur ſecundò, quod qui vſurario non habenti alia bona præter vſuraria, nec valeat proprio labore, & induſtria parare ſibi, ſuiſq; neceſſaria vendunt attinentia ad cibum, veſtitum, & alios quotidianos vſus pro his iuſtũ pretium recipere poſſunt abſq; reſtitutionis obligatione. Quia hæc eſt grauis neceſſitas, & reſtitutio non obligat cũ tanto rigore. ita docet *Salon. Soto Molin. & Rebell. cit. à S. Fauſt. loc. cit. num.6.* Secus dicendum eſt, quando quis vendit res vſu conſumptibiles ad luxum, vel ad alios illicitos ſuperfluos, & vanos vſus, nempè teneri ad reſtitutionẽ pretij ſi emptor eſt impotens ad ſoluendum debitum creditoribus; ex alijs bonis licitè acquiſitis. ita *Molina Soto Lopez, & Rebell. cit. à S. Fauſt. loc. cit. num.3.* Idem dicitur de ijs, qui ſciunt vſurarium non habere alia bona, quã fœneratitia, nempè non poſſe illi locare operas ſuas, nec artifices, aut tutores, calcearij ferrarij, & ſimiles poſſunt aliquid ab eo accipere in pretium rerum ſuæ artis quibus non indiget extremè. Secus quando artifices iuſto pretio vendunt vtenſilia vſurarijs non habentibus alia bona præter vſuraria, nempè non peccare, nec teneri ad reſtitutionem, ſi ea vtenſilia ſint pro conſeruatione ſubſtantiæ vſurariorum neceſſaria, vt ſi conſtrueret eis domos, ſeras ferreas, oſtij portas, & arcas pro cuſtodia pignorum. Quia hæc pro cuſtodia rerum ſunt, non pro earũ diſsipatione. Secus ſi vendant res inutiles, nihil deſeruientes, niſi ad lucrum, quia tunc ſcientes eos impotentes, vel impotentiores ad ſoluendum vſuras euaſuros tenentur reſtituere creditoribus ea quæ ab huiuſmodi debitoribus pro eorum pretio recipiunt. ita *Lopez lib.2. cap.8. & Rebell. lib.8. q.16. ſect.3.*

QVÆRITVR LXIII.

Quidam in publico bancho depoſuit monetam argenteam in magna quantitate, & mos eſt, vt cum vult illam, tenetur banchus reſtituere in eadem materia; accidit caſus quod banchus noluit reſtituere nummos in moneta argentea, ſed in moneta aurea, an teneatur banchus reſtituere id quod magis æſtimatur argentea, quam aurea.

REſpõdetur affirmatiuè, & ratio mihi eſt, quia ſic exigit iuſtitia commutatiua, nempè vt res in eadem ſpecie depoſitanti reſtituatur; eo magis quando implicitum pactum interuenit inter depoſitãtem, & depoſitarium, vt hic Neapoli eſt in vſu ſcilicet, vt banchus quando recipit monetam argenteam illam debeat reſtituere, quando à depoſitante exigitur. ergo quando contra fit; iniuſtitia committitur erga depoſitantem, ac proinde arbitrio boni viri reſtituendum eſt damnum quantum fuit illatum ratione diuerſitatis monetæ. licet in valore conueniant. non inueni doctrinam punctualem, ſed hoc colligo ex doctrinà generali; ſaluo meliori iudicio.

QVÆRITVR LXIV.

Extra italiam fecerunt impoſita iniuſta gabbellæ ſuper quibus fuit aſſignata, ac data inſolutum, & pro ſoluto pertuo hæredi, & ſucceſſoribus Petri aliqua quantitas nummorum ſingulis annis ſoluenda accidit caſus quod Petrus emit agrum, vel res immobiles, nec non victum quotidianum, an poſsit venditor talium rerum accipere pecuniam iniuſtè exactam ac prouenientem ex gabbellis iniuſtis, poſito quod emptor non habeat aliunde ſcilicet nummos acquiſitos ex bonis iuſtè poſſeſsis ex quibus poſsit

Digitized by Google

poſsit reſtitutionem facere cui iniuſtè abſtulit nummos: idem quæritur de vſurario fare, &c.

RESpondetur primo ſi quis poſsidet dictas gabbellas bona fide putans, poſſe eas licitè exigere nihil cogitans de iniuſtitia gabbellæ. certum eſt, quod non peccat nec tenetur ad reſtitutionem quia bona fides eũ excuſat à peccato, & conſequenter à reſtitutione.

RESpondetur ſecundò. Si quis bona fide per triennium percepit fructus ex gabbellis iniuſtis, non tenetur ad reſtitutionem; quando elapſo triennio ſciuit gabbellas fuiſſe iniuſte impoſitas. ratio mihi eſt, quia ex vſucapione transfertur dominium rei mobilis alienæ in poſsidentem: ſed in caſu noſtro accidit, vſucapio, nempè bona fides, poſſeſſio triennalis, & titulus, vt ſuppono quæ res ſimul ſumptæ ſufficiunt ad vſucapionẽ rerum mobilium, vt communiter docent DD. & ego docui, *tomo 1. de Miſcellan. quæſt.* 14. §. &quamuis: ergo non tenetur ad reſtitutionem, quantum ad titulum, ſufficit vt res habeatur pro ſua abſq; alio ſpeciali.

RESpondetur tertio quando moraliter, & probabiliter conſtat, vt poſsidens gabbellas iniuſtas bona fide percipit fructus; licitè poteſt venditor rerum percipere nummos ex gabbella iniuſtè perceptos quia fructus rei iniuſtæ, ſed bona fide perceptus vſucapitur elapſo triennio, ergo tranſit in dominium poſsidentis gabbellam, ac proindè poſſunt accipi nummi à poſsidente gabbellas iniuſtè impoſitas; dummodo eas poſsidens ſit in bona fide; & elapſum ſit triennium, vt ſupradictum eſt. vel ſi non ſit elapſum triennium poterunt alij titulo oneroſo tales res quæ vſu conſumuntur recipere tantum ipſis tradendo, quantum de eorum manu ſuſceperunt, quia æquè idonei remanent ad integrè reſtituendum, ac antea erant. ita *Aragon. 2.2. q. 78. art. 3 & S. Fauſt. in ſpecul. diſp.6.q.97.num.8.*

Sed quid dicendum ſi non dum ſit elapſum triennium, & poſsidens gabbellas iniuſtas eſt in bona fide, an poſsit venditor alicuius rei percipere nummos acquiſitos ex gabbella iniuſta. difficultas eſt, vt ſupradictum eſt, quando poſsidens gabbellas iniuſtas nõ habeat alios nummos perceptos ex alijs bonis licitè acquiſitis.

RESpondetur ſaluo meliori iudicio, cùm non inuenerim doctrinam pũctualem poſſe venditorem inire contractum rei ſuæ cum poſsidente gabbellas iniuſtè impoſitas, etiam ſi non habeat alia bona licitè acquiſita, dummodo intentionẽ habeat reſtituendi, quando ſuperuenit mala fides poſsidẽti gabbellas iniuſtas. ratio mihi eſt, quia nullum damnum infert venditor, ijs qui ſoluerunt gabbellam iniuſte impoſitã; nam ſi venditor non iniſſet contractũ venditionis cum eo qui poſſedit gabbellam iniuſte impoſitam, nec etiam ipſis fuiſſet facta reſtitutio pretij ſoluti gabbellæ, nam ſuppono, poſsidentem gabbellam iniuſtè impoſitam laborare ignorantia inuincibili, & conſequenter non teneri formaliter ad reſtitutionẽ, perſeuerante illa bona fide. ergo ſicut non tenetur ad reſtitutionem poſsidens fructus ex gabbella iniuſta perceptos; ita non tenetur recipiens illos fructus.

Sed dices primò adeſſe differentiam, nam qui poſsidet gabbellam iniuſtè impoſitam, eſt in bona fide, non ſic qui init contractum cum poſsidente gabbellas iniuſtas, quandoquidem ſupponitur, venditorem ſcire emptorem poſsidere gabbellas iniuſtas, & non habere alios nummos licitè acquiſitos.

RESpondetur non peccare, & non teneri ad reſtitutionem, & ratio mihi eſt, quia poſſeſſor bonæ fidei rei alienæ habet ius transferendi dominium rei ſuæ in alium medio contractu emptionis, & venditionis, &c. alioquin bona fides nihil ſuffragaretur poſsidenti talia bona cum bona fide, ergò ſi licitè poteſt poſſeſſor bonæ fidei expendere nummos medio aliquo contractu, poteſt etiam alter contrahens accipere pecuniam, aliàs claudicaret contractus.

Præterea non obſtat venditori, ſcientia iniuſtæ gabbellæ, ac proinde illos nummos perceptos ex exactione iniquæ gabbellæ eſſe obnoxios reſtitutioni, quandoquidem venditor nullum damnum infert, ijs qui ſoluerunt iniuſtam gabbellam, nam poſsidens illam bona fide, non tenetur ad reſtitutionem. ergo materialiter ſe habet quod moneta ſit penes vnam, vel aliam perſonam, immo vtile negotium gerit eorum qui ſolue-

runt gabbellam iniuſtam dum habet talis venditor intentionem reſtituendi quod percepit, ſi ſuperuenit mala fides poſsidenti gabbellas iniuſtas, & nondum ſit elapſum triennium; nec ex ſuo contractu venditor ponit rem in peiori ſtatu, quàm erat antequam iniiſſet contractum venditionis, ergo ex nullo capite venditor peccat, nec ad aliam reſtitutionem tenetur.

DICES II.

Res furata clamat ad Dominum, ergo ſemper reſtituenda eſt vero Domino, quando eſt in manu furis, vel alius qui ſcit rem eſſe obnoxiam reſtitutioni.

Reſpondetur diſtinguendo antecedẽs res furata clamat ad Dominũ quando formaliter ſcitur à furante eſſe obnoxiam reſtitutioni, non autem quando ſolum materialiter res eſt reſtitutioni obnoxia. idem dicitur quando eadem res poſsidetur ab alio quando de manu furis non fuit accepta, vt obnoxia reſtitutioni, ſed vt licitè poſſeſſa, & non vt ſubſtat reſtitutioni formaliter, ſed tantum materialiter.

Sed maior, ac tota difficultas eſt, quando poſſidens gabbellas eſt in mala fide, & non habet alia bona niſi reſtitutioni obnoxia. an peccent vxor, quæ non attulit dotem, filij; nec non vendentes talia bona poſsidenti ſupradictas gabbellas iniuſtè.

Reſpondetur ex *Lopez lib. 2. cap. 81. §§. vltimo dico, & S. Fauſto in ſpecul. confeſſ. tit. de vſura diſp. 6. q. 99.* quod vxores, & liberi conſtituti ſub aliena poteſtate, qui etiam extra caſum extremæ neceſsitatis de rebus alienis, vel reſtitutioni obnoxijs viuunt, decenter tamen ſed iuxta ſuum ſtatum, non peccãt ſaltẽ mortaliter, quia quaſi coactè id faciunt, modo ſumant pro neceſſarijs, cum animo reſtituendi quando poterunt, & de hoc creditores debent eſſe rationabiliter contenti, quoniam ſi ipſi in tali reperirentur caſu, vellent ſic ſibi fieri ſicq; ſecum geri, ac proinde tales non videntur vſi re aliena inuito Domino ſecundum ordinem rationis. Secus quando filij vſurarij non habentis alia bona præterea quæ reſtitutioni sũt obnoxia, qui alijs inſeruiendo, vel proprio labore, & induſtria poſſunt victum ſibi commodè, & honeſtè parare nempè non poſſe de bonis per vſuram acquiſitis victum quærere ita DD. apud *S. Fauſt. in ſpecul. diſp. 6. q. 99.* Addit *Nauarr.* quem citat, & ſequitur *Lopez loc. cit.* Quod ſi Pater ſatis habet ad reſtituendas res certas, & multas incertas debet, in hoc caſu petere ab Epiſcopo, vt à iudice, de his incertis quæ reſtituenda eſſent pauperibus, vt ſibi non habentibus vnde aliàs ſuſtentur aliquid, vt egentibus ſuppeditet pro neceſſario victu, & veſtitu.

Sed arbitrium Epiſcopi, vel confeſſarij quando eſt facienda diſtributio bonorum de rebus incertis non eſt neceſſarium, ſed poſſe vnumquemq; debitorem, auctoritate propria pauperibus diſtribuere. ita *Nauarr. Medina Val. Aragon. & pleriq; alij apud S. Fauſtum in ſpeculo confeſſar. diſp. 19. q. 178.* ratio eſt, quia in iure nihil eſt cautum, vt hæc reſtitutio de bonis incertis fiat per Epiſcopum.

Secus quando huiuſmodi bona incerta ab eo qui eſt, aut fuit manifeſtus vſurarius poſsidentur, nam tunc ex iuris diſpoſitione, reſtitutio fieri debet per Epiſcopum, vt habetur in *cap. quamquam de vſuris in 6.*

QVÆRITVR LXV.

An vſurarius, vel fur qui poſsidet bona ex furto ablata, teneatur ſtatim omnia bona reſtituere veris Dominis, ita vt ipſe cogatur mendicare ſi aliunde non habeat bona licitè acquiſita.

Reſpondet *Lopez cap. 82. §. vltimo dico cum Caietano.* quod tenetur potius mendicare, quam alienum contrectare, niſi ex hoc maius malum immineret extremæ neceſsitatis animarum, & corporum proximorum.

Leſſius de iuſtitia, & iure lib. 2. cap. 16. dubit. 1. nu. 19. quod ſi latro, vel vſurarius, &c. fraudibus ad aliquem honorabilem ſtatum perueniſſet, teneretur etiam cũ amiſsione ſtatus, confeſtim reſtituere. & dicit eſſe communem opinionem hoc tamen intelligendum eſt, ait idem *Leſſius loc. cit.* niſi debitor iſte paſsim habeatur, vt vir probus, & honeſtus, ita vt non poſsit ſubito ſtatum mutare niſi de ſuis fraudibus ſe infamet. tunc. n. ſenſim poteſt reſtituere, quia periculum infa-

Digitized by Google

infamiæ excuſat, ne ſtatim reſtituat. Si vero interceſsit damnum emergens, vel lucrum ceſſans tenetur reſtituere, ait *Leſſius.* quod non eſt ſic quando debitum ex contractu licito, non ſtatim ſoluitur ob iuſtam cauſam; nam tunc probabile eſt, ait *Leſſius*, non teneri reſarcire damnum ſi forte accidit.

Prudenter debet confeſſarius ſe gerere, quãdo vſurarius tenetur ſtatim cadere ab ſtatu, nam in praxi eſt res difficilis, & quandoq; expedit non totam doctrinam pænitenti manifeſtare, ſed poteſt latro relinqui in bona fide, quando laborat ignorantia inuincibili circa reſtitutionem ſtatim faciendam cum amiſsione ſtatus, & quando ex admonitione non ſperatur emenda, vt patet ex communi DD. ſententia, & ex axiomate *D. Auguſt.* Si ſcirem tibi non prodeſſe non te admonerem.

PETES I.

Quæ inopia, vel impotentia excuſet debitorẽ à reſtitutione, ſtatim facienda, etiam ſi interceſſit iuramentum de ſoluendo tali die.

Reſpondetur ex communi DD. ſentẽtia teſte *Leſſio lib. 2. cap. 16. num. 15. vſq; ad num. 33.* quod non ſolum extrema, ſed etiam grauis neceſsitas tua, & proximi excuſat à reſtitutione ſtatim facienda quamdiù durat, niſi creditor ſit in pari neceſsitate, nam in pari neceſsitate graui melior eſt conditio creditoris.

Ait præterea *Leſſ. loc. cit ſed num. 19* quod valde probabile eſt quòd in pari neceſſitate graui melior eſt conditio poſsidentis, ſiue debitum ſit ortum ex contractu, ſiue ex furto. limitatur modo debitor illum in eam non iniecerit.

HINC

Colligitur ex *DD. cit. à Leſsio loc. cit.* quod excuſat etiam à reſtitutione ſtatim facienda. Primò magnum periculum ſalutis animæ tuæ, vel tuorum. Secundò magnum detrimentum in rebus non debitis. Tertiò notabilis iactura decentiæ ſtatus. vt ſi periculum ſit, ne vxor, vel filiæ præ inopia ſe proſtituant, ne filij fiant latrones, ne ipſe in deſperationem præ impatientia incidet. Debet autem hoc periculum eſſe notabile, vt non ſuppetat alia commoda ratio eius auertendi, niſi differendò ſolutionem.

Præterea eum qui debet centum aureos, ſi non poteſt ſtatim ſoluere. niſi domũ, vel prædium aliquod vendat multo minoris quam valeat, non teneri ſtatim; ſed poſſe differre. idq; verum eſt, non ſolum quando debet ex contractu, ſed etiam quando ex delicto. ita *DD. teſte Leſſio loc. cit.*

Limitatur, niſi forte creditor ſimile detrimentum accepturus putetur, nam tunc tenetur ſtatim reſtituere.

Idem dicitur quando tales ſunt circumſtantiæ, vt niſi modo reſtitutio fiat, nũquam ſit futura, tunc .n. ſi res iniuſtè ablata eſt, ſtatim reſtitui debet, etiam ſi magni ſumptus eſſent faciendi, vt docet *Leſſius loc cit. num 23 in fine, & lib. 2. cap 5 dub 8 num 50* vbi addit quod ſi res ſit parui momenti, & ſine duplo, vel triplo ſumptu reſtitui nequit, probabile eſt, pauperibus dari poſſe.

Præterea ſi vir nobilis non poſſet ſtatim ſoluere niſi priuet ſe omni obſequio famulorum & æquorum cogaturq; abſtinere à conſortio ſui ſimilium; & ſi ciuis primarius non poſsit ſtatim, niſi ita ſe priuet, vt cogatur obire artem mechanicam ſibi inſuetam; poſſet differre reſtitutionem donec abſq; iactura ſtatus ſui poſsit reſtituere. quod intelligitur ſi ſtatum ſuum iuſtè obtinet, debet tamen ſibi detrahere quantum poteſt intra limites decentiæ ſtatus, quæ non conſiſtit in indiuiſibili, vt ſenſim reſtituat, vt notat *Ant. & Leſſ loc. cit num 25.*

Hoc eſt verum quamuis debita ſint ex delicto, nempè non teneri ſtatim ſoluere cum amiſsione ſtatus ſui. vt DD. communiter affirmant teſte *Leſsio loc. cit.* quidquid dicant alij in oppoſitum.

PETES II.

Quid dicendum ſi ad eas anguſtias tua culpa ſit redactus, v. g ludis, commeſſationibus, ſuperfluis ſumptibus?

Reſpondetur tunc non mereri dilationem, neq; debitorum ex contracto, neq; ex delicto. Secus quando infortunium fuit improuiſum, ita DD. teſte *Leſſ. loc. cit. num. 28.*

Digitized by Google

PETES III.

Quid dicendum ſi quis ſtatum iniuſtè obtinuit, puta ſi quis rapinis, vſuris, & ſimilibus fraudibus ad aliquem honorabilem ſtatum perueniſſet.

RESpondetur ex communi DD. ſentẽtia teſte *Leſſio loc.cit. num.29.* teneri reſtitutionem facere, etiam cum amiſſione ſtatus.

Hoc tamen intelligendum eſt, aduertit *Leſſius*, niſi debitor iſte paſſim habeabeatur, vt vir probus, & honeſtus, & non poſsit ſubito ſtatum mutare, niſi de ſuis fraudibus ſe infamet: tunc.n. ſenſim poteſt reſtituere, quia periculum infamiæ excuſaret ne ſtatim reſtituatur.

HINC

COlligitur differentia inter dilationem debitorum ex contractu iuſto, & debitorum ex delicto: quando.n. licitè differo ſolutionem eorum, quæ ex delicto debeo, teneor compenſare damna, ſi quæ interim eueniant creditori, & lucrum ceſſans ratione dilationis. quando autem licitè differo ſolutionem debitorum ex contractu iuſto, tunc probabile eſt, me non teneri compenſare damna, ſi quæ fortè ille interim patiatur. ita *Petrus Nauarr.* quem citat, & ſequitur *Leſſius loc. cit. num. 31.* quod exiſtimat *Leſsius*, hoc verum eſſe, ſi debitor inciderit in grauem neceſsitatem, vel in eam inopiam, vt non poſsit ſine amiſſione ſtatus reſtituere: non autem ſi dũtaxat damnum aliquod pecuniarium eſſet paſſurus, quale creditor patitur. tunc.n. ſi ſolutionem differat, vt damnum vitet, debebit creditorem reddere indemnem quamuis, ex contractu debeat.

PETES IV.

Si interceſsit iuramentum medio inſtrumentum ſoluendi v.g. tali die, an impotentia excuſat à periurio.

REſpondetur ex *Sperella deciſ.183. nu. 38. quem citaui etiam in tract.1. de Miſcellaneis practicis q. 131.* non incurri periurium, quoties occurrit moralis impotentia ſoluendi die appoſito in inſtrumento, cauſæ iuſtæ ſunt illæ ſupra numeratæ.

QVÆRITVR LXVI.

An cenſura ferri poſsit propter peccatum merè internum conſumatum. etiam ſi dicatur ipſo facto incurrenda.

REſpondetur ex communiſsima DD. ſententia teſte *Suarez de cenſuris diſp.4 sect.2.num.13.* cenſuram ferri non poſſe propter peccatum ſolum interius mente conſumatum, niſi in actum externum prodeat. Tum quia in toto iure poſitiuo nullum decretum iure eſt poſitum, quo cenſura feratur contra tranſgredientes præceptum per ſolum actum internum. tum quia peccatum internũ eſt extra forum Eccleſiæ. eſt.n. Eccleſia viſibilis, ac ſenſibilis, ideo ſicut directè non habet poteſtatem niſi in homines ſenſibiles, & in animas, non niſi, vt corporibus vnitas; ita non habet directam poteſtatem in actus purè internos. Sed in eos, qui ex internis, & externis componuntur. in internos autem, non niſi, vt informant externos, habet Eccleſia iuriſdictionem, ac proindè ſupra illos poteſt ferri cenſura. non autem poteſt ferri cenſura ſupra actum abſolutè internum. vt dictum eſt, & benè aduertit *Suarez loc.cit.* actus verò externus licèt aliquando ſit occulltus, eſt per accidẽs, ac proinde ſupra illum poteſt ferri cenſura, ita *Suarez loc.cit.*

Scio verò multos *DD.cit. ab eodem Suarez* docere poſſe Eccleſiam ferre cenſuram, etiam ſupra actus merè internos.

Sed ex noſtra opinione euidenter ſequitur, hæreticum non incurrere pænas Eccleſiæ, donec incipiat ſuam hæreſim manifeſtare. vt docet *Abrainus tit. de poteſt. Eccleſiæ c.3.*

Nec ſimoniacos ex ſolo affectu animi abſq; exteriori pacto incurrere pœnas iuris, etiam ſi intercedat exterior datio, & acceptio ſpiritualis pro temporali ex illo affectu animi. in quo caſu delinquentibus ſufficit per ſolum pænitentiam ſatisfacere creatori. Ita *Nauarr. in cap. mandato de ſimonia num. 20.* addo ergo eſſe reſcindendum ſupradictum contractum, & teneri ad reſtitutionem, ſi ſupra iuſtum aliquid fuerit ablatum.

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆRITVR LXVII.

Vtrum actus exterior per quem cenſura incurritur, debeat eſſe in ſua ſpecie perfectus, & conſumatus.

RESpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *Suarez de cenſuris diſp 4. ſect.3. concluſ.*1. quandocunq; lex abſolutè profert cenſuram ratione alicuius delicti ſub verbis includentibus aliquē effectum vltimum, donec talis effectus conſumetur, non incurritur cenſura. vnde quantumuis perfecta ſit actio ex parte delinquentis, ſi effectus impediatur etiam miraculosè cenſura etiam impeditur; vt ſi excommunicatio ſit lata cōtra homicidam: quamuis ad mortem ſufficienter aliquis vulneret, ita vt naturaliter deſperetur vita vulnerati, donec hic moriatur, non manet alter excommunicatus, & ſi miraculosè viuat, conſequenter impedietur cenſura, quia verba legis propriè intelligenda ſunt, & ſtrictè præſertim in materia odioſa, vt docet *Suarez loc.cit.*

HINC

DD. teſte *Suarez loc cit.* definiunt varij caſus. & primo ſequitur eum qui omnino ab errauit ab effectu intento, & intentato non contrahere cenſuram ſimilis legis prohibentis tale peccatum ſub nomine includente effectum. vt ſi quis volens percutere clericum, & caſu illum non attingit, etiam ſi ſagittam emictat, vel ictum in eum dirigat, non incurrit *can ſi quis ſuadente diabolo*. Secundò ſi quis vulnerat alium tali vulnere, quod de ſe non ſit ſufficiens ad cauſandam mortem, quamuis contingat illum mori ex aliqua ſuperuenienti cauſa accidentali, cui vel ipſe vulneratus occaſionem dedit, vel aliundè contingenter occurrit in eo caſu non incurſurum vulnerantem cēſuram, etiam ſi contra homicidas impoſita ſit: nam ille re vera non eſt homicida, cum mors non ſit ex eius actione ſecuta. Nec ſufficit, quod ſic vulnerans intentionem habuerit fortius occidendi quia intentio nou ſufficit ad cenſuram, niſi quatenus ex illa ſequitur actio exterior prohibita.

QVÆRITVR LXVIII.

An qui præcepit clericum interfici. & ante executionem moritur poſtea ſecuta morte ligetur cenſura.

RESpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *Suarez de cenſuris diſp. 5. ſect.1. num 15 & 16.* non ligari cenſura tum quia mandatum mortem mandātis expirat, tum quia ſubiectum ideſt homo mortuus non eſt capax cenſuræ, cum ſit extra forum Eccleſiæ militantis.

QVÆRITVR LXIX.

Infideles an poſsit ligari cenſura.

RESpondetur non poſſe; quia ſunt extra forum Eccleſiæ, vt dixit *D. Paul. 1 ad Cor.5 de his qui foris ſunt nihil ad nos.* ita *Suarez diſp. 5. ſect. 1. num. 23. & 24.*

QVÆRITVR LXX.

An Summus Pontifex poſsit ligari cenſura.

RESpondetur negatiuè, quia non habet ſuperiorem in terris, neq; alicui ſpiritualiter eſt ſubiectus. vt patet ex *cap. cuncta per mundum 9.q.3.* Vnde non ſolum ab homine, quod notum eſt, ſed etiam à iure cenſura ligari nequit, quia ſimpliciter. neq; ipſi iuri humano ſubiectus eſt: quia æqualem habet poteſtatem. Quare licèt quoad vim directiuam obligari poſſit aliquo modo iure communi, eo modo quo Princeps obligari poteſt legibus à elatis, tamen quoad vim coerciuam, ad quam pertinet cenſura, ligari minimè poteſt, vndè etiam ſi contingeet in hæreſim incidere non eſſet ipſo iure excommunicatus. ita *Bellarm lib.2. de Romano Pontifice, c.12.* & alij quos citat, & ſequitur *Suarez diſp 5 ſect.1. num.27.*

QVÆRITVR LXXI.

Vtrum cenſura ſit valida, quando admonitio non præceſsit.

RESpondetur ex *Suarez de cenſuris diſput.7. ſect. 12.* quando omictuntur trinæ admonitionis, licèt ſit iniuſta, eſt, tamen valida. ita *DD. apud Suarez loc. cit.*

Digitized by Google

cit. Sed quando nulla monitio præcedit cenſura eſt omninò inualida. ita *Suarez*, & *victoria loc.cit.* quia deeſt contumacia.

PETES I.

Vtrum pro peccato præterito poſſit ferri cenſura; difficultas eſt quando non eſt impoſita excommunicatio à iure ipſo facto cui inciderit in tale peccatum, ſed dubium eſt, quãdo per ſententiam iudicis prohibentis tale peccatum poſſit cenſura ferri per iudicem condemnantem reum ad talem pœnam ob commiſſum delictum.

RESpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *Suarez de cenſuris diſp. 4. ſect. 2. num. 6.* non poſſe ferri cenſuram validè pro peccato præterito, niſi intercedat prius contumacia in tali peccato contra Eccleſiæ præceptum. quidquid dicant alij *DD.* in oppoſitum.

PETES II.

An ex defectu probationis cauſæ ſit inualida cenſura.

RESpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *Suarez diſp. 4. ſect. 3. nu. 35.* eſſe nullam, ſi cauſa non ſit probata vera, & ſufficiens cauſa cenſuræ.

HINC

COlligunt *DD.* teſte *Suarez loc. cit. num.* 37. tres eſſe cauſas nullitatis ſententiæ cenſuræ. Prima eſt defectus iuriſdictionis. Secunda quando appellatio fuit interpoſita ante ſententiam, tertia quando continet intolerabilem errorem.

PETES III.

Quando quis incidit in excommunicationem, adhoc vt poſſit iudex declarare illum incurriſſe excommunicationem? an requiratur citatio partis ita, vt ſi omittatur ſit inualida declaratio?

RESpondetur ex communi DD. ſententia teſte *Suarez diſp. 3. ſect. 10. num.* 13. declarationem iuridicam de cenſura ipſo iure contractu non eſſe faciendam, niſi prius citata parte, iuridicè de crimine cõſtet; & aliter factam declarationem nullam eſſe ipſo iure ex illo generali principio iuris, quod contra auditam partem nihil poteſt in iudicio definiri.

PETES IV.

An cenſura per metum illata ſit valida, ſi ſit per metum cadentem in virum coſtantem.

RESpondetur ex communi DD. ſententia teſte *Suarez de cenſuris diſp. 2. ſect. 5.* non eſſe ipſo iure irritam, quia voluntas coacta, voluntas eſt. ait *Ariſt.* Sed alij DD. teſte eodem *Suarez* putant eſſe inualidam.

PETES V.

Num metus excuſet ab incurrenda cenſura.

RESpondetur ex *Suarez de cenſuris diſp. 14. ſect. 3. num. 13. & 13.* metum excuſare ab incurrenda cenſura, quia lex Eccleſiaſtica non obligat cum tanto rigore metus verò qui excuſat eſt metus mortis, vel alterius grauis nocumenti quando eſt vrgens, & cadens in virum coſtantem. Secus ſi talis metus incutiatur in contemptum religionis, aut Eccleſiaſticæ poteſtatis, tunc potius ſubſtinenda eſt mors quam violãda lex Eccleſiaſtica. neq; de hoc eſt dubitandum cum *Suarez* nullum auctorem afferat in oppoſitum.

Addit idem *Suarez*; quod oportet aliquãdo aduertere, quod Eccleſia poteſt punire delictum commiſſum contra ius diuinum, & naturale, vt furtum, vel homicidium ſub cenſura, ſed poteſt aliquando contingere, vt metus excuſet illum actum, vt prohibitum ab Eccleſia etiam ſi non excuſet illum actum peccaminoſum homicidij. itaq; clarè dicendum eſt, quod poteſt quis peccatum mortale cõmittere annexum excõmunicationi, & non incurrere excõmunicationem ratione metus cadentis in virum coſtantem.

QVÆRITVR LXXII.

Quæ circumſtantiæ ſeruandæ ſint in cenſura ferenda, ideſt in excommunicatione, ſuſpenſione, & interdicto, quæſtio eſt de cenſura ferenda ab homine.

RESpondetur ex diuerſis canonibus *cit. à Suarez de cenſur. diſp. 3. ſect. 13.* quod

Digitized by Google

quod primo debet Iudex in ſcriptis proferre cenſuram: ſecundo, vt ex ſcripto ipſo proferatur, ita vt non ſatis ſit eam prius pronunciare, & poſtea ſcribere, ſeu dictare, ſed neceſſe ſit dũ profertur, legendo per ſcriptum eum proferre. nec eſt opus, vt talis ſcriptura ſit autentica, ſed oportet, vt ſaltem ab ipſo Iudice ſubſcripta ſit, vel vt ſufficientibus teſtimonijs probari poſſit per illam ſcripturam prolatam fuiſſe ſententiam. nec oportet, vt per ſeipſum proferat, ſed per alium. Tertio oportet, vt in tali ſcriptura in qua cenſura fertur, ſimul conſcribatur cauſa propter quam profertur.

Quartò, vt iudex exemplum ſcripturæ continentis ſententiam cenſuræ, reo tradat, ſi intra mentem fuerit requiſitus.

PETES I.

Quæ pœna imponitur iudicibus, qui dictam formam in ferendis cenſuris non ſeruauerint, nempè cui fert cenſuram ſolo verbo ſine ſcriptura.

Reſpondetur ex *Nauarr. cap. 27. nu. 8.* quod qui excommunicat ſine canonica monitione, vel ſolo verbo, aut ſine ſcriptura publica, vel priuata niſi iuſta de cauſa omittat incurrit ſuſpenſionem ipſo facto ab ingreſſu Eccleſiæ, & à diuinis officijs per menſem vnum, vt patet ex *cap. Sacr. de ſent. excomm.* intra quem menſem ſi celebrauerit aliquod diuinum officium alicui ordini peculiariter addictum, erit irregularis cum quo ſolus Papa diſpenſat, vt patet ex *cap. 1. de ſent. & re iudicat. lib. 6. & aduertit Nauarr. loc. cit.*

Idem dicitur quãdo ſine expreſsione cauſæ, aut qui parti petenti non concedit exemplar ſcripturæ intra menſem, nempè incurrere ſupradictas pœnas, vt cõmuniter affirmant *DD.* teſte *Bonacina tom. 1. diſp. 1. q. 1. par. 8. num. 1.*

PETES II.

An ſit inualida cenſura, quando non obſeruantur prædictæ conditiones, nempè quando ſolo verbo, aut ſine expreſſione cauſæ, &c.

Reſpondetur ex *Suarez de cenſuris diſp. 3. ſect. 13. num. 8.* eſſe validam idem docet *Nauarr. cap. 27. num. 8* & alij *DD.* quos citat, & ſequitur *Bonac. loc. cit. num. 1.*

PETES III.

Qui eximantur ab illa pœna ſuſpenſionis, ferentes cenſuram ſolo verbo, vel ſine expreſſione cauſæ, &c.

Reſpondetur ex *Nauarr. cap. 27. num. 8.* primò non afficere Epiſcopos, quia non ſit eorum particularis mẽtio, quod eſt neceſſe, vt ipſi incurrant ſuſpenſionem, vt patet ex *cap.* quia periculoſum, nec afficere prelatos religioſorum, quãdo periculum eſt in mora, vel conſtitutiones ordinis cõfirmatę à Summo Põtifice præſcribunt aliam formam, vel propter ignorantiam iuris inuincibilis, quia quando periculum eſt in mora, etiã alij omictere poſſunt ſolemnitatem prędictam, vt patet ex eodem *Nauarr. loc. cit. & per cap. conſtitutionem ſub fine de ſent. excomm.* ita etiam docet *Bonacina tom. 1. diſput. 9. par. 8. num. 2.* Secundo eximuntur denunciantes aliquem excommunicatum ſolo verbo. ita *Nauarr. & Auila cit. à Bonacina loc. cit.*

Tertiò eximuntur ferentes cenſuram ſine ſcriptura, quando hoc faciunt ob vrgentem, & iuſtam aliquam cauſam, vt quando inſtat periculum, niſi cenſura ſtatim feratur abſq; cenſura. ita *Nauarr. & Bonac. loc. cit.*

QVÆRITVR LXXIII.

An interdicto generali locali poſſint celebrari Miſſæ à Sacerdotibus non interdictis. & quomodo. & excipiantur aliqua feſtiuitates, & quæ ſunt.

AD PRIMVM.

Reſpondetur iure antiquo tempore interdicti localis generalis adhoc, vt renouaretur Euchariſtia pro infirmis, ſcilicèt in Parochia, vel monaſterijs monialium. permittebatur ſacrificium ſemel in hebdomoda. vt patet ex *cap. permiſimus de ſent. excomm.*

Sed iure nouo poſſunt ſingulis diebus in Eccleſijs, & monaſterijs miſſæ celebrari, & alia diuina officia: ſubmiſſa tamen voce, ianuis clauſis excommunicatis, ac interdictis excluſis, & campanis etiam non pulſatis, vt patet ex *cap. alma mater de ſent. excomm. in 6. & aduertit Suarez*

de

Digitized by Google

de cenſuris diſp. 34.*ſect.* 1. *num.*4. vbi docet cum DD. à ſe *cit.* quod etiam in oratorio poteſt celebrari; tempore interdicti, ſi per prius celebrabatur media licentia ſuperioris modo obſeruentur conditiones appoſitæ ideſt ianuis clauſis, ſubmiſſa voce, & excluſis excommunicatis, & interdictis, & campanis etiam non pulſatis.

Aduertunt prætera *DD.* apud *Suarez loc. cit. num.* 17. *&* 19. quod tempore interdicti localis generalis, quando celebratur Miſſa etiam eſt prohibitus vſus paruæ campanæ, quando conſecratur hoſtia à Sacerdote. Sed non eſſe vſum campanarum ſimpliciter prohibitum, tempore interdicti, ſed ſolum illum qui eſt ad conuocandum populum ad diuina officia, non verò ad concionem, vel ad ſalutationem Angelicam.

Præterea, aduertunt *DD.* apud *Suarez loco citato, num.* 22. quod tempore interdicti generalis localis non ſolum excludantur ab auditione Miſſæ excommunicati, & interdicti. Sed etiam omnes laici qui excommunicati, & interdicti non ſunt. vt habetur ex *Bonifacio* 8. *in cap licet de priuilegijs in* 6. & hæc eſt conſuetudo communiter recepta, clerici etiam primæ tonſuræ qui non dederunt cauſam interdicto poſsūt intereſſe diuinis officijs, non autem clerici coniugati, ita *DD.* teſte *Nauarr. capit.* 27. etiam poſſunt admitti ad dicendum diuina officia ait, *Nauarr. loc. cit.*

Sed in caſu neceſsitatis poteſt admitti laicus non excommunicatus, nec interdictus, ad audiendum ſacrum puta quando Sacerdos vult facere ſacrum tempore interdicti, & neminem habeat qui miniſtret niſi laicum.

Aduertit prætera *Couarr. cit. à Suarez* quem ipſe ſequitur, quod amentes, & pueri non doli capaces, qui non habent vſum rationis; poſſunt admitti ad audiendum ſacrum tempore interdicti.

Aduertit deniq; *Suarez num.* 36. *& Nauarr. ab ipſo cit.* quod perſonis interdictis non eſt prohibitus ingreſſus Eccleſiæ, ſi diuina officia in illa non celebrātur. & hoc eſt verum etiam ſi Euchariſtia ſit expoſita propoſita ad videndum omnibus quia non eſt cautum in iure, ac proinde non eſt prohibitum perſonis interdictis.

AD SECVNDVM.

Reſpōdetur ex *cap. Alma mater* in quatuor feſtiuitatibus poſſunt celebrari Miſſæ tempore interdicti generalis localis, nempè die Natalis Domini, Paſchæ Pentecoſtes, & aſſumptionis Virginis ex Martino V. & Eugen. IV. vt referunt *DD.* teſte *Suarez loc. cit. ſed num.* 41. quod etiam die corporis Chriſti, & tota eius octaua poſſunt celebrari Miſſæ ſupradicto tempore interdicti, & cū tota ſolemnitate conſueta poſſunt Miſſæ celebrari publicè. ac intereſſe non ſolum perſonæ non interdictæ, ſed etiā interdictæ, non autem excommunicati. Verum perſonæ interdictæ licèt ſuſpendatur interdictum, tam quoad locum, quam quoad perſonam, vt ait *Nauarr. c.* 27. *num.* 185. *cum gloſ. vt priuileg. verb.* ſemel; tamen non ſunt admittendæ quo ad oblationem faciendum in Miſſa, neq; quoad recipiendam Euchariſtiam, quia hæc ſunt ſigna reconciliationis, vt ait *Suarez de cenſuris diſp.* 34. *ſect.* 2. *num.* 37.

PETES.

Quid dicendum quando aliqua Eccleſia ſpecialis eſt ſolum interdicta, an poſsint ibi celebrari Miſſa quotidie ſubmiſſa voce, ianuis clauſis, &c. & an feſtiuitatibus Natalis, Paſcha, &c.

Reſpondetur ex communi *DD.* ſententia, teſte *Suarez loc. cit. ſect.* 2. *num* 1. ſolum in interdicto generali locali poſſunt celebrari Miſſæ; non autem in ſpeciali interdicto Eccleſiæ, ſed ſolum permittitur celebratio ſemel in hebdomoda ad renouandam Euchariſtiam. vbi ſeruatur Euchariſtia cum ſupradictis conditionibus, ianuis clauis, ſubmiſſa voce campanis non pulſatis, & exepulſis perſonis interdictis, & non interdictis, vt dictum eſt ſupra. ratio eſt ait *Suarez loc. cit. quia cap. Alma mater* expreſsè loquitur de interdicto generali locali, & proinde feſtiuitates de qua ſupra, vbi dictum eſt, ſuſpendi interdictum die Natalis, Paſchæ, &c. non habent locum in interdicto ſpeciali locali. vt docet etiam *Couarr. cit. ab eodem Suarez loc. cit.*

Idem dicitur de recitatione diuini officij in loco ſpeciali interdicto, nempè non eſſe licitā, vt docet *Suar. loc. cit.* ſed in inter-

interdicto locali generali eſt licita ſubmiſſa voce, &c. vt ſupra.

QVÆRITVR LXXIV.

Vtrum omne interdictum generale loci priuet Eccleſiaſtica ſepultura.

Reſpondetur affirmatiuè. vt patet ex diuerſis canonibus. Primo ex *cap. quod in te de pænit. & remiſſ.* Secundo ex *cap. cum, & plantare, §. quod ſi, & clem. 1. de ſepulturis*, niſi ſint perſonæ, quæ à iure vel ab homine, ideſt à Papa priuilegium, ſeu exceptionem ſuper hoc habeant.

Addit *Suarez de cenſuris diſp. 35. ſect. 1.* hoc eſſe verum, vt non ſolum adultis fidelibus, ſed etiam infantibus huiuſmodi ſepultura deneganda ſit. quod intelligitur tali loco, nam extra locum interdictum poſſunt deferri cadauera, vt ſepeliantur, modo non ſint interdicti perſonaliter, nam hi nullibi poſſunt habere Eccleſiaſticam ſepulturam, vt docent communiter *DD.* teſte *Suarez loc. cit.*

SED PETES.

Quæ perſonæ in interdicto locali generali nõ ſunt priuatæ Eccleſiaſtica ſepultura.

Reſpondetur clericos non interdictos, qui ſeruarunt interdictum, nec illius cauſam culpabilem dederunt poſſe tẽpore interdicti localis generalis, vel etiam ſpecialis ſepeliri in loco etiã ſpecialiter interdicto, ideſt in Eccleſia, vel cemeterio ſacro, modo hoc fiat ſine ſolemnitate, & ſine ſono campanarum. ita *DD.* teſte *Bonacina tom. 1. diſp. 5. quæſt. 1. punct. 1. num. 13. immo poſt cap. Alma mater* poſſunt ſepeliri cum diuino officio, & miſſa, iuxta moderationem illius capitis, nam tempore interdicti localis generalis conceſſum eſt celebrare diuina officia, ſubmiſſa voce, ianuis clauſis campanis non pulſatis, & expulſis perſonis interdictis, & non interdictis. ſecus ſi ſepeliatur corpus in cæmeterio in quo non poſſunt ſeruari conditiones *cap. Alma mater*: cum defertur per viam corpus defuncti, non ſolum prohibetur cantus pſalmorum, ſed etiam eorum recitatio ſubmiſſa voce, vt benè docet *Suarez de cenſuris diſp. 35. ſect. 1. num. 8.* & cum ſilentio debeat tumulari, alia quæ pertinent ad honorem humanum, non prohibetur, preces verò priuatæ, quæ à laicis dici ſolent, poſſunt per viã dici tempore interdicti, quando defertur corpus clerici ad ſepulturam & ſolum prohibentur officia, quæ à clericis publico ritu dici ſolent, ita *Suarez loc. cit. num. 10.* vbi addit quod in illis feſtiuitatibus in quibus conceduntur diuina officia celebrare cum tota illa ſolemnitate, licebit etiam cum eadem ſolemnitate, officium mortuorum dicere in ſepultura clerici. licet ex vi *cap. Alma mater* ſepultura non liceat, vt mox dicemus.

Nomine Clericorum intelliguntur non ſolum clerici initiati aliquo ordine, vel tonſura, ſed etiam religioſi, & moniales, etiam nouitij, nam religioſi in fauorabilibus veniunt nomine clericorũ, exceptis clericis coniugatis, qui non gaudent priuilegijs clericorum, ſecluſo priuilegio canon. & fori, niſi fortè deputati ſint alicui Eccleſiæ, vel hoc illis conceſſum ſit per conſuetudinem, ita *DD.* teſte *Bonac. loc. cit. num. 10.*

QVÆRITVR LXXV.

An in feſtiuitatibus vbi conceduntur diuina officia ſolemniter ſcilicet, die Paſcha, Natalis Domini, &c. concedatur etiam Eccleſiaſtica ſepultura laicis non ſolum non interdictis, ſed etiam interdictis, ſicuti ipſi poſſunt illis diebus intereſſe diuinis officijs.

Reſpondetur ex communi DD. ſententia teſte *Suarez de cenſuris diſp. 35. ſect. 1. num. 11* non extendi priuilegium *cap. Alma mater ad ſepulturam.*

Sed Angelus *verb. interdictum num. 35. & 36. Calderinus, & Sylu. cit. à Suarez* docent extendi ſupradictum priuilegium ad ſepulturam.

QVÆRITVR LXXVI.

Quæ Sacramenta poſſunt ſuſcipi tempore interdicti localis generalis.

Reſpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *Bonacina tom 1. diſp. 3. par. 3. num. 1. & 2.* iure nouo tempore interdicti localis generalis quemlibet confeſſarium approbatum poſſe adminiſtrare Sacramentum pænitentiæ etiam in loco interdicto dummodo recipiens hoc Sacramentum non ſit excommunica-

G tus,

tus, vel non fuerit cauſa culpabilis interdicti, aut non ſit ſpecialiter interdictus. dixi iure nouo, quia iure antiquo conferabatur ſolum morientibus, & peregrinis, vt patet ex *cap. quod in te de pœnit. & rem* matrimonium non prohibetur etiam interdicto perſonaliter, & à fortiori non prohibetur tempore interdicti localis generalis, & ipſe non eſt interdictus. ita *Nauarr. c. 27. num. 179. Tolet. tit. de interdicto c. 3. num. 3* & alij quidquid dicant alij in oppoſitum. Sed ego intelligo dummodo non ſit denunciatus interdictus, nam tunc eſt incapax receptionis Sacramenti, niſi prius abſoluatur ab interdicto. Sed benedictio nuptialis tempore interdicti localis generalis non eſt licita. ita *DD. teſte Bonac. loc. cit. num. 9.*

Sacramentum ordinis non poteſt recipi in loco interdicto. Sed ſi recipiens non eſt perſonaliter interdictus poteſt recipere extra locum interdictum. ita *DD.* apud *Bonac loc. cit. num. 3.*

Præterea nulli perſonaliter interdicto, aut tempore interdicti localis generalis, vel particularis miniſtrandum eſt Sacramentum extremæ vnctionis. ac proinde interdictus perſonaliter non poteſt recipere Sacramentum extremæ vnctionis in loco non interdicto, nec tempore interdicti localis poteſt Sacramentum extremæ vnctionis in loco interdicto miniſtrari vlli perſonæ, etiam non interdictæ, quamuis ſit clericus non interdictus, ita DD. teſte *Bonacin. loc. cit. num. 4. 5. cap. 6. & 7.* qui addunt, nec etiam poſſe recipi extremam vnctionē tempore interdicti in illis feſtiuitatibus in quibus ex priuilegio licitum eſt audire diuina officia, nam priuilegium non eſt trahendum ad diuerſa.

Præterea interdictus perſonaliter interdicto generali poteſt recipere Euchariſtiam per modum viatici abſq; alia ſatisfactione, modo non dederit cauſam interdicto. Si verò dedit cauſam interdicto, ab hoc tamen exigenda eſt ſatisfactio ſi haberi poteſt, ſi vero haberi nō poteſt, ſaltem exigenda cautio, antequam abſoluatur ab interdicto.

SED

Difficultas eſt. an tempore interdicti generalis localis teneatur communicare die Paſchatis, ad finem adimplendi præceptum annuæ communionis. ratio dubitandi eſt, quia illo die eſt licita auditio Miſſæ.

Reſpondent *Suarez Coninchus*, & alij apud *Bonacinam tom. 1. diſp. 3. punct. 3. num. 11.* teneri. quia dum quis illo die poteſt diuinis officijs intereſſe cùm ſit dies exceptuatus à iure, conſequenter tenetur communicare ad finem ſatisfaciendi præcepto annuæ communionis.

Sed multi alij DD. quos citat, & ſequitur *Bonac. loc. cit.* docent non poſſe communicare, quia ſumptio Euchariſtiæ non venit nomine diuinorum officiorum, ac proinde priuilegium audiendi ſacrum illo die non extéditur ad ſumptionem Euchariſtiæ, ac proindè ille eſt excuſatus à præcepto communionis. ergo tantum per modum viatici tenetur communicare.

QVÆRITVR LXXVII.

An Epiſcopus poſſit diſpenſare ſuper defectu natalium.

Reſpondetur ex communiſsima *DD.* ſententia, teſte *Garzia de beneficijs par. 7. cap. 2. nu. 47.* quod Epiſcopus poteſt diſpenſare cum illegitimo ex quocunq; etiam damnato coitu ad minores ordines, & ad beneficium ſimplex ſine cura, vt patet ex *cap. 1. de filijs presbyterorum in 6.* nec poteſt in canonicatu diſpenſare cum illegitimo licèt ſit beneficium ſine cura, vt quaſi innumeri *DD.* docent teſte eodem *Garzia loc. cit. num. 10.* Sed multi grauiſsimi DD. teſte eodem Garzia, docēt poſſe Epiſcopum diſpenſare cum illegitimo in canonicato Eccleſiæ: addunt *Garzias loc. cit. num. 47. & Barboſa de poteſt. Epiſcopi allegat. 45. num. 19.* quod Epiſcopus cum ſit inferior Papa requiritur iuſta cauſa, & quod eorum ſuffragantibus meritis fiat, vt poſsit diſpenſare cum illegitimis quoad minores ordines, & ad beneficium ſimplex.

Cauſæ iuſtæ eſſent, vt ait *Carolus de Graſſis de effectibus clericatus num. 334.* neceſsitas, aut vtilitas Eccleſiæ.

SED MAIOR.

Difficultas eſt an irregularitas occulta ex defectu natalium ſit ab Epiſcopo diſpenſabilis quoad ſacros ordines.

Reſpondetur ex communiſsima DD. ſententia, non poſſe Epiſcopum diſpen-

diſpenſare quoad ſacros ordines vigore Tridentini. Quia ex Tridentino conceditur Epiſcopis facultas diſpenſandi ſuper irregularitate, quæ oritur ex delicto, non autem ex defectu: ſed irregularitas ex defectu natalium non oritur ex delicto proprio, ſed ex delicto alieno, nempè parentis, vt rectè docet *Marchinus de ordine par. 10. tract. 1. difficult. 3.* cum alijs DD. *à ſe cit.*

Sed Coninchus Corneio, Layman, & multi alij apud Dianam *par. 4. tract. 2. de irregularit reſol. 64.* docent non eſſe improbabile poſſe Epiſcopum diſpenſare in irregularitate illegitimi quando delictum eſt occultum. quod debet intelligi intercedente cauſa iuſta de qua ſupra ratio horum DD. eſt; quia licèt illius prolis hæc irregularitas ſit ex defectu; rem tamen moraliter conſiderãdo oritur ex delicto, & Eccleſia eam inducendo voluit punire parentum incõtinentiam atq; adeo poteſt ſortiri rationem pœnæ. ſed non eſt recedendum à prima opinione cum verè ſit defectus.

QVÆRITVR LXXVIII.

Quædam hoſpita, ideſt quæ aliquem hoſpitio excipit, indifferenter admittit omnes in ſuo hoſpitio, ſcilicèt fœminas, & mares. ſed accidit caſus, quod ipſa animaduertit, quod quidam ſuus hoſpes intra ſuum cubile iacet cum meretrice, vel cum iuuene, vnde iudicat probabile commiſſurum eſſe peccatum, an peccet recipiendo eos in dicto hoſpitio ſubminiſtrando eis cubiculum, cubile, &c.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

SCiendum eſt ſatis mihi certum eſſe, quemlibet teneri ex charitate impedire peccatum alterius, quando moraliter poteſt, vel ſaltem monere proximum, quando ex eius correptione ſperatur emenda.

HIS POSITIS.

REſpondeo non peccare ſupradictam hoſpitam, recipiendo ſupradictos in ſuo hoſpitio; etiam ſi præuideat peccatum proximi ſi ipſa moraliter impedire non poteſt, quia locare cubiculum cubile, ac parare cibos, ſunt res indifferentes, & tota malitia peccati dependet ex voluntate peccantium; verum deſideratur iuſta cauſa ad permittendum hoc à dicta hoſpita. quam arbitror eſſe illam nempè quando non poteſt impedire illud peccatum ſine graui damno in ſua perſona, vel magno damno in ſuis bonis, ita vt aliter viuere non poſſit niſi admittat ſupradictos. ita colligo ex doctrina *Sanchez in ſumma lib. 1. cap. 7. num. 35. in fine,* vbi docet, non peccare tabernarios, aut caupones miniſtrantes cibos die ieiunij his perſonis, quos certo ſcit, ab eis frangi ieiunium ſine iuſta cauſa. & aliam cauſam non aſsignat niſi ad euitandas iniurias, vel nè patiantur notabile detrimentum omiſsionis vendendi res ſuas; & ne patientur defectus hoſpitum ad ſe confluentium, nempè excuſari à peccato tabernarios prædictos, ſi dictæ cauſæ, vel vna ex dictis cõcurrat. ita docent alij *DD cit. à Merolla in ſua Theologia morali diſp. 2. cap. 4. nu. 398.* debet verò hoſpita, monere viciniam, quòd ipſa non eſt mediatrix peccati, nè ſcandalum generetur, & ne ipſa videatur cooperari peccato alterius. Si tamen commodes poſſet monere prædictos peccatores, vel occaſionaliter eis dicere ſe non eſſe mediatricem peccati tenebitur facere.

QVÆRITVR LXXIX.

Mercator an poſſit vendere rem ſuam credito ſupra iuſtum pretium ratione periculi recuperandi rem ſuam.

REſpondent multi *DD.* teſte Diana *parte 1. tractatus de contractibus reſol. 58.* negatiuè. Sed multi alij *DD.* quos citat, & ſequitur *Leſſius lib. 2. cap. 21. dub. 6. num. 54.* affirmatiuam ſententiam docent, nempè poſſe venditorem ſupradictum ſupra iuſtum pretium exigere, aliquid ratione periculi ſortis cui mercator credito exponitur. item ratione expenſarum, & moleſtiarum, quas timet in recuperanda ſorte. Aduertit præterea *Leſſius loc. citat. numero 55.* quod debet eſſe verum periculum non fictum, & venditorem non poſſe cogere emptorem, vt ſe potius, quam alium pro periculo præſtando accipiat, nec poſſe plus exigere, quàm ipſe libenter alteri daret ad ſimile periculum redimendum, ſi neceſſe foret. ac deniq; debere venditorem ſignificare emptori quo titulo tantum exigat; præſertim ſic dubium ſit an illi placeat, fortè n. non

let eò titulo quidquid dare.

Aduertunt *Michael de Palatio lib.4. de cõtractibus, Molina, & Salas cit à Diana par.1 tract de contractibus reſol.34.* quod mercatores ſunt vſurarij vendentes credito vltra pretium rigoroſum, dicentes id accipere ratione lucri ceſſantis, eo quod ſi ſtatim eis ſolueretur merces pretio ſummo, aut medio tantundem, aut plus lucrarentur, quam recipiunt vltra ſortem; nam aliundè hoc lucrum eis compenſatur, nam vendendo ad creditum, quod virtualiter eſt mutuare, plures habent emptores, pluresq; res vendunt, & ita compenſatur lucrum, quod vendendo numerata pecunia, haberent. etſi hi homines ſolum venderēt pecunia ſtatim numerata, certè in fine anni non tot merces vendidiſſent, quot vendunt, vendendo ſimul credito, quia longè pauciores emptores habuiſſent. Præterea vendendo ad creditum, vendunt merces pretio rigoroſo? quod nō haberent, ſi pecunia numerata illis venderent.

QVÆRITVR LXXX.

An confeſſarius qui rem habuit cum pœnitẽte, teneatur dicere hanc circumſtantiam, vel tantum ſufficiat, dicere ſe habuiſſe copulam cum coniugata, vel ſoluta, &c.

RESpondet multi *DD* teſte *Diana tom.1. tract.3. Miſcell. reſolut.11.* eſſe neceſſariam hanc circumſtantiam exprimi in confeſsione tanquam ſpeciem mutantem.

Sed *Azor 3.p.lib.3.cap 9.queſt.5.& 9. Emanuella verb.confeſſ. num.26. & verb. lunaria num.2. Bonacin.* & alij apud *Dianam loc.cit.* docent, eſſe tantam circumſtantiam aggrauantem, ſed non mutantem ſpeciem, quia tantum ex baptiſmo, & confirmatione oritur cognatio ſpiritualis, ac proinde qui ſequitur opinionem docentium ſolum eſſe neceſſarium exprimi in confeſsione circumſtantias mutantes ſpeciem non teneri confeſſarium dicere ſe rem habuiſſe cum pœnitente. Verum ſi in aliqua diœceſi eſſet caſus reſeruatus debet adire confeſſarium habentem auctoritatem abſoluēdi à reſeruatis ex quo.

Sequitur quod fœmina qui deſiderauit habere rem cum ſuo confeſſario, non eſſe opus, vt dicat hanc circumſtātiam, ſed ſufficit, vt dicat habuiſſe deſiderium peccandi tum Sacerdote, vel cum habente votum caſtitatis; nam, vt docui cum *DD. à me cit. in praxi confeſſ. 2. edit. fol.* 518. votum ſimplex caſtitatis non differt eſſentialiter à voto ſolemni, vel profeſsione; nam fœmina quæ rem habet cum Sacerdote profeſſo peccat peccato ſacrilegij, ſicut ſi peccaret cum homine habente votum ſimplex caſtitatis.

QVÆRITVR LXXXI.

Fuit dubitatum ab ordinario Neapolitano, an teneatur concedere monialibus conſtitutis in articulo mortis confeſſarium extraordinarium, etiam ſi bis, vel ter in anno habuerit dicta monialis confeſſarium extraordinarium iuxta præſcriptum Trid. ſeſſ.25.cap.10. ratio dubitandi eſt quia nō eſt cautum in iure, & non deeſt ordinarius confeſſarius quin poſſit excipere eius confeſsionem, vt ſuppono.

REſpondetur hunc caſum fuiſſe propoſitum ab ordinario Neapolitano congregationi concilij, & reſponſum fuit teneri ordinarium concedere confeſſarium extraordinarium moniali cōſtitutæ in articulo mortis, etiam ſi dicta monialis eodem anno habuerit cōfeſſarium extraordinarium iuxta decretum *Trid. ſeſſ.25 c.10.* ideſt bis, vel ter, intelligitur ſi dicta monialis petierit confeſſarium extraordinarium, dum eſt in articulo mortis conſtituta. hæc declaratio concilij habita fuit die 6. Aprilis 1647.

Ratio eſſe poteſt; quia ex charitate tenemur præſtare omnia auxilia, quæ poſſunt prodeſſe ſaluti æternæ proximi quandoquidem poteſt contingere, vt monialis in articulo mortis conſtituta, habeat aliquam tentationem non manifeſtandi aliquod peccatum confeſſario ordinario; ac proindè rectè declarauit Sacra Congregatio, vt teneatur Ordinarius, concedere huiuſmodi confeſſarium extraordinarium cum petitus fuerit à moniali in articulo mortis cōſtituta, non autem in qualibet infirmitate, &c.

PETES I.

Quotiens eſt concedendus dictus confeſſarius extraordinarius moniali in articulo mortis.

Re-

Digitized by Google

RESpondetur quoties petitus fuerit à dicta moniali, dummodo perſeueret idem periculum, cùm militet eadem ratio ſupra allata, ne incidat in periculum non manifeſtandi aliquod peccatum confeſſario ordinario; poteſt .n. in vna confeſsione aliquod peccatum ex obliuione non fuiſſe propalatum, ac proinde expedit, vt eidem confeſſario manifeſtetur.

PETES II.

An ſolum in articulo mortis poſſit Ordinarius concedere confeſſarium extraordinarium moniali, an verò etiam poſſit in periculo probabili mortis.

REſpondetur poſſe etiam in periculo morali mortis ordinarium concedere huiuſmodi confeſſarium extraordinarium. & ratio mihi eſt, tum quia ob minores cauſas conceditur ingreſſus clauſuræ; tum quia articulus, & periculum moralis mortis à DD. iudicantur eſſe vnum, Et idem, vt videri poſſunt apud *Suarez de pænit. diſp. 26 ſect* 4. vbi docent quod quilibet Sacerdos, deficiẽte copia confeſſarij approbati, poteſt excipere confeſſionem moribundi conſtituti in morali periculo mortis: ſcio verò alios DD. diſtinguere articulum mortis à morali periculo mortis, & cẽſent in ſolo articulo poſſe ſimplicem Sacerdotem excipere cõfeſsionem moribundi. ideſt quando proximè inſtat mors.

QVÆRITVR LXXXII.

An opinio probabilis conferat iuriſdictionem, puta ſi adeſt opinio probabilis quod confeſſarius poſsit abſoluere tale peccatum, & ex alia parte probabiliter alij DD. docent confeſſarium carerè tali facultate.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

SCiendum eſt, duplex eſſe genus rerum. Quædam, quarum veritates à Chriſto inſtitutæ ſunt, vt ſic fiant, & non aliter valeant. v.g. ſi fortè inſtituit, quod Typha, hordeum, vel amilium materia nõ ſit conſecrationis, ſed tantum panis triticeus: vel quod forma baptiſmi ſit tantum ea, quæ nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti ſignificatur; non quæ nomine genitoris, & geniti, & præcedentis ab vtroq; vel quod pars minima corporis abluta ſufficiens non ſit ad valorem baptiſmi, vel quod in quinque, & non tribus vnctionibus vis Sacramenti vnctionis conſiſtat. hæ igitur res cùm à Chriſti inſtitutione dependeant quoad ſuum valorem ſic, & non aliter illum ſortientur qualiter re vera inſtitutæ ſunt, quamuis ex opinione probabili aliter fiant, vt rectè docet *Sanchez in ſelectis diſp. 44. num* 3. aliæ verò ſunt res, quarum veritates à Summo Pontifice determinatæ exiſtunt, v. g. quod talis confeſſarius habeat iuriſdictionem, vel non; aut quod talis ſit Parochus, vel non; vel hic, vel talis contractus ſit matrimonium, vel non; hoc vel tale votum habeat valorem, vel non; aut quod hæc, vel alia profeſsio emiſſa à Religioſo ſit irrita, vel non; aut quod excommunicato, etiam non nominatim denunciato neganda ſit ſepultura Eccleſiaſtica, aut concedenda, &c. harum igitur veritas in indiuiſibili non conſiſtit, ſed iuxta opinionum varietatem multiplicatur.

HIS POSITIS.

REſpondetur ex communi DD. ſentẽtia, teſte *Leſsio de iuſtitia, & iure lib. 2. cap. 29. num.* 68. opinionem probabilem efficere, vt Eccleſia det iuriſdictionem, etiam ſi fortè ſit falſa à parte rei, vt docet *Henriquez lib. 2. de pænit. c.* 14. *num. 3. & 4 Sanchez lib 3. de matrimon. diſp. 22. num. 65. & Sancius in ſelectis diſp. 44 num.* 3. cum quaſi innumeris DD. à ſe *cit.* & latiſsimè probat quod intelligitur ijs rebus, quæ dependent à Summo Pontifice. ita etiam docet *Suarez tom. 4. 3. p. diſp. 6 ſect. 6. num. 7.* qui addit *num.* 8. in omni confeſsione quaſi ſemper adeſſe materiam ſupra quam habet confeſſarius iuriſdictionem, & proindè ſemper ſaltem indirectè eſt abſolutus, qui habet materiam incertam ſuper qua adeſt opinio probabilis, quod confeſſarius illam poſsit abſoluere.

QVÆRITVR LXXXIII.

Quædam perſona dono accepit à Titio v. g. aliquam veſtem; ſed cum recepit veſtem dubitauit Titium ſurripuiſſe illam veſtem ad quid tenetur?

Re-

Digitized by Google

RESpondetur primo teneri eam reſtituere verò Domino ſi poſtea ſciat verum Dominum, debet vero donatarius admonere donantem, quod res donata iam reſtituta eſt vero Domino. ne bis fiat reſtitutio, vel vt ponat donantem in bono ſtatu, ſed ſi neſcit, peracta diligentia, quis ſcit verus Dominus tenetur eam reſtituere donanti; vt docui in *tractat. de Miſcellaneis practicis q.519.* ſed nunc addo *Nauarr.cap.17. num.29. & Rodriquez in ſumma par.1. cap.188. num 2.* ratio eſt tum quia res non ponitur in peiori ſtatu quam antea erat, tum quia potentior fit fur ad reſtituendam rem vero Domino dum recuperat rem à ſe furatam. Idem dicitur ſi donatarius ſcit rem eſſe furatam. Neq; dicas in dubijs melior eſt conditio poſsidentis, ac proindè poſſe retineri veſtem à donatario ſi facta diligentia ſub dubio eſt an res ſit furata.

Nam reſpondetur illud axioma in dubijs melior eſt conditio poſsidentis intelligitur de eo qui bona fide à principio intrauit in poſſeſsionem rei furtiuæ, cui poſtea ſuperuenit dubium, quod res ſit aliena, non autem de eo qui mala fide, vel dubia rem furtiuam comparauit, vt rectè docet *S. Fauſtus in ſpeculo diſp.1.q.46. §.reſpondeo aduertunt præterea DD.apud eundem S. Fauſtum loc.cit. ſed nu.* 5. quod moraliter eadem eſt ratio de mala fide, & dubia fide.

Reſpondetur ſecundò quod qui emit rem de qua eſt dubius tempore emptionis, ſit ne furtiua, an non, eam emit, vt ſuo Domino reſtituat, non peccat, tenetur tamen quærere diligenter pro qualitate rei, & quãtitate dubij verum illius Dominum, interim verò dum non comparet verus Dominus, retinere poterit, inuento autem verò domino tenebitur rẽ illam ipſi reſtituere, accepto pretio quod pro illa dedit, quia vtile negotiũ geſsit veri Domini, ita *Bann.2.2. q.62. art.6. Couarr. in regul. peccatum part.3. num.4. & Medin. C.de reſtit. q* 10. quos ſequitur *S.Fauſtus in ſpecul. diſp.1.q.46.*

Reſpondetur tertiò, quod qui emit rem à latrone animo reſtituendi vero Domino, illo poſt diligentem inquiſitionem factam, non inuento tenetur illam, vel illius valorem in vſus pauperum diſtribuere. Sed poteſt pretium, quod pro illa dedit ſibi retinere, ſicut illud a vero Domino potuiſſet. vt rectè docet *S. Fauſt. loc.cit.* dummodo ſciat de facili Dominum non recuperaturum.

Reſpondetur quartò, quod qui tempore contractus certus, vel dubius, ſit ne res aliena, an non in ſuum proprium commodum eam emit non poteſt rem illam alienare, nec reſcindere contractum cũ latrone, ſed tenetur illam vero *Domino* reſtituere, etiam cum iactura pretij. quia moraliter eadem eſt ratio de mala fide, & dubia fide. ita *Salon.2.2.q.62. Medin C de reſtitut art.6.& 5. Fauſt.loc. cit num.5.*

Reſpondetur ſecundò, quod qui bona fide emit, aut alio iuſto titulo cæpit rem illam bona fide poſsidere, & deinde antequam eam diſtrahat, aut conſumat dubitare incipiat, an res illa ſit aliena, tenetur adhibere competentem diligẽtiam, vt ſciat an ad alium pertineat: quod ſi deprehenderit eſſe furtiuam, debet illam *Domino* reſtituere. Si autẽ non deprehenderit verum dominum, poteſt illam retinere, quia in dubio melior eſt conditio poſsidentis, vt communiter affirmant *DD.*

Verum ſi vult alteri vendere, vel donare rem illam, tenetur emptori, vel donatario rei conditionem exponere, dicens ſe eſſe dubium an furtiua ſit. quia vendens iure naturæ tenetur manifeſtare vitium rei ex quo emptori poteſt incõmodum euenire: venditor autem eo animo eſſe debet, vt cognita rei veritate pretium rei venditæ domino reſtituat. ita *Salon, Conar.& Medina cit à S.Fauſto loc.cit. num.*10. *ſed Sanchez in ſumma lib.2.cap.23.num.*187.cum Leonardo ab ipſo *cit.* docet non teneri pretium reſtituere vero *Domino* comparenti, ſed tantum teneri reſtituere id in quo factus eſt ditior. ſecus ſi eodẽ pretio quo emit vendidit.

Reſpondetur ſextò, quod qui bona fide emit rem alienam, & facta morali diligentia de veritate inquirenda, adhuc eſt dubius ſed magis inclinat, quod ſit res furtiua, quam ſua, tenetur cum altero de quo dubitat, diuidere plus, uel minus pro ratione dubij, qui ſi ſit perſona nota, ei ſua pars eſt reſtituenda, ſi uerò ſit ignota pauperibus eſt diſtribuenda. ita *Caiet. 2.2.q.62. art.5. Soto lib.4.q.7.art.1. Salon.2.2.q.62.art.6.* & alij.

Sed *Vaſquez,1.2.q.19.& Salas*, quos citat, & ſequitur *Sanchez in ſumma lib 1. cap.10,num 9.& nouiſsimè Bonacin.* quem citat, & ſequitur *Diana 2.par.tom.1.de Miſcel.*

Miſcellan. reſol. 10. docent nihil teneri reſtituere facta ſufficienti diligentia, & adhuc dubium eſt, an res ſit furtiua, etiam ſi quid magis inclinet, quod ſit res furtiua.

Reſpondetur ſeptimo ex communi DD. ſententia teſte *Sanchez in ſumma lib.* 1. *c.* 10. *num* 12. quod ſi ego certus ſum de mutuo, aut alio delicto à me contracto, ſiuè ex delicto, ſiuè aliundè id contraxerim teneri integrè ſoluere, etiam ſi ſum dubius an ſoluerim, non obſtante mea poſſeſsione.

Idem dicitur quando ſum certus de voto, & dubius, an adimpleuerim, nempè me teneri votum ſeruare. Idem dicitur quando teneor recitare diuinum officium, & dubius ſum an recitauerim vnam horam canonicam, nempè me teneri recitare horam canonicam. Quare non ſemper in dubio melior eſt conditio poſsidentis, ſed quando in reliquis eſt par vtriuſq; cauſa.

Reſpondetur octauò, quod qui rem alienam emit, aut alio titulo accepit, dubitans an eſſet Titij, ſi poſtea comperiatur non eſſe quidem Titij, ſed cuiuſdam alterius, ſanè cùm aduerſus Dominum illius, non peccauerit contra iuſtitiam, neq; iniuſtè illam retinuerit, non tenetur Domino, niſi quoad id, quod ex illa re, & ex fructibus illius remanet, & quantum ex non exiſtentibus locupletior fuerit effectus. ita *Molina tom.* 3. *de iuſt. diſp.* 7 3. *& S. Fauſt. in ſpeculo diſp.* 1. *q.* 46. *num.* 12. qui addit quod qui à principio rem cum dubio probabili, an eſſet ſua poſsidere incepit, alterum à poſſeſsione rei ſpoliando, iure cogitur rem totam cum fructibus antiquo poſſeſſori reſtituere.

Reſpondetur nonò, quod ſi poſſeſſor bonæ fidei, poſt illam poſſeſsionem factus dubius, an res eſſet ſua, vel aliena, neglexit veritatem indagare, & deindè elapſa ea opportunitate iam effectus eſt impotés ad ſciendum verum dominum, tenetur reſtituere partem valori eius rei, maiorem, vel minorem pro quantitate probabilitatis, quæ erat eam rem eſſe alienam. ratio eſt, quia per tale dubium, accedente ea negligentia culpabili ad ſciendum, an eſſet aliena, efficitur poſſeſſor malæ fidei, atq; adeo ad reſtitutionem tenetur non quidem in integrum, quia non conſtat alienam eſſe, ſed adhuc eſt dubius, an ſit ipſius poſsidentis, ſed quantum extimabitur damnũ, quod ex ea culpabili negligentia indicandi veritatem domino eſt ſecutum. ita *Molina tom* 3 *de iuſtit. diſp.* 721. *Rebell. par.* 2. *lib.* 1. *q.* 5. *& S. Fauſt. in ſpeculo diſp.* 1. *q.* 47.

QVÆRITVR LXXXIV.

Vtrum qui emunt bona chriſtianorum capta à Turcis in bello, vel qui recuperãt ea, vi vel arte reſtituere ea Domino teneatur. ratio dubitandi eſt, quia ex parte Turcarum bellum eſt iniuſtum.

RESpondetur ex *D. Th. lib.* 3. *de regimine principium cap.* 11. *victoria in relection. de iure belli num.* 51. *Couarr. in reg. peccatum de regul. iuris in* 6. & nouiſsimè *S. Fauſt. in ſpecul diſp.* 1. *q.* 48. poſſe emi, vel recuperari abſq; onere reſtituendi ea vero domino, quia vſu, & more receptum eſt, vt bona mobilia capta in bello iuſto, vel iniuſto fiant capientium. Sed vnum mihi videtur addere, ac limitare, dummodo ea bona capta à Turcis non ſint clericorum, perigrinorum, ac religioſorum, quia ſupradicti non ſunt partes reſpublicæ, vt ſatis docui, in *tract de caſib. ſingularibus conſcientiæ fol.* 496. *§. petes primo.*

QVÆRITVR LXXXV.

Vtrum donatio poſſit reuocari ante acceptationem, & quid dicendum quando facta eſt ad pias cauſas.

AD PRIMVM.

RESpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *Sanchez de matrim. lib.* 1. *diſp.* 6. *num.* 2. donationem ante acceptationem, ſemper poſſe reuocari, immo non ſatis eſt, vt donatio, vel promiſsio iure communi perfecta, & irreuocabilis ſit, ſi aliquis, qui audiuit donationem, aut promiſsionem abſenti factam, id proprio motu donatario referret, ſed requiritur nuntius adhoc ab ipſomet donante deſtinatus, vel epiſtola. ita cõmuniter DD. teſte *Sanchez loc. cit. nu.* 3.

PETES I.

An mortuo donante ante acceptationem, poſſit donatarius acceptare.

RESpondetur ex communi DD. ſentẽtia, teſte *Sanchez loc. cit. num.* 5. affirmati-

mati-

matiuè, quia mortuo donante ante donationis acceptationem, non poteſt hæres donatoris reuocare: facultas.n. reuocandi non tranſit ad hæredes. vt cõmuniter docet DD. ſi autem donans nõ dum deſtinaſſet nuncium, aut Epiſtolã ſcripſiſſet, clarum eſt poſt mortem non poſſe acceptari: cum iam non poſſit deſtinari nuncius aut Epiſtola ſcribi ab ipſo donante, quod omnino deſideratur, vt acceptatio donationis in abſenti ſactæ quidquam proſit ita *Sanchez loc. cit. num. 1. in fine.*

PETES II.

An econtra mortuo donatario poſſint ipſius hæredes acceptare donationem.

Reſpondetur ex communi DD. ſententia teſte *Sanchez loc. cit. num. 6.* poſſe hæredes acceptare donationem, quia hæres repræſentat perſonam donatarij. ſed multi alij DD. negant.

Aduertunt *DD.* teſte *Sanchez loc. cit. nu. 7.* latum eſſe diſcrimen inter donationẽ, ſeu donandi promiſsionem, vt cũ quis externis verbis promittit, aut donat aliquid abſenti mittitue nuncium, vel Epiſtolam, vt illum certiorem faciat, & inter donandi mandatum, vt dum non donat nec promittit, ſed nuncio, aut famulo, mittit donum, vt abſenti donetur: nam quando eſt donatio aut promiſsio, poteſt acceptari poſt donantis mortem, quando vero eſt donandi mãdatum expirat morte mandantis, & ideo eo ipſo cenſetur tacitè reuocatũ, antequam donatarius acceptet. ac proinde famulus qui ex culpa ſua non donat, tenetur ad duplicem reſtitutionem vnam hæredi donantis, alteram donatario ratione damni illati. ita *Sanchez cum Molina num. 8.*

Hoc autem moderandum eſt, niſi mandatum ſit ad pias cauſas, nam fauore piæ cauſæ non expirat mandatum morte mandantis, & ideo eleemoſyna largienda eſt. ita *DD.* teſte *Sanchez loc. cit. nu. 9.*

AD SECVNDVM.

Reſpondetur ex multis *DD* teſte *Sanchez loc. cit. num. 16.* quod donatio facta ad pias cauſas, vt irreuocabilis ſit non requiritur acceptatio, quia *Deus* eſt vbiq; præſens, & acceptat.

Sed probabilius docet *Sanchez cum DD.* *à ſe cit. loc. cit.* quod requiritur acceptatio donationis etiam ſi ſit facta ad pias cauſas; modo immediatè fiat donatio homini. Secus ſi fiat immediatè *Deo*, vt ſi donatio fieret illi piæ cauſæ ob honorem *Dei*, nempè non requiri acceptationem hominis, nam *Deus* eſt vbiq; & acceptat, & tunc valet donatio, vt votum. *Si* autem ſimus in dubio, an voluerit donare, aut promittere homini, aut vouere *Deo*, valebit vt votum. ita *Sanchez loc. cit. num. 17. & Bald. ab ipſo cit.*

Refert tamen multum, an obliget, vt votum, vel vt promiſsio facta homini, ab ipſoq; acceptata: nam priori caſu poteſt iuxta veriorem ſententiam commutari ab Epiſcopo inſtar aliorum votorum: poſteriori autem non poteſt tolli abſq; hominis conſenſu, cui per contractum illum, ius acquiſitum eſt.

PETES III.

Quid dicendum quando donatio fit præſenti, & tacenti, an requiratur acceptatio, vt ſit valida.

Reſpondet multi *DD.* teſte *Sanchez loc. cit. num. 11.* taciturnitatem non eſſe ſignum acceptationis donationis ac proinde poſſe reuocari.

Sed multi alij *DD.* quos citat, & ſequitur *Sanchez loc. cit.* docent non poſſe reuocari donationem, quia taciturnitas eſt ſignum acceptationis donationis.

Aduertunt præterea *DD.* teſte eodem *Sãchez lib. 1. diſp. 6. num. 15.* quod quando ſit donatio infanti non requiritur acceptatio, vt ſit valida.

QVÆRITVR LXXXVI.

Vtrum iudex poſſit aliquem ex priuata ſcientia, aut certè non citatum, & auditum condemnare. an ſaltem id poſſit facere princeps.

Reſpondetur primo inferiorem iudicem nullo modo id poſſe: quia non poteſt diſpenſare in legibus ad ordinẽ iuris pertinentibus. immo nec in alijs minoribus etſi merè ſint iuris poſitiui, diſpenſare poteſt v. g. vt accuſatio non fiat in ſcriptis, vt non detur certus terminus reo ad reſpondendum. ratio eſt, quia inferior non poteſt diſpenſare in legibus ſuperioris, ita *Leſſius de iuſtit. & iure lib. 2. c. 29. dub. 11. nu. 92.*

Sed

Digitized by Google

Sed tota difficultas eſt de ſupremo Principe, nempè, an poſſit aliquem condemnare ex priuata ſcientia, aut certè non citatum, & auditum condemnare?

RESpondent multi iuriſconſulti, teſte *Leſſio loc.cit. vt ſunt Couarr. lib. 1 variarum c. 1. n. 7. Cynus Bartolus* & alij *in l. 1. C.* vt quia deſunt, &c. iudex ſupleat. *Albericus in l. illicitas, §. veritas de officio Præſidis, & Felinus in cap. Paſtoralis §. quia vero.* affirmatiuè, nēpè poſſe Principem ex priuata ſcientia, etiam contra fidem actorum, ſententiam proferre tā condemnatoriam quam abſolutoriam. quia ſupremus Princeps poteſt diſpenſare in illo iure, quo ſtatuitur, vt ex allegatis, & probatis ſentētia feratur cum non ſit naturale, ſed poſitiuum. Præterea Principi ſupremo non minus credendum eſt, quam duobus, vel tribus teſtibus, ac proindè ipſius iudicium, & ſcientia æquiualet ſcientiæ publicæ, quę cenſetur eſſe in duobus, vel tribus teſtibus. Sed communis, ac probabilior ſententia eſt, quam defendit *Leſſius loc cit.* quod Princeps non poteſt aliquem cōdemnare ex ſola ſcientia ſua priuata, ac ſine rei defenſione, & citatione tum quia Princeps ſic habuit poteſtatem à Republica, nam omnis poteſtas Principis à Republica oritur; tum quia vt ſententia feratur ex publicis probationibus non eſt merè iuris poſitiui in quo poſsit Princeps diſpenſare, ſed iuris gētium, quod apud omnes eſt receptum, & ſub cuius onere, & obligatione Reſpublica cēſetur ius poteſtatem in Principem tranſtuliſſe, ita vt ſi Princeps nō obſeruet, iam manifeſtè videatur declinare in Tyrannidem.

Itaq; Princeps quantumuis ſit certus de crimine non poteſt ordinariè condemnare, niſi citatum, & auditum, & contra facere eſſet auferre arma Reo, quibus ſe iure poteſt defendere.

Dixi ordinariè quia in quibuſdam caſibus id non eſt neceſſe ſeruare, vt rectè docet *Nauarr. cap. 25. nu.* 10. cum communi DD. ſententia, vt quando res eſt notoria, & eſſet periculum rebellionis, vel grauis perturbationis ſi iuridicè procederetur, ac proindè in hoc caſu non eſt neceſſaria defenſio, aut citatio, aut proceſſus, vt docent *DD.* teſte *Leſſio loc. cit. num.* 100.

Idem dicitur ſi crimen ſoli Principi, & tribus alijs notum ſit, ita vt iuridicè probari poſsit; tunc. n. poſſet occultè interfici reus, ſine citatione, & probationibus, ſi publicè abſq; graui aliquo incōmodo puniri non poſsit. ratio eſt quia quando crimen ſic eſt probabile, manifeſtum eſt Reum non habere iuſtam vllam defenſionem in iudicio. ita *DD.* teſtè *Leſſio loc cit. num.* 101.

QVÆRITVR LXXXVII.

Quidam Medicus cauſa inuiſendi ægrotam mulierem, ſollicitauit eam ad copulam, vel dum attrectauit manus eius cauſa obſeruādi febrim, ſtrinxit eius manus, an poſſit tuta conſcientia, fæmina ſupradicta, permittere quod medicus eam tangat, vt obſeruet ſi laborat febri, etiam ſi agnoſcat moraliter ex eius tactu, animum libidinoſum erga ſeipſam.

Difficultas eſt, quando non eſt alius medicus, qui eam gratis medeatur, & ipſa fæmina ægrota non habet nummos, vt medicos, alios quærere poſſit.

RESpondetur nō peccare, modo ſperat firmiter non peccaturā; ſeu non conſenſurā in illā delectationem; ratio mihi eſt, quia adeſt iuſta cauſa permittēdi huiuſmodi tactum à medico; nam licèt teneatur ex charitate euitare peccatum proximi, tamen non tenetur cum tanto incommodo; vt patet quaſi à ſimili, quando fæmina in choreis tangitur à viro, & cognoſcit moraliter ex tali tactu manus animum libidinoſum tangentis, & ne incurrat notam infamiæ non retrahit manum, nam *DD.* quos citaui in *tractat. de caſibus ſingularibus conſcientiæ caſ.* 180 concedunt id poſſe permitti à fæmina cauſa euitandi infamiam quandoquidem obligatio euitandi peccatum proximi ex charitate non obligat cum tanto incomodo, quādo neceſsitas ſpiritualis proximi non eſt extrema. hæc doctrina ſupponit adeſſe iuſtam cauſam, vt non poſsit ægrota mulier adire hoſpitalem, vt curetur. debet verò fæmina Egrota, ſi poteſt, non commorari cum ſupradicto medico ſeorſum à conſortio alicuius perſonæ. & retrahere manum ſi medicum eā ſtrinxit, ne videatur cōſentire eius peccato, modo ſine nota infamiæ id poſſet facere. ſatis ſtudui.

Digitized by Google

Sed maior difficultas eſt quando ſupradicta fœmina ægrota eſt in articulo mortis conſtituta, & ex tactu ſupradicti medici patiatur proximum periculum conſenſus in peccatum, an poſſit permittere huiuſmodi tactus.

RESpondetur non poſſe tuta conſcientia vti fœminam ſupradictam opere talis medici, quia ſemper conſulendum eſt magis animæ, quam corpori, & præcipuè in articulo mortis. & eſto *Nauar.* communiter receptus à DD. dicat quod concurrentibus quatuor conditionibus, abſolui poteſt is qui eſt in occaſione proxima peccandi, nempè quando adeſt iuſta cauſa, vera pœnitentia peccatorum, propoſitum non peccandi de cætero, & credulitas quod non peccabit, tamen nō loquitur in articulo mortis, ac proindè arbitror, ſaluo meliori iudicio, non poſſe doctrinam *Nauarri* intelligi in articulo mortis vbi maiores tentationes inſurgunt cum periculo non ſolum peccati, ſed æternæ damnationis, eo magis cùm in illo articulo parum prodeſt præſentia, ac obſeruantia medici circa ſalutem corporalem ægroti cùm remedia non poſſunt infirmo applicari.

Sed quid dicendum quando ingreſſus medici ad talem domum generat ſcandalum viciniæ? an ſit licitus extra articulum mortis ſupradictus ingreſſus ad finem medendi ægrotam, quando non adeſt alius medicus, qui gratis eam medeatur.

REſpondeo eſſe licitum; & ratio mihi eſt quia euitatio ſcandali erga proximum eſt obligatio quę oritur ex charitate, vt docet *Suarez de fide tract. de ſcandalo diſp.*10.*ſect.*1. quam non tenemur euitare cum tanto incommodo, vt ſupradictum eſt. ſed moraliter poteſt reparari huic ſcandalo ſi fient certæ viciniæ quod peccatum non committitur, & pateſiat cauſa vrgens huius ingreſſus medici ad ſuam domum, iuuat etiam ad euitandum, ſeu purgandum ſcandalum ſi vocentur aliæ viciniæ, quando ingreditur medicus ſuam domum, vt teſtimonium faciant apud alias fœminas viciniæ de iuſta, ac vrgenti cauſa ingreſſus medici ad talem domum.

QVÆRITVR LXXXVIII.

An poſſit vir tangere pudenda vxoris ſuis manibus adhoc, vt ſeminet, poſtquam ipſe conſumauit copulam, & retraxit membrū à vulua, & vxor non adhuc conſumauit.

REſpondetur ex *DD.* teſte *Sanchez de matrim lib.*9 *diſp.*17.*num* 12. poſſe ſine peccato id facere vxorem ſuis manibus, quia non eſt pollutio, ſed perfectio copulæ coniugalis. & licèt ſeminatio mulieris non ſit neceſſaria ad generationem, tamen ſatis iuuat: ergo ſilicet vxori huiuſmodi tactus adhoc, vt ſeminet licèt etiam viro, vt id præſtare poſſit ſuis manibus in pudendis ſuæ vxoris. & ratio à priori eſt, quia eatenus hoc non eſt prohibitum vxori, vt id faciat ſuis manibus, quatenus eſt licita conſumatio copolæ iam inchoatæ à viro intra vas naturale ergo parum refert, quod iſta conſumatio copulæ iam inchoatæ à viro intra vas naturale, cum ſuo membro naturali, perficiatur ex parte vxoris, manibus propiæ mulieris, vel manibus proprij viri, eo magis cum tactus inter coniuges etiam in partibus pudendis non ſit culpa mortalis etiam ſi non fiat in ordine ad copulam, ſecluſo periculo pollutionis: ſed in hoc caſu eſt licita pollutio, cùm non ſit aliud niſi perfectio copulæ inchoatæ à viro ergo non eſt maior ratio cur ſit licitus vxori, & non viro huiuſmodi tactus, ad finem vt perficiatur copula coniugalis idem dici debet de tactu membri genitalis ante os vuluæ ſuæ vxoris adhoc vt vxor ſeminet nempè non eſſe peccatum mortale ſecluſo periculo pollutionis viri extra vas naturale fœminæ quia iſte tactus inter coniugatos non eſt culpa læthalis. poteſt etiam vir poſtquā ſeminauit continuare copulam donec vxor ſeminat. ita *DD.* teſte *Sanchez cap.*9. *diſp.* 17.*num.*11.

QVÆRITVR LXXXIX.

Quidam Epiſcopus cuidam vxorato cum vnica, & Virgine contulit primam tonſuram, qui ſemper geſtauit habitum, & tonſuram clericalem, & adhibuit ſeruitium in diuinis, an gaudeat priuilegio fori, ita vt non poſſit cognoſci à poteſtate laicali, ſi fortè commiſit aliquod delictum.

REſpondetur gaudere priuilegio fori vt clarè colligitur ex *Carolo de Graſ-*

Graſsis de effectibus clericatus effectu primo num.526 vbi docet quod ſi clericus tempore promotionis erat irregularis, non ob id impedit, quin recipiat characterem ordinis, & priuilegia clericalia, licèt non habeat executionem ordinis. vt docet *Abbas in c. cum non ab homine num.5. & in c. cum illorum, Innoc. in cap. in c. de ſciſm Cepoll. conſil. 11. nu. 11. & 12. & manibus in tract. de irregularit. lib. 4. c. 33. num. 1.* Ergo cùm vxoratus legitimè non poſsit recipere ordines, tamen ſi de facto recipit, imprimitur illi character, & conſequenter debet gaudere priuilegijs clericalibus, nam ſicut gaudet irregularis ita etiam debet gaudere vxoratus, qui in hoc caſu, ſaltem æquiualet irregulari. eo magis cùm *Trid. ſeſſ. 23. cap. 6.* aliud non requirit, vt quis gaudeat priuilegio fori, niſi vt geſtat habitum, & tonſuram clericalem, & inſeruiat alicui Eccleſiæ. nec aliter eſt cautum in iure. & cum ſit fauor conceſſus ordini clericali eſt ampliandus, non reſtringendus.

Secus dicendum eſt ſi cum falſis dimiſſorijs fuit ordinatus ab alieno Epiſcopo nempè non gaudere priuilegio fori, vt patet ex conſtit. Vrb. VIII. 1644. 11. Decembris.

Neq; obſtat, quod quis poſt patratum delictum aſſumpſit clericatum, nam non ob id amictit priuilegium fori; ita docet *Decian. in tract. criminali par. 1. lib. 4. cap 9 num. 60.* vbi docet eſſe communẽ opinionem, *Francus deciſ. 203. Carolus de Graſſis effect. 1. num. 1074.* & eſt communiſsimã *DD.* ſententia.

QVÆRITVR LXXXX.

Qua ſit cauſa iuſta detegendi delictum occultum proximi?

RESpondetur ex *Nauarr:* quem citat, & ſequitur *Leſſius lib. 2. cap. 29. dub. 15. num. 121.* cauſam iuſtam eſſe. Primò quando agitur de malo impediendo. Secundò de beneficiorum, & officiorũ collatione. Tertiò de matrimonio contrahendo an ſit aliquod impedimentũ. debent tamen tunc crimina ſuperioribus aperiri ſecreto, & quam minima poteſt fieri famæ læſione: addo, dicatur ſuperiori tamquam Patri, & alio modo illud malum auerti non poſsit.

QVÆRITVR LXXXXI.

An beneficiarius teneatur mercedem ſoluere ſocio adhoc, vt poſsit ſimul cum ipſo recitare diuinum officium, poſito quod alio modo non poſsit perſoluere onus recitandi diuinum officium?

RESpondetur ex Henriquez, & alijs apud Garziam 3. *par. de benef. num. 14.* non teneri, quia iſta diligentia eſt extraordinaria, & de ſe ſatis oneroſa, ad quam non videtur obligare generale præceptum. Scio verò multos graues *DD.* docere beneficiarium habentem ſufficiens beneficiũ teneri ſoluere mercedem ſocio adhoc, vt poſsit ſimul cum ipſo officium recitare.

Verum ſi hic commodè poteſt talem ſocium habere, certum eſt ad id teneri, vt docent *DD.* teſte *S. Fauſt. de horis can. lib. 29. c. 182.*

Idem dicendum eſt ſi huiuſmodi beneficiarius conſueuerat adhibere ſocium, nempè teneri adhibere ſocium, niſi fortè iſte antea haberet ſocium gratis, & ſine expenſis, & poſtea eum non inueniret ſine ſtipendio, nam in hoc caſu non tenetur ſoluere mercedem ſocio. ſic *Garzias 3. par. cap. 1. nu. 215. & Leſſ. lib. 2. cap. 27. dub. 9. num. 54.*

QVÆRITVR LXXXXII.

An degradati, aut excommunicati Sacerdotes teneantur perſoluere diuinum officium.

RESpondetur ex communi *DD.* ſentẽtia teſte *S. Fauſt. de horis canonicis lib. 2. q. 13.* teneri perſoluere diuinum officium quia par non eſt, vt ex delicto commodum reportent. Sed tales degradati, aut excommunicati non poſſunt dicere Dominus vobiſcum: quia hæc eſt quædam communicatio, & functio ordinis, quæ eſt interdicta ſupradictis excommunicatis, aut degradatis.

QVÆRITVR LXXXXIII.

An inſigniti ordine ſacro, ſed damnati ad triremes, teneantur recitare diuinum officium.

RESpondetur ex *Leſsio lib. 2. cap. 37. nu. 45.* non teneri, quia id cederet in dedecus ordinis Eccleſiaſtici ſi in illa hominum colluuie oſtenderent ſuum ſta-

Digitized by Google

tum. idem docet *Diana cum DD. à ſe cit.1.par tit.de horis canon.reſol.*40.

QVÆRITVR LXXXXIV.

An Religioſus profeſſus, ſed non eſt inſignitus ordine ſacro, teneatur recitare diuinum officium ſi fuit eiectus à religione.

RElpondetur ex *Soto*, & *Bonac.* quos citat, & ſequitur *S. Fauſt. de horis can.lib.2.q.*48. non teneri recitare diuinum officium, quia religioſus eſt ad diuinum officium adſtrictus ſolum ex conſuetudine, quatenus ad chorum eſt deputatus, ſed qui per ſententiam à monaſterio expellitur. amplius nõ eſt choro addictus ergo ab hoc onere recitandi eſt immunis.quidquid dicat *Nauar.* oppoſito.

QVÆRITVR LXXXXV.

An nouitij teneantur dicere diuinum officium.

REſpondetur ex communiſsima DD. ſententia teſte *S.Fauſt.de horis canonicis lib.2.q.*51. non teneri, quia nondum ſunt perfectè religioſi. quidquid dicat *Palad.in oppoſitum.*

QVÆRITVR LXXXXVI.

Quidam à homo interfecit inimicum ſuum, & ne occidatur à conſanguineis defuncti confugit ad Eccleſiã ſeù monaſterium; ſed hoc non obſtante conſanguinei occiſi quærunt interfectorem, vt de illo priuatam vindictam faciant; Patres verò habitantes in dicto monaſterio nolunt manifeſtare locum vbi commoratur interfector. Sed dicti conſanguinei volunt comburere monaſterium ſi à dictis Patribus non pateſiat locus vbi adeſt dictus occiſor, an poſſint Patres manifeſtare locum vbi habitat occiſor ſine peccato, & abſq; incurſu irregularitatis; ratio dubitandi eſt, quia vita hominis eſt magis eſtimabilis quã bona externa; eo magis quod dubitari poteſt de ſalute externa proximi, nam in conflictu; ſatis difficile eſt, vt eliciatur contritio ab homine imbuto malis vitijs, & quaſi in peccatis obſtinato.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

PRimo ſciendum eſt ex *Suarez de fide, ſpe, & charitate diſp.7.ſect.4. num.*4. quod nemo tenetur pati magnam iacturam ſuorum bonorum ne alius iniuſtè moriatur.

Secundò ſciendum eſt ex communi *DD.* ſententia, teſte *Filiuccio tract.29.cap.3. num.*45. licere pro defenſione rerum ſuorum occidere inuaſorem, ſi res ſint alicuius momenti, & aliud remedium non eſt in præſenti, nec in futuro eas recuperandi. & hoc non eſt ſolum licitum laico,ſed etiam Sacerdoti,vel religioſo;vt docent *DD.*teſte *Petro Nauar. lib.2.c.3.num.*416.& 417.

Tertiò ſciendum eſt ex communi *DD.*sẽtentia teſte *Merolla in Theologia morali diſp.2 titul.de vitijs, & peccatis nu.*256. *vſq;ad num.*259. quod ſine peccato poteſt miniſtrari alicui res indifferentes, quamuis conſtet, alterum abuſurum dummodo deſit intentio cooperãdi ad malum vſum alterius, & adſit rationabilis cauſa proportionata excuſans.

Addit præterea *Sanchez*,quem citat,& ſequitur *Merolla loc. cit.ſed nu.*278. quod ſi herus aſcendere vult per feneſtram ad rem habendam cum fæmina, non licere famulo ob communem rationem famulatus, pedem heri ſubſtinere, vt aſcendere poſsit, aut ſcalam admouere,eamq; tenere, aut humeris ſubſtinẽte, ſed requiritur aliqua alia grauior cauſa in famulo, vt hæc miniſteria præſtare poſsit, vt vitatio magni damni, quod ex non præſtatione talis miniſterij famulo immineret.

Quartò ſciendum eſt, quod irregularitas ex delicto non incurritur, niſi ob peccatum mortale. Secus quando oritur irregularitas ex defectu leuitatis; vt docui cum *DD. à me cit. in tract.*1. *de Miſcellaneis practicis q.*214.

HIS POSITIS.

REſpondetur non peccaſſe huiuſmodi religioſum, nec incurriſſe irregularitatem, quando ne comburatur monaſterium oſtendit locum, vt commorabatur occiſor, quamuis conſtet ei interfecturum eſſe à quærente illum.ratio patet ex ſuppoſitis; nam adeſt grauis, ac iuſta cauſa, nempè euitatio magni damni. & non fit actio intrinſecè mala, cùm manifeſtatio loci, vbi aliquis habitat, non fit intrinſecè mala,ergo non peccat; ac proindè nec etiam incurrit irregularitatem ex delicto, cùm illa ſupponit culpam læthalem. ad rationẽ verò dubitandi. Re-

Digitized by Google

Reſpondetur, quod talis occiſor dum peccat, ipſe ſe ponit in periculo amittendi ſalutem æternam,& non religioſus,qui intendit euitare combuſtionem ſui monaſterij,eo magis cum poſsit elicere actum contritionis in illo conflictu: nec obligatio ex charitate obligat cum tanto incommodo,ac damno.

QVÆRITVR LXXXXVII.

An lex quæ ſolum profert cenſuram contra committentes aliquod delictum comprehendat etiam conſulentes.

RESpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *Suarez de cenſuris diſp.* 4. *ſect.*3.*num.*5. *in fine* non comprehendere conſulentes niſi in iure hoc ſit expreſſum.

QVÆRITVR LXXXXVIII.

Si quis habet facultatem edendi carnes, ſi illas non edat teneatur ad ieiunium.

RESpondetur ex *Sanchez in opuſculis tom.*2.*lib.*5.*c.*1.*dub.*30.*num.*2.*&* 3. & alijs recentioribus apud eundem *Sanchez*, quod ſi talis habet manifeſtas vires, & ſalutem ad ieiunandum, ſed ad præſeruandum ſe ab aliqua infirmitate edit carnes, tunc ſi aliqua die non comedit carnes,tenetur ieiunare.

Secus ſi quis haberet facultatem edendi carnes ratione debilitatis, & infirmitatis præſentis, nam licèt aliqua die carnem non comedat, non tenetur ieiunare quia ex vnica comeſtione non ſubuenitur debilitati præſenti.

QVÆRITVR LXXXXIX.

Ad quem gradum ſe extendit irregularitas quæ prouenit ex hæreſia.

RESpondetur ex *Suarez de cenſuris diſp.* 43.*ſect.*3.*num.*1.quoad filios, & nepotes hæreticorum extendi hanc irregularitatem ideſt vſq, ad ſecundam generationem, vt habetur ex *cap.* 2. §.*de hæreticis in* 6. & idem impedimentum canonicum quod imponitur hæreticis idem imponitur fautoribus eorum ad filios illorum vſq; ad ſecundam generationem.vt declaratur ex *cap.ſtatutum* 2. *eodem tit.* & aduertitur primò quoad nepotes, ſeu ſecundam generationem, vt ſolum habeat locum in filijs per lineam paternam: per maternam verò in prima generatione ſiſtatur. vt ſi mater fuerit hæretica filij eius, non autem nepotes irregulares, ſint ſi autem Pater fuerit hæreticus filius, & nepotes irregulares ſint. Secundò intelligitur tantũ de filijs hæreticorum,qui in ſuo errore, & diuiſione ab Eccleſia moriuntur. nã ſi conuertantur, & reconcilientur Eccleſiæ, filij non contrahunt talem inhabilitatem.

Verum hæreticus ille quamuis reconcilietur adhuc manet irregularis donec diſpenſetur; filij verò hæretici non indigent diſpenſatione, vt *DD.* affirmant, teſte *Suarez loc. cit.*

SED PETES I.

De quibus filijs hæretici loquitur quoad irregularitatem incurrendam.

RESpondetur intelligi non ſolum de filijs legitimis, ſed etiam illegitimis, & etiam comprehendi filios ſiuè ante, ſiuè poſt lapſum Patris natos, vt docet *Suarez loc cit.*ſed multi *DD.* apud eundem *Suarez* docent non incurrere irregularitatem filios, quando ſunt nati, antequam eorum Pater ſit lapſus in hereſim.ita ſimanicus, *Caſtoro*, *Couarr.*& alij *cit.à Suarez*.

PETES II.

An filij hæretici ſint infames.

RESpondetur ex *DD. cit. à Santorello tract. de hæreſi cap.* 25. *num.*12. filios hæretici non eſſe infames licèt ſint irregulares.

QVÆRITVR LXXXXX.

An Parochiani Diœceſis poſſint ſatis facere præcepto annuæ communionis in Eccleſia Cathedrali.

RESpondetur affirmatiuè ex *Sanchez de matrim lib.*3.*diſp.*27. *num.*1. quia Eccleſia Cathedralis eſt communis toti Diœceſi, dummodo à manu Parochi Cathedralis communicent. ita DD. quaſi innumeri apud eundem *Sanchez*. ita etiam docet *Piacentius in praxi Epiſcopali par.*2.*c.*3. *num.*24. *&* *Barboſa de poteſtate Parochi cap.* 20. *num.*12. quidquid

Digitized by Google

quid dicunt alij in oppoſitum.

Plus addit *Sanchez loc. cit. num. 2. in fine*, nempè quod Parochus Cathedralis poteſt aſsiſtere matrimonijs totius diœceſis. quod *Paludan. & D. Anton. cit. ab eodem Sanchez* hoc concedũt quando ex officio eſſet annexum audire cõfeſsiones omnium diœceſis ipſius. Secus quando hoc non habet ex officio, ſed ex Epiſcopi commiſsione: tunc.n. delegationi ſtandum eſt.

QVÆRITVR LXXXXXI.

Quidam vir percuſsit clericum qui inuenit habentem rem cum ſua vxore, an inciderit in excommunicationem, non ſolum vir qui occidit, ſed etiam qui praſtauit conſilium ad occidendum huiuſmodi clericum. ratio dubitandi eſt, quia non videtur eadem ratio de viro occidente ex paſsione vehemẽti, ſuam vxorem inuenientem, ac exercentem turpes actus, & de eo qui conſulerit.

RESpondetur ex *Suarez tom. 5. 3. part. diſp. 22. ſect. 1. nu. 34. & 35.* cum communi DD. ſententia excuſari ab excõmunicatione, tum quia Eccleſia non reputat illam percuſsionem tamquam factam ſuadente diabolo, ſed vt factam vehementi paſsione, tum etiam, quia non iudicat violentam oppreſsionem, ſed humanam quamdam defenſionem, vt colligitur ex *cap. ſi vero, & cap. ex tenore de ſent. excomm. ac proinde Sylu. cit. à Suarez* quam ipſum ſequitur docet eſſe neceſſariam hanc percuſsionem fieri incontinenti, quando actualiter Clericus in tali actu inueniatur, quando paſsio vehementer mouet: nam tunc ſolum habet locum iſta excuſatio. ac proindè docet idem *Suarez loc. cit. ſed num. 39. cum* DD. *à ſe cit.* quod ſi quis defendit tertium, & percuſit Clericum non incurrit excommunicationem dũmodo non excedat modum iuſtæ defenſionis proximi nempè ſui prædij, vel honoris ergo multo minus incurreret cenſuram, qui dederit conſilium, vt ſuũ honorem defendat modo non excedat modum iuſtæ defenſionis, & id faciat in continenti, & non ex interuallo, & licet peccaret qui percuteret Clericum, puta ſi id faceret ex odio, tamen non incurreret cenſuram ſi non excedat modum iuſtæ defenſionis, & id faciat in continenti, & non ex interuallo. vt docet idem *Suarez loc. cit. num. 38.*

SED PETES I.

Quid nomine vxoris intelligatur, an ſcilicet comprehendatur etiam ſponſa de futuro, an etiam intelligatur mater, aut ſoror. ad effectum non incidendi cenſuram de qua ſupra.

RESpondetur ex *Suarez de cenſuris to. 5. 3. par. diſp. 22. num. 36.* ſolum compræhendi ſponſam ſaltem per matrimonium ratum, & nõn conſumatum. aliæ verò perſonæ nempè mater, aut ſoror non compræhenduntur. itaq; tantum vxor excipitur. ſed multi DD. teſte *Bonacin. de cenſuris c. 2. q. 3. pun. 6.* excuſant à cenſura ſi quis percuſit Clericum turpiter iuuentum cum propria matre, filia, vel ſorore. non autem cum Auia, vel nepta.

PETES II.

An ſit opus, vt quis poſsit ſine incurſu cenſuræ quando percuſit clericum, vt inueniat illum in actuali copula cum ſua vxore.

RESpondetur ex *Suarez loc. cit. ſed num. 37.* non eſſe neceſſarium, vt inueniatur in actuali delicto carnalis coniunctionis, nam id vix poteſt contingere, nec eſt opus, vt inueniantur in eodem loco, vel quid ſimile: ſed ſufficere, ſi inueniant exercentes quoslibet turpes actus. & ita communiter *DD.* teſte *Bonacina de cenſuris diſp. 2. q. 6. p. 6. num 8.* ſufficere, vt non incurrat cenſuram ſi inueniatur in oſculis, vel amplexibus, vel in loco ſuſpecto, vt ſi ſolus cum ſola inueniatur in loco idoneo ad turpes actus exercendos, & de illo adſit rationabilis ſuſpitio.

QVÆRITVR LXXXXXII.

Quædam congregatio præsbyterorum obtinuet facultatem à Summo Pontifice, vt omnes caſus, & cenſuras ordinario loci reſeruatas, poſsit quilibet eorum abſoluere, an quando excipit confeſsionem, teneatur vti tale facultate, vel an poſsit mittere ad ſuperiorem, vt ab illo abſoluatur?

RESpondetur certum mihi eſt, teneri pænitentiarium electam ab ordinario abſoluere reum peccatorum, vel cenſurarum ordinario reſeruatarum, quia ad hunc finem ordinarius elegit pæni-

Digitized by Google

pœnitentiarios, ergo ex hoc capite, ſi alias pœnitens eſt rectè diſpoſitus ad Sacramentum pœnitentiæ recipiēdum, tenetur confeſſarius impendere abſolutionem.

Sed difficultas eſt de alijs confeſſoribus, qui non ſunt electi ab Epiſcopo in pœnitentiarios, ſed à S. Pontifice obtinuerunt facultatem abſoluendi peccata ordinario reſeruata, an teneantur abſoluere peccata reſeruata, & vti facultate obtenta à S. Pontifice ſuper reſeruatis.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

SVppono primo ex *Suarez de legibus lib. 8. cap. 1. num. 5.* facultatem abſoluendi à reſeruatis eſſe verè priuilegiū, nam non eſt opus, vt aliqui DD. docēt, quod priuilegium ſit ſemper contra ius commune, ſed ſatis eſt ad rationem priuilegij, vt ſit vltra ius; vel præter ſicuti eſt facultas abſoluendi à reſeruatis.

Suppono ſecundò ex *Suarez de legibus lib. 2 cap. 24. num. 9.* aliqua priuilegia eſſe conceſſa intuitu alicuius boni communis, quibus priuatæ perſonæ renunciare non poſſunt iuxta *cap. ſi diligenti de foro competenti, & l. ius publicum, ff. de pactis*, vt eſt priuilegium fori reſpectu clerici, cui ipſe renunciare non poteſt, quia non intuitu perſonæ ſuæ, ſed dignitatis clericalis conceſſum eſt. & hoc priuilegium proprijſsimè eſt lex, non ſolum reſpectu aliorum, quibus præcipitur, vt tale priuilegium clerico obſeruentur, ſed etiam reſpectu ipſius clerici, cui præcipitur, vt illo vtatur. alia priuilegia eſſe conceſſa intuitu priuati commodi ipſarum perſonarum, & conſequenter non habere vim obligandi, vt quis vtatur, ſed qui habet priuilegiū poteſt non vti tali priuilegio.

Suppono tertiò non poſſe pœnitentiariū, quando audit confeſsionem omnium peccatorum; abſoluere tantum à reſeruatis, & non ab alijs quæ non ſunt reſeruata; aliàs peccabit mortaliter, vt docet *Facundez de quinq; præcept. lib. 8. præcept. 2. cap. 3. num. 2.*

Scio verò *Medinam Cod. de confeſſione q. 12. § nota* hic docere, poſſe ſuperiorem, auditis omnibus peccatis, abſoluere à reſeruatis tantum, & pro alijs non reſeruatis mittere pœnitentem ad alios confeſſarios.

Suppono quartò ex communi DD. ſententia, teſte *Facundez præcept. 2. lib. 2. cap. 9. num. 1.* quòd confeſſarius tenetur ſub mortali culpa, pœnitentem ritè, ac rectè diſpoſitum abſoluere: aliter. n. iniuriam illi ſine dubio inferret.

HIS POSITIS.

REſpondetur ſi priuilegiatus confeſſarius antequam inchoat confeſsionem interroget pœnitentem, an ſit reus alicuius peccati reſeruati, & ipſe reſpondet affirmatiuè. poteſt non vti cōfeſſarius ſuo priuilegio, ac proindè poteſt non excipere eius confeſsionem, & mittere ad ſuperiorem, ſaltem ſi non eſt eius Parochus; quia communiter docent DD. teſte *Diana tom. tract. de legibus reſolut. 1.* nemo tenetur vti priuilegio ſibi conceſſo.

Secus eſt mihi dicēdum ſi iam eſt inchoata confeſsio, nam tunc dico, teneri confeſſarium habentem priuilegium ſuper reſeruatis, abſoluere pœnitētem, ſi alias eſt ritè diſpoſitus ac non habet iuſtam cauſam ſuſpendendi abſolutionem; ratio mihi eſt quia faceret iniuriam pœnitenti, vt docent DD. teſte *Bordono reſolut. 34. num. 62.*

QVÆRITVR LXXXXIII.

An ſi quis habet priuilegium audiendi, ſacrū in oratorio ſuæ Domus. ſi quis cogatur manere domi an teneatur audire miſſam diebus feſtiuis in oratorio prædicto.

REſpondetur ex DD. quos citat *Diana loc. cit.* non teneri in diebus feſtiuis audire Miſſam in oratorio ſuæ domus, quando quis cogitur manere domi, nam ſi priuilegium obligationem induceret, gratia non eſſet, ſed onus.

QVÆRITVR LXXXXIV.

Quæ ſunt cauſæ ob quas ſolet Deus mala hominibus infligere.

REſpondetur eſſe multas, dat. n. Deus homini in hac vita afflictionem ne cadat, ſicut Paulo fuit datus ſtimulus Satanæ colaphizans illum, ne ſcilicet magnitudo reuelationum illum extolleret. dat etiam mala aliquibus, vt lapſi à peccato reſurgant: Deus. n. quos diligit corrigit, & caſtigat, vt à via iniquitatis

tis

Digitized by Google

tis reuertantur, ſicut ait Paulus, multis dat *D*eus infirmitates, ac morbos alios, quia indignè corpus Domini manducant ſic puniuit Dauid, & multos alios, vt ſcilicèt reſurgerent. Dat inſuper aliquibus mala, vt eos tentet, quemadmodum Deo permictente Iob multa mala paſſus fuit, vt probaretur. Dat deinde quibuſdam mala, vt eos pro ſuis peccatis hic puniat, ne in alio ſeculo eos æternaliter cruciet quales ſunt hi, quos pro ſua miſericordia punit ſciens quod inter ipſa flagella reſipiſcent, & conuertentur. dat deinde quibuſdam mala in hoc ſeculo, vt in illis Dei gloria manifeſta fiat, quemadmodum fecit, vt homo quidam cæcus naſceretur, vt opera Dei in illo manifeſtarentur, ſicut manifeſta fuerunt, quãdo cæcum à Natiuitate Chriſtus ſanauit. Quoſdam deniq; hic punit ſuam volẽs iuſtitiam in illos facere exercere, & vindictam in hoc ſeculo inchoare quos ſcilicèt induratos videt, hos hic punit ad tempus, poſtmodum æternaliter punituros. exemplo eſt Antiochus Rex herodes, & alij, quos diuina ſeueritas grauibus afflixit morbis, & demum in infernum proiecit.

Nota quod dicitur per Nahũ quod Deus non punit bis in idipſum, intelligitur de his, qui cum in hoc ſeculo flagellantur inter ipſa flagella reſipiſcunt, & illos pænitet, & verè ad *D*eum conuertuntur.

QVÆRITVR LXXXXV.

Quis incepit poſsidere aliquam rem bona fide, deinde ſuperuenit dubium, an res ſit ſua, an teneatur ad reſtitutionem ſi poſt diligens examen magis inclinet, quod res non ſit ſua.

RESpondent aliqui *DD.* teſte *Sanchez in ſumma lib.*1.*cap.*10.*num.*9. teneri partem reſtituere pro ratione maioris illius propenſionis; ſed probabilius cenſet *Sanchez cum DD. à ſe cit. loc. cit.* nihil eum teneri reſtituere.

Sed quid dicendum quando quis eſt certus de mutuo, aut alio debito contracto], *ſiuè ex delicto ſiuè aliunde id contraxerit* [, *ſed adeſt dubium, an ſoluerit, an teneatur integrè ſoluere non obſtante poſseſsione.*

RESpondetur ex *Sanchez in ſumma lib.* 1.*cap.*10.*num.*12. & *Vaſquez ab ipſo cit.* teneri integrè ſoluere non obſtante poſseſsione pecuniæ, nec credit, quempiam dubitaturum de hoc. Quare nõ ſemper in dubio melior eſt conditio poſsidentis, ſed quando in reliquis par vtriuſq; eſt cauſa. addit *Sanchez loc. cit.* cum alijs *DD.* quod etiam in alijs præceptis eſt generale. Nemo n. affirmabit certum de voto à ſe emiſſo, aut de alio præcepto dubium tamen, an illi ſatisfecerit non teneri ad id.

Sed hoc non obſtante docet *Layman lib.* 1.*tract.*1.*cap.*5.*num.*42. docet non teneri ad ſolutionem integram, ſed tantum ad partem debiti, ſecundum dubij proportionem. quia æquitas non patitur, vt debitor ſine culpa ſua magno periculo ſubijciatur bis ſoluendi integrum debitum. addit præterea idem *Layman loc. cit.* hæc formalia verba. profectò in hoc caſu. neq; creditorem condemnarem ſi integram ſolutionem reciperet, neq; debitorem ſi integram ſolutionem facere omitteret. idq; ob diuerſas probabiles rationes, quibus vtraq; pars nititur.

Tannerius in par. 2.*diſp.*2.*q.*6.*dub.* 44.*nu.*4. docet quod quando creditor etiam dubius eſt, an debito ſit ſatisfactum, tunc debitorem non teneri ad reſtitutionẽ, quia in tali dubio melior eſt conditio poſsidentis debitoris.

QVÆRITVR LXXXXVI.

An excommunicatus abſens inuitus ac non exiſtens in gratia poſsit abſolui, etiam ſi ſit ignorans pænitens huius excommunicationis puta ſi ſit occulta.

REſpondetur ex *Suar. de pænit. diſp.* 32.*ſect.*6.*nu.*3. poſſe hoc non ſolum validè fieri, ſed aliquando etiam licitè, ita etiam docet *Nauarr. in ſumma cap.* 26.*num.*14. & eſt communis DD. ſententia, non expedit verò ſemper hoc facere, ſed in caſu raro, puta quando haberi non poteſt præſentia perſonæ, nec poteſt ad illum mitti nuncium ad hoc, vt ſciat fuiſſe ab excommunicatione abſolutum. alioquin ille ſemper ſe abſtinebit ab auditione Miſſæ, &c. Secus quando pænitens putat fuiſſe ab excõmunicatione abſolutum, & re ipſa non fuit abſolutus, nam tunc ne priuetur ſuffragijs Eccleſiæ debet abſens abſolui ab excommunicatione.

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆRITVR CVII.

An ſit licitum delectationem capere de morte Tyranni, vel mali hominis Reipublicæ ſatis noxij.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

PRimo ſciendum eſt ex doctrina *Caietani* 1. 2. *q.* 29. *art.* 1. quod aliud eſt odium abominationis, aliud verò odiũ inimicitiæ. Abominationis eſt diſplicentia mali, quod nos patimur aut alij; inimicitiæ autem eſt velle alicui malum quatenus malum illius eſt ex diſplicentia perſonæ. hanc doctrinam ſequitur *Gabrieles Vaſquez* 1. *par. diſp.* 74. *cap.* 3. *num.* 10

Secundò ſciendum eſt ex doctrina *Vaſquez loc. cit* ſecũdum proprietatem Deo conuenire odium non ſolum peccati, ſed etiam peccatoris, & citat D. *Th.* vbi docuit, Deum odio habere peccatores, non quatenus creaturæ ipſius ſunt, ſed quatenus per peccatum à rectitudine deficiant.

Tertiò ſciendum eſt ex communi Theologorum ſententia teſte *Vaſquez* 1. *par. diſp.* 74 *cap.* 4. *num.* 18 *&* 21. & eſt ſentẽtia *D. Th.* Deo non conuenire affectum iræ, non ſolum cum commotione corporali, & perturbatione, ſed etiam ſecundum ſuam rationem formalem. patet nam Deus caret corpore, ergo non poteſt conturbari; neq; ira poteſt Deo conuenire ſecundum rationem formalem, quia teſte *Ariſt.* 1. *de anima c.* 1. *textu* 16. aliud non eſt ira niſi appetitio doloris viciſsim aduerſario inferendi, ergo qui iraſcitur prius triſtitiã, aut dolorem ab alio illatum paſſus eſt, quem illi rependere contendit. Deus autem non poteſt ab alio triſtitiam pati, quantumuis peccatis offendatur. ergo cum punit peccata non iraſcitur propriè, ſed effectu ipſo ita ſe gerit, ac ſi eſſet iratus. *Lactantius cit à Vaſquez* docet, iram eſſe voluntatem puniendi delicta, & ſecundum hanc definitionem eſſe in Deo formaliter iram. ſecus in definitione *Ariſt.* ſupra allatæ. & ad loca ſcripturæ, & præcipuè in illa verba *Pſal.* 105. *iratus eſt furore Dominus*, *& Pſal.* 77. *& excitatus eſt tanquam dormiens Dominus*, *& tamquam potens crapulatus à vino*; intelliguntur metaphoricè non propriè, ſicut pedes, manus, & cæteraque membra Deo tribuuntur.

Quartò ſciẽdum eſt ex *Suarez de fide diſp.* 5. *ſect.* 5. *num.* 2. interdum licere deſiderare malum proximo propter bonum finem, ideſt propter ipſius commodum, vel ad vitandum maius malum, quia malum pœnæ non eſt intrinſecè malũ, atq; adeo neq; intrinſecè charitati cõtrarium. addit præterea idem *Suarez loc. cit.* numquam licere deſiderare viatori pœnam æternam: quia per ſe non eſt medium ad vllum bonum, licèt interdum liceat permictere illã: communiter etiam in his deſiderijs, intelligitur, tacita conditio, nempè ſi alia via prouideri non poteſt bono proximorum.

Quintò ſciendum eſt ex eodem *Suarez loc. cit.* aliquando licere deſiderare aliquod malum proximo, quod non licet inferre: non.n quidquid mihi licet optare, vt eueniat, licet mihi facere, vt patet de proximi morte; ratio eſt quia multa interdum licitè fiunt ab alio, quę à me non poſſunt licitè fieri; quia careo iure, & poteſtate: Deſiderium ergo eſt, vt vnumquodq; per legitimas cauſas fiat & eſt communis DD. ſententia, teſte *Sancio in ſelectis diſp.* 2. *num.* 6. & colligitur ex varijs locis diuinæ Scripturę. Primò ex *Pſal.* 82. *imple facies eorum ignominia*, *& quærent nomen tuum Domine. patet ſecundo ex Paul.* 1. *ad Corint.* 5. *cum virtute Domini noſtri Ieſu tradere huiuſmodi, Satanæ in interitum ideſt fornicarium, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini noſtri Ieſu Chriſti. Tertiò Pſal* 34 *effunde pro meam, & conclude aduerſus eos. Quartò Hierem. Thren.* 1. *ingrediatur omne malum coram te, & vindemia eos ſicut vendicaſti me.*

Vaſquez 1. 2. *diſp.* 115. *cap.* 5. *in fine*, ſic ait. licet etiam deſiderare mortem alicuius ob bonum ipſius, non quidem ex odio, ſed vt ipſe ceſſet à peccato, vel amplius non ſit ipſi deſideranti occaſio alicuius mali præſentis ſpiritualis *Soto lib.* 5. *de iuſtitia q.* 11. *art.* . docet licere mihi optare, vt Dei permiſſa, penès quem ſumma poteſtas eſt, aut publica auctoritate malum ei obtingat, quo flagello reſipiſcat; neq; verò ſolum ob ſpirituale bonum optare vitioſo poſſumus temporale malum, verum, & ad cauendum aliud temporale peius. Enimuero optare poſſumus dilapaditori ſuorum bonorum temporale aliquod incommodum, ne ludo, ac luſibus illa decoquat,

Digitized by Google

quin etiam, & mortem alicui optare poſſumus, licèt nobis conſtet viam perditionis ingreſſum ire, vt noſtræ reipublicæ mala caueantur, paxq; & tranquillitas contingat. poteſt.n.quiſque Turcæ mortem imprecari, vt ab eius Tyrannide liberemur.ita Soto.

HIS POSITIS.

RESpondetur poſſumus licitè gaudere de morte Tyranni, vel mali hominis,ne noceat Reipublicæ non autem ex odio perſonæ. quatenus eſt creatura Dei. Sicuti licitè gaudemus de paſsione Chriſti quatenus nos redemit.& dolemus quatenus eam intulerunt iudei.

SED PETES I.

An ſit licitum gaudere de pœna æterna,ac ſpirituali proximi morte.

RESpondetur non dicere gaudere de pœna æterna proximi, quia non eſt medium ad vllum finem, vt patet ex ſuppoſitis. verum in alio ſenſu poſſumus gaudere de pœna ęterna proximi quatenus eſt voluntas Dei, vt peccatores impænitentes eant in ignem æternum. nam malum pœnæ ait *D Auguſt.lib.*1. *tom.*1 de libero arbitrio eſt directè volitum à Deo, non autem eſt licitum gaudere de morte ſpirituali proximi, quia nunquam licet gaudere de peccato, quia mors ſpiritualis, non eſt aliud quam peccatum.

Vnum aduerto quod voluntas hominis cum diuina voluntate ſemper debet conformari in volito formali, ita vt nunquam,quam Deus vult,homo nolit ſub ea ratione qua *Deus* vult, ſed non tenemur nos cõformare in volito materiali cum voluntate *Dei*. Vnde poteſt filius triſtari de morte Patris, amici &c. quamuis ſciat *Dei* prouidentia, ac voluntate,quæ nunquam diſplicere debet, mortem euenire, vt docui cum Theologis *in tract.* de modo interrogandi pænitentes *fol.* 195. vbi etiam docui cum *Nauarr. à me cit.* quod quãuis voluntas hominis de aliquo obiecto ſub vna ratione gaudere iure non poſſit,ſed potius triſtari debeat: tamen ſub alia ratione meritò poteſt gaudere exemplis gratis de morte parentis gaudere non eſt licitum quatenus ea malum perſonæ eſt, nam id ad hominis odium ſpectat, ſed fas eſt gaudere de morte parentis, quatenus & ſibi commoda eſt propter hæreditatem.

PETES II.

An ſi quis haberet propoſitum ſumendi vindictam de aliquo,ſi liceret, an peccaret mortaliter.

RESpondetur ex *Vaſquez* 1. 2. *tom.* 1. *diſp.*116 *cap.* 1 *num* 4.quem ſequitur *Sancius in ſelectis diſp.*2.*num.*4. non eſſe peccatum mortale. verum ſi nunc actu delectatur cogitans de malo alterius ex diſplicentia illius, quantumuis ſub cõditione malum illud appræhendat,peccaret mortaliter quia hæc delectatio pertinet ad odium, quod non accipit malitiam ab opere quod habet, vt obiectum, ſed ſecundum ſe opponitur charitati. vt rectè animaduertit idem *Vaſquez loc. cit.*

PETES III.

An liceat ſibi,vel proximo mortem optare ob vitandam moleſtam infirmitatem, mendicitatem,vitam pœnalem à marito fœminæ inflictam.

RESpondetur ex *Sancio in ſelectis diſp.* 2.*num.*9. licere dummodo deſideretur mors, vt à *Deo* infligenda, non ab homine iniuſtè vel à *Dæmone*; non.n. eſt digna ſalus tanto dolore, & mors prolongata dicitur vita miſerijs plena addo ego non debere illam deſiderare ex odio propriæ perſonæ, vel alterius, ſed vt à tanto dolore liberetur.

PETES IV.

An maledictio ſeu alicuius mali imprecatio ſit ſemper peccatum mortale.

RESpondetur ex *Azor.* quem citat, & ſequitur *Diana par.* 3. *tract.* 6. *Miſcellan. reſol.* 13. non eſſe ſemper peccatum mortale. ad hoc autem, vt ſit peccatum mortale tria requiruntur. Primò, vt ipſa imprecatio mali ſit exanimo. Secundò,vt ſit ex plena deliberatione animi. Tertiò vt malum quod imprecamur alteri ſit graue, quare ſi aliquid iſtorum deſit erit tantum veniale peccatum, vnde non ſemper in mulierculis maledicentibus ſuis liberis,

ris,

Digitized by Google

ris, vel ancillis; vel in ruſticis, mulionibuſq; maledicentibus ſibi, vel iumentis alijſq; eſt peccatum mortale, quia frequenter ex ira quadam, vel ex deprauata conſuetudine maledicunt, non ex animo imprecantes malum. item frequenter in his eſt imperfecta animi deliberatio. item leuis quędam negligentia, vel inconſideratio in maledicendo. ita *Azor. tom. 3 lib. 3. cap. 16.* Sed mea opinio, & praxis hęc eſt. & primò quoad mulieres imprecantes malum graue ſuis filijs, puta quia ei non obediunt, cenſeo eſſe mortale, quando coram ſuis filijs eructat huiuſmodi verba: etiam ſi non ſit ex animo talis imprecatio. ratio mihi eſt quia prębet proximam occaſionem ſcandali dictis filijs. Secus quando ſunt abſentes, & nõ ſunt alię perſonę, vt reuelent eis imprecationes matris. vel ſi mater eructat dictas imprecationes coram ſuis filijs nõ ex animo, ſed filij ſunt expertes vſus rationis, nempè non committere peccatum læthale ex hac parte. quia dum carent vſu rationis, non penetrant vim imprecationis, & proindè nulla erit eis occaſio peccandi.

Quando quis, vel quæ eructat ſimiles imprecationes non contra ſuos filios, ſed contra alios paruulos arbitror etiam ſi non ex animo eructet dicta verba peccare mortaliter ſi coram ijs ſanguine coniunctis id efficiat, etiam ſi paruuli dicti vſu rationis careant. ex eadem ratione, quia præbent ſcandalum, ac occaſionem peccandi dictis parentibus paruuli, ergo ex hac parte etiam mortaliter peccant. Secundò quoad Ancillas, dico, quando ſua hæra eructat imprecationes coram Ancillis, etiam ſi non ex animo id efficiat, ex hac parte, peccat mortaliter, quia præbet eis occaſionem peccandi. Secus quando leues iniurias ex cauſa alicuius mali ſeruitij præſtiti, id efficiat etiam coram ipſis; quia communiter non eſt occaſio peccandi dictis Ancillis quando audiunt à ſuis heris dictas leues iniurias.

QVÆRITVR CVIII.

Num in coitu fornicario poſtquam fœmina ſeminauit, aut eſt in ſeminandi periculo ineuitabili, liceat viro ſe retrahere ante ſeminationem, etiam ſi extra vas effundat ſemen.

RESpondetur ex *Sanchez lib. 9. de matrim. diſp. 19. num. 7.* multo probabilius eſſe non ſolum non teneri virum, tunc ſeminare, ſed nouam ſeminando admittere culpam, eamq; in confeſſione detegendam, niſi in copula intelligeretur. Seminatio viri extra vas eſt per accidens ſimiliter culpæ immunis eſt mulier fornicans, quæ pænitentia criminis admiſsi ducta, corpus ſubtrahit, ne virile ſemen ſuſcipiat, fornicationemque cæptam conſumet. Nec ipſi tribuetur culpa, ſi vir extra effundat: quia id non intendit, datq; operam rei licitę, ab incępto crimine reſiliens. ratio à priori eſt, quia homo in quouis momẽto licitè, ac ſanctè poteſt de ſuo peccato pænitentiam agere, & pollutiones tam viri, quam fæminæ extra vas ſi prę uideantur, quia non ſunt intentæ, ex opera licitiſsima poſſunt permitti. Sicut permittuntur inter coniuges, quando ex congreſſu coniugali interuenit cauſa iuſta non perficiendi dictam copulam, etiam cum periculo pollutionis. qualis eſſet cauſa iuſta ſi poſt fæminæ ſeminationem aduerteret vir periculum graue vitæ ſibi imminere, ſi ſeminaret, vel ſi fera, aut hoſtes ſuperueniret: vel ſi aduerſaretur honeſtati naturali. verum ſi aduerterent coniuges tenerẽtur non inchoare copulam ita *Sanchez loc. cit. num. 6.*

Hoc non obſtante ait *Sanchez loc. cit. nu. 7.* quod probabile eſt, non eſſe peccatũ mortale, poſt ſeminationem fæminæ fornicariæ poſſe ſeminare non animo libidinoſo, ſed vt ſemen fæminæ non fruſtretur ſuo fine, nempè prole, quia neceſſarium eſt ſemen viri ad generationem.

QVÆRITVR CIX.

An Deus ſit cauſa, vel aliquo modo concurrat ad peccatum; ratio dubitandi eſt, quia multa loca Scripturæ ſacræ id indicant. nam peccatum fratrum Ioſeph, & Iudeorum crucifigentium Chriſtum videntur eſſe facta ex voluntate, & conſilio Dei Geneſ. 45. non veſtro conſilio, ſed Dei voluntate huc miſſus ſum, & cap. 50. Num Dei poſſumus reſiſtere voluntati. 2. Reg. 16. Dominus præcepit ſemei. vt maledeceret Dauid. 3. Reg. 22. dixit Dominus, decipies, & praualebis egredere, & fac ita & infra dedit Dominus ſpiritum mendacij in ore omnium prophetarum. & Ezech.

24.*ego Dominus decepi prophetam illum. & 2. ad Theſſ 2 Miſit illi Deus operationem erroris, vt credant mendacio Pſalm. 43. declinaſti ſemitas noſtras à via tua, & Pſal 104 conuertit cor eorum, vt odirent populum eius Pſal. 118. inclina cor meum in teſtimonia tua, & non in auaritiam.*

HIS NON OBSTANTIBVS.

Reſpondetur de fide eſſe Deum nullo modo concurrere ad peccatum; vt patet ex varijs locis diuinæ ſcripturæ, *& primo patet ex Eccleſiaſt. 15. 12. Non dicas Deus me implanauit: Non. n. neceſſarij ſunt ei homines impij, & infra verſ. 22. Nemini mandauit impiè agere, & nemini dedit ſpacium peccandi, Secundò ex Iacob. 1. verſ 13. Deus. n. intentatur malorum eſt. Tertiò patet ex 1. ad Corinth. 10. verſ. 13. fidelis Deus, qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed faciet etiam cum tentatione prouentum. deniq; patet ex Ierem. 19. verſ. 5. & edificauerunt excelſa Baalim, quæ non præcepi, nec locutus ſum, nec aſcenderunt in cor meum.*

Ad loca ſupra allata Scripturæ ſacræ in quibus videtur Deum concurrere ad peccatum.

Reſpondetur ex communi Regula ſanctorum, ſcilicet quando aliqua hominis, vel Dæmonis improbitas Deo tribuitur, id tantum permiſsiuè intelligendum eſt. ita *Chryſoſt. homil. 36. in Matth Damaſcen. 4. de fide cap. 10. Auguſt. de gratia, & libero arbitrio c. 23.*

Permictit Deus verò peccata varijs modis. Primò quia non impedit conatum eorum. Secundò quia negat aliquibus ſpeciale auxilium gratiæ, quo poſſent cauere peccata, ſi non negaretur. hoc ſenſu ait *Beccanus tract. 2. cap 6 de cauſa peccati. intelligenda ſunt illa verba. Declinaſti ſemitas noſtras à via tua. inclina cor meum in teſtimonia tua, & non in auaritiam. item illud Pſalm* 81. *dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum.*

Tertiò quia ita regit, gubernat, & interius flectit voluptates humanas, vt licèt vitio ſuo malæ ſint, tamen à diuina prouidentia ad vnum. Potius malum, quam ad aliud non poſitiuè, ſed permiſsiuè ordinentur. hoc ſenſu dixit *Hugo de S. Victore* Deum malis voluntatibus non dare corruptionem, ſed ordinem, quia ſcilicet permictit, vt ferantur in vnum, & non permictit, vt ferantur in aliud malum. Quartò his addit *D. Th. in cap. 9. ad Rom. lect. 3.* Deum non ſolum inclinare voluntates malas ad vnum potius, quam ad aliud permiſsiuè, vt explicatum eſt, ſed etiam poſitiuè inclinando ſcilicèt in vnum, & auertendo ab alijs; non quidem per ſe, & phyſicè mouendo voluntatem ad vnum, & remouendo ab alijs quod libertati arbitrij repugnaret, ſed occaſionaliter, vt *D. Th.* loquitur, immictendo ſcilicet cogitationem aliquam bonam ex qua homo malus ſumit occaſionem iudicandi melius eſſe huic nocere, quam illi, ſiuè huic potius iniquitati ſeruire quam illi. hoc ſenſu D. Auguſtinus, & Teodoretus exponunt illud *Pſal. 104. Conuertit cor eorum, vt odirent populum eius.* dicunt. n. id feciſſe non peruertendo corda Egiptiorum, ſed benefaciendo populo ſuo: vnde Egiptij maioris odij occaſionem ſumpſerunt.

Addit deniq; *D. Baſilius in homilia.* Quod Deus non ſit auctor malorum, ſcilicet Deum facere inſtar medicorum, nam ſicut medici non faciunt venenum viperæ, ſed illo vtuntur ad curanda corpora: ita Deus non facit malas voluntates, ſed eas ordinat in ſalutem electorum ſuorum.

EX HIS.

Primo patet reſponſio ad alia loca Scripturæ *Exod. 7. verſ 3. ego indurato cor Pharaonis Iſai. 6. exceca cor populi huius, & aures eius aggraua, 1. ad Roman. 28 cuius vult miſeretur, & quem vult indurat.* nempè hæc loca diuinæ ſcripturæ intelligi permiſsiuè Ideſt ego indurabo cor eius. ſcilicèt indurari permictam. & *Chryſoſt. circa illud ad Rom. 1.* Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, ideſt permiſit.

Poteſt verò dici Deum indurare hominẽ negatiuè, quia ſcilicèt non dat ei gratiam abundantem, & efficacem, qua molliri, & inflecti poſſet licèt ſufficientem ſemper præbeat, vt docent communiter Theologi, & aduertit *Beccanus tract. 2. cap. 6. q. 4. num. 3. in fine.*

Secundò patet ex communi *Theolog.* ſententia teſte *Beccan. loc. cit. q. 2.* Deum concurrere non ad peccatum quod cõſiſtit in priuatione bonitatis, ſed concur-

currere ad actionem peccati quatenus eſt ens, ſeu actio realis. vel dici poteſt, Deum concurrere ad actionem peccati, vt cauſam determinatam à cauſa ſecunda, ſcilicet ab homine liberè operante, ac proindè homini, & non Deo tribuitur peccatum.

QVÆRITVR CX.

Quid ſit macula peccati; nam tranſacto actu peccati manet aliquid in homine per modum habitus à quo verè, ac propriè dicitur peccator quamdiù remiſſionem non conſequitur, vt patet ex ſcriptura Matth. 19. multi publicani, & peccatores diſcumbebant cum Ieſu. Luc. 5. exi à me Dominè quia peccator ego ſum, &c. Eccleſ. 31. beatus vir qui inuentus eſt ſine macula. Ioſuè 22. vſq; in præſentem diem macula huius ſceleris in vobis permanet, &c.

Reſpondetur ex probabiliori Theologorum ſententia teſte *Beccano tract. 2. cap. 9. q. 1.* non vnam, ſed duplicem eſſe maculam peccati, alteram, quæ conſiſtat in reſpectu ad actum peccati præteritum moraliter permanentem, alteram quæ conſiſtat in priuatione gratiæ vnde *D. Th. cit. ab eodem Beccano* docet duplicem eſſe nitorem in anima, alterum ex refulgentia hominis naturalis alterum ex refulgentia luminis diuini, ſeù ſupernaturalis. Vnde ſequitur duplicem eſſe maculam alteram, quæ conſiſtit in priuatione luminis naturalis, ideſt fulgoris luminis naturalis, alterã quæ conſiſtit in priuatione luminis ſupernaturalis.

SED PETES I.

Quomodo differt macula ab offenſa, & iniuria.

Reſpondetur in hoc differre quia macula conſiſtit in quadam animæ turpitudine, & deformitate. hæc autem deformitas ex eo oritur, quod homo fit aduerſus à Deo per peccatum. offenſa, ſeu inimicitia in eo conſiſtit, quod homo per volũtariam auerſionem, & quaſi turpem defectionem à Deo offendat ipſum Deum eiq; diſpliceat, & ſe indignum amicitia diuina conſtituat. iniuria verò in eo conſiſtit, quod homo per voluntariam auerſionem à Deo, violat ius diuinum, quo tenemur plus diligere Deum propter infinitam ſuam bonitatem, quam creaturam, vt notat *Beccanus tract. 2. cap. 7. de cauſa peccati.*

PETES II.

Quid ſit pœna, & reatus pœnæ.

Reſpondetur, quod pœna propriè dicta non eſt aliud, niſi malum, ſeu incommodum aliquod naturæ, vel voluntati contrarium, quod eo fine infligitur, vt culpa vindicetur. ita Theologi communiter docent teſte *Beccano tract. 2. cap. 8. q. 1.*

Reatus pœnæ non eſt aliud, niſi quodam morale debitum, ſeu obligatio, quæ ex peccato naſcitur ad pœnam ſubeundã. ita Theologi apud *Beccanum loc. cit. num. 2.*

PETES III.

An Deus poſſit eſſe auctor pœnæ.

Reſpondetur ex *Auguſtino lib. 1. de libero arbitrio tom. 1.* Deum eſſe auctorum mali pęnæ, non autem culpæ. nam licèt pęna ſit malum patienti, non tamen ſimpliciter malum eſt, quia punire eſt actus iuſtitiæ vendicatiuæ.

PETES IV.

An peccatum poſſit eſſe pœna peccati.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

Notandum eſt in peccato tria ſpectari poſſe. Primò quædam antecedentia, vt eſt permiſſio peccati, & negatio gratiæ. Secundò quædam ſubſequentia, vt triſtitia, & vermis conſcientiæ. item labor, & moleſtia actum peccati concomitans. Tertiò ipſum peccatum.

HIS POSITIS.

Reſpondetur ea, quę antecedunt vnum peccatum poſſunt eſſe pęna prioris peccati. Nam *Deus* ſæpè permittit aliquem labi, negando illi ſuam gratiam efficacem quia iam antea peccauerat, & malè vſus fuerunt donis gratiæ, vel naturæ iuxta illud ad *Rom. 28. Propter quod tradidit illos Deus in reprobum ſenſum*. ea verò quæ ſubſecuntur ex peccato, vt triſtitia, & vermis conſcientiæ,

Digitized by Google

tiæ, vel quæ actum peccati comitantur, vt labor, vel modeſtia poſſunt etiam eſſe pęna peccati, vt ait *D. Auguſt. lib.1. confeſſ. c.12.* dixiſti Domine, & ſic eſt, vt pęna ſua ſit tibi omnis inordinatus animus: *patet etiam ex illo Sap.57. laſſati ſumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus vias difficiles.*

Verum peccatum ipſum ſecundum ſe nō poteſt eſſe pęna alterius peccati, ideſt vt Deus propter culpam præcedentem velit peccatorem incidere in aliud peccatum, aut ad aliud illum incitare, vel inducere, quia Deus nullo modo eſt cauſa, vel auctor peccati.

QVÆRITVR CXI.

An pęna peccato debita ſit infinita intenſiuè.

RESpondetur ex *D.Tho. 2.2.q 83.art.4.* quod in peccato duo ſunt: quorum vnum eſt auerſio ab incommutabili bono, quod eſt infinitum quia eſt Deus, & ex hac parte debetur peccato pęna infinita, aliud eſt quod in peccato eſt inordinata conuerſio ad commutabile bonum: & ex hac parte peccatum debetur pęna ſenſus finita, tum quia ipſum bonum commutabile eſt finitum tum etiam, quia ipſa conuerſio eſt finita: nō .n. poſſunt eſſe creaturæ infinitæ quia ſecundum bonam opinionem Philoſophorum non datur infinitum creatum; ſed pęna ignis eſt quid creatum. ergo.

Poteſt verò dici pęna ſenſus in damnatis eſſe infinita extenſiuè quia pęna inferni damnatis numquam finem habebit, vt fides Cattholica docet, vt colligitur clarè ex Scriptura *Matth. 25. diſcedite à me maledicti in ignem æternum. Iſai.66. vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.*

EX HIS LOCIS SCRIPTVRÆ.

DAmnatur primo error *Originis* teſte *Auguſt. de hæreſ. cap.43* qui docuit pęnas damnatorum non forè æternas, ſed certo tempore duraturas: quamquā multi ſint, qui conentur Originem ab hoc errore liberare.

Damnatur ſecundò error cuiuſdam, vt refert *Rufinus lib.1. confeſſ.* vbi docet pęnas Dæmonum fore æternas non hominum. & pænas Chriſtianorum non forè æternas.

Damnatur tertiò error eorum qui dixerunt; pęnas eorum hominum qui fuerunt ante Chriſti aduentum non fuiſſe perpetuas, quia per Chriſtum deſcendentem ad inferos fuerunt liberati; aliorum pęnas poſt Chriſti aſcenſum eſſe perpetuas: ita refert *D. Auguſt. lib. de hæreſ. cap.79 & Alfonſus de Caſtro in lib. hæreſ. verſ infernus hæreſ.12.*

QVÆRITVR CXII.

Vtrum liceat aliquando iudicare non ſecundum leges ſcriptas.

REſpondetur ex *Leſſio de iuſtitia, & iure lib.2. cap.29. dub.5 num.45.* ſi leges illæ ſcriptæ contineant ius naturale, ſemper ſecundum eas iudicandum eſt. Si contineant ius poſitiuum ordinariè ſecundum eas iudicandum eſt, præſertim iudici inferiori.

Dixi præſertim iudici inferiori, quia ſupremus Princeps poteſt interdum diſpenſare in lege poſitiua, eiuſq; rigorē, vel pænam relaxare, vel mitigare quando ita putat Reipublicæ expedire, non autem inferior, niſi ex tacita, vel expreſſa ſuperioris conceſsione.

Dixi ordinariè quia interdum poteſt iudex inferior recedere à lege ſcripta, iudicando contra verba legis. Primo quando conſtat mentem legiſlatoris eſſe aliam, nec voluiſſe verbis legis eſſe comprehenſum; magis .n. tenetur ſequi mentem legiſlatoris, quæ legis eſt anima, quàm corticem verborum. Neq; in hoc caſu tenetur legiſlatorem, vel ſuperiorem conſulere, vt patet ex *l. Nulla ratio v. de legibus, & l. Non dubium Cod. de legibus,* vt benè aduertit *Leſſius l. cit.*

Secundo quando nō conſtat, ſed probabilius eſt aliam legiſlatoris eſſe mentem, & res non patitur moram, vt ſuperior conſulatur, tunc quoq; eſſet contra rationem verba ſequi. Quod ſi ſuperior facilè conſuli poſsit, conſulendus eſt. Quod ſi de mente legiſlatoris conſtare non poteſt, tunc ſequendum eſt id quod probabilius videtur.

Tertiò ſi vtrinque æquale ſit dubium, & Princeps conſuli nequeat, tenetur inferior iudex ſecundum verba legis iudicare. ita communiter *DD.* teſte *Leſſio loc. cit* quia lex eſt veluti in poſſeſsione ſuæ auctoritatis: vnde in pari dubio nō poteſt iudex, cùm ex officio ſit cuſtos legis, etiam ſua auctoritate priuare.

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆRITVR CXIII.

Quinam peccent vſurpatione iudicij.

Reſpondetur omnes eos peccare vſurpatione qui iudicant eum qui non eſt ſubditus. ac proindè illorum ſententia eſt irrita. Quinq; autem modis poſſe quempiam eſſe alteri ſubiectum, ita vt ab eo iudicari queat. Primò ratione poteſtatis ordinariæ. Secundò ratione poteſtatis delegatæ. ſic Daniel iudicauit ſenes poteſtate ſibi à Deo delegata *cap.* 13. & iuxta probabiliorem ſententiam teſte *Leſſio lib.2.cap.29. dub.6. nu.* 50. *Moyſes ægiptium. Exod* 2. vt teſtatur *Auguſt 9 in exod.2.* Tertiò ex conſenſu partium; vt quando partes ex compromiſſo ſe alicui ſubijciunt ſiue iudici, vt ſi ille aliàs iudicandi habebat, & ſi non in illos, ſiuè vt arbitro. Quartò ratione delicti ſit ſubditus, vt patet ex *cap. poſtulaſti* 13. ſimili modo quis ſortitur forum ratione contractus domicilij, & rei de qua contra poſſeſſorem cauſa mouetur. Quintò ratione iniuriæ, ſubdito à terris Principis illatæ: ſi.n. ſuperior eius, qui iniuriam fecit interpellatus nolit illam vendicare, poterit id facere Princeps eius, qui iniuriam accepit. quicunq; igitur iudicat aliquem, qui aliquo horum quinq; modorum, non eſt ei ſubiectus, peccat vſurpatione iudicij.

SED PETES I.

Quod peccatum committit qui peccat vſurpatione iudicij.

Reſpondetur ex *Leſſio de iuſtit. lib.2. c. 29. dub.6 num.* 53. ex genere ſuo eſſe peccatum mortale, vſurpare iudicium. quia ſit iniuria tum partibus, in quas ille poteſtatem non habet, tum etiam ſuperiori, cuius auctoritatem ſibi aſſumit.

PETES II.

Vtrum index, excommunicatus peccet vſurpatione iudicij, ſi iudicia exerceat, & an peccet?

Reſpondetur primò ex communi DD. ſententia teſte *Leſſio loc. cit. dub. 7. num.* 54. quod ſi excommunicatio eſt occulta, non peccat vſurpatione iudicij, & ſententia cæteraq; eius acta publica ſunt valida, niſi per exceptionem arguantur, & elidantur apud ſuperiorem, vt rectè docet *Henriquez lib.* 13. *cap.7 num.6.* vbi addit quod iudex occultus excommunicatus peccat mortaliter iudicando quia ligatus non debet alium ligare. idem docet *Caiet.in ſumma verb.excommunicatio fol.mihi 296.5.* ſed de medio genere; Nec Concilium Coſtantienſe intendit ipſo iudices excommunicatos occultos in aliquo releuare.

Nec obſtat quod concilium non ſuſpendat iudices excommunicatos occultos ab officio, quia id fit propter bonum aliorum. vt docet *Leſſius lib.2. cap.29. dub.7. num 60. & 62.*

Miror cur *Leſſius* citat *Caietanum, & Hẽriquez* docentes eſſe ſolum peccatum veniale, quando iudices excommunicati occulti ferãt iuſtam ſententiam, cùm oppoſitum doceant, nempè peccare mortaliter; vt ego proprijs oculis vidi locos citatos ab eodem *Leſſio*.

Reſpondetur ſecundò ex *Henriquez loc. cit. & Leſſio, lib.2 cap.29. dub.7. num.56.* & alijs quod ſi Iudex eſt excommunicatus nominatim, vel notorius percuſſor clerici eius ſententia eſt irrita ipſo iure, & peccat mortaliter contra iuſtitiam, quia vſurpat iudicium ferendo ſententiam.

PETES III.

Vtrum peccet Tyrannus vſurpatione iudicij; eiuſq; ſententiæ ſint irritæ.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

Sciendum eſt, alium eſſe Tyrannum vſurpatione poteſtatis, qualis eſt, qui abſq; vllo iure Rempublicam inuaſit, & oppreſſam tenet: alium eſſe Tyrannum vſu regiminis, cùm aliàs ſit verus Princeps.

HIS POSITIS.

Reſpondetur primò ſatis certum eſt non peccare verum Principem ius dicendo, etiam ſi ſit Tyrannus quoad regimen, modo lex ſit iuſta.

Si verò Tyrannus ſit vſurpatione poteſtatis, puta qui abſq; vllo iure rempublicam inuaſit, & oppreſſam tenet, peccat vſurpatione iudicij ius dicendo ſentẽtię tamen eius ſunt validæ, & tenentur

ciues

ciues illis obtemperare, donec irritentur, vt rectè docet *Leſſius lib. 2. de iuſt. cap. 19. dub. 9. num. 69. & 70. & 75.*

Inferiores tamen iudices à Tyranno conſtituti, ſi eius Tyrannidem non ſubſtent, aut iuuent, non peccant ius dicendo, modo alioquin omnia iure agant, quia nullam iniuriam faciunt reipublicæ, & ipſa Reſpublica poſito hoc rerum ſtatu, tacitè in illos conſenſit, cùm illorum adminiſtratio in bonum commune cedat.

SED PETES IV.

Vtrum Tyrannus peccet peccato homicidij, & tenentur ad reſtitutionem, ſi fortes ſecundum ordinem interficiat, aut bonis ſpoliet.

RESpondetur ex *Leſſio loc. cit. num. 76.* negatiuè; quia Reſpublica tacitè ad hoc tribuit illi auctoritatem dum conſenſit, & cupit, vt ita faciat itaq; ſolum peccat in hoc actu, quatenus in eo ſe gerit, vt Princeps continuans auctoritatem antea aſſumptam.

QVÆRITVR CIV.

Vtrum iudex poſſit condemnare Reum qui per teſtes legitimè eſt probatus criminoſus v. g. homicidij, quem tamen certè nouit innocentem.

REſpondetur in primis ſatis certum eſt teneri iudicem omnes vias, & rationes inire, quibus poſsit eum liberare; vt impediendo accuſationem ſi poteſt ſæpè, & per interualla examinare teſtes, an nihil varient, extrahendo iudicium, aperiendo carcerem ſi commodè, & ſine ſcandalo fieri poteſt. ſi his rationibus non poteſt eum iuuare, debet iudex inferior cauſam remittere ad ſuperiorem, & depoſita iudicis perſona aſſumere officium teſtis apud ſuperiorem, ſi putet hac ratione eum liberari poſſe, vt docet *Caiet.* quem citat, & ſequitur *Leſſius lib. 2. cap. 29. dub. 10. n. 77.*

Sed difficultas eſt ſi his modis non poſſit illum liberare, & pars aduerſa vrgeat condemnationem.

REſpondetur ex *D. Th. 2. 2. q. 67. art. 2.* quod cùm iudicium ad iudicem ſpectet, non ſecundum priuatam, ſed publicam poteſtatem, oportet eos iudicare, non quam ipſi nouerunt veritatē, ſed ſecundum leges allegata, & probata, per teſtes ſibi publicè innotuit. ita etiam docet *Couarr. lib. 1. variar. cap. 1. num. 6.* & alij multi, quos ipſe citat

Sed *Petrus Nauarr. Angelus, Hoſtienſis, Calderinus*, & alij *cit. à Leſſio lib. 2. cap. 29. dub. 10. num. 78* docent, iudicem nullo modo poſſe talem innocentem ad mortem condemnare, ſed potius debet officium dimittere, etiam ſi hoc modo nihil eſſet Reo profuturus; quia humana auctoritate directè, & ex propoſito occidere innocentem eſt intrinſecè malū.

V N D E.

COlligunt ſupradicti *DD.* miniſtrum iuſtitiæ non poſſe mandare executioni ſententiam mortis, vel mutilationis, quam certo nouit eſſe iniquam, quia exequeretur id quod eſt intrinſecè malum. ergo.

Sed difficultas eſt an etiam locum habeant in cauſis ciuilibus, & in criminalibus, vbi nō agitur niſi de pœna pecuniaria, vel exilij, vel priuationis officij, aut beneficij, nempè an ſit licitum iudicare ſecundum allegata, & probata, etiam ſi à iudice ſciatur aliter eſſe veritas.

REſpondent *Lyranus, Panormitanus*, & alij canoniſtæ apud *Leſ. lib. 2. c. 29. dub. 10. num.* 84. idem dicendum eſſe in his cauſis nempè non poſſe iudicem iudicare ſecundum allegata, & probata, ſi aliter eſt veritas cognita à iudice per priuatam ſcientiam.

Sed *Leſſius loc. cit.* eſt contrariæ opinionis, & aſſerit, quod in cauſis ciuilibus, & criminalibus minoribus, quando iudex certo ſcit alteram partem falſis probationibus niti tenetur ſententiam ferre ſecundum allegata, & probata, etiam ſi aliter agnoſcit veritatem. Sed tenetur omni induſtria curare, vt falſitas detegatur, vel vt proceſſus impediatur. ita ſentiunt multi *DD.* teſte *Leſſio loc. cit.*

Idem dicitur, quando iudex condemnat ad pænam infamiæ ex probatis, & allegatis, licèt ſciatur à iudice inquiſitus eſſe innocens talis delicti; nempè teneri iudicem ferre ſententiam ſecundum allegata, & probata. quando alio modo non poteſt impedire ſententiam, vt ſatis probat *Leſſius loc. cit.*

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆRITVR CXV.

Quot modis iudex iuridicè procedat aduerſus crimina.

RESpõdetur ex *Iulio Claro lib.5. §.practica criminalis q.3.* quem ſequitur *Leſſius lib. 2. cap. 29. dub. 12. num.105.* duobus modis poteſt procedi contra criminoſos alterum ex officio, alterum adinſtantiam partis.

Ex officio procedit quando præcedente aliqua infamia, vel denunciatione, capit informationes, & format inquiſitionem contra auctorem, vt ſic ad plenam probationem & ſententiam perueniat.

Ad inſtãtiam partis, quando pars offenſa, vel alius, ad quem id iure ſpectare poteſt, accuſationem porrigit, & iudex ea admiſſa, ſecundum eius probationem procedit.

Modus procedendi ex officio, ſeu per inquiſitionem extendit ſe ex diſpoſitione iuris canonici ad omnia crimina ſecundum *Archidiaconum in c: felicis v. §.vult de pœnis in 6.* in omni n. genere criminũ poſſunt iudices per inquiſitionem procedere. idem ex conſuetudine ſeruatur in foro ciuili. Vnde in quibuſdã Regulis, via inquiſitionis adeo eſt ordinaria, vt altera; nempè accuſationis, nõ admictatur, niſi in paucis cauſis: in Regno.n. Neapolitano, nemoadmictitur ad accuſandum, niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam exequatur. & in Regno Franciæ prohibita eſt accuſatio omnis ad vindictam publicam tendens; & ſolum permictitur pro intereſſe ciuili. vnde in omnibus cauſis criminalibus proceditur per viã inquiſitionis. ita *DD.* teſte *Leſſio loc.cit. num.106.*

SED PETES I.

Vtrum debeat præcedere infamia perſonæ, vel delicti, quando iudex procedit via inquiſitionis generalis.

REſpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *Leſſio lib. 2. cap. 29. dub. 13. num.108* non eſſe opus, vt aliqua infamia præceſſerit, vt patet, quando Prelati, vel Superiores Eccleſiaſtici ſuo tẽpore faciunt viſitationes, & inquiſitiones generales; ratio eſt quia talis inquiſitio eſt neceſſaria ad purgandam rempublicam, moreſq; in cæſibus hominum reformandos. Nec refert quod hac ratione detegantur occulti peccatores, quia id per accidens & præter intentionem inquirentis contingit: & aliàs bonum commune huic incommodo anteponendum eſt, & niſi talis inquiſitio fieret, multa crimina manerent impunita.

PETES II.

An in hoc caſu interrogati ſubditi debeant patefacere criminoſos occultos.

REſpondetur ex communi *DD.* ſentẽtia teſte *Leſſ.loc.cit. num.109.* negatiuè, quia nulla talis criminis infamia laborant, nec iudicis poteſtas ſe extendit ad elicienda occulta, & ad euitandum periurium, vel pœnam excommunicationis fulminatam à iudice poteſt æquiuocare, intelligendo tacitè neſcire eo modo, vt tenearis patefacere, ac proindè.

Sequitur ex communi *DD.* ſententia teſte *Leſſio lib.2.cap.29.dub.13. num.11.* peccare contra iuſtitiam eum qui patefacit delictum occultum.

Excipe tamen duos caſus, quibus poteſt Superiori patefieri, & ſi omnino ſit occultum. Prior eſt, quando id putatur ad ipſius emendationem: tunc.n. aperiendum eſt ſuperiori, non vt iudici, ſed vt Patri, vt ſua prudentia, & auctoritate illum emendet. alter eſt, dum aliquod malum ſpirituale, vel temporale impendet ab aliquo, quod commodè auerti non poteſt, niſi ſuperioris opera: tunc.n. non eſt habenda ratio famæ, ita *Leſſius loc.cit.num.112.*

QVÆRITVR CXVI.

Vtrum quando crimen eſt publicum, ſed auctor ignoratur, iudex poſſit inquirere, quis fecerit.

REſpondent multi *DD.* teſte *Leſſio lib. 2.cap.29.dub.14.num.113.* id non eſſe licitum.

Sed alij *DD.* quos citat, & ſequitur *Leſſius num.114.* docent quando manifeſtum eſt crimen, ius eſſe iudici quærere in genere quis fecerit, non tamen in particulari an Petrus fecerit, niſi de eo ſit aliqua fama, vel indicia. ita eſt praxis communis iudicum, tam Eccleſiaſticorum, quam ſecularium.

Neq; obſtat quod occulta crimina dete-

Digitized by Google

gantur, nam id non prouenit ex ipſa cõditione interrogationis. ſed ex imperitia eorum, qui interrogantur, qui neſcientes iura, putant ſe teneri occulta patefacere.

Neq; inquiſitionem faciens tenetur inſtruere rudiores, ne auctorem detegant ſi fortè nulla infamia laborat; id n. redderet eum ſuſpectum corruptelæ, vel fauoris in criminoſum, ſed poteſt ſimpliciter inquirere ſicut videt bono publico expedire. Quod ſi occultus auctor detegatur, poterit contra eum procedere, nec damnum ſecutum ei imputabitur, quia vtitur iure ſuo; ita *Nauarr.* quem citat, & ſequitur *Leſſius loc. cit. num.*1.5. vbi addit, quod ſi auctor criminis eſt publicè detectus, etiam ſi ab altero iniquè factum ſit, poteſt contra eum procedere, & inquiſitiones accipere, & particularem inquiſitionem facere, & conuictum punire, modo tamen ipſe per iniuriam non ſit cauſa illius detectionis.

Simili modo in eum cuius crimen cùm antea eſſet occultum, iniustè per aliquem in ſermones publicos eſt deductum, niſi fortè per reuelationem confeſſionis id factum eſſet, tunc n. nullo modo poſſet procedere. ita *Soto*, quem citat, & ſequitur *Leſſ. loc. cit.*

SED PETES

Quid ſi ſuperior ſub iuramento interroget, & abſq; vlla reſtrictione iuraueri te patefacturam quidquid noſti de facto, & auctore.

Reſpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *Leſſio lib.* 2. *cap.* 29. *dub.* 14. *num* 12. eo caſu non teneris patefacere, niſi quod abſq; iuramento licitè poſſes. Vnde non teneris, ſi auctor penitus eſt occultus, & per occultam monitionem corrigi poteſt. Secus ſi de illo eſt rumor, vel ſi aliter non putatur emendandus. Pari modo, & ſi ſub pœna excõmunicationis præceperit, non teneris: niſi de illo ſit aliqua fama, vel niſi damnum alicui inde impendeat. de tali n. eſt huiuſmodi præceptum intelligendum, vel niſi alia ratione non ſperetur emendandus; quia tunc tenetur, etiam abſq; præcepto Superioris.

QVÆRITVR CXVII.

Vtrum ad inquiſitionem ſpecialem neceſſe ſit infamiam præcedere, & quanta debeat eſſe illa infamia.

Reſpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *Leſſ. dub.* 15. *num.* 121. affirmatiuè, nec ſufficere, vt duo, vel plures, etiam iurati affirment ſe vidiſſe illum crimen committẽtem, ſed requiritur vt rumor de eo ſparſus ſit per maiorem partem viciniæ, vel collegij, vel vniuerſitatis in qua commoratur, vt dicatur infamia laborare: vnde ſi conſtaret infamiam ortam eſſe à maleuolis, & maledicis non ſufficere ad procedendum, ſed debere oriri ex perſonis probis, & prudentibus ita, vt apud ipſos Reus reddatur ſuſpectus.

Sed multi grauiſsimi *DD.* teſte eodem *Leſſio loc. cit. dub.* 15 *num.* 131. & 132. qui docent quod praxis iudicum ſecularium eſt, vt ex denunciatione publici officialis ad id muneris deputati, vel alicuius priuati, vel ad querelam partis offenſæ, quæ tamen onus probandi in ſe ſuſcipere non vult, procedunt ad capiendas informationes, & indicia, quibus habitis formant libellum inquiſitionis. ita eſt conſuetudo accepta pænè in omnibus prouincijs, & maximè per italiam, vt teſtatur *Iulius Clarus q.*3. quia hoc cenſetur neceſſarium bono Reipublicæ, alioquin furta, homicidia, ſacrilegia inceſtus, & alia crimina turbantia rempublicam ſæpè ſæpius remanerent impunita.

Nec canones obſtant huic doctrinæ. Cum loquantur de iudice Eccleſiaſtico, vt benè notat *Leſſius lib* 2. *cap.* 29. *dub.* 15. *num.* 139.

Sed aduertendum eſt primo ex *Iulio Claro q.*5. *num.*4. iudicem non poſſe vnquã ex ſe ipſo procedere per inquiſitionem, ſed ſemper debere aliquid præcedere, quod inquiſitioni viam aperiat, & iudicem cogat, vt ex officio procedat, vt notitia publica, infamia, ſuſpicio communis, quærela partis, denunciatio officialis, vel alterius, aut ſimile quiddam, alioquin totus proceſſus eſt nullus. Vndè non poteſt procedere ex delatione facta ei non vt iudici, ſed vt priuato, vel certo auctore, vel ſuppreſſo nomine etiam ſi in ſchedula nominarentur teſtes, qui noſſent factum, ne iudices poſſint pro arbitrio impetere quos volent.

Secun-

Digitized by Google

Secundò, antequam iudex inquirat de perſona priuatas informationes capiẽdo, debere aliquo modo conſtare ei de crimine, an ſit commiſſum. Vnde ſi crimen relinquat veſtigium, vt incendium, homicidium perfoſsio domus, debet ea prius inſpicere, vel curare inſpici prout fert ei conditio, ſi autem non relinquat, ſufficit denunciatio, vel quærela ad capiendam informationem de auctore.

Tertiò vbi iam conſtat de delicto commiſſo ſi nihil ſciatur de auctore, poteſt de eo generatim inquirere, & habito aliquo iudicio vocare illum ad ſe defendendum. ita *DD.* teſte *Leſſ. loc cit. n.* 139.

QVÆRITVR CXVIII.

Ex quibus indicijs poſſit iudex reum ſubijcere torturæ?

ANTEQVAM RESPONDEAM.

Sciendum eſt primò torturam eſſe introductam non in pœnam criminis commiſsi, ſed in ſubſidium probationis, nec iudex poteſt reum ſubijcere torturæ ad exquirendam criminis confeſſionem quando legitimè eſt conuictus per teſtem, etiam ſi nolit fateri crimen, vt rectè docet *Nauarr. cap* 18. *num.* 59. *& Iulius Clarus q.*6[illegible]. *num* 8.

Excipe tamen duos caſus. Prior eſt, quando reus malitioſè appellat ad ſuperius tribunal, vt executionem iuſtæ ſententiæ impediat, quod in Italia permictitur ſi non ſint confeſsi crimen, vt teſtatur *Nauarr. loc. cit.* nam tunc ſi crimen eſſet atrox, vt latrocinium, ſacrilegium, &c. & expediret Reum ibi puniri, poſſet torqueri ad eliciendam confeſsionem, vt iniqua appellatio impediatur.

Alter caſus eſt, quando putatur habuiſſe ſocios, vel commiſiſſe alia crimina; tunc etiam per torturam poteſt de his interrogari, moderatè tamen pro ratione cauſæ, & indiciorum. ita ſeruat tota Italia, & Francia teſte *Iulio Claro q.* 64. *num.* 8. debet tamen de illis eſſe ſemiplena probatio, vel æquipollentia.

Sciendum eſt ſecundo torturam tantam adhibendam eſſe in criminibus grauioribus, quæ pœna corporali, vt mortis, mutilationis, triremium caſtigãda ſunt, non autem in ijs, quæ exilio, vel pecunia, vt docet *Gomez tom.*3. *cap.* 13. *nu.* 2. ratio eſt, quia reo non dum conuicto non poteſt irrogari pœna, quæ ſit maior, quam illa ad quam eſt condemnandus.

Nec obſtat, interdum fieri, vt innocens torqueatur, quia in rebus humanis non omnia incommoda vitari poſſunt. & hoc expedit ad bonum Reipublicæ. improbi. n. audacter & impune peccarent, & damna, & iniurias alijs inferrent, quando putarent ſe teſtibus, vel externis indicijs, non conuincendos. cùm verò vident ex indicijs, vel vno teſte tormentis, ſubijciendos ſe continent. ita *Leſſius lib.* 2. *c.* 29. *dub.* 17 *num.* 151.

HIS POSITIS.

Reſpondetur primò ex communi *DD.* ſententia teſte *Iulio Claro lib.* 5. *q.* 21. *num.* 2. *& Gomez c.* 13. *num.* 3. ad torturam ſufficere ſemiplenam probationem, ſi tamen perſona ſit talis, vt torqueri poſſit. nunc autem eſt ſemiplena probatio, quando vnus teſtis, contra quem nulla eſt exceptio deponit ſe vidiſſe hunc tali loco, & tempore occidẽtem v. g. Petrum, auferentem hoc, vel illud è tali domo; quod ſi non viderit, ſed audiuerit à fide dignis, aut ſi contra illum, ſit aliqua exceptio, vt ſi ſit mulier, aut minor viginti annis, aut infamis, excommunicatus, inimicus, eius depoſitio non facit indicium ad torturam.

Dixi ſi Reus poſsit torqueri; nam impubes, ideſt qui non dum impleuit quatuordecim annos, vel ſenex non poſſunt torqueri, nec etiam mulier prægnans ob periculum abortus. nec etiam vir illuſtris, aut in dignitate conſtitutus eiuſq; filij & Doctor eius filij, & miles, poſſunt torqueri, etiam ſi ſit ſemiplena probatio contra eos, niſi in hæreſi, vel proditione, vel ſimili crimine læſæ Maieſtatis, ita *Gomez, & Clarus cit. à Leſſio loc. cit. num.* 154.

Si verò in alijs criminibus, præter ſupradicta torti fuerint, & confeſsi, quamuis poſtridie confeſsionem ſuam ratificent, non poſſunt tamen condemnari quia confeſsio fuit irrita, vtpote per iniuriam extorta, & conſequenter ratificatio, quæ ex illa ſequitur, ita *DD.* communiter, teſte *Leſſio loc cit. num* 155.

Reſpondetur ſecundò præter ſemiplenam probationem, etiam alia quædam indicia minora, quàm ſemiplena probatio ſufficiunt ad torturam. quorum præcipua ſunt hæc.

Primũ eſt fama publica de auctore crimi-

nis, ſi aliquibus alijs adminiculis iuncta ſit, vt ſi ei accedat aliquis teſtis minus idoneus; vt aſſertio ſocij, vel minoris, vel ſi appareat veſtigium facinoris in veſte,armis, &c.ſi tamen quis eſſet iam malæ famæ de ſimilibus delictis ante commiſsis, & etiam publica fama grauaretur in præſenti delicto, hic poſſet torqueri, quia fama prior adiuncta poſteriori,facit vehementem præſumptionem,ita *Iulius Clarus* quem citat, & ſequitur *Leſſius lib. .cap.29.dub.17 n.156.*

Secundum eſt confeſsio Rei extra iudicium, vt ſi apud aliquos, ſaltem apud duos,ſe iactauerit de crimine, vel dixerit ſe auctorem. debet tamen hoc probari per duos teſtes omni exceptione maiores ſi neget ſe dixiſſe: quia debet omnino de tali iudicio coſtare,ita *DD. Leſſ.loc.cit. num.159.*

Idem dicendum de confeſsione facta coram iudice incompetenti; ideſt qui non habet poteſtatem cognoſcendi in cauſa,eò quod, vel Reus non ſit ipſi ſubditus, vel cauſa ſit exempta nempè poſſe torqueri, tamquam ex indicio, quod maximam præſumptionem criminis ingerit, debet tamen illa confeſsio non eſſe extorta metu tormentorum, ſed metu probationum, vel omnino eſſe ſpontanea,ita *Leſſius loc.cit nu.158.*

Tertium indicium eſt ad torturam, eſt aſſertio duorum,vel trium ſociorũ quando.n duo, vel tres capti fatentur crimen, & produnt aliquem ſocium criminis,poteſt hic capi, & torturæ ſubijci, ita *Clarus q.21. num.* 10. & *Leſſius num.* 61. debent tamen cum iuramento deponere, quia agunt, vt teſtes hoc tamen intelligi debet, quando non eſt iuſta ſuſpicio id ex maleuolentia proficiſci, ita *Leſſius loc.cit.*

Dictum vnius ſocij, etiam ſi iuramento confirmetur, non facit indicium ſufficiens ad torturam,niſi alter ſimul infamia,vel graui ſuſpitione illius criminis laboret,quia per ſe eſt teſtis minus idoneus;qui tamen cum fama,poteſt vehementem præſumptionem parere, ita *Clarus cit à Leſſ num.161.*

Porrò de ſocijs reus interrogari poteſt; etiam per tormenta, quando conſtat, vel fama,vel ſocios habuiſſe, aut quando crimen eſt tale, vt regulariter ſine ſocijs non committatur, ita *DD.Leſsio num.162.*

Aſſertio vulnerati perſiſtentis in ea vſq; ad mortem non facit indicium ad torturam,tum quia non dixit iuratus,tum quia præſumitur ex offenſione aliqua, vel errore dixiſſe, ſufficit tamen ad capturam, & ad informationes capiendas, ita *Gomez cap.23.num.16.*

Quartum indicium eſt fuga ſtatim patrato delicto inita. ita habetur expreſsè *l. Cornelia* 25. ſi tamen citatus comparet,abſtergit omnem ſuſpicionem.

Credit tamen *Leſſius num.* 164. cum fuga coniungendam eſſe famam, & communem ſuſpicionem ,alioquin ſola fuga non ſufficit ad torturam, vt notatur in *addit.ad Clarum q.21.num.*18:

Quod ſi quis fugiat, cùm videt de ſe capi informationes, vel dum citatur, talis fuga non eſt ſufficiens ad torturam, vt tenet communis opinio,teſte *Claro nu.* 23. quia habet iuſtam cauſam timendi, cùm ſe peti videt, etiam ſi ſit innocens.

Quintum indicium ad torturam eſt inimicitia grauis non ſola, ſed cum alijs indicijs ex ea pendentibus, vt ſi ante minatus eſt, & minas ſuas ſolitus fuit exequi:ſi parauit arma,& viſus eſt circa illum locum eo tempore quo homicidium putatur commiſſum.ita *DD.*teſte *Leſſio loc.cit.num* 164.

Sextum eſt inconſtantia, & titubatio Rei, dum examinatur circa principalia cauſæ,iuncta alijs indicijs, vt docet *Clarus cit à Leſſ.num.* 64.ſola tamen titubatio, vel ſolum mendacium non ſufficit ad torturam. addit *Leſſ.* quod ſpectanda eſt conditio perſonæ,& cauſæ: quidam .n.ita perturbantur in illo examine, vt vix ſciant quid dicant.

Septimum iudicium eſt, ſi quis viſus ſit exire ex aliqua domo, vel loco cum enſe ſtricto, & ibi reperiatur aliquis interfectus ita *DD.*teſte *Leſſio num.* 64.

Octauum iudicium ad torturam eſt, ſi res ſublata reperiatur apud Reum niſi docere poſsit vnde eam habeat:limitatur, modo ſit perſona vilis,& de qua non ſit bona opinio. Secus ſi ſit bonæ famæ:nã interdum fieri poteſt, vt res aliena ſit apud nos, neſcientibus nobis, & ſine noſtra culpa, ita *DD.*teſte *Leſſ. nu.*166.

Nonum ſi commiſſo aliquo magno furto, cuius neſcitur auctor,aliqua vilis perſona quæ ibi crebrò verſari ſolet, apparet repente diues: illis. n. circumſtantijs concurrentibus naſcitur maxima præſumptio contra eam, quæ ſit ſufficiens ad torturam, ita *DD. apud Leſſium loc. cit.num.*166.

SED

SED PETES I.

Vtrum ſit ſufficiens iudicium ad capturam, & torturam quod recens occiſus emittat ſanguinem per vulnus ad præſentiam huius, & non ad præſentiam alterius.

RESpondetur ex aliquibus *DD.* quos citato nomine citat *Leſſ. loc. cit. nu. 167. affirmatiuè.*

Sed contrarium tenet *Leſſius cum Gomez ab ipſo cit. loc. cit.* nempè non eſſe iudicium ad capturam, neq; ad torturam, quia hoc iudicium eſt nobis incertum, vtpote ex cauſis nobis ignotis. non.n. conſtat an id fiat operatione diuina in deteſtationem homicidij, an ex aliqua cauſa naturali, vt ex impreſsione aliqua effectuum animæ in ſanguinem, & ſpiritum, quæ ad præſentiam rei inimicæ veluti ad repugnandum concitetur, an fraude aliqua diaboli.

Idem dicendum de probatione illa per aquam qua iudices aliqui fæminas ſortilegij ſuſpectas ſolent in aquam certo modo ligatas inijcere, quæ ſi merguntur, abſoluuntur ſi mergi nequeant ad iudicantur torturæ, quaſi hoc ſit indicium ſufficiens ad torturam, incertum .n. eſt illud ſignum; nam ſi id opera dæmonis agitur vti omnino agi videtur, incertum eſt an ille nō permittatur aliquando hanc calumniam ſtruere innocentibus.

QVÆRITVR CXVIV.

Quot teſtes in cauſis criminalibus requirantur, & quomodo plenè probent.

RESpondetur ex communi *DD.* ſententia, ac Theologorum teſte *Leſſio lib. 2. c 30 dub. 4. num. 14* duos teſtes requiri in cauſis criminalibus omni exceptione maiores ad condemnandum. hæc veritas eſt etiam confirmata ex iure diuino poſitiuo, quoad *numerum teſtiū ſupradictum. Deuter. 17 in ore duorum, aut trium teſtium qui interficietur, & infra in ore duorum, vel trium teſtium ſtat omne verbum.*

Præter teſtes, iure ciuili, & canonico requiritur accuſator, vel id quod vicem accuſatoris ſupplet, vt ſupra dictum eſt.

Præterea, vt duo teſtes plenè probent requiritur. Primò, vt deponant iurati. Secundò de eodem facto. Tertiò quod ſenſu externo illud perceperint, v.g. quod viderint occidentem, furantem, audiuerint blaſphemantem, &c. Quartò, vt ſint omni exceptione maiores. dici teſtes omni exceptione maiores eos contra quos nihil poteſt iure opponi, cur minus ſit illis fides adhibenda.

In cauſis criminalibus iure canonico repellitur mulier, minor viginti annorū. inimicus, inimicitia graui aſcendentes, & deſcendentes, conſanguinei accuſatoris, & collaterales, & affines vſq; ad quartum gradum, domeſticus teſtis ipſius producentis etiam repellitur. infamis infamia iuris, qualis eſt omnis, qui de aliquo crimine eſt damnatus, Periurus qui in aliqua cauſa falſum cum iuramento depoſuit etiam repellitur. Socius criminis. Sed in criminibus exceptis admittitur ſocius, vt idoneus teſtis, vt in hæreſi, crimine læſæ Maieſtatis, falſæ monetæ, maleficio, ſeu ſortilegio, ſodomia, & furto famoſo. ita *DD.* teſte *Leſſ. loc. cit. cap. 30. dub. 5. num. 39.* vbi docet cum *Gomez à ſe cit.* idem dicendum in delictis, quæ non poſſunt ſine ſocio committi, & huiuſmodi depoſitib ſocij non ſolum erit ſufficiens indicium ad torturam, ſed etiam erit ſemiplena probatio, & accedente alio ſocio, qui idem deponat, erit plena probatio, & poterit reus condemnari; debet tamē hæc depoſitio fieri tamquam à teſte, nempè cum iuramento, & citata parte: cui etiam danda eſt copia depoſitionis, vt poſsit ſe defendere ita *DD.* teſte *Leſſio num. 39.*

Repellitur deniq; perſona vilis, & inops de qua ſuſpicio eſt. facilè poſſe pecunia corrumpi. Secus ſi ſit honeſta, ita *Sylu. verb. teſtis q. 1.*

Præterea neceſſarium eſt, adhoc vt teſtes plenè probent, vt de eodem facto deponant, alioquin non erunt conteſtes, ſed teſtes ſingulares, quorum alter alterius dictum non confirmat, ſed vterque ſuum tantum. Vnde debent conuenire in tempore, loco, & delicti ſpecie: nam ex diuerſo tempore, & loco colligitur non eſſe idem factum de quo deponunt. Si tamen alter exprimat certum diem, & alter dicat ſe meminiſſe dici valet. Secus tamen ſi alium diem exprimeret, tunc. n. putaretur aliud factum: niſi ipſum ſit tale vt non poſsit bis fieri. Vnde ſequitur, ſi vnus teſtis deponat de vna propoſitione hæretica, aſſerta à reo, & alius de alia, non plenè probari hunc

eſſe

Digitized by Google

eſſe hæreticum. Quia neutra hæreſis eſſet plenè probata, ſicut.n.nemo poteſt probari eſſe homicida aut adulter, aut fur aut ſacrilegus, niſi vnum idemq; factum externum per duos teſtes probaretur, ita etiam nemo poteſt probari hæreticos, niſi vna eademq; hæreſis aſſerta per duos teſtes probetur, ita *Leſſius lib.2.cap.30.dub.4.num.33.*

SED PETES I.

Vtrum Princeps poſſit condemnare reum cum vno teſte.

Reſpondetur ex *Leſſ. loc. cit. num. 25.* probabile eſt, habere Principem hanc poteſtatem in aliquibus caſibus.

PETES II.

An teſtes non idonei, ideſt qui non ſunt omni exceptione maiores aliquando faciant plenam probationem.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

Sciendum eſt, quoſdam dici teſtes idoneos, ſeu omni exceptione maiores, eos nimirum contra quos nihil poteſt iure opponi, cur minus ſit illis adhibenda fides. minus idonei ſunt quibus aliquid opponi poteſt, vel ex natura rei, vel ex iuris diſpoſitione. ex ſupradictis declaratum eſt qui ſunt teſtes idonei, ex quibus colligitur qui ſunt teſtes minus idonei.

HIS POSITIS.

Reſpondetur teſtes minus idoneos, admitti tamquam idoneos, quando delictum eſt commiſſum eo loco, vel tempore, vbi copia teſtium haberi nequit, vt in campo, ſylua, cubiculo, monte, vel nocturno tempore, vt patet ex *cap. finali de teſtibus.* item ſi alter teſtium ſit valde dignus fide, poteſt ſupplere defectum, qui eſt in altero minus idoneo, ita vt ſimul efficiant plenam probationem, vt tenet *Baldus in l ſi quis ex argentarijs 6.§.v.de edendo, & alijs DD.*

PETES III.

Vtrum Reus ſi impingat accuſatori crimen mendacij ſeu calumniæ peccet, & teneatur ad reſtitutionem.

Reſpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *Leſſio lib. 2. cap. 31. dub. 2. nu. 5. & 6.* quod Reus accuſatus de crimine quod iuridicè probari nequit non peccat contra iuſtitiam, etiam ſi neget crimen, immo etiam ſi dicat accuſatorem mentiri, & calumniari. peccat vero Reus ſaltem contra charitatem ſi proximo maius malum inferat, quam ad ſui defenſionem ſit neceſſarium; vt ſi de cauſa accuſetur, ſufficit, vt ſimpliciter neget, quare abſtinendum eſt ab illo verborum aſperitate, qua calumniæ, vel mendacijs crimen accuſatoris ingeritur.

QVÆRITVR CXIX.

An Epiſcopus vigore Trid ſeſſ. 24. cap. 6 poſſit abſoluere à caſibus Papalibus occultis, & non deductis ad forum contentioſum, nec non abſoluere à ſuſpenſione Papali, ac diſpenſare ſuper irregularitate.

Reſpondent communiter *DD.* teſte *Diana par. 7. reſolut. 2.* affirmatiuè quoad caſus Papales occultos etiam, ſi exteri ac peregrini ſint, & non habeant animum permanendi maiori anni parte, quia ex generali conſuetudine Eccleſiæ quis habet ius confitēdi ſua peccata vbi reperitur, etiam ſi per momentum alibi commorentur.

Sed difficultas eſt quoad abſolutionem à ſuſpenſione Papali occulta, & non deducta ad forum contentioſum, & quoad diſpenſationem irregularitatis iuxta Trid. ſupra cit. an peregrini poſſint abſolui ab Epiſcopo vbi commorantur, & poſſint diſpenſari ab irregularitate.

Reſpondent communiter *DD.* totum id poſſe fieri ſi peregrinus habeat animum ibi permanendi ſaltem maiori anni parte, & in ſpecie *DD. loco cit. à Diana loc. cit.*

Sed maior difficultas eſt quando peregrinus non habeat talem animum permanendi maiori anni parte an poſſint abſolui à ſuſpenſione prædicta, & diſpenſari ſuper irregularitate ab Epiſcopo vbi reperitur.

Reſpondetur tunc poſſe abſolui à ſuſpenſione, & diſpenſari ab irregularitate prædicta ab Epiſcopo vbi commoratur quando delictum ſeu peccatū

eſt

Digitized by Google

eſt commiſſum in loco vbi commoratur peregrinus per momentum; nam tùnc ratione delicti fit ſubditus, ita *Io. Andreas Ancharan Card. in cap finali de foro competenti*, & ait Genuenſis in praxi Epiſcopali in *prima edit.cap.66. num. 17. in fine*, quandoquidem quaſi innumeri *DD* teſte *Bonac. de cenſuris diſp.7. q.1. par.1. num.4.* hanc facultatem tribuunt Epiſcopo circa ſubditos. Sed ſupradictus eſt verè ſubditus ratione delicti, ergo.

QVÆRITVR CXX.

Ordinarius in ſua diœceſi deſignauit pænitentiarios, vt poſſint abſoluere reſeruata tum ſibi,quam Sedi Apoſtolicæ iuxta præſcriptum Trid ſeſſ.24 cap.6.an poſſint dicti pænitentiarij committere nudũ miniſteriũm, alteri confeſſario non pænitentiario, vt eũ abſoluat à reſeruatis nempè audito caſu à pænitente, & impoſita ei ſalutari pænitentem, difficultas ideſt quando in ſpecie hæc facultas non fuit conceſſa ab ordinario prædicto.

RESpondetur ex *Nauarr in ſumma cap. 27.num.45 Felin. de officio legati nu. 19.& Genuenſi in praxi Epiſcopali in prima edit.cap.66.num.25.*& alij *DD.*apud *Paſqualis in 9.can.q.28.*affirmatiuè, nẽpè poſſe delegatos pænitentiarios ab ordinario committere, ſeu ſubdelegare nudum miniſterium abſq; alia conceſſione eiuſmodi facultatis à dicto ordinario.ratio eſt, quia nudum miniſteriũ committere, non eſt articulus iuriſdictionalis, ac proindè poteſt commicti à dicto delegato pænitentiario, dummodo ipſe imponat pænitentiam, & nihil relinquat arbitrio confeſſarij non pænitentiarij,ſed ſolum committat miniſterium abſolutionis tantum. Nec eſt opus,vt audiat reſeruatum à pænitente, ſed ſufficit, vt ſciat caſum reſeruatũ ab alia perſona:nam ſatis eſt, vt dum concedat pænitentiarius facultatem abſoluendi à tali caſu impoſita tali pænitentia non arbitrio confeſſarij carentis auctoritate ſuper reſeruatis, ſed arbitrio concedentis eiuſmodi facultatem,quia nihil aliud eſt cautum à *Nauarr. & à Felino loc.cit.* Scio verò alios *DD.*teſte *Paſqualis loc. cit* docere non poſſe nec etiam nudum miniſterium delegare ſummum pænitentiarium delegatum ab ordinario.

Sed Neapoli, cùm aliter conſtet voluntas Ordinarij, arbitror non poſſe poni in vſu ſupradictam doctrinam cum à ſolis pænitentiarijs vult ordinarius, vt reſeruata abſoluantur,& non ab alio confeſſario,& in ſpecie eſt cautum,vt neq, nudum miniſterium alij confeſſario ſub delegetur.etiam audito caſu, vt audiui ab Eminentiſsimo Cardinali Philamarino Archiepiſcopo Neapolitano; quæ prohibitio ab ipſo tantum fuit facta, & non ab alio Archiepiſcopo Neapolitano.

QVÆRITVR CXXI.

Quidam homo contraxit multa debita, & eſt impotens ad illa ſoluenda,an poſsit aliquid donare in fraudem creditorum & an accipiens peccet, & teneatur ad reſtitutionem; ſi ſcit eius impotentiam.

RESpondetur ex *Leſſ. lib. 2. de iuſtitia cap.20. dub.19. num.168. Petr. Nauarr lib.3. cap.4. num. 218. & Molina diſp.327* peccare huiuſmodi debitorem donando, ſed qui accipit non peccare ſi non induxit illum ad donandum nec tenetur ad reſtitutionem, ſi in iudicio non petatur reſtitutio rei donatæ intra annum qui annus computandus eſt ab eo die quo primùm ſciuerunt alienationem eſſe factam. ita *Leſſ loc. cit.* elapſo anno accipiens non amplius tenetur ad reſtitutionem.

Si verò quis inducit ad donandum, vel alienandum, putans eum per hoc fore impotentem tenetur ad reſtitutionem, ſi hæc impotentia ſit cauſa non ſoluendi,vt ſi debitor iam antea ſtatuerat non ſoluere, tunc.n. etſi tua inductione fiat impotens, tamen non teneris ad reſtitutionem, quia hæc inopia non eſt cauſa non ſoluendi, ſed propoſitum illud prauum.ita *Leſs loc.cit num 170.*

Sed hoc non obſtante alij *DD.*quos citat, & ſequitur *Bonacina tom. 2. diſp. . q. 8. punct.2.num. 7.*docent quod ſi quis accipit ſciens, vel dubitans probabiliter rem alienari in fraudem creditorum, tenetur ad reſtitutionem creditoribus, non ſolum intra annum, ſed etiam anno elapſo, quando ex contractu læſi sũt creditores, quia accipiendo cooperatus eſt actioni iniuſtæ damnificatiuę creditoribus.

Admictit verò *Bonacina* ſupradicta doctrina cum *DD. à ſe cit.* quando quis bona fide contractu oneroſo accepit à latrone, quod.poſtea cognouit fuiſſe factum contractum in fraudem creditorum, nempè non teneri ad reſtitutionem, ſuppoſito quod alteri res non erat obligata.

Addit

Digitized by Google

Addit præterea *Bonacina cum DD. à ſe cit.* eum qui aliquid accepit à debitore titulo gratuito ignorans acceptionem eſſe in fraudem creditorum, poſtquam cognouit eſſe factum in fraudem creditorum teneri reſtituere id in quo eſt factus eſt ditior poſtquam cognouit fuiſſe factam in fraudem, & damnum creditorum, modo repetatur à creditoribus intra annuum, ideſt ab ea die eſt computandus annus qua cognouerunt alienationem fuiſſe factum in ſui fraudem, nam eo elapſo accipiens non tenetur amplius ad reſtitutionem.

Quando verò ſunt omnes creditores perſonales carentes hypotheca, vt ſunt chyrographarij, tunc non currit prælatio,& quis poteſt recuperare rem ſuam etiam ſi alij creditores perſonales nam poſsint rem ſuã recuperare, ita *DD.* teſte *Claui Regia lib.* 10. *tract.*5. *cap.* 10. *num.*37.

QVÆRITVR CXXII.

An ſi italus, vel hiſpanus, &c. audiat miſſam græcorum ſatisfaciat die feſto, præcepto audiendi ſacrum.

RESpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *Facundex præcept.* 1. *lib.* 2. *cap.*3. *num.*2. ſatisfacere, quia nullibi in iure præceptum aliquod reperitur, quo obligentur, miſſam hoc, vel illo ſermone, an alio audire. Quare qui audiret Miſſam lingua ſyriaca greco, aut ritu Ambroſiano, vel græcocum ſit vera Miſſa vtriq; ſatisfaciet huic præcepto.

QVÆRITVR CXXIII.

An ſit abſoluendus concubinarius, etiam ſi concubinam non abijciat. dubium eſt, ſi concurrat aliqua iuſta non dimittendi eam.

ANTEQVAM RESPONDEAM:

SVppono primo ſcandalum eſſe omnino tollendum, etiam ſi ſit apud vnum ex vicinia. vt docet *Sylueſter* quem citat,& ſequitur *Diana tom.*5. *tract.* 14. *reſol.*107. § *non deſinam.*

HIC POSITO.

REſpondetur non poſſe abſolui concubinarium niſi prius eijciat concubinam à ſuo domu; tum quia tenetur euitare occaſionem proximam peccandi, tum quia tenetur euitare ſcandalum viciniæ, vt communiter affirmant *DD.*

Limitatur primo hæc doctrina quando poteſt, nam ſi concubinarius reperitur in articulo mortis,& non poteſt eijcere tunc concubinam, vtiq; eſt abſoluendus. vt docet *Tolet lib* 5. *cap.*10. *num.*13. *Polleuinus de officio curati cap.*5. *num.*18. *& Diana tom.*5. *tract.*14. *reſol.* 107.

Addit *Poſſeuinus loc. cit.* quod etiam poteſt Parochus communicare ſupradictũ concubinarium conſtitutum in articulo mortis, etiam ſi à domu non ſit eiecta concubina. Euitandum eſt quantum fieri poteſt ſcandalum viciniæ dum cõcubina è domo non ſit eiecta, & præbetur moribundo Euchariſtia. quod facilè euitari poteſt ſi de licentia pænitentis certum faciat Parochus populum, de propoſito moribundi eijciendi concubinam cùm primum poterit: & interim dicta concubina abſtinere tenetur à præſentia moribundi, ne præbeat occaſionem ſcandali, ac æternæ damnationis ex eius aſpectu. idem docet *Tolet. cit. à Polleuino loc. cit.*

SED PETES I.

An poſſit abſolui extra articulum mortis concubinarius exiſtimatus à vicinia ſed re vera, non eſt concubinatus.

REſpondetur ex *Nauarr. cap.* 16. *nu.* 20. non poſſe. donec veritas publicetur. quia non ſolum ab omni malo, ſed ab omni ſpecie cauendum eſt iuxta *Apoſt.* 1. *ad Theſſalon.* 5 *& cap. cum ab omnibus de vita,& honeſtate clericor.*

PETES II.

An ſecluſo ſcandalo, poſſit abſolui concubinarius ſi non eijciat concubinam à ſua domo.

REſpondetur ex *Graphio lib.* 1. *deciſ. c.* 28. *num* 9. poſſe abſolui, etiam non eiecta concubina à domu concubinarij, quando ceſſaret in futurum periculum recidiui, vt quia cauſa peccati veteris ceſſat, vel quia formoſa iuuenis facta eſt deformis, vel ægrota ægritudine durabili, vel quia fornicator contraxit cum alia matrimonium, quia veriſimiliter ceſſat periculum recidiui, & ſola cohabita-

Digitized by Google

bitatio non arguit malum ſtatum in pœnitentem per *tex. in cap. audite ad finem 34 diſt. cap. penult. de cohabit mulier.* ita *DD.* teſte *Caſtro Palao tract. 2. diſp. 2. p. 9. num. 16.* Secus ſi eſt ſcandalum apud vnum nempè non poſſe abſolui, vt docet *Graphius loc. cit.*

QVÆRITVR CXXIV.

Quid dicendum de eo confeſſario, cui publicus concubinarius ordinariè confitetur, ſed non abſoluitur quia eſt indiſpoſitus, quid facere debet ſi ei exprobetur, quomodo talem audiat poſſit ne ad euitandam ſacrilegij ſuſpicionem reſpondere, ſe quidem audiuiſſe ſed non abſoluiſſe.

RESpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *S. Fanſt. in Theologia morali lib. 7 q 35.* in hoc caſu, & in alio ſimili non licere aliud dicere, etiam ſi pœnitens ſe iactet abſolutum, quam iſte confeſſus eſt mihi; & ego functus ſum officio meo. idem affirmat *Suarez tom. 4. 3. par. diſput. 33. ſect. 6.* vbi aduertit quod primum conſilium eſt, ſemper hoc modo reſpondere, ſiue abſoluat, ſiue non obſoluat, nempè functus ſum officio meo, quando ab aliquo interrogetur an exceperit confeſsionem alicuius, ne detur ſuſpicio in caſibus particularibus.

Addit præterea *Suarez loc cit.* quod ſi cōfeſſor addit hæc verba non abſolui Petrum v. g propter ſuperueniens impedimentum, aut pœnitentem non potuiſſe dare ſufficientem materiam, tunc nullam eſſe reuelationem.

Miror, cur aliqui *DD.* docent Caietanum, fuiſſe contrariæ opinionis nempè poſſe ſimpliciter confeſſarium dicere, non abſolui Petrum; non addendo, quia ſuperuenit impedimentum; quandoquidem *Caiet in ſumma verb. confeſſio* docet, debere dicere confeſſorem functus ſum officio meo ſi non abſoluit, quia ſi diceret non abſolui, oriretur ſuſpicio reuelationis peccati.

Quando eſt facienda reſtitutio, vel aliquid aliud, debet confeſſarius petere licentiam à moribundo, vt poſsit loqui de rebus auditis in confeſsione, vt ſi fuiſſent dicta extra confeſsionem.

Sed maior difficultas eſt, quando curatus accedit ad domum publici concubinarij, &c. & non abſoluit, quomodo ſe gerere debet cum interrogatur à vicinis ſi eſt confeſſus, & cur alia Sacramenta non miniſtret.

RESpondetur ex *Caietan. in ſumma verbo confeſſio 5. curatus autem*; quod debet dicere curatus, quia iſte hactenus fuit, & eſt quantum apparet in peccato publico, & peccatum publicum debet publica pœnitentia purgari apud homines propter ſcandalum: ideo niſi publicè coſtabat, vel illum reliquiſſe peccatum nolo communionem dare, nec ad Eccleſiaſticam ſepulturam admictere. & ſic non reuelaretur confeſsio.

Addit idem *Caiet. loc. cit* licere dicere, ego non poſſum, nec potui ipſum abſoluere, quia non video pœnitentiam publicam de peccato publici concubinatus, Apoſtaſiæ vſuræ, &c. nempè non reuelare confeſſarium confeſsionem, quia nihil dicit, quod ſciat per confeſsionem: ſed quod tam ipſe, quam alij vident ſcilicèt non pœnitere publicè de peccato publico, cùm debeat publicam pœnitentiam precedere abſolutionem ſi peccatum eſt publicum: ita quod ſaltem debet pœnitens publicè ſatisfacere publico Eccleſiæ ſcandalo docendo publicè quod reliquit concubinam quod reſtituit, &c. aliud quippè eſt dicere, iſte non facit, aut fecit pœnitentiam publicè, & aliud eſt dicere iſte non vult pœnitere, iſte eſt obduratus in peccato ſuo hoc. n. confeſſor per confeſsionem ſcit, quia ille dixit confitendo, ego nolo relinquere ſtatum meum malum illud verò confeſſor videt ſicut cæteri, & ideo hoc tacendum, & illud dicendum eſt.

QVÆRITVR CXXV.

Quidam concubinarius promiſit concubinæ matrimonium contrahere cum ipſa, ſi per aliquod tempus, ab ipſo ſeparetur, quæ promiſſio fuit ficta de contrahendo matrimonio cum ipſa, an teneatur eam ducere, & an peccauerit ſic promittendo.

RESpondetur ex communi *DD.* ſentētia teſte *Sanchez lib. 1. de matrimon. diſp. 10. num. 25. & 26* quando contrahentes ſponſalia æquales ſunt & nullum aliud damnum præter violationem fidei ſequitur non tenetur eam ducere quidquid dicant alij *DD.* in oppoſitum.

Sed grauiſsimè peccaret. verùm quia in hoc caſu adeſt cauſa iuſta moralis, nempè non poſſe concubinarium facilè expellere concubinam à ſuo domo, niſi media tali promiſsione, idcirco arbitror eſſe actum virtutis ſi euitet menda-

 cium,

Digitized by Google

cium, medio æquiuoco; quia maior cauſa iuſta non poteſt reperiri, quam euitatio præſentis peccati, & licèt alio medio poſsit euitari peccatum, tamen hoc medium non eſt intrinſecè malum, ſi euitetur mendacium medio æquiuoco, & difficilis redderetur ſeparatio cõcubinæ à concubino, vt ſuppono, niſi vtatur tali ficta promiſsione, ſed cum æquiuoco. eo magis cum vtile negotium geſſerit reſpectu alterius quia fuit cauſa, vt concubina non perſeueraret in peccato; itaq; illa deceptio non fuit noxia, ſed vtilis.

QVÆRITVR CXXVI.

Quædam fœmina habet dubium, vt ſit prægnans, an teneatur ad ieiunium.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

SVppono ex communi *DD.* ſententia prægnantes, & lactantes non obligari præcepto ieiunij, quia in vnica refectione non poteſt fœmina ſumere tantum cibi quod ſibi, & infantulo ſufficiat. & hæc doctrina currit, etiam ſi prægnantes, & lactantes ſint robuſtæ complexionis, vt communiter docent *DD.* teſte *Paſqualigo de ieiunio deciſ.* 286. quidquid dicant alij DD. in oppoſitum; quia ſic conſuetudo legem ieiunij interpetrata eſt, & ſicut lex non fertur pro ijs quæ raro eueniunt, ſed quæ vt plurimum accidunt, *l. ex his, & l. ſequenti, nam ad ea ff. de legibus*, ita conſuetudo quæ eſt quaſi altera lex, non reſpicit quæ raro eueniunt in illo genere perſonarum, ſed quod vt plurimum fit, & ideo cum vt plurimum prægnantes, & lactantes non poſsint ieiunare abſq; præiudicio infantuli ex praxi & conſuetudine interpetrante legem, debent omnes cenſeri immunes à ieiunio. ſic etiam quia vt plurimum adoleſcentes ante annuum vigeſimum primum non poſſunt ieiunare abſq; præiudicio complexionis ſtante corpore in augmento, cenſentur omnes immunes à ieiunio, licèt aliqui poſſent ieiunare.

HIS POSITIS.

REſpondetur in primis peccare mortaliter prægnantes, & lactantes ſi ieiunant, quia inferunt graue damnum infantulo. Verum ſi agatur de vno aut altero ieiunio ad ſummum, & ſunt bonæ complexionis, ita vt facilè conuertant cibum in alimentum, poſſunt excuſari à peccato mortali. ita *Roſella verb. ieiunium Azor. 1. par. lib 7. cap 7. q. 6.* quos ſequitur *Paſqualigo loc. cit. num. 6.* Secundo etiam excuſari à ieiunio fœminam quando probabile dubium habet, vt ſit prægnans, quia etiam ſi non ſequeretur damnum notabile infantulo ſe exponeret periculo valdè probabili quod ſequatur, vt benè obſeruat idem *Paſqualigo loc. cit.*

QVÆRITVR CXXVII.

An prægnantes tempore ieiuniorum poſſint comedere carnes.

REſpondetur ex *Azor. 1. par. cap. 17. q. 6. Filuccio tract. 27. c. 6. nu. 114.* quod quando vehementer appetunt cibum, vt niſi ſatisfaciant ſuo deſiderio periculũ eſt abortus, poſſunt comedere quod appetũt, & licèt prædicti auctores expreſsè non dicant in tali caſu poſſe comedere carnes, tamen euidenter colligitur id eſſe licitum. & ſic intelligit *Paſqualigo de ieiunio deciſ. 287.* ſed clarius docet *Trullenchus lib. 3 cap. 2. num. 5.* id eſſe licitum nempè poſſe prægnantes comedere carnes die ieiunij, quando vehementer appetunt carnes, vt ſit periculum abortus, niſi etiam comedent.

QVÆRITVR CXXVIII.

An ægrotus egeat licentia medici ad hoc, vt poſſit comedere carnes die prohibito.

REſpondetur ex *Filuccio tract. 27. c. 6. num. 113.* ſi euidens ſit obeſſe notabiliter nullo opus eſt conſilio medici, ſi verò ſit dubium, requiritur medici iudicium.

QVÆRITVR CXXIX.

An in aliquo caſu licitum ſit ſequi opinionem, quæ ita parum probabilitatis habet, vt alias amplecti non poſſet.

REſpondetur ex communi DD. ſentẽtia, teſte *Leſſio lib. 2. cap. 17. dub. 11. num 77. & ex Merolla in Theologia morali diſp. 3. dub. 2. num. 83. & Sanchez lib. 1. ſummæ cap 9. num 25.* poſſe, quando vrget maxima neceſsitas alicuius grauis periculi vitandi, quod vitatur ſequẽdo.

[i]lo opinionem non apertè falſam, nec omni probabilitate deſtitutam: addit *Sanchez cum DD à ſe cit loc.cit.* quando ſtatim intellectum ad alterutram partem determinari oportet, & nequit omnis diligentia moraliter poſsibilis adhiberi, & adhibetur ea, quam loci, & temporis opportunitas permittit: tunc.n. excuſatur eam opinionem ſequens etſi improbabilis ſit, quia eo caſu poſt adhibitam eam diligentiam ignorantia manens eſt inuoluntaria, & ideo practicè nullum eſt peccati periculum: ita *DD.* teſte *Sanchez loc.cit.*

Addit *Genuenſis, & in praxi Epiſcopali cap. 50.num.3 in fine*, quod opinio Doctoris ſingularis vbi agitur de matrimonio ſubſtinendo præfertur communi opinioni, ita *Oſtienſ. in cap ſi vir de cognat. ſpiritual. Ioann Andreas ibidem, & idem dicit in c.final.de ſent. & re iudicat. ſequūtur Anton Card in cap ſi vir Felin. in cap. 1.de conſtit. & in cap vt lite non conteſtat.*

EX HAC DOCTRINA.

P E T E S

Quidam ſacriſta puellarum, per decem vel plures annos, non tamen quatragiata, interfuit tamquam proprius Parochus nonnullis matrimonijs puellarū, poſtea docet Epiſcopus id ſpectare ad Parochū in cuius Parochia ſitum eſt conſeruatorium, an matrimonia ante declarationem prædictam contracta fuerint inualida, ita vt de nouo ſint contrahenda.

R Eſpondetur fuiſſe inualida, ac proinde iterum contrahenda coram proprio Parocho ita *Bald. in l 2.C. de ſententijs Innoc. Abbat. in cap. nihil de elect. Iaſon. in l Barbar. & Sanchez de matrim. lib. 3.diſp.22 n.5. & plerique alij.* quia adhoc, vt communis error faciat ius, & geſta ante detectam errorem non ſint retractanda, duo requirantur, quaſi poſſeſsio, & titulus, ſiuè auctoritas ſuperioris, licèt poſtea detegatur alius defectus, vt habetur *in l. Barbarius, ff. de officio pratoris.* Sed hoc non obſtante docet *Genuenſis in praxi Epiſcopali cap.50.n.5 & cenſet in hoc caſu contrariam opinionem eſſe veriorem, nempè eſſe valida matrimonia ante declarationem contracta, &, non eſſe de nouo cōtrahenda. nam multi grauiſsimi *DD.* docent non eſſe neceſſarium titulum coloratum, ſed ſolum ſufficere communem errorem, ſcu, vt pateretur Parochus talis conſeruatorij à populo adhoc, vt ſint valida matrimonia, ante declarationem Epiſcopi contracta, ita *Bartol in l. Barbarius, Albericus, & Fulgoſ. ibidem Baldus ſibi contrarius in l. non ignorat C qui accuſare poſſunt Angelus in authent. de tabell. in princ. & in l. 2.ff. ad Maced. & conſ. 140. Matthaus, & Ioannes Faber in §. ſed cum aliquis. inſtit de teſtam.* quos refert *Tiraq. poſt ll cōnubiales Gloſ. 8. num. 153.* ergo hæc opinio ſequenda eſt in fauorem matrimonij ne diſſoluatur ex *regul. Oſtienſ in c. ſi vir de cognat ſpirit.* vbi dicit: Vnde iſtud pro regula certa, & ſana quod vbicunque magiſtri per ſuas gloſſas ſoluunt matrimonium, nec ius expreſſum inducunt, ſi inuenias aliquem contrarium ſcribentem, illi adhæreas. itaque ſecundum *Oſtienſem* opinio Doctoris ſingularis, vbi agitur de matrimonio ſubſiſtendo, præfertur communi opinioni. ita *Ioannes Andreas Card. & Felin loc.cit.* cùm itaque *Bartoli* opinio ſit probabilis, & benignior ſequenda eſt ad finem, vt matrimonia contracta ſubſtineantur.

QVÆRITVR CXXX.

An poteſtas adminiſtrandi Sacramenta, & etiam abſoluendi à peccatis poſsint præſcribi.

R Eſpondetur affirmatiuè, nempè poſſe præſcribi, ſed requiri ſpatium quatraginta annorum, vt habetur ex *Clem. § certum, de relig. dom.* ita *Gloſa, Card. Imol.* quos ſequitur, & citat *Genuenſis in praxi Epiſcopali cap. 50.*

QVÆRITVR CXXXI.

Quidam homo determinauit occidere clericum, & cum ſe deliberauit ad illum occidendum, ſciebat fore innodatum cenſura, & hoc non obſtante, non retrahebat voluntatem ab illo opere patrando; ſed quando occidit clericum, naturaliter oblitus eſt cēſuram, an inciderit in cenſuram.

R Eſpondeo incurriſſe cenſuram, quia dum elicuit actum occidendi Clericum ſciebat incurrere cenſuram, & huius rei non erat oblitus, & ſemper perſeuerabat in illa mala voluntate, & licèt actu quando occidebat clericum non recordatus ſit cenſuræ, tamen ille actus

Digitized by Google

actualis occiſionis fuit imperatus, ac elicitus ab illa mala voluntate occidendi clericum, & tunc ſciebat illi malo actui eſſe annexam cenſuram, nec tunc non recordabatur cenſuram, ergo ſemper præſumitur contumax ſaltem virtualiter, ac proindè non poteſt currere doctrina *Suarez de cenſuris tom.5.diſp.4. ſect.8. num.9.* quem citat *Graphium*, & *Bonacina à me citat. in tractat. de Miſcellan. practicis q 556.* quod naturalis obliuio cenſuræ æquiparatur ignorantię inuincibili, ac proindè non incurrere cenſuram operantem ex naturali obliuione etiam ſi factum ſit in ſe malum quia dicitur virtualiter memor cenſuræ dum quando elicuit actum occidendi clericū recordatus fuit cenſuræ. ergo parum refert quod quando actu occidit clericus non ſit recordatus cenſuræ.

Neq; poteſt currere doctrina *DD. à me citat. in tract. de caſibus ſingularibus caſ. 313.* quod ignorantia comitans excuſat à cenſuræ incurſu, quandoquidem ſupponunt *DD. à me cit.* tunc ignorantiam comitantem excuſare à cenſura quando actus non eſt imperatus à voluntate occidendi clericum, ſed à voluntate occidendi feram v. g. de qua non dubitabat eſſe feram, & præceſsit diligentia non occidendi alium niſi feram licèt quando occidit feram deſideraucrit occidere clericum. ratio mihi eſt, quia iam eſt contumax, quia contempſit cenſuram, ac proindè fuit inobediens præcepto Eccleſiæ dum non obſtante conſideratione cenſuræ elicuit actum occidendi clericum. ita mihi eſt dicendum, ſaluo meliori iudicio. cùm hic caſus non ſit tactus à *DD.* ſed poteſt colligi ex allata doctrina.

QVÆRITVR CXXXII.

Quidam Eunuchus orbatus vtroq; teſticulo cognouit fœminam, & conſumauit intra vas naturalem fœminæ copulam, an frater dicti Eunuchi poſſit ducere eam in vxorem.

Reſpondetur ex communi *DD.* ſentētia teſte *Sanchez de matrim. lib. 7. diſp.64. num.11.* poſſe fratrem Eunuchi prædicti eam ducere, quia ex congreſſu ſpadonum non oritur affinitas ex qua poſsit ſubſequi generatio quia non emittunt verum ſemen.

QVÆRITVR CXXXIII.

Quidam Sacerdos fuit, ob delictum à ſe commiſſum degradatus, ac traditus curiæ ſæculari ad finem, vt miniſtri laicalis iuriſdictionis poſſint eum ad mortem damnare, & de facto fuit à dictis iudicibus laicis damnantus ad mortem, an teneatur perſoluere diuinum officium illo die quando iuſtitia eſt exequenda.

Reſpondetur in primis ſatis certum eſſe inter DD. degradatum teneri perſoluere diuinum officium alioquin ex delicto reportaret commodum, ita quaſi innumeri D*D.* docent teſte *S. Fauſto de horis canonicis lib.2.q.13.* idem dicitur de excommunicatis, ſed tam degradati quam excommunicati, nō poſſunt dum horas canonicas perſoluunt dicere Dominus vobiſcum, quia hæc eſt quædam communicatio, & functio ordinis, ita DD. *cit. à S. Fauſt.*

SED

Tota difficultas eſt an die quo exequenda eſt iuſtitia, teneatur dictus degradatus diuinum officium perſoluere.

Reſpondetur hunc punctum non inueni eſſe tactum à DD & idcirco ſaluo doctiori iudicio ſic reſpondeo. Si damnatus ad mortem eo die quo ducendus eſt ad patibulum poteſt commodè illud officium perſoluere, teneri illud dicere Secus dicendum eſt, quando damnatus ad mortem eſt tam afflictus, vt vix poſsit ſua peccata recolere in ordine ad ſubijcienda clauibus, nec nō cum magna difficultate poteſt exercere actus virtutis Chriſtianæ, vt ſunt actus fidei, ſpei, ac charitatis, ac proindè arbitror in hoc caſu non teneri diuinum officium illo die perſoluere; & ratio mihi eſt, quia communiter DD. teſte *S.Fauſto de horis canonicis, lib 2. q. 170.* docent quod grauis febris, vel grauis dolor capitis, vel ſtomachū eſt cauſa ſufficiens, vt Sacerdos eximatur ab onere recitandi diuinum officium. Sed timor mortis præſentaneæ æquiualet ſupradictis infirmitatibus: Præterea obligatio recitandi diuinum officium eſt præceptum affirmatiuum, ac humanum, ergo non obligat cum tanto rigore, quin eiuſmodi piam interpretationem legis admittat. nam prædictus afflictus

iam

Digitized by Google

iam morti proximus multos actus dolorum ſuorum peccatorum præteritorum debet elicere, etiam ſi ab illis fuerit abſolutus, tum cauſa acquirendi maiorem certitudinem de ſua æterna ſalute, tùm etiam cauſa augendi diuinam gratiam medijs actibus à ſe elicitis virtutum Theologalium; quod non ita facilè eliciantur in actuali recitatione diuini officij. hæc opinio placet doctiſsimo Patri Bartolomeo de amico ſocietatis Ieſu.

QVÆRITVR CXXXIV.

Quis vouit determinatam religionem ingredi puta ordinis Prædicatorum. an eximatur ab obligatione illam ingrediendi ſi à dictis Patribus vnius monaſterij non admictatur. & ad quid tenetur quæſtio eſt, quando quis non ſe arctauit ad tale monaſterium ſpeciale, nec conſtat fuiße eius intentionem ſe ad finitima monaſteria obligare; ſed ſolum v.g. vouit ingredi religionem domenicanam.

Reſpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *Sanchez in ſumma lib.4. cap. 16. num* 44. non teneri extra proprium Regnum adire, vt admictatur: quia nemo obligatur, niſi ad moralem exequēdi voti diligentiam, vt non eſt in more, vt quis adeat diſtinctas nationes cauſa ingreſſus religionis, nec id vouere ſolet.

Addit præterea *Sanchez loc. cit.* aliam rationem nempè quod difficultas magni momenti non cognita, nec præuiſa à vouente, ac præter eius opinionem ſuperueniens excuſat à voti obligatione. hæc autem eſt talis ergo.

Immò *Toletus*, *& Philiarcus cit. ab eodem Sanchez loc. cit. ſed num.* 46. dicunt tantum hunc teneri in propria Ciuitate, vel propè ſcilicet ad faciendam diligētiam, vt admictatur ad religionem nec oportere hunc peragrare proninciam, ſed *Sanchez* hoc tantum admictit in fæminis vouentibus religionem, quia cōmuniter non ſolent egredi è propria patria, vt ad religionem admictantur: melius eſſet dicere teneri adire Superiorem v.g. prouincialem, qui fortè nō erit nec recipiet nouitios in hac Ciuitate in qua eſt Conuentus S. Dominici, ſed in alia. quia ibi proximè quærit recipi, & adeſt Superior ad quem ſpectat qui ſi noluerit ſatis fecit, &c. quod intelligitur aſsignata cauſa à Superiori pro qua non recipiantur. Sed hæc ſpeculatio Magiſtri Ioſeph de Rubeis.

SED PETES I.

Quot monaſteria religioſorum vouens teneatur adire intra eandem religionem, vt admictatur.

Reſpondetur ex communi *DD.* ſentētia teſte *Sanchez loc.cit.num.*47. ſi hic determinatam religionem nouerit ſatis eſſe adire quinque aut ſex monaſteria, & in illa non admiſſum liberari à voti obligatione.

PETES II.

Quid dicendum ſi quis non determinatam religionem vouit; ſed vagè religionem vouit quot monaſteria teneatur adire vt admictatur ad religionem.

Reſpondetur ex communi *DD.* ſentētia teſte *Sanchez in ſumma lib.*4. *cap.* 16. *num.*47. teneri quinq; vel ſex varias religiones explorare, vt admictatur. quod intelligit *Sanchez* cuiuslibet religionis, quinq; vel ſex religiones teneri diligentiam facere vt admictatur. ait præterea, quod non eſt regula certa ad finem, vt quis eximatur à voto, perluſtrare quinq; vel ſex religiones, & in illis non admicti. Sed regula certa eſt, quando facta diligentia non eſt moralis ſpes, vt alicubi recipiatur, nempè eſſe liberum à voto. ita *DD* teſte *Sanchez loc. cit.* Limitatur primò dummodo repulſa patiatur ab habentibus legitimam poteſtatem admictendi. Nam ſi prouincialem, aut generalem adierit, nec ab eis in religioſorum ordinem admictatur, non erit ſolutus à voto, quia Monachi admiſsio ad immediatum religionis propoſitum pertinet. vt tradit *Gloßa communiter recepta c.final de regul.iuris in* 6. ita *Sanchez cum Nauarr. num.* 52 quod intelligendum eſt, ait idem *Sanchez* cū *Nauarr.* niſi rationem ſufficientem reddiderint generalis, & prouincialis ob quam creditur probabiliter fore, vt nullum Monaſterium ſuæ religionis eum admictat. cognita cauſa ineptitudinis ad religionem. verum ſi talis ſit religio, vt penès generalem. vel prouincialem ſit totum ius admictendi, vel generalis, aut prouincialis iuſtis de cauſis præcepiſſent Superioribus immediatis, ne aliquos ad ſua monaſteria reciperent, tunc credit *Sanchez* eſſe liberum à voto, quādo à ſupradictis nempè generali, & prouin-

uinciali denegatur licentia ingrediendi religionem: limitatur ſecundò quando cauſa repulſæ eſt perpetua; nam ſi hoc tempore non admittatur ad religionẽ, ſperat tamen ſe alio tempore recipiendum.eo quod cauſa,ob quam nunc non admittitur eſt temporalis,tenetur expectare. Si autem cauſa ſit perpetua,ita vt prorſus deſperetur admiſsio, ad nihil amplius tenetur, ita *DD.* teſte *Sanchez loc.cit num* 53.

Caietan. docet teneri vouens manifeſtare ſuum votum ſupradictis religioſis, ſed *Azor.* quem citat, & ſequitur *Sanchez* docet ad hoc non teneri, quia hoc eſt medium extraordinarium ſicut nec etiã tenetur interceſſores quærere ad ingrediendam religionem, quamuis adiuuaret id ad receptionem, cùm ſit medium extraordinarium ad quod non tenetur, ait idem *Sanchez loc.cit.*

Præterea aduertit *Sanchez loc cit.num.* 48. quod aliquando ſufficiet vnum monaſterium adire cuiuslibet religionis,ſi religio generaliter ſeu vagè promiſſa ſit, vel vnum monaſterium determinatæ religionis, quando determinata promiſſa eſt, puta quando viri docti, & probi illius, ne inſtituti conſcij iudicant illum in nullum ſuæ religionis monaſterium admittendum. aliquando autem non ſufficiet ea quinq; vel ſex adire, quando ex illis non deſumatur cæterorum monaſteriorum iudicium, ſed adhuc probabilis ſpes maneat admiſsi nis in alio loco,at communiter, & in dubio coniectura à *DD.* tradita de quinque, vel ſex monaſteriorum exploratione eſt ſufficiens, vt vouens eximatur à voto religionis,ita *Sanchez.*

PETES III.

An qui vage, & generaliter vouit religionem teneatur ingredi quamcunq; etiam ſtrictiſſimam in quam admiſſus fuerit, ſi ab alijs non admittatur.

RESpondetur ex communi *DD.*ſententia teſte *Sanchez in ſumma lib.4.c 16. num 49.* hunc non teneri ad religionem ſtrictiſsimam, vt Cappucinorum, vel Carthuſiæ: niſi vouerit expreſsè eſſe religioſus, quibuſcunq; laboribus ſuperatis. quia hæc aſperitas excedit communem vouentium intentionem.

Nec tenebitur hic ingredi religionẽ equitum D.Iacobi,Alcantaræ Calatrauæ, ac D.Ioannis, & ſi in aliam non admittatur.quia etſi veri religioſi ſint, & maximè illo D.Ioannis qui ſolemniter profitentur, at in communi voto religionis non compræhenduntur, at benè tenerentur ingredi religionem clericorum ordinum militarium, & canonicorum regularium. ita *Sanchez loc.cit.num.*51.

SED PETES III.

*An qui religionem vouit,nec admittitur, niſi vt ſit laicus vel non niſi, vt ſit Sacerdos teneatur ad id ingredi: difficultas eſt quando tempore voti nihil cogitauit de gradu ad quem promouendus erat; nam conſtat eum liberari à voto ſi animus eius fuit aſcendendi ad ſacros ordines ad quos ſe promouendum putabat, quia vltra viuentis animum obligatio voti non ſe extendit, vt docent communiter DD. teſte Sanchez loc. cit.num.*55.

RESpondetur ſic diſtinguendum ſi ijs dotibus,& conditionibus, præditus ſit, quales conueniunt ijs qui tempore debito ſacris ordinibus initiantur, tunc ſi non admittatur, vt ſit Sacerdos liber eſt voto. vt ſi ſit iuuenis nobili genere natus,aut aliqua animi dote cõſpicuus, aut dialecticæ philoſophiæ aut grammaticæ peritus quia communiter vouent,vt ſint Sacerdotes, & ad eum ſtatũ admitti ſolent, & ita videntur tacitè, & impliciter ad id promiſiſſe ad quos tales admitti ſolent, aut ſi his conditionibus caret tunc tenetur ingredi, vt ſit laicus,ſi alio modo non admittatur,quia nec expreſsè, nec tacitè vouit, vt ſit Sacerdos,ita *Azor.*quem citat, & ſequitur *Sanchez loc.cit. num* 56. vbi idem credit quando vouens caret dotibus prædictis, & eſt penitus literarum ignarus, nempè non teneri ingredi,vt ſit Sacerdos, ſi nõ vult admitti,niſi vt Sacerdos. Quia cùm huiuſmodi homines recipiantur communiter,vt ſint laici, & ſit eis valdè difficilè à primis rudimentis in religione literis vacare,cẽſentur implicitè vouiſſe,vt ſint laici. Quando autem vouens vtriq; ſtatui aptus eſt,cùm nihil implicitè in voto includatur, tenetur ad eum ſtatum ad quem religioſi volunt admittere plura dubia circa hoc videnda ſunt apud *Sanchez loc.cit.*

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆRITVR CXXXV.

An vouens ingredi certam religionem nec poteſt illam ingredi aut non admittitur, teneatur ad aliam.

RESpondetur ex communiſsima *DD.* ſententia teste *Sanchez in ſumma lib. 4. c. 16. num.* 8. ſi quis primariò, & principaliter vouerit religionem in vniuerſum, ſeu vage, & indeterminatè, & ſecũdariò eligat aliquam ſpecialem religionem, ſeu conuentum; ſi non admittatur in hanc, tenetur alias religiones alioſq; conuentus adire ſi autem primariò, & præcipuè vouerit religionem ſpecialẽ, aut ſpecialem conuentum ob ſpecialem ad hæc affectum, ſi ingreſſus in eam religionem aut illum conuentum reddatur impoſsibilis, quia vel vouens non admittitur iuxta diligentias prædictas, vel illa religio ſit reprobata, liber à voto manet, nec tenetur alias religiones, alioſue conuentus adire.

Addit præterea *Sanchez num. 19. cum DD. à ſe cit.* quod ſi vouens non ſolum religionis ingreſſum in voti obiecto poſuerit, ſed ingreſſum quoq; religionis cuiuſdam determinatæ, tenetur prius conari, vt admittuntur in illam determinatam, & non admiſſus tenetur aliam ingredi. hoc tamen duplici limitatione ait *Sanchez* intelligendum eſt, prior eſt quando illa religio ſpecialis eſt cæteris ſtrictior. nam ſi alia ſtrictior ſit, poteſt illa tamquam melior eligi, poſterior eſt quando intentio illa religionis electæ comprahenſa eſt vt ſub voto. Non.n. omnis intentio tunc concepta obligat ſub voto: quid in dubio conſulendus eſt *Sanchez loc. cit.*

SED PETES

Si vouens religionem vage, an ſatisfaciat ſi ingrediatur religionem vbi regula non obſeruatur, & vbi cum diſſolutione viuitur.

RESpondetur ex *Nauarr. in ſumma cap. 12. num.* 46 & citat *Maiorem* negatiuè nempè non ſatisfacere dicto voto, & ſi quando vouet non intendit ingredialium religionem præter illam, & nulla ſit breui poſtmodum tempore illam priſtinæ ſinceritati reſtitutum iri non tenebitur ingredi illam, neq; aliam quando votum eius quodammodo ratione euētus factum eſt illicitum.

QVÆRITVR CXXXVI.

An votum religionis obliget ad perſeuerandum in religione.

RESpondetur ex communi *DD.* ſententia teste *Sanchez in ſumma lib. 4. cap. 16. num.* 83. promittentem ſe futurum religioſum teneri perſeuerare in religione.

SED PETES

Quid dicendum in dubio, an quis promiſerit ſolum ingredi, aut etiam profiteri.

REſpondent *Nauarr. & Manuel cit. à Sanchez num.* 86. teneri eum ad profitendum. Sed oppoſitum tenet *Sanchez* & dicit hunc non teneri perſeuerare in religione: quia in dubio obligat votum ad id quod minus eſt. eo magis cùm rariſsimi ſint perſeuerantiam vouentes, & communiter ſolus ingreſſus promitti ſolent, ac proindè in opinione *Sanchez*, erit liber à voto ſi intercedente iuſta cauſa ægrediatur à Religione tempore nouitiatus.

SED

Maior difficultas eſt an vouens non ſolum ſe ingreſſurum in religionem, ſed in ea perſeueraturum, ſeù profeſſurum, teneatur ita perſeuerare, vt non liceat ex cauſis iuſtis egredi, ſicut licere ſolo ingreſſu promiſſo?

REſtet ex Soto, *Aragon. Petrus Ledeſma* & alij apud *Sanchez lib. 4. c. 16. num.* 81. nihil intereſſe inter votum ingreſſus, & votum perſeuerantię; atq; ita vtrumq; impleri ingrediendo bona fide, & animo probandi, & poſtea ex iuſta cauſa egrediendo.

Sed *Sanchez* cum quaſi innumeris *DD. num.* 81. docet teneri hunc ex vi voti perſeuerare, & profiteri, & ideo non liberari voto egrediendo ex iuſta cauſa, ſed teneri iterum ingredi, & profiteri.

Addit verò *num.* 81. quod quamuis hic perſeuerantiam vouerit, ſi talis aliquam magni momenti difficultatem in religione experiretur, quam tempore voti inuincibiliter ignorabat, aut ſuperueniat alia notabilis difficultas poteſt licitè egredi. quia hæc notabilis rerum mu-

Digitized by Google

mutatio excuſat à voti obligatione. at ceſſanti poſtea, eo impedimento, tenebitur iterum illam ingredi, ſi illam ſpecialiter vouiſſet. Quod ſi religionem in genere vouerit, & in alia non eſſet ea difficultas teneretur illam ingredi: quia votum religionis quoad perſeuerãtiam non dum impletum eſt. atq; id impedimentum excuſat ſolo tempore quo durat, & reſpectu ſolius religionis, ad quã eſt.

QVÆRITVR CXXXVII.

Quis vouit religionem, ſed non determinauit tempus, quando tenetur illud implere.

RESpondetur ex communi *DD.* ſentẽtia teſte *Sanchez in ſumma lib 4. cap.* 14. *num.* 1. teneri votum perſoluere cum primum iudicio prudentis poteſt ſine notabili incommodo, aliàs erit illius tranſgreſſor. hæc doctrina de omnibus votis intelligitur: & in ſpecie in voto religionis.

Hæc autem voti implendi commoditas non eſt attendenda ſimpliciter, ſed etiã reſpectu vouentis, vnde *DD.* teſte *Sanchez loc. cit. ſed num.* 8. docent licitè differri votum carens tempore certo quando ſperatur fore, vt alio tempore commodius, quietius, aut deuotius poſsit impleri. quia ea cenſetur poteſtas commodè implendi.

Ad praxim deſcendit *Sanchez nu.* 9. quoad votum religionis emiſſum nullo præfinito tempore, nempè poſſe expectare vſq; ad eam ætatem, qua aptus ſit ad labores religionis electæ perferendos etſi nulla alia cauſa concurreret excuſans. Quare optimè dixit *Corduba* quem citat, & ſequitur *Sanchez loc. cit.* duodecim annos natum vouentem Religionẽ minorum poſſe ingreſſum differre, vſq; ad decimum ſeptimum, vel decimum Octauum annum. at ſi alterius Religionis non ita aſperæ ingreſſus promiſſus ſit, aut electus, non eam moram approbat *Sanchez* quia minor ætas apta eſt laboribus illis perferendis.

Quod ſi vouerit religionem, vt Sacerdos fiat, integrum erit expectare totum tempus, quo grammaticam didicerit. quia in nulla religione eſt commoditas illius addiſcendæ. ita *Sanchez loc. cit. num.* 10. Si verò votum eſſet, vt futurus eſſet laicus, poſſet eo tempore expectare, quod prudentis arbitrio aptus eſſet laboribus laicorum illius religionis tolerandis abſq; notabili ſalutis detrimento. ita *Sanchez num.* 12.

Poteſt etiam expectari tempus in quo à parentibus is ingreſſus minus moleſtè feratur. pax. n. parentum eorumq; grauem moleſtiam vitare, iuſtam huic dilationi cauſam præbet. ita *Palatius* quem citat, & ſequitur *Sanchez loc. cit. nu.* 13.

S. E. D.

Difficultas eſt quanta mora voti implendi nacta iam commoda opportunitate, eſt mortalis.

RESpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *Sanchez lib.* 4. *cap.* 14. *nu.* 22. in votis illis, quibus quis in perpetuum ſe diuino obſequio emancipiat, vt eſt votum religionis, aſſumendi ordinis ſacri, &c. dijudicanda minor mora mortalis, quam in alijs votis, quia in his votis totum reſiduum vitæ tempus Deo dicetur in eius obſequium, differens ea tantam obſequij diuini partem aufert, quãta eſt temporis mora. quod in alijs votis temporantes minimè contingit, ſed integrè poſtea reddantur. quarè in votis perpetuis cenſet *Sanchez num.* 22. notabilem negligentiam ad mortalem, quando habita opportunitate differetur dimidio anno.

QVÆRITVR CXXXVIII.

An caſus dubius contentus in bulla Cœnæ Domini poſſit abſolui à carente facultate ſuper reſeruatis Summo Pontifice.

RESpondetur poſſe abſolui ex communi *DD.* ſententia, vt docui in *tract. de caſibus reſeruatis fol.* 198. quidquid dicant alij in oppoſitum. & licèt ſit cautum in iure quod caſus dubij in Bulla Cœnæ Domini non poſsint abſolui, vt patet ex Sacra Congregatione Epiſcoporum, & Regularium de mente Clem. 8. quando reuocantur caſus reſeruati ab Ordinario loco Regularibus, & alijs priuilegiatis; tamen idem decretum de mandato eiuſdem Clem. 8. fuit moderatum, & declaratum, videlicèt ſub eiuſdem prohibitione illos tantum comprehendi caſus, qui in Bullæ Cœnæ Domini legi conſueta continentur, &c. vt non facit mentionem, quando caſus eſt du-

Digitized by Google

dubius ſicut in primo decreto claré prohibuit, vt caſus dubij contenti in Bulla Cœnæ non abſoluantur, ergo moderatio primi decreti fuit deducta res ad terminos iuris communis, quod ius ſecundùm probabilem *DD.* ſententiã, ait, quod caſus reſeruatus dubius, non cenſendus eſt reſeruatus. licèt alij *DD.* oppoſitum ſentiant.

Quod fuit moderatum primum decretum quod ad caſus dubios in Cœnæ Domini vltra rationem. idem ſenſit admodũ Pater Vincentius Campanilis Societatis Ieſu præditus bonitate, ac doctrina.

QVÆRITVR CXXXIX.

An Clericus beneficiarius habens Patrimonium, poſſit viuere de fructibus beneficij.

Reſpondetur poſſe viuere ex fructibus beneficij, etiam ſi habeat patrimonium ſufficiens, & fructus patrimoniales poteſt reſeruare ſibiq; ac ſuis hæredibus ita *Abbas poſt Innoc. & alios in capo ſtulaſti de reſcript. & Rodoan. q. 8. in fi.* Aduertunt *DD.* teſte *Roduano tract. de ſpolijs q.* 8. nomine victus intelligi veſtitum cæteroſq; vſus neceſſarios, aut congruos, plus minus, habita conſideratione ſuæ perſonæ, nam ſi eſt doctor, vel nobilis, vel habens dignitatem Eccleſiaſticam non debet eſſe ſolus, nec ſine miniſtro. vt affirmant *DD.* teſte eodem *Rodoano q. 9. num* 3. *&* 18. reliquos fructus beneficij debet beneficiarius in pauperes erogare, vt clamant canones & *DD.* apud *Rodoanum de ſpolijs q* 8 *&* 9. & prçcipuè docet *D. Bernardus in Epiſtol.* 2. quæ ſcribit his verbis quidquid præter neceſſarium victum, ac ſimplicem veſtitum retines de altari, tuum non eſt rapina eſt ſacrilegium eſt.

HINC

Primo deducitur quod debita contracta per beneficiarium pro ſua ſubſtẽtatione, vel pro neceſsitate, & vtilitate Eccleſiæ ſolui debent à ſucceſſore, vel à Camera Apoſtolica de illis fructibus in quibus ſuccedit, ita *Abbas cit. & Rodoan. q.* 10 *num.* 36. 5. *vnde.*

Secundò expenſæ funeris quæ fiunt ob ſolatium animæ pro candelis, & aliquibus clericis venientibus ad illud funus debent fieri ex ſpolijs, etiam ſi beneficiarius defunctus habeat patrimonium ſufficiens. expenſæ verò funeris, quæ fiunt ad conſolationem, ac pompam virorum, vt magnos apparatus funerum in veſtibus, & alijs ſimilibus non ſunt ſoluendæ à Camera ſed ab hærede, ita *DD.* teſtẽ *Rodoanò q.* 10 *num.* 38.

QVÆRITVR CXXXX.

An liceat Laicis recipere eleemoſynam pro applicando valore communionis, vel ſuæ priuatæ orationis erga alium. ratio dubitandi eſſe poteſt, quia valor ſatisfactorius dependet ab operante, qui ſi caret gratia eſt incapax meriti ſupernaturalis, & conſequenter ſatisfactionis, nam ſatisfactio ſequitur meritum. præterea non videtur eſſe cautum in iure, ſicut de ſacrificio Miſſæ conſtat, vt poſſit laicus certam mercedem recipere pro communione, vel oratione facienda.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

Sciendum eſt primo ex certa, ac communiſsima Theologorum ſententia teſte *Suarez tom.* 4. 3. *par. diſp.* 48. *ſect.* 2. *num.* 4. poſſe fideles ſibi inuicem ſuffragium ferre; dum vnus pro alio ſoluit pœnam temporalem, pro peccatis remiſsis debitam. hæc veritas poteſt colligi ex vtraq; locis diuinæ ſcripturæ. 1. *Iacob.* 5 *orate pro inuicem, vt ſaluemini* 2. *Galat.* 6. *debemus alter alterius onera portare.* Præterea hæc ſatisfactio, vt vnus poſsit pro alio ſatisfacere pertinet ad communionem ſanctorum. omitto alia loca diuinæ Scripturæ breuitatis cauſa. Sed nolo tacere verba quæ habentur ex catechiſmo Pij V in fine totius materiæ de Sacramento pænitentiæ *num.* 61 hæc ſunt formalia verba; in eo inquit, ſumma Dei bonitas, & clementia, maximis laudibus, & gratiarum actionibus prædicanda eſt, qui humanæ imbecillitati condonauit, vt vnus poſsit pro alio ſatisfacere.

Sciendum eſt ſecundo ex ſententia omniũ Theologorum, teſte *Suarez loc. cit nu.* 6. ad ſatisfactionem pro alio eſſe neceſſarium, vt exiſtat in gratia is qui applicat ſuam ſatisfactionem alteri. iuxtà illud Scripturæ *reſpexit Deus ad Abel, & ad munera eius.* 1. *reſpexit Abel. &* 2. *munera,* & etiam neceſſarium eſt, vt is cui applicatur ſatisfactio ſit in gratia, & ſit ei remiſſa culpa, & indigeat tali ſatisfactione.

Digitized by Google

Sciendum eſt tertiò ad impetrandum aliquod beneficium ſibi, vel alteri non eſſe ſimpliciter neceſſariam gratiam ex parte petentis quia impetratio non nititur in propria iuſtitia, ſed bonitate, & miſericordia eius à quo aliquod poſtulatur, vt docet *Suarez loc. cit. num. 6. & prius D.Th. docuit 2.2. q 83. art. 16.* Neq; obſtat quod ſcriptura dicat Deum non exauuire peccatores, nam intelligitur quando peccator indigna petit, vt ait *Suar. diſp. 48 ſect 8 num. 7.*

Sciendum eſt quarto ſuffragia tripliciter prodeſſe fidelibus. primo p modũ meriti. ſecũdò impetrationis tertiò p modũ ſatisfactionis. at indulgentia non prodeſt, niſi per modum ſatisfactionis, vt docet *S Fauſtus de indulgentijs lib. 1. q. 3.*

Sciendum eſt quintò ex *D Th. 2.2. q. 83. art 8.* abſolutè loquendo neminem teneri in ſpecie orare pro inimicis, & pro amico niſi in graui periculo ſuæ animæ. verum quemlibet teneri non excludere à ſuis orationibus inimicum, & à fortiori amicum: docet præterea *D.Th. 2.2. q 83. art. 16* ad hoc, vt oratio ſit infallibilis quatuor conditiones eſſe neceſſarias, primo vt pro ſe petat. Sed *S Fauſt. de horis canonicis lib. 1. q. 02.* aliter explicat mentem *D. Th.* & putat non eſſe neceſſariam, vt pro ſe petat. *iuxtà illud Scriptura orate pro inuicem, vt ſaluamini.* Secunda, vt petat neceſſaria ad ſalutem. Tertia, vt piè petat. Quarta, vt perſeueranter petat.

HIS POSITIS.

RESpondeo poſſe quemlibet recipere eleemoſynam oblatam à fidelibus pro communione facienda nomine conferentis eleemoſynam, vel pro oratione, vel ieiunio dummodò rectè faciat iuxta ſupradictas conditiones, & licèt non ſit cautum in iure quam mercedem quis poſsit recipere pro oratione, vel communione facienda, vel ieiunio nomine alterius, tamen quando non accidit pactum, certum poſſe recipi, quod ſponte datur ab eo, qui petit, vt pro ſe oretur Deus, ieiunetur, &c.

SED

Difficultas eſt an poſſit iniri pactum inter facientem ſupradicta opera, & eum qui præbet eleemoſynam pro tali opere bono, & quod ſit iuſtum pretium.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

SCiendum eſt *Bonauenturam in 4. diſt. 25. q. vltima art. 4. Adrian. quodlibet, 9. art. 1. & alij apud S. Fauſtum de indulg. lib. 1. q. 62. & q. 63.* licere Sacerdoti ſine labe ſimoniæ de ſtipendio Miſſæ paciſci, non ratione rei ſpiritualis, ſed ratione laboris extrinſici, quod eſt pretio extimabile, vel ratione ſubſtentationis Sacerdotis, etiam ſi ſit diues, quia operarius eſt dignus mercede ſua, vel ratione obligationis celebrandi certis diebus, vel certis locis, quæ obligatio eſt pretio extimabilis.

HIS POSITIS.

REſpondetur poſſe paciſci, non ratione rei ſpiritualis, ſed ratione laboris extrinſeci, & obligatione ieiunandi certo die, vel communicandi tali die, iuſtum pretium, cùm non ſit cautum in iure, remictitur arbitrio boni viri.

SED PETES I.

Quando quis alicui elargitur eleemoſynam pro tali opere. quid tenetur is qui recipit eleemoſynam offerre ſatisfactionem ortam ex tali opere, an ſolum orare.

REſpondetur, communiter petitur, vt quis oret Deum pro offerente eleemoſynam. verum ſi quis peteret ſatisfactionem ortam ex opere bono, teneretur is qui recipit eleemoſynam applicare ſuam ſatisfactionem, & antequam incipiat opus bonum teneretur ſe ponere in ſtatu gratiæ adhoc, vt opus à ſe exercitũ ſuffragetur ei à quo accipitur eleemoſyna. nam dictum eſt ſupra requiri ſtatum gratiæ in eo à quo accipitur valor ſatisfactorius ex opere operantis. Secus quando petitur oratio; nam tunc qui orat non eſt opus, vt exiſtat in gratia, vt patet ex ſupradictis; ſecus quando non expreſsè à largiente eleemoſynam petitur ſatisfactio. ſed tãtum opus externum nempè ieiunium, & afflictio corporis, &c. nam etſi tũc ieiunium, &c. factum à carente gratia, non ſit ſatisfactorium, eſt tamen meritorium de congruo reſpectu largientis eleemoſynam. nam communiter docent Theologi teſte *Suarez de gratia lib. 12. cap 37* poſſe peccatorem diuina gratia adiutum mereri de congruo primam gratiam ſancti-

ctifi-

Digitized by Google

ctificantem, ac remiſsionem peccatorum.

PETES II.

An omne opus bonum ſit meritorium, & ſatisfactorium.

Reſpōdetur, communiter docere Theologos, ac numerare tres actus ſatisfactorios teſte *Suarez de pænit. diſp.* 37. *ſect.* 6. *num.* 10. nempè orationem eleemoſynam, & ieiunium; quatenus ſunt opera pœnalia. Sed *Suarez probabiliter* docet *loc. cit. num.* 8. cum alijs *DD. à ſe cit.* omne opus bonum eſſe meritorium, & ſatisfactorium. quia in omni opere bono includitur aliqua pœnalitas, quãdo illud exercetur, quia ſemper adeſt difficultas alioqui ſequeretur quod quando quis eliceret actum charitatis, quod ille actus eſſet ſolum meritorius, & non ſatisfactorius, quod abſurdum eſt hoc dicere.

PETES III.

An ſuffragia viuorum proſint animabus purgatorij per modum impetrationis, hoc eſt nulla applicata ſatisfactione ex parte orantis.

Reſpondetur ex *Durando in* 4. *diſt.* 41. *q.* 1. *num.* 6. & alijs apud *Suarez de pænit. diſp.* 48. *ſect* 5. *num.* 3. hunc modum gratuitæ remiſsionis per modum impetrationis aliquando obtineri à Deo. Hæc ſentẽtia eſt pia, & probabilis ait *Suarez*, licèt oppoſitum ipſe doceat.

PETES V.

An omne opus meritorium ſit impetratorium, & an poſſit eſſe meritum ſine impetratione, vel impetratio ſine merito?

Reſpondetur ex *Suarez de gratia lib.* 12. *cap* 34. *num.* 8. 9. *&* 10. poſſe dari meritum ſine impetratione, & impetrationem ſine merito; quia meritum procedit ex radice charitatis, impetratio autem habetur ex gratia Dei quem oramus & qui nos ad orandum inducit. ita colligitur etiam ex *D. Th.* 2. 2. *q* 83. *art.* 5. vnde ipſamet oratio non habet quod ſit meritoria ex eo quod petitio eſt, ſed ex eo quod eſt quoddam bonum factum in obſequium Dei. itaq; impetratio propriè ſumpta per ſolam petitionem fit, nam impetrare idem eſt quod precibus obtinere. Deniq; impetratio non reſpicit Deum, vt retribuentem, ſed vt donantem. Quando fit interdum oratio propter merita Chriſti, vel aliorum ſanctorum, vel ipſius petentis, tunc non intenditur pura, & ſimplex impetratio poſtulationis, ſed etiam quaſi exactio & retributio meritorum. quæ in oratione allegantur, & ita tunc quaſi miſcentur impetratio, & meritum, quoad orationem impetrationis accidentarium eſt.

Quod verò poteſt dari impetratio ſine merito patet. nam Chriſtus Dominus, vt homo orat pro nobis iuxtà veriorum ſententiam, teſte *Suarez loc. cit.* vt clarè colligitur ex *Paulo ad Rom.* 8. *qui eſt ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis*, & tamen non meretur nobis, nam ſi mereretur, adhuc redemptionem noſtram operaretur quod dici non poteſt. idem dicitur de alijs ſanctis, qui ſunt in Cœlo qui orant pro nobis, & tamen nõ merentur ergo impetratio poteſt ſeparari à merito, & meritum ab impetratione.

QVÆRITVR CXXXXI.

Quod ſit iuſtum pretium, vt poſſit Sacerdos recipere quando alicui applicat ſuum ſacrificium.

Reſpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *S. Fauſt. de indulg. lib* 1. *q* 64. eſſe illud quod in vnaquaq; Vrbe, Regno, regione, conſuetudine communi, vel præcepto, lege ac ordinatione prælati, vel Epiſcoporum conſtitutionibus taxatum, ac decretum eſt, aut arbitrio prudentis, deficiente legitima conſuetudine, vel taxa Epiſcoporum.

SED PETES

An Sacerdos poſſit plus ſolito exigere pro Miſſa celebranda.

Reſpondetur ex communi *DD* ſententia teſte *S. Fauſt. de indulg. lib.* 1. *q.* 65. quod ſatis certum eſt poſſe Sacerdotem exuberantẽ eleemoſynam ſupra taxam gratis oblatam recipere, ſi is qui illam offert, ſit ſciens, & prudens, quod dicta eleemoſyna ſit maior ſolita, aut taxata ab Epiſcopo. poteſt verò Sacerdos remittere illud maius ſtipendium, & mi-

Digitized by Google

nus recipere, quia hoc eſt in eius facultate, & poteſt etiam gratis pro aliquo celebrare.

Non poteſt verò Sacerdos exigere ſtipendium plus ſolito, & ſi exigit peccat mortaliter, & tenetur ad reſtitutionem.

Excipiuntur tres caſus in quibus ſine culpa poteſt Sacerdos duplicatum ſtipendium recipere pro Miſſæ celebratione. primus caſus in diebus feſtiuis; ſecundus ratione laboris extraordinarij, vt celebrandi ſummo mane, vel in locis à ſuo domicilio diſtantibus; tertius ratione celebrandi Miſſam ſolemnem. ita DD. apud *S. Fauſt. de indulg. lib. 1. q. 65.* §. excipiuntur.

QVÆRITVR CXXXXII.

An ſacrificium Miſſæ ſit meritorium ſatisfactorium, ac impetratorium.

RESpondetur ſacrificium Miſſæ ex parte operantis, ſatis certum eſt inter Theologos eſſe meritorium; ex opere operato, & ex parte Chriſti ſummi Sacerdotis eſſe meritorium ſaltem concomitanter, ſeu antecedenter quatenus ſupponit præcedentia Chriſti merita, ac ſatisfactiones, eaq; nobis applicat, non tamen eſſe meritorium præcisè in tempore præſenti, quaſi Chriſtus nunc mereatur quia Chriſtus nunc eſt extra ſtatum merendi. vt notat *S. Fauſtus de ſacrificio Miſſæ lib. 2. q. 36.* quod ſit ſacrificium Miſſæ propiatorium, ſiuè ſatisfactorium pro pęnis temporalibus, quæ poſt remiſſam culpam ſuperſunt diuino iudicio exoluendæ patet ex *Trid. ſeſſ. 22. c. 2. & can 3* vbi docet eſſe propiatoriũ pro culpis ideſt quia impetrat nobis ſufficientem diſpoſitionem, ideſt donum contritionis, & pænitentiæ per quod remittuntur peccata. ergo multò magis eſt ſatisfactorium pro pęnis, ſiquidem plus eſt culpas remictere, quam pęnas. & hoc eſt definitum à *Trid. loc. cit.* vbi habentur hæc verba ſi quis dixerit, ſacrificium Miſſæ non valere pro pęnis, & ſatisfactionibus, anathema ſit. & ita etiã docet *D. Th 3 par. q. 79. art. 5. & 7.* eſt etiam ſacrificium Miſſæ impetratorium beneficiorum obtinendorum quia non eſt negandum ſacrificio Miſſæ quod eſt tributum ſacrificijs antiquæ legis: cum doceant Patres omnem perfectionem, quæ fuit in iſtis ſacrificijs reperiri in ſacrificio Miſſæ nobiliori, & perfectiori modo; at ſacrificia legis naturæ, & Moſaycę fuerunt impetratoria pro beneficijs obtinendis, vt conſtat *ex cap. 10. & 47. 106 ex cap. 7. Leuit. & ex lib. 2. Reg. 24. 2. Mach. 3. 1. Eſdræ 6. & lib. 1. Machab. 12.* ergo à fortiori ſacrificium Miſſæ eſt impetratorium pro beneficijs obtinendis, vt rectè aduertit *S. Fauſtus de ſacrificio Miſſæ lib. 2. q. 39.*

HINC

COlligunt *D. Auguſt. Epiſt. 12. ad probam c 6. D. Th. 2. 2. q. 83. art. 6. & 15.* & alij ſacrificium Miſſæ per modum impetrationis conferre etiam bona tẽporalia. Sed Deus non confert hæc bona temporalia ex opere operato, ſed tantum per modum impetrationis, tũ quia non patet ex ſacra Scriptura, tum quia hæc bona non ſunt digna, vt mereantur à Deo infallibiliter, & ex opere operato, ſed ad ſummum, vt conducant ad pietatem fouendam in Deum, aut ad aliquid ſpirituale bonum: ſed nullum temporale bonum datur ex opere operato per hoc ſacrificium, præter ſolam remiſſionem pęnę temporalis relictæ poſt remiſſam culpam ergo. ita *D. Th. 2. 2. q 26. art. 3. & q. 27. art. 7.*

QVÆRITVR CXXXXIII.

An ſi pænitens laboret ignorantia debeat confeſſarius illum admonere?

REſpondetur ex communiſsima DD. ſententia apud *Sanchez de matrimon. lib 2. diſp. 38. num. 6.* & ego alibi docui non teneri iuxta illud *Auguſt.* ſi ſcirem tibi non prodeſſe, non te admonerem.

Notant *Sanchez. & Layman* quos citat, & ſequitur Diana *3 par. tract. 4. de Sacram. reſol. 80. § notandum.* quod quando non ſperetur fructus ex admonitione non debet confeſſarius plus reſpondere, quã interrogetur à pænitente, vt ſi v. g. interrogatur vtrum matrimonium contractum ab eo, qui ante nuptias ſimplici caſtitatis voto obſtrictus erat, validũ exiſtat, & an vxori debitum reddere teneatur, affirmare debet vtrunq; confeſſarius, & interim debet tacere de obligatione non petendi debitum; debet præterea confeſſarius cauere ne eum ſollicitet interrogationibus ſpecialibus, videlicèt exiſtimet ne matrimoniũ validum eſſe, nam ſubito pænitenti ſuſpi-

Digitized by Google

ſpicionem commouebit, ſed ſolum in tali caſu contentus eſſe debet interrogare, nihilne ſit quod animum eius grauet, conſcientiam ſcrupuloſam reddat, &c.

QVÆRITVR CXXXXIV.

An ſint aliqui caſus à iure Epiſcopo reſeruati, vel de conſuetudine.

RESpondetur ex *Facundez precept. 2. lib.* 8 *c.* 2. *nu* 7. & eſt communis DD. ſententia quod de iure communi loquendo hodie nullum peccatum eſſe Epiſcopo reſeruatum, præter diſpenſationes votorum, & irregularitatum, & præter abſolutionem aliquarum excommunicationum, quæ in iure ipſis Epiſcopis ſunt reſeruatæ & neq; de conſuetudine ſunt aliqui caſus Epiſcopis reſeruati, præter illos quos quilibet Epiſcopus reſeruat in ſua Diœceſi. ita *Suarez* quem citat, & ſequitur *Facundez loc. cit.*

Portel autem *in dub. regul. verbo Abortus num* 6. docet non poſſe confeſſarium ſecularem abſoluere homicidium, quia iure communi homicidium eſt Epiſcopo reſeruatum.

Alij verò DD teſte *Facundez loc. cit.* docet eſſe aliquos reſeruatos de conſuetudine reſeruatos. Sed *Suarez, & Facundez loc. cit.* negant.

QVÆRITVR CXXXXV.

An ſint licita oſcula, & tactus ſponſis de futuro etiam ſi præuideatur pollutio. & quæ ſunt licita dictis ſponſis antequam contrahant matrimonium.

RESpondetur primò ex communi *DD.* ſententia teſte *Sanchez de matrimon. lib.* 9. *diſp* 47. *num.* 48. 50. & 51. oſcula, & amplexus alioſq; tactus non impudicos excuſari inter ſponſos à culpa mortali, & etiam excuſari à veniali ſi fiant in ſignum beneuolentiæ, & ad conciliãdum fouendumq; mutuum amorem in ordine ad matrimonium contrahendum; ſi verò finis erit delectatio, erit culpa venialis.

Reſpondetur ſecundò ex *Sanchez loc. cit. num.* 50. *in fine*, ſi ad præuideatur pollutio, ex amplexibus oſculis, & tactibus non impudicis excuſari ſponſos à culpa lethali; ſi inciderent in has anguſtias, vt in vrbani, & auſteri haberentur, niſi ſe amplexarentur. addo ego niſi adſit periculum delectationis in copulam, vel in ipſam pollutionem, nam tunc peccaret mortaliter.

QVÆRITVR CXXXXVI.

An inter coniuges tactus, delectationes moroſæ, aſpectus, & verba turpia ſint illicita ratione periculi pollutionis præuiſæ.

RESpondetur primò ex *Sanchez lib.* 9. *de matrim diſp.* 45. *nu.* 35. in reddente non ſunt mortales ij tactus, ſed liciti, quamuis adſit periculum in alterutro coniuge, modo non ſit conſenſus in ipſo reddente in pollutionem illam; quia reddens dat operam rei licitæ ad quam obligatur ex iure alterius. niſi tactus, vt benè aduertit idem *Sanchez*, tales ſint, vt ita ad pollutionem tendant, vt ſint quaſi pollutio inchoata, & coniuges in eo loco exiſtant in quo copulam habere nequeant, præuiſo pollutionis periculo. vt ſi vir à fœmina petat, vt eius virilia attrectet, moueatq; aut velit digitos in vxoris vas intromittere ibiq; perſiſtere, quaſi copulam exercendo, vtens digitis, inſtar membri virilis, ac proindè iudicandum eſt hos tactus eſſe peccatum mortale cum periculo pollutionis præuiſæ quia ſunt inchoata pollutio, ac proxima diſpoſitio, quando ad propinquam copulam non diſponunt ſed in eo loco exercentur, vbi non eſt opportunitas copulæ habendæ.

Reſpondetur ſecundò ex *Sanchez loc. cit. num.* 36. & 38. in coniuge petente non ſemper ſunt mortales, amplexus, & oſcula, & alij tactus non in partibus impudicis etiam ſi adſit periculum probabile pollutionis in ſe, vel in altero coniuge quando non nimia voluptas adeſt, ſed exercentur tamquam indicia amoris, repreſſo exceſſu libidinis inſurgentis, quia adeſt cauſa vrgens nempè, vt foueatur amor inter coniuges, magnaq; auſteritas eſſet, & valdè minueretur amor, ſi ab huiuſmodi tactibus abſtinerent. hæc doctrina intelligenda eſt, modo non adſit periculum probabile conſenſus in pollutionem.

Reſpondetur tertiò ex communi *DD.* ſententia teſte *Sanchez de matrim lib* 9. *diſp* 44. *num.* 3. ſecluſo periculo pollutionis non eſſe culpam mortalem. quando cõiuges ſunt abſentes, vel ſunt in eo loco, aut

Digitized by Google

aut tempore in quo copulam exercere non poſſunt, ſi moroſè delectantur de copula cogitata tamquam præſenti. quia conſenſus in delectationem nequit grauior eſſe culpa quam conſenſus in actum de quo capitur: ſed conſenſus in actum non eſt culpa mortalis, ergo neq; delectatio moroſa in copula cogitata tamquam præſenti debet eſſe culpa mortalis. ſecluſo pollutionis periculo. quidquid dicant alij *DD.* in oppoſitum.

Neq; eſt culpa lætalis, ſi ex delectatione moroſa conſurget membri pudendi cõmotio, & alteratio abſq; pollutionis periculo ita *Vaſquez* qui citatur à *Sanchez*. & eiuſdem opinionis eſt idem *Sanchez*.

Eſt autem culpa venialis conſenſus in eam delectationem. quia caret debito fine, ad quem actus coniugalis à natura ipſa dirigitur. vt *DD.* communiter affirmant teſte eodem *Sanchez loc. cit. num.* 5.

Reſpondetur quartò ex communi *DD.* ſententia teſte *Sanchez de matrim. lib* 9. *diſp.* 44. *num.* 8. tactus, aſpectus & verba turpia inter coniuges vacant culpa quãdo quæruntur non propter voluptatem, ſed propter copulam coniugalem, cauſa iuuandi naturam, & ſecluſo periculo pollutionis. Si verò illi actus, aſpectus, & verba referantur ad maiorem voluptatem in ipſa copula captandam, ſunt culpa venialis; quia copula ipſa coniugalis ob eum finem exercita eſt culpa venialis.

Quando tactus, aſpectus, vel verba turpia fiant à coniugibus non in ordine ad copulam, ſed ob ſolam voluptatem in ipſis captandam, eſt ſolum culpa venialis, ſecluſo periculo pollutionis, ratione indebiti finis, vt communiter affirmant DD. teſte *Sanchez loc. cit. num.* 12. *&* 13. quidquid dicant alij DD. in oppoſitum idem docent DD. teſte Diana 3. *par. trac. de Sacram. reſol.* 225. nempè non eſſe peccatum mortale citra periculum pollutionis tactus, oſcula verba pudica, & aſpectus partium verendarum inter cõiuges, etiam ſi oſculum fiat in partibus verendis. addo ego quoad verba turpia. tunc eſſe venialia inter coniuges, quando ſunt prouocatiua ad copulam naturalem non autem ſodomoticam. nam tunc arbitror eſſe mortale, etiam ſi non habeatur intentio commictendi ſodomiam.

PETES I.

An ſit peccatum mortale ſi coniugatus propter voluptatem captandam, ſeipſum tangat abſq; pollutionis periculum.

Reſpondetur ex communi DD. ſentẽtia teſte *Sanchez de matrimon. lib* 9. *diſp.* 44. *num.* 15. *&* 16. non eſſe peccatũ mortale, ſed tantum veniale. quidquid dicant alij in oppoſitum. ratio eſt, quia de ſua natura poteſt referri ad coniugium licèt actu ille actus non dirigatur.

PETES II.

An liceant delectationes moroſæ, & tactus coniugatis, quando ob aliquod impedimentum eis non liceat actum coniugalem exercere.

Reſpondetur ex *Sanchez lib.* 9. *de matrim. diſp* 44. *num* 21. *Granado in c.* 2. *D. Th. cont.* 6. *diſp.* 5. *num* 10. *Villalabos in ſumma tom.* 2 *tract.* 40 *difficult.* 17 *num.* 7. *& Diana* 3. *par. tract.* 4. *de Sacram. reſol.* 224. quoties copula interdicitur coniugibus ob circumſtantiam extrinſecam, quæ per ſe neutrum coniugem arcet ab vſu matrimonij, licita eſt talis delectatio appetitus ſenſitiui de copula cogitata, vt præſenti: liciti etiam ſunt tactus eo pacto quo liciti eſſent ſecluſo eo impedimento, vt ſi illicita ſit copula propter notabile ſalutis aborſuſq; periculum, aut ſimilem cauſam. vel ſi impotentia coeundi ſuperueniat matrimonio iam contracto.

Idem dicit *Sanchez* quando concubitus eſt interdictus ratione alicuius præcepti Eccleſiæ, vt ſi coniux contraxit affinitatem, cognationemue cum altero coniuge, ratione cuius arcetur à debiti petitione, vel ſi vterq; eam contraxit. quia adhuc impedimentum eſt extrinſecum, & arcens à copula in pęnam delicti admiſsi. cum ergo res ſit pęnalis. non eſt extendenda ad delectationem, & tactus. ita etiam docent DD. apud Dianam *loc. cit.*

PETES III.

Quid dicendum quando quis vouit caſtitatem poſt contractum matrimonium, ita vt ſit tantum licita redditio debiti. an poſſit delectari de copula, vt præſenti. vel ſub conditione ſi petatur ab alio coniuge, & an ſint lici-

licita tactus oſcula, &c. ſine peccato mortal i?

REſpondetur ex *Sanchez loc. cit nu. 25. & Vaſquez ab ipſo cit* peccare mortaliter, quia votum caſtitatis, includit totum hoc, nempè delectationem de copula, tactus, oſcula &c. ſecus ſi alter, vel vterq; coniux vouiſſet ſolum ſe non petiturum debitum, omnia hæc illis licerent, quia non aduerſantur illi voto, quod ſolum interdicit debiti petitionẽ, & ex alia parte ſunt ex natura ſua illis licita ratione matrimonij.

P E T E S IV.

Quid dicendum ſi interdicitur coniugi debiti petitio eo quod ſit dubius de valore matrimonij, an ſit peccatum mortale delectatio partis ſenſitiuæ de copula cogitata.

REſpondetur ex *Sanchez lib. 9. de matrim diſp. 44. num. 24* qui citat *Caiet.* eſſe peccatum mortale. quia ab intrinſeco prouenit impedimentum.

P E T E S V.

An fas ſit ſoluto in voluntate concipere delectationem, aut gaudium de acceſſu ad mulierem ſi eſſet ſua.

REſpondetur ex *Sanchez cum Caiet. loc. cit* fas eſſe ſoluto in voluntate concipere delectationem aut gaudium de acceſſu ad mulierem ſi eſſet ſua. Secus ſi eſſet delectatio in appetitu ſenſitiuo: quia delectatio in hoc conſurgens oritur ex vehementi commotione ſpirituum vitalium ſubſeruientium generationi, & proindè eſt quaſi inchoatio coitus præſentis, qui illicitus eſt. vt rectè docet *Sanchez loc. cit.*

QVÆRITVR CXXXXVII.

An ſit ſemper culpa lathalis vacare actioni in qua præuidetur pollutio præter intentionem ſubſequenda. & qui effectus ſunt pollutionis præuiſa, ſed non imputantur ad culpam.

REſpondetur primò ex communi *DD.* ſententia teſte *Sanchez lib. 9. diſp. 45. num. 4.* quoties pollutio præter intẽtionem ſequitur ex cauſa aliqua neceſſaria, vel conuenienti corpori, vt eſt cibus, & potus moderatus, aut animæ, vt eſt orare, vel ſtudere, vel vti alijs, vt eſt audire confeſsiones, fæminas cautè, & cum neceſsitate alloqui nullam culpam eſſe non deſiſtere à cauſa illa, quamuis in ea præuideatur pollutio inde ſubſequenda, quia ille patiens pollutionem potius patitur, quam agat.

Idem docet *Sanchez* quamuis ea cauſa licita in qua pollutio præuidetur, ſit illicita ratione circumſtantiæ extrinſecæ. nihil ad pollutionem conferentis. vt ſi quis confeſsionem audiat ob vanam gloriam, vel cibos neceſſarios ſubſtentationis edat, quibus præceptum ieiunij violat. pollutio .n. præter voluntatem ſubſequuta, quamuis præuiſa, vacabit omni culpa, in ratione pollutionis, licèt aliunde ſit peccatum. quia talis pollutio non tribuitur ex cauſa per ſe pollutionis, ſed ex cauſa per accidens, nempè ex infirmitate naturæ.

Eſſet verò peccatum mortale vacare talibus actionibus, ſi eſſet probabile periculum conſenſus, in delectationem pollutionis tunc .n quantumuis cauſa ſit licita, eſt ab ea abſtinendum ſub culpa læthali. tunc autem id periculum contingit, quando quis expertus eſt ſe in ſimili occaſione ferè ſemper in culpã mortalem labi. ita *DD.* teſte *Sanchez loc cit. num 6.*

Huic autem periculo licitè quis exponeret ſe ob cauſam valdè vrgentem proponens firmiter ſe non conſenſurum. vt gratia medendi fæminæ, vbi alius deeſt medicus. ita *Sanchez* cum *DD. à ſe cit.*

Reſpondetur ſecundò ex communi *DD.* ſententia teſte *Sanchez loc. cit. num. 7.* expertum ſe pollui ex equitatione abſq; periculo conſenſus, non teneri pedeſtrẽ incedere, ab illaq; deſiſtere. idem dicitur de tactu licito vt ſi quis ex amplexu iuxta patriæ conſuetudinem præuideret pollutionem, non eſſet peccatum abſq; periculo conſenſus, ne incideret in notam in vrbanitatis. ita *Sanchez loc cit.* & idem dicitur, nempè non eſſe peccatum ſentienti magnum pruritum in partibus verendis, illas refricare, quo proritũ ſedet, & ſi adſit periculum pollutionis, abſq; conſenſus diſcrimine. ita *DD.* teſte *Sanchez loc. cit.* & fæmina nupta patiens verendorum arctitudinem, ſi fieri poteſt apta copulæ per inciſionem factam à chirurgis, tenetur illam pati *iuxta cap. fraternitatis de frigid. & maleſic.* quod medium violentius eſt magiſq; ad pollutionem excitat.

Re-

Reſpondetur tertiò ex communi DD.ſententia teſte *Sanchez loc.cit.num.16.* tunc ſolum reperiri culpam mortalem ratione pollutionis præuiſæ,nec intentæ quãdo abſq; vrgenti neceſsitate exercetur actio ex ſua natura turpis, & per ſe tendens ad actus venereos exercitandos pollutionemq; conſumandam.

HINC

DEducitur primò pollutionem præuiſam in gulæ peccato, etiam mortali, vt in ebrietate, vel nimia comeſtione mortali non habere ſpecialem pollutionis malitiam mortalem, niſi ſit intenta aut ſit probabile conſenſus periculum, ita *DD.*teſte *Sanchez num.17.*

Deducitur ſecundò idem dicendum eſſe, quamuis cauſæ non ad luxuriam pertinentes,vt nimia comeſtio,ebrietas mortalis,efficerentur mortales in genere luxuriæ ratione ſolius finis intenti ab operante: adhuc.n.pollutio in illis præuiſa, & præter intentionem accidens non eſſet mortalis, vt ſi quis calida comedat, vel excedat in cibo, & potu, etiam mortaliter,vt potentia fiat ad fornicandum. quoniam ille finis nihil cooperatur ad pollutionem, nec deſiderium copulæ ceſſante delectatione in ipſa cogitata, habet rationem cauſæ pollutionis. ita *Sanchez loc.cit. num.* 18. qui citat etiam *Caiet.*

Deducitur tertiò nec eſſe mortalem pollutionem quæ ſequitur ex rebus venialibus in genere luxuriæ, ſiuè illæ ſint veniales defectu plenæ aduertentiæ, ſiuè ex paruitate materiæ,vt ſi ex delectatione moroſa rei turpis, quæ eſt ex ſe mortalis, & efficitur venialis defecta plenæ aduertentiæ, ſequatur pollutio, vel ſi ex tactu leui manus viſu, verbis lectione aliquantulum libidinoſis, & venialibus turpibus ſequatur pollutio. vnde res hæ non efficiuntur mortales pollutionis in eis præuiſæ,nec intentæ, ceſſante probabili periculo conſenſus: licèt nulla neceſsitas, vel vtilitas incitet ad hæc ſed ſola curioſitas, & animi leuitas ita *DD.* communiter docent teſte *Sanchez loc. cit. num.19.* itaq; tantum reperitur culpa venialis ratione pollutionis præuiſę.

Deducitur quartò omnem actum turpem mortalem contra ſextum præceptum, ſi in eo præuideatur pollutio, etiam non intenta habere ſpecialem malitiam contra naturam ratione illius pollutionis præuiſæ. quia notabiliter ad illam influit. & eſt cauſa per ſe illius, vt ſi quis perſiſtit in actu turpi, vel moroſè delectatur de aliqua fœmina, vel ſi quis aliqua comedat ad eum finem, vt ſibi pollutio eueniat, &c.ita *DD* teſte *Sanchez loc.cit.num 16 & 23.*idem dicitur quando habentur turpes ſermones notabiliter influentes in pollutionem. nempè ſi in eo præuideatur pollutio, etiam non intenta eſſe peccatum contra naturam ratione pollutionis præuiſæ.

Addit *Sanchez num.* 23. quando quis perſiſtit in actu turpi ſi ſequatur pollutio, aut adſit illius periculum, quamuis non præuideatur contrahetur culpa pollutionis,quia eſt cauſa notabiliter influẽs, & tenebatur ille præuidere.

QVÆRITVR CXXXXVIII.

Vtrum ſponſis de futuro liceat delectatio captata ex futura copula coniugalis cogitatione, & coniugibus viduis effectis liceat, captata ex cogitatione copulæ tempore matrimonij habitæ?

ANTEQVAM RESPONDEAM.

SCiendum eſt ex *D.Thom.1.2.q.34.art.4.* duplicem eſſe delectationem; quædam eſt appetitus rationalis,qui eſt voluntas, & dicitur gaudium, quædam verò appetitus ſenſitiui, quæ delectatio propriè dicitur: & hæc cum quadam corporis tranſmutatione accidit. illa verò nihil aliud eſt, quam ſimplex voluntatis motus,& complacentia quædam.

HIS POSITIS.

REſpondetur primò omnes *DD.* docere licitos eſſe omnes actus voluntatis circa copulam futuram tempore cõiugij,vel præteritam eodem tempore, vt licet gaudere de habita, vel habendam deſiderare. Quia omnes hi actus habent obiectum licitum, nullamq; delectationem veneream in præſenti ponunt.

Reſpondetur ſecundò peccatum mortale eſſe ſponſos de futuro capere delectationem appetitus ſenſitiui in copula futura tempore matrimonij cogitata etiã ſecluſo periculo pollutionis,vel conſenſu in copulam præſentem.ratio eſt,quia ille actus appetitus ſenſitiui ſemper fertur in copulam præſentem, vt præſentẽ cum præſenti commotione, ad illamq;

ordi-

Digitized by Google

ordinatur, & eſt quædam ipſius inchoatio, at copula præſens ſolis coniugatis licita eſt ergo: ita *Graphius 1. par deciſ. lib. .c.78. Nauarr. cap. 16. num. 9 & cap. ſi cui de pænit diſt. 1 num. . Lopez 1. par. inſtruct c. 5. & multi alij apud Merollam in Theologia morali diſp. 1. dub 7. nu. 56.*

Scio verò *Victoriam, Medinam, & Zumel cit à Merolla loc. cit. num.* 54. docere non eſſe peccatum mortale delectationem appetitus ſenſitiui, quæ conſurgit ex cogitatione copulæ habendæ tempore cōiugij, nempè quando contrahetur matrimoniū. ratio horū *DD.* eſt quia eſt de obiecto licito. hæc opinio intelligitur ſecluſo periculo pollutionis, vel conſenſus in eam, vel conſenſus in copulam præſentem. *Zumel ſupra cit.* dicit eſſe veniale delectationem appetitus ſenſitiui tempore coniugij etiam ſecluſo periculo pollutionis & conſenſu in mortale. Sed mihi ſatis diſplicet hæc opinio.

Sed quid dicendum de viduis, an ſit licita eis delectatio appetitus ſenſitiui de copula præterita tempore coniugij habita.

Reſpondetur primò ſatis certum eſſe apud omnes *DD.* licitos eſſe omnes actus voluntatis circa copulam præteritam, puta in viduis tempore quo coniugium per mortem alterius coniugis nō erat diſſolutum.

Reſpondetur ſecundò delectationem appetitus ſenſitiui in viduis circa copulā præteritam eſſe peccatum mortale, etiā ſecluſo periculo pollutionis, vel conſenſu in copulam præſentem. ita quaſi innumeri *DD.* apud *Merollam loc. cit. num. 6.* ratio eſt, quia delectatio eſt præſens, & eſt quaſi inchoatio pollutionis, vel præſentis copulæ, vel ſaltem ad illam ordinatur.

Scio verò multos graues *DD.* docere non eſſe mortale in viduis delectationē appetitus ſenſitiui captare, quæ procedit ex cogitatione copulæ tempore coniugij habitæ; dummodo abſit periculum pollutionis, vel conſenſus in copulam præſentem; ratio eſſe poteſt quia differentiæ temporum non variant ſpeciem moralem quoad malitiam, & bonitatē. Sed licitum eſt coniugibus delectari in copula præſenti cogitata ergo licebit ſimiliter viduis in præterita cùm vtraq; licita ſit, & ſola differentia temporis præſentis, vel præteriti inter illas reperiatur. huius opinionis ſunt *Angel. verb. cogitatio num. 2. Caiet. tom 1. opuſculorum tract. 14. de delectat. moroſa dub. 1. & in ſumma verb. delectatio 8. ſecundum an delectatio. Roſella Sylu. Armilla Tabiena, Valentia, Medina, & Zumel, apud Merollam loc. cit num.* 55. ſed mihi omnino diſplicet; & miror tantos grauiſsimos *DD.* id docere credo in eorum opinione concedere eſſe peccatum veniale.

QVÆRITVR CXXXXIX.

Quidam Apoſtata à religione fuit degradatus, & traditus Curiæ ſeculari an ſit ſubditus ordinario loci, quoad confeſſionem, ita vt quilibet Sacerdos ſæcularis approbatus poſſit excipere eius confeſſionem abſq; licētia ſui Superioris regularis, & an teneatur perſoluere diuinum officium ex vi ſuæ regulæ.

Reſpondetur primò ſatis mihi certum eſt Apoſtatam eſſe verè religioſum, ac proindè eſſe ſubiectum ſuo Superiori regulari quoad confeſsionem, cùm conſtitutio Vrb. V. de regularibus Apoſtatis, & eiectis loquatur tantum de eiectis à religione tamquam incorrigibilibus, nempè vt ſint ordinario ſubiecti. ergo cùm nihil ſit cautum in iure conſequenter Superiori regulari ſunt ſubiecti quoad confeſsionem, ac proindè etiam tenentur ex vi regulæ recitare diuinum officium, ſi ſunt ad chorum deputati.

Sed tota difficultas eſt de Apoſtaſis degradatis, & traditis Curiæ ſæculari, nempè an extra articulum mortis poſſit excipi eorum confeſſio ab approbato ab Ordinario ſine licentia Superioris regularis, & an teneantur diuinum officium perſoluere.

Reſpondetur ſi degradatus regularis eſt traditus Curiæ ſæculari, & ab eadem eſt damnatus ad mortem iuxta probabilem DD. ſententiam teſte *Finello de caſibus reſeruatis cap. 8. num 7. & Diana par. 4 tract. 3. de caſibus occurrentibus tempore mortis reſol. 61.* iſte talis eſt in articulo mortis, ac proindè omnes Sacerdotes etiam non approbati ab ordinario poſſunt abſoluere quoslibet pœnitentes à quouis peccato reſeruato. immo iuxtà DD. citatos ab eodem *Finello*, etiam præſente approbato, quia hæc poteſtas habetur ex *Trid.* abſq; vlla limitatione. ita vt præſente approbato,

Digitized by Google

ſimplices Sacerdotes id non poſsint facere. Scio verò multos graues DD. oppoſitum docere, nempè intelligendum eſſe *Trid.* deficiente copia approbati. Sed quod poſsit abſoluere non approbatus præſente approbato, ait *Diana loc.cit ſed reſol.*60.eſt probabilis opinio.

Quod degradatus teneatur perſoluere diuinum officium ſi tenetur ex vi ordinis ſatis certum eſt, vt affirmant DD. teſte *S.Fauſt.de horis canonicis lib.*2.*q.*13.quia par non eſt, vt ex delicto commodum reportent.

Sed maior difficultas eſt an degradatus regularis, & traditus curiæ ſæcularis, ſed non dum damnatus ad mortem, poſſit excipi eius confeſſio ab approbato ab ordinario loci abſq; licentia ſuperioris regularis.

RESpondetur ſaluo meliori iudicio cùm nihil inuenerim cautum in iure, & conſideratum à DD. quod poteſt approbatus ab ordinario excipere eius confeſsionem ſine licentia ſui ſuperioris regularis, & ratio mihi eſt quia iſte talis non gaudet priuilegijs clericalibus,nec etiam canonis, vt patet ex *cap. degradatum de pœnis in 6. & ibi gloſa in fi.* vt benè aduertit *Squillans de priuilegijs clericalibus cap.6. num.*14. ergo exiſtimandus eſt tamquam ſæcularis, ac proindè ſubiectus ordinario quoad omnia Sacramenta.

Præterea bene iſte talis poteſt dici eiectus à Religione dum traditur curiæ ſæculari,& ſeiungitur à conſortio religioſorum,nec non ſpoliatur veſtibus religioſis,ac Sacerdotalibus: ſed eiecti ex conſtitut.Vrban.VIII. ſubſunt iuriſdictioni ordinarij.ergo.

QVÆRITVR CXXXXX.

Fæmina coniugata rem habet cum viro ſuo, & cum concubino,& generat filium cuius præſumitur filius eſſe.

RESpondetur ex *Sanchez in ſumma lib.* 1.*cap.*10.*num.*13.*columna* 2. *circa fi.* ſic ait neminem dubitare filium habitum ex coniugata habitanti cum viro, quantumuis adultera;& alterius concubina ſit,cenſeri in dubio habitum ex viro,ac proindè legitimum in vtroq; foro illius hæredem:eo quod ius in eo euentu ita præſumit.

QVÆRITVR CXXXXXI.

An diſpenſatio voti,vel eius commutatio poſſit fieri abſenti.

RESpondetur ex *Trulench. cit. à Diana par.*4.*tract.de irregul. reſol.*103. *in fi.* affirmatiuè, quia tantum abſolutio Sacramentalis eſt à Clem. VIII. prohibita vt abſenti fiat.

QVÆRITVR CXXXXXII.

Quæ cauſa debet eſſe, vt commutio voti poſſit fieri ab habente poteſtatem commutandi vota.

RESpondetur ex communi *DD.*ſententia teſte *Sanchez in ſumma lib.*4. *cap.* 50. *num.*23 quod ea cauſa ſola ſufficit, vt vouens petat commutationem, quia ſemper cum illa petitione concurrit promptior vouentis voluntas ad materiam ſubrogatam atq; cedit in Chriſti honorem, & ad vtilitatem Eccleſiæ ſi Dei benignitatem vouentes experiantur Prælato gratificante vice Dei illis qui ſua ſe ſpontè Deo obligarunt acceptando eam commutationem quo facilius in poſterum ad vota Deo dicanda inducantur. vnde ait *Caiet.cit.à Sanchez loc.cit.* quod tūc Prælatus ſine cauſa commutat votum, quando prolibito ante ſubditi petitionēm, nec intuitu illius gratificationis commutat,& hoc eſt verum etiam ſi dubitatur an materia ſubrogata ſit æqualis cum voto prius facta.Secus ſi alterius ſubrogata ſit certè minor. nam tunc dico non ſufficere pro cauſa ſolam petitionem vouentis ſed requiri maiorem cauſam, vt infra melius explicabitur circa cauſas commutandi vota.

QVÆRITVR CXXXXXIII.

An ordinarius alicuius diæceſis poſſit commutare,vel diſpenſare vota peregrinorum,qui non acquiſierunt in diæceſi domicilium habitationis.

RESpondetur primò ex communiſsima *DD.* ſententia teſte *S. Fauſto de tribus votis lib.*3. *q.*8. poſſe Epiſcopum diſpenſare vel commutare vota in ſua diœceſi ſi habent peregrini animum ibi habitandi maiori anni parte.

*Alcorcer in ſumma cap.*16. *concluſ.*5. *fol.*59. ſic

Digitized by Google

ſic alt probabile eſt, & viros doctos ita ſentire poſſe Epiſcopum diſpenſare in votis eorum qui aliquo tempore in ſua diœceſi habitarunt.

Baſilius Pontius de matrim.lib.8 cap 4.nu.7. docet quod poteſt Epiſcopus ſi ſubſiſtat iuſta cauſa, diſpenſare in votis peregrinorum quamuis fuerit eorum habitatio breuis in diæceſi.ego ſum huius opinionis, & dico tunc ſufficere breuem habitationem peregrinorum quando peregrinus manifeſtat ſua peccata pænitentiario diœceſis,& incurrit graue periculum violandi votum ſi non illud diſpẽſetur, vel commutetur ab Epiſcopo vbi confitetur, & ratio mihi eſt, quia dum ex generali conſuetudine totius Eccleſiæ peregrinus poteſt confiteri cuicunq; confeſſario approbato diœceſis vbi per momentum commoratur, conſequenter, videtur etiam conceſſa facultas cõmutandi, vel diſpenſandi in votis peregrinorum cùm ſit hoc annexum, vt ita dicam confeſsioni quæ fit de præſenti à peregrino; cùm confeſſarius non ſolum teneatur euitare peccata præſentia, ſed etiam futura; alioquin fruſtra eſſet confeſsio peregrini, ſi Epiſcopus habitationis non poſsit conſulere animę peregrini circa vota, quæ ſi non commutentur incurrit proximum periculum violandi illa. ita mihi videtur dicendum, ſaluo meliori iudicio cui me ſubijcio. quod intelligo modo confeſſarius habeat auctoritatem commutãdi vota à ſuo Epiſcopo ita videtur ſentire *Barboſa de poteſt.Epiſcopi allegat.37.num.19.*

Reſpondetur ſecũdò ſatis certum eſt quod regulares confeſſarij poſſunt diſpenſare in omnibus votis in quibus poteſt Epiſcopus, excepto voto peregrinationis vltra duas dictas, & etiam extra Sacramentum.ita *DD.*teſte *Diana par.3. trac. 5.Miſcell.reſolut.28.§.quartò*, & addunt *DD.*quod hæc facultas conceſſa regularibus non ſolum extenditur ad ſubditos diœceſis, ſed ad omnes ad ipſos confluentes, & rationem reddit *Sanchez de matrim lib.8. diſp.16. num.* 10. quia habent facultatem à S.Pontifice,qui iuriſdictionem habet ſuper vniuerſo orbe.

Reſpondetur tertiò ex eadem ratione prędicta, tempore iubilei, vbi conceditur omnibus confeſſarijs facultas commutandi vota,quemlibet confeſſarium poſſe vota commutare, etiam ſi non ſint ſubditi diœceſis, quia tunc habent auctoritatem à S. Pontifice, modo petens commutationem voti velit lucrari iubileum.

Reſpondetur quartò,quod Epiſcopus exiſtens in diœceſi poteſt commutare vota ſubditi, ſi non mutauit domicilium habitationis, ſed tantum ad tempus ita *S.Fauſt.de tribus votis lib.3.q.9.*

QVÆRITVR CXXXXXIV.

An cum in iubileis, aut per bullam vel priuilegium confeſſario datur abſolutè facultas commutandi vota, intelligatur concedi facultas etiam commutandi in id quod eſt minus bonum.

RESpondetur ex *Bartolomeo Medin. in ſuà inſtruct.lib.1.cap.14.§.7. Aragon. 2.2.q.88.art.12.Lopez 1.par.c.47. Tolet. lib.4. cap.18. Sa.verb. votum Henriquez lib.7.de indulg. cap.30. num 5. Leſ.lib.2. cap.40:dub.16.num.109 & Rodriq.1.par. ſumma cap..02.num.4.* quod poſſunt ſupradicti priuilegiati commutare vota in id quod eſt minus bonum,quia beneficium Principis eſt largiſsimè interpetrandam, *l.beneficium, ff de conſtit.Princip.* ſcio verò alios DD. oppoſitum docere.

QVÆRITVR CXXXXXV.

Vtrum propria auctoritate quis poſſit commutare votum in melius, vel in æquale.

RESpondetur primò ex communi *DD.* ſententia teſte *Leſſio lib. 2. cap. 40. dub.16. num.101.* quod quiſquis poteſt ſua auctoritate votum ſuum in id quod eſt euidenter melius commutare.

Reſpondetur ſecundò ex *Soto, & Lopez cit à Leſſ. loc.cit. num.* 105. quod poteſt quis propria auctoritate commutare votum in æquale, modo conſtet non eſſe minus,& adſit iuſta cauſa. ſed oppoſitum docet *Suarez lib 6. cap.19. nu.14.*

Reſpondetur tertiò ex communi *DD.*ſententia teſte *Leſſio loc cit.num.106.*omnia vota ante emiſſa commutari poſſunt propria auctoritate in vota Religionis quæ in profeſsione fiunt ſcilicet in votum paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ perpetuæ. vnde addit *Leſſius loc. cit.* hoc ipſo quo quis profitetur, cenſetur hunc commutationem velle facere, niſi explicitè contrarium intendat. ſecus quañdo quis eſt nouitius.

Votum ſubſidij terræ ſanctæ ſi eſt accepta-

Digitized by Google

tum ab Epiſcopo, vel Pontifice non poteſt commutari in votum Religionis. vnde ſaltem ſumptus præſtandi erunt: ſecus ſi non eſt acceptatum. ita *Leſs. loc. cit.*

QVÆRITVR CXXXXXVI.

An qui habet poteſtatem ordinariam, nec delegatam diſpenſandi in votis, poſſit etiam eã commutare.

Reſpondetur ex communi *DD* ſentẽtia teſte *Leſſio loc. cit. num.* 108. quod qui habet poteſtatem diſpenſandi, habet etiam poteſtatem commutandi, non ècontra nempè qui habet poteſtatem commutandi habeat etiam poteſtatem diſpenſandi, quia minus non continet maius.

QVÆRITVR CXXXXXVII.

An commutatio votorum ab habente poteſtatem commutandi, poteſt fieri extra confeſſionem, & an ſit opus ſit confeſſor petentis commutationem.

Reſpondetur ex *Suarez tom. 2. de relig. lib. 6. cap. 14. nu. 4.* & alijs poſſe commutari non audita confeſſione quando facultas non reſtringitur ad confeſsionem tantum nec eſt opus, vt commutans vota ſit confeſſor vouentis. ita *S. Fauſt. de trib. votis lib 4. q. 55. qui citat Henriq.*

QVÆRITVR CXXXXXVIII.

Neapolitanus v. g. incidit in excommunicationem, non reſeruatam deinde Capuam proficiſcitur, an poſſit abſolui ab approbato Ciuitatis Capuæ.

Reſpondetur ſi cenſura lata ſit per ſtatutum, vel per ſententiam generalẽ, etiam ſi ſit ab homine poteſt abſolui ab approbato confeſſario Capuano, vt docent communiter *DD.* teſte *Bonacina tom. 1. diſp. 1. par. 2. num. 6.* Neq; obſtat quod ſit lata ab homine, nam vt benè docet D*iana par. 5 tract. 9. reſol. 4.* cenſura generalis lata ab homine, non contra particularem perſonam ęquiparatur cẽſuræ à iure ac proindè poteſt abſolui ab alieno Epiſcopo, quia generalis conſuetudo omnium Epiſcoporum obtinuit, vt peregrinus poſsit abſolui à confeſſario locis vbi commoratur, ac proindè abſolui etiam poteſt ab excommunicatione contracta in aliena diœceſi. ſi erat reſeruata in illa dioceſi, & non vbi excipitur confeſsio peregrini, poteſt abſolui à quocunq; confeſſario approbato; ſi verò eſt reſeruata in vtraq; dioceſi poteſt tantum abſolui ab habente poteſtatem ſuper reſeruatis.

Secus eſt dicendum ſi lata eſſet per ſententiam particularem; nam tunc impendẽda eſt abſolutio à Prælato qui eam tulit, vel eius Superiore; vel ſucceſſore. ita DD. teſte *Bonacina loc. cit.* & colligitur *ex cap. inferior diſt. 25. cap. Verbum de pænit. diſt. 1. cap. prudentium* §. *6. de officio delegat. cap. ad reprimendam, & cap. paſtoralis* § *præterea de officio ordinario.*

QVÆRITVR CXXXXXIX.

Quinam dicantur eſſe in periculo proximo mortis ita vt poſſint abſolui à quocunq; peccato reſeruato etiam Summo Pontifici à quocunq; confeſſario.

Reſpondetur primò ex communi DD. ſententia teſte D*iana par. 5. reſol. 64.* bannitũ qui impunè poteſt occidi vbiq; poteſt abſolui à quacunq; cenſura Papæ reſeruata.

Secundò qui eſt coactus ire bellum eſt in articulo mortis, quando prelium eſt vicinum ac proindè poteſt abſolui ab omni peccato reſeruato. ita quaſi innumeri DD. teſte D*iana loc. cit. reſol. 59.* Tertiò damnati ad mortem, ideſt lata ſententia mortis poſſe abſolui à quocunq; reſeruato, nec tenetur confeſſarius mittere ad ſuperiorem pro facultate abſoluendi, nam id eſſet oneri confeſſario. ita DD. teſte D*iana loc. cit. reſol 61.*

Quartò longa & perculoſa nauigatio cõſtituit hominem in articulo mortis. ita DD. teſte D*iana loc. cit. reſol. 62.*

Quintò pugna naualis actualis, ac proxima conſtituit remiges in articulo mortis. ita DD. teſte D*iana loc. cit.*

Sextò prægnantes parituræ quæ difficilem partum ſunt expertæ, ſunt in articulo mortis, & idem dicendum quando nunquam mulieres pepererunt nempè eſſe in articulo mortis. ita DD. teſte D*iana loc. cit. reſol. 63.* ſupradicta doctrina intelligitur, quando mulieres ſunt partui propinquæ, ideſt quando graues dolores ſentiunt in ordine ad parturiendum.

Hurtadus de Mendozza de fide volum. 1. diſp.

Digitized by Google

diſp.84.ſect.8. §.126. Abbas in cap. paſtoralis num.3. de officio ordinarij, & Petrus Bellochius in praxi morali par. 1. q.2. nu. 129. docent omnes prægnantes eſſe in articulo mortis, dum ſunt iam parituræ nec eſt diſcrimen inter expertas, & in expertas difficiles partus, vel non difficiles, vel quæ primo, aut ſecundo, aut tertio peperunt.

QVÆRITVR CXXXXXX.

Quis vouit caſtitatem, ſed obtinuit diſpenſationem huius voti ad effectum contrahendi matrimonium cum aliqua muliere an ſit in totum ablatum huiuſmodi votum.

RESpondetur non eſſe in totum ablatum, ſed ſolum eſſe licitum matrimonium contrahere. vnde ſi cum vxore committeret peccatum contra naturam vel pollutionem extra vas dupliciter peccaret, cum etiam frangeret votum, quia commutatio eſt tantum ad debitũ coniugale petendum, & reddendum. vt rectè aduertit *Leo in praxi maioris pænitentiarij par 1. fol mihi 126.* & à fortiori dicendum eſt ſi cognoſcat aliam fæminam nempè violare votum caſtitatis. idem dicitur ſi ſoluto matrimonio velit de nouo contrahere aliud matrimoniũ abſq; noua commutatione voti caſtitatis intelligitur ſi in bulla fuerit hæc clauſula: ita quod ſi viro cui coniungetur, ſi ſuperuixerit viuat poſtea cælebs, & in caſtitate, vtpote eodem voto obligata, vt mox melius patebit.

QVÆRITVR CXXXXXXI.

Quidam vouit caſtitatem deinde obtinuit diſpenſationem, vel commutationem ad effectum aut poſſit contrahere matrimonium cum aliqua muliere, an poſſit ſoluto matrimonio, aliud inire ſine noua commutatione, ac diſpenſatione Summi Pontificis. difficultas eſt quando in bulla non fuit poſita ſupradicta clauſula ſi viro cui coniugetur ſuperuixerit, viuat poſtea celebs. & in caſtitate.

RESpondetur ex *Sanchez de matrimonio lib.8. diſp.31. num.2.* non intelligi pro vna vice quando non fuit poſita ſupradicta clauſula. nam tunc ſatis conſtat, ſoluto matrimonio indigere noua diſpenſatione. Vnde ſic ait *Sanchez loc. cit.* his diebus duplex ad me diſpenſatio allata fuit, altera voti Religionis: altera voti caſtitatis pro vtroq; foro, & in hac ſic dicebatur. Votum commutes ad hoc, vt matrimonium tunc contrahere poſsit. in illa verò dicebatur ſic adhoc tantum, vt tunc matrimonium contrahere poſsit. & vtraq; verba meo iudicio non denotant vt matrimonium reſtringatur ad primam vicem: ſed eorum ſenſus eſt commuta votum, & partim diſpenſa in illo ad eum ſolum effectum, vt cum commutaueris, vel diſpenſaueris poſsit matrimonium inire: non autem quoad alios effectus, & ſimiliter, quamuis literæ dicant, vt ſolent aliquãdo dicere, hac vice diſpenſa, vt poſsit matrimonium inire, non denotatur reſtrictio ad vnicum matrimonium. ſed ſenſus eſt pro hac vice concedimus ſibi facultatem diſpenſandi in eo voto, & non generalem facultatem. Quare ſi perſona illa voti illius diſpenſationem conſecuta, iterum emitteret id votum, non poſſet commiſſarius hic cum illa diſpenſare. ita *Sanchez loc.cit.* & ita ex principijs generalibus deducendum eſt hoc, affirmat idem *Sanchez*.

QVÆRITVR CXXXXXXII.

An votum debeat eſſe de meliori bono, ita vt ſi precludat viam ad ſtatum perfectiorem non obliget?

RESpondetur ſatis certum eſt apud *DD* & præcipuè *Sanchez lib 1. de matrim. diſp.4* votum debet eſſe de meliori bono, ita vt ſi præcludat viam ad ſtatum perfectiorem non obligat; vt ſi quis voueret matrimonium, niſi alijs veſtiatur circumſtantijs, inualidum eſſe, quia excludit cælibatum, qui eſt ſtatus perfectior, vt ait *Trid. ſeſſ.24. canon.10.*

SED

Difficultas eſt, quando quis vouet matrimonium ne peccet peccatis carnis, an tale votum valeat, ita vt ſit melius eligere vitam cælibem, quam contrahere matrimonium.

RESpondetur ex communiſsima DD. ſententia teſte *Sanchez de matrimon. lib.1. diſp.46. & 7.* eſſe validum tale votum cum melius ſit tali perſonæ contrahere matrimonium, quàm manere in ſeculo cum magno periculo incidendi in peccata carnis, vt ſæpè ſæpiùs exper-

Digitized by Google

tus eſt. ſecus dicendum, eſt ſi vellet ingredi religionem, nam tunc poſſet ingredi abſq; diſpenſatione talis voti, nã tunc ratione illius ſtatus ceſſat periculum labendi in peccata carnis, & eligit ſtatum perfectiorem.

Verum multi graues DD teſte eodem *Sanchez loc.cit* docent non eſſe validum totum ducendi vxorem etiam ſi quis patiatur ſtimolos carnis, & ſit expertus frequenter incidiſſe in peccata quia ſet ſit conſilium huic vxorem ducere, voto tamen ſe ad id aſtringere eſt Spiritui ſancto viam præcludere ne perfectiora, ac efficaciora remedia inſpiret, ad eum finem comparandum.

Confirmatur quia efficitur vouens impotens in perpetuum ad continentiæ, & religionis ſtatum, cùm tamen tentationes ceſſare poſsint.

Prima ſententia mihi magis arridet.

SED PETES

An ſit validum votum contrahendi matrimonium cauſa pietatis, vt ducendo pauperem, aut meretricem.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

Sciendum eſt ex DD. teſte *Sanchez lib. 1. de matrim. diſp. 4 num. 9.* duo exigi vt cauſa pia ſit, primo vt concurrat pietas perſonæ, & cauſa pietatis fiat. Vnde ſi quis diuiti leget, quamuis amore Dei ſe legare aſſerat, non eſſet legatum pium, quia deficit pietas in perſona. & ècontra ſi pauperi legaſſet aliquis non intuitu pietatis, non eſſet legatum pium quia deficit pietas in cauſa.

HIS POSITIS.

Reſpondetur ex communi *DD* ſententia teſte *Sanchez lib. 1. de matrimon. diſp 4. num.* 10. id votum obligare non abſolutè ad ducendam illam ſed ex ſuppoſitione, ſi vouens non eligat religionem, vel cælibatum, nam ea conditio tacitè ineſt, ea.n.non adiecta, eſto votum validum eſſet, poſſet manere in perpetua continentia, vel religionem ingredi eo quod vterq; ſtatus eſt perfectior.

QVÆRITVR CXXXXXXIII.

An cura animarum, & poteſtas adminiſtrandi Sacramenta nec non abſoluendi à peccatis, an poſſint præſcribi, & conſuetudine induci?

Reſpondetur affirmatiuè, vt probatur in *Clement. quia contingit §. certùm de relig. dom. vbi Gloſ Card. Imol & Ancharan.* requiritur tamen ſpatium quarraginta annorum ad inducendam hanc præſcriptionem, vt dicunt ſupradicti *DD.* quos citat, & ſequitur *Genuenſis in praxi Epiſcopali noua edit. cap. 50. num. 1.*

SED

Dubium eſt notabile quidam ſacriſta conſeruatorij puellarum, per decem, vel plures annos, non tamen quatraginta, interfuit tamquam proprius Parochus nõnullis matrimonijs puellarum an matrimonia prædicta fuerint inualida ita vt de nouo ſint contrahenda.

Reſpondent communiter *DD.* teſte *Sanchez de matrim. lib. 3. diſp. 22. nu. 5. & Genuenſi loc. cit.* eſſe inualida ſupradicta matrimonia, & de nouo eſſe contrahenda quoniam adhoc, vt communis error faciat ius, & geſta ante detectum errorem non ſint retractanda, duo requirantur, quaſi poſſeſsio, & titulus, ſiuè auctoritas Superioris, licèt poſtea detegatur alius defectus.

Sed hoc non obſtante *Genuenſis loc. cit.* contrariam opinionem docet eſſe veriorem vbi ſic ait, licèt ſupradicta opinio, quod requiratur titulus, innitatur magna turba Doctorum: nihilominus contraria opinio, quod geſta à Notario putatiuo ſine titulo ſint valida, habet pro ſe grauiſsimos auctores, quamuis numero pauciores eam tenet *Bartol. cuius auctoritas eſt magna in l Barbarius, vbi Albericus* dicit hanc opinionem de conſuetudine obſeruari, & *Fulgoſ.* dicit, quod licet contraria ſententia in diſputando verior videatur, tamen ſententia *Bartoli* contra *Baldum* eſt humanior, vt videtur in iudicio tenenda ſequitur *Bald. ſibi contrarius in l. non ignorat. C. qui accuſare poſſunt Angel. in authentica de Tabellion in princip. & in l. 2 ff ad Macedon. & conſ. 140. Quodam Matthæus, & Ioannes Faber in §. ſed cum aliquis, inſtit.* de

de teſtam. quos refert *Tiraquell. poſt ll. connubiales, Gloſſ.* 8. *num.* 153. habet itaque iſta opinio grauiſsimos auctores pro ſe: ergo eſt ſequenda in fauorem matrimonij, ne diſſoluatur ex *regul. Oſtienſ. in cap. ſi vir de cognat.* ſpirituali vbi dicit, trado iſtud pro regula certa, & ſana quod vbicunq; Magiſtri per ſuas *Gloſſas* ſoluunt matrimonium, nec ius expreſſum inducunt, ſi inuenias aliquem contrarium ſcribentem illi adhæreas. itaque ſecundum *Oſtienſem* opinio Doctoris ſingularis, vbi agitur de matrimonio ſub ſtinendo præfertur communi opinioni ſequitur *Io. Andr. Abb. ibi.* idem dicit *in c. fin. de ſent. & re iudicat.* ſequuntur *Ant. Card. in dicto cap. ſi vir, Felin. in cap.* 1. *de conſtit. colum. penult. verſ.* 3. *limita, & in c.* 1. *volum.* 2. *vt lite non conteſtata.*

EX HAC OPINIONE.

SEquitur quod matrimonia puellarum conſeruatorij prædicti quibus interfuit ſacriſta conſeruatorij per decem, vel plures annos, non tamen quatraginta fuiſſe valida, quia ſecundam dictam opinionem ſufficit poſſeſsio, & titulus putatiuus ita vt ſit exiſtimatus, vt poſsit aſsiſtere dictis matrimonijs abſq; auctoritate ſuperioris.

QVÆRITVR CXXXXXXIV.

Si fulmen tangat vinum conſecratum quid de illo ſanguine faciendum eſt, vt accidit caſus teſte Genuenſi in praxi Epiſcopali cap. 49 vbi dicit, quod dum Sacerdos celebrabat Miſſam poſt ſumptam Euchariſtiã antequam ſumeret ſanguinem cecidit de cælo fulmen, & licet non tetigerit ſanguinem dubium erat, an tetigiſſet.

REſpondet quod fuit reſolutum in curia Neapolitana, quod dictus ſanguis non ſumeretur, ſed reponeretur in aliquo vaſculo, & cum ſacris reliquijs conſeruaretur. propter vehementem ſuſpicionem, ne tetigiſſet. ratio eſt quia fulmen ſolet vinum, & alios liquores quos attigit, efficere peſtiferos, & venenoſos, vt dicunt *Chryſoſ Iauel ſuper Meteora cap* 4 *tract.* 8. *in reſol. ſeptimi dubij. Conciliator in ſuo tractat. de venenis.* Rubrica Miſſalis dicit, quod ſi aliquod venenoſum ceciderit in calicé, vel quod prouocaret ad vomitum vinum conſecratum, reponendum eſt in alio calice, & aliud vinum cum aqua apponendum eſt denuò conſecrandum: & finita Miſſa ſanguis repoſitus in panno Lineo, vel ſtuppa tamdiù ſeruetur donec ſpecies vini fuerint deſiccatæ, & tunc ſtuppa comburatur, & combuſtio in ſacrarium proijciatur. ergo idem fieri poteſt in caſu noſtro.

QVÆRITVR CXXXXXXV.

An deputatus confeſſarius monialium ad excipiendas earum confeſſiones, poſſit ſine expreſsè licentia loqui cum monialibus de rebus nullo modo pertinentibus ad confeſsionem, puta de aliquo negotio domeſtico: idem petitur de confeſſario extraordinario etiam Regulari.

REſpondetur ex vſu forè communi cõfeſſariorum, tam ſecularium, quàm regularium poſſe ſupradictum confeſſarium, etiam extraordinarium, etiam Regularem loqui cum monialibus de rebus nullo modo pertinentibus ad cõfeſsionem modo ſint verba licita, abſq; expreſſa licentia ſuperioris, vt docet *Pellizarius tract de monialibus cap.* 10. *ſect.* 3. *num.* 275. *fol. mihi* 480. & 481. vbi ait quod hæc doctrina procedit etiam in caſu quo quis deputetur in extraordinarium vnius tantum monialis. is. n. adhuc de rigore iuris poſſet loqui cum alijs monialibus de rebus indifferentibus. ita *Pellizarius loc. cit.*

SED PETES

An occurrente caſu in quo aliquis religioſus neceſsitatem habeat loquendi cum quadam moniali ad quam alioquin non poteſt accedere ſine licentia Sacræ Congregationis, poſsit ordinarius illum deputare in confeſſarium extraordinarium dictæ monialis præcisè, vt ſic ex occaſione audiendi illius confeſsionem poſſit cum ea agere de negotio quod habet præ manibus.

REſpondetur affirmatiuè ex *Pellizario loc. cit. num.* 276. modo ſit paratus confeſſarius ad audiendam confeſsionem, aliàs non poſſet. poſſet verò mutata voluntate dicta monialis non ei confiteri, & loqui cum illo ſi habuerit animum confitendi ei. ita docti recentiores, & prauis communis affirmat teſte eodem *Pellizario loc. cit.* Secus dicerem ſi mo-

Digitized by Google

monialis à principio non habuerit animum confitendi, vt colligitur ex hac doctrina.

QVÆRITVR CXXXXXXVI.

An confeſſarius monialium ingredi poſsit clauſuram, cauſa accipiendi particulam conſecratam, quæ caſu cecidit in terram dũ voluit confeſſarius monialem communicare.

RESpondetur ex multis viris doctis citat à *Pellizario cap.* 10.*ſect.*3 *nu.*239. negatiuè; cum poſsit vel à moniali ſumi lingua eius, dictam particulam ſi erat præparata ac diſpoſita ad eius ſumptionem, vel media patena porrigere Sacerdotis per feneſtellam communicatorij; & locus vbi cecidit mundari, & aliquantulum abradari debet, & puluis, ſeu abratio huiuſmodi in ſacrarium proijci debet iuxta rubricam Miſſalis.

Si verò particula conſecrata labatur ſuper veſte teſtimonialis communicantis, vel ſuper aliqua alia re, vel etiam ſuper manibus ipſiuſmet monialis; debet diligenter lauari, & lotio ipſa in ſacrarium debet proijci. vt præcipit rubrica Miſſalis & aduertit *Pellizarius loc.cit.* ſed ipſe videtur aliter ſentire, & non imponere tantam obligationem cùm rubrica tantũ loquatur de mappis, ſeu lineis. & citat *DD.* recentiores. Sed in omni opinione, inſpiciendum eſt diligenter, an ceciderit aliquod fragmentum.

SED PETES I.

An confeſſarius monialium ingredi poſsit monaſterium, ad baptizandum puerum ex coniugata habitante intra monaſterium cum debita licentia, ſi probabiliter dubitatur, niſi ipſe ſtatim baptizetur, ſtatim moriturus, nec poteſt deferri ad loco extra clauſuram.

RESpondetur ex *Pellizario cap.* 10. *ſect.* 3.*num* 4. non poſſe. Sed à moniali debet conferri baptiſma prius docta, circa materiam & formam. Nec obſtat, ait *Pellizarius*, quod etiam in articulo mortis præferendus ſit Sacerdos, vel vir circa adminiſtrationem baptiſmi, vt tradunt communiter *DD.* nam in caſu propoſito non poteſt dici præſens Sacerdos hoc ipſo qnod confeſſarius, non poteſt ingredi.

Sed ego puto hunc caſum, quaſi eſſe impoſsibilem, nam ſi dubitatur de inſtantanea mortis, certum eſt quod monialis debet adminiſtrare baptiſma. quia confeſſarius non eſt ibi præſens, ſed ſi adeſt tempus in quo poteſt ingredi clauſuram confeſſarius, & infans nullo modo poſſit extrahi è clauſura, arbitror poſſe cõfeſſarium ingredi ad conferendum baptiſma dicto puero cum licentia Superioris ſi hic, & nunc obtineri poteſt ſine periculo mortis dicti pueri, & ratio mihi eſt, tum quia ob minorem cauſam concedunt licentiam *DD.* ad ingrediẽdam clauſuram, puta pro cultura pomarij, pro ſalute corporali, nam ad hunc effectum intra clauſuram poſſunt introduci medici, & etiam pictores ad depingendam ſcenam iam conſtructam intra monaſterium, non autem conſtruendam pro aliqua ſpirituali repræſentatione, ſecundum eumdem *Pellizarium cap* 5.*ſect* 3.*nu.*127. tum quia agitur de re grauiſsima, ſicut eſt ſalus ęterna infantis, ac proindè quantum fieri poteſt collatio baptiſmi, non eſt committẽda perſonis indoctis quæ ex ignorantia poſſunt facere rem contra ſubſtantiam baptiſmi, & ideo arbitror probabilius eſſe, poſſe concedi ſupradictam licentiam ab ordinario in caſu prædicto, nempè, vt confeſſarius poſsit ingredi clauſuram ad conferendum baptiſmum puero ſic conſtituto in articulo mortis, poſito quod non poſsit extrahi à clauſura, nec deduci ad hoſtium communicatorij, vel ad alium locum vt poſsit Sacerdos ſine ingreſſu ad clauſuram adminiſtrare Sacramentum baptiſmi.

PETES II.

An poſsint introduci homines ad clauſuram monialium ad conſtruendam ſcenam pro aliqua repræſentatione ſpirituali recitanda à dictis monialibus.

RESpondetur affirmatiuè ex doctrina *Pellizarij loc.cit.* vbi admittit etiam pictor ad pingendam illam ſcænam itẽ conſtructam, poſsit ingredi. ſecus ſi non eſt conſtructa, nam tunc tabulæ poſſunt extra clauſuram depingi ratio *Pellizarij* eſt, quia etſi bono monialium non ſit ſimpliciter neceſſaria exhibitio talium repræſentationum tamen communiter, ac rationabiliter concedi poteſt eiuſmodi

Digitized by Google

modi licentia, ergo ſi conceditur effe-ctus, debent concedi etiam neceſſaria ad talem effectum, iuxta illud qui vult finem debet velle, & media ad finem ſine quibus obtineri nequit. ita *Pellizarius* cum *DD.* neotericis à ſe citatis, tacito eorum nomine.

PETES III.

Coloni deferunt ad monaſterium monialium frumentum vel aliud ſimile onus, an poſſint ſinguli eorum ingredi clauſuram ad geſtanda dicta onera intra monaſterium, ſi duo v.g. poſſunt ſufficere ad præſtandum tale ſeruitium. dubium eſt, an poſſit ſuperior omnibus, ac ſingulis concedere licentiam ingreſſus an ſolum ijs qui ſunt ſimpliciter neceſſarij ad introducendum dictum frumentum intra clauſuram.

Reſpondetur ex *Pellizario cap* 5. *ſect.* 3. *num.* 126. quod ſimpliciter loquendo non videre id neceſſarium, niſi fortè aliud ferat conſuetudo, cui tamquam optimo legis interpetri omnino ſtandum eſt; ideoq; poſſe omnes colonos ingredi ſuis vicibus, vt ſic tanto citius ſe expedire poſsint, & minor ſingulis imponatur labor. ita *DD.* conſulti à dicto *Pellizario*.

PETES IV.

An cenſeri debeat delinquere contra clauſuram is qui cum ſit deputatus ad ferenda aliqua onera intra monaſterium, ſingulis vicibus minora onera ſibi imponit, vt ſic habeat occaſionem pluries ingrediendi, cùm aliàs poſſit ſine ſuo graui diſpendio maiora onera ferre.

Reſpondet *Pellizarius loc. cit. num.* 127. non delinquere, & rationem affert quia is verè ingreditur cum debita licentia, & aliàs ex vi legis clauſuræ de rigore iuris non tenetur ſibi imponere onera tanti ponderis, quanti ſimpliciter poſſet ferre, vt ſic tanto citius ſe expediat. putat hoc dictum eſſe ſatis probabile *Pellizarius*.

Sed mihi non arridet, quando data opera id facit, nempè, vt poſsit ingredi pluries; nam tunc non habet aliam cauſam, niſi curioſitatem pluries ingrediendi intra clauſuram quod eſt contra mentem Superioris. Secus dicerem quando id faceret ne labor tanti ponderis in paucis vicibus ſuæ ſaluti poſsit eſſe detrimentum.

PETES V.

An ſine peccato poſsit monialis, quæ ex illicita copula gerens vterum occultè exire è monaſterio ad fœtum edendum, vt ſic conſulat propriæ famæ, ac bonæ exiſtimationi ſtatus religioſi.

Reſpondetur affirmatiuè nempè poſſe exire ſine peccato, quia lex humana clauſuræ non poteſt auferre ius naturale quod habet monialis conſeruandi propriam famam. ita docet *Pellizarius cap.* 5. *ſect.* 2. *num.* 61. quidquid dicat alij *DD.* in oppoſitum ſolum admittentes egreſſum ad euitandum periculum vitæ, & poſito quod non poſsit conſulere ſuperiorem. Sed noſtra ſententia eſt ſatis probabilis, & colligitur ex doctrina illa quàm teſte *Laymans lib.* 1. *tract.* 4. *c.* 4. *nu.* 4. tradũt *DD.* nẽpè legẽ humanam ordinariè non obligare cum periculo mortis, mutilationis, grauis infamiæ, aut bonorum magnæ iacturæ.

PETES VI.

An moniales abſq; violatione cenſuræ poſſint admittere intra monaſterium malefactorem petentem ingredi ad euadendum periculum iudicis inſequentis.

Reſpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *Pellizario cap.* 5. *ſect* 3 *num.* 132. non poſſe, quamuis malefactor in tali diſcrimine poſitus non peccaret ingrediẽdo, ſi oſtium inueniret apertum, quia quilibet habet ius tuendi vitam, aut graue damnum corporis adeſt verò iuſta cauſa concedendi licentiam iudicibus, & alijs viris ingrediendi ad expellendum malefactorem nolentem exire è monaſterio, ſed debent eum ponere in loco tuto, ſeu in Eccleſia, & nullo modo poſſunt ad carceres deducere. vt benè aduertit idem *Pellizarius loc. cit.*

SED

Quid dicendum, ſi quis eſt aggreſſus, ita vt ſi non ingrediatur clauſuram moraliter eſt occiſus ab inuaſore, an in hoc caſu non ſolum poſsint moniales admittere intra clauſuram, ſed etiam ad id teneantur.

Re-

RESpondetur ſaluo meliori iudicio, nō ſolum poſſe, ſed teneri moniales hoc facere cùm charitas ita expoſcat ne vita corporalis, ac ſpiritualis proximi amittatur iniuſtè. & ratio differentiæ mihi eſt, cur in caſu propoſito ſupra non ſolum non teneantur, neq; poſsint moniales admittere intra clauſuram malefactorem inſecutum à iudice, & in hoc caſu teneantur ex charitate id facere, eſt, quia ſtatus monialium dedecet tueri malefactorem intra clauſuram proprij monaſterij, nec currit periculum, vt ſtatim moriatur malefactor ſine Sacramētis, ſed in caſu noſtro adeſt periculum inſtantaneæ mortis, & etiam periculum damnationis æternæ, cùm poſsit mori ſine Sacramentis, & poteſt reperiri in peccato mortali, & licèt poſsit elicere actum contritionis, tamen eſt remediū ſatis difficile, vt in illo conflictu poſsit huiuſmodi actus elici ab aggreſſu, ac proindè arbitror ſatis probabile eſſe teneri moniales ex charitate admittere eggreſſum intra clauſuram; ſed ſtatim debent conſulere ſuperiorem, vt quam primum, cum ſecuritate aggreſsi extrahant illum à clauſura. Confirmatur, ſi monialis ex ſubitaneo periculo mortis, vult confiteri, ſatis certum eſt quando non reperitur approbatus, & non patet aditus ad ſuperiorem pro licentia ingrediēdi clauſuram, poteſt ingredi ſimplex Sacerdos etiam non approbatus ad confeſsiones, ad excipiendam confeſſionem monialis moribundæ. vt docuicum *DD. à me citat. in tom. 1. Miſcellan. q.549.* ergo à fortiori dicendum in caſu noſtro in quo non ſolum ex tali ingreſſu ſaluatur corpus, ſed etiam anima noſtri proximi.

Præterea præceptum clauſuræ eſt tantum Eccleſiaſticum, ac proindè non debet obligare cum tanto damno corporali, ac ſpirituali proximi.

PETES VII.

An ingrediens clauſuram monialium cum debita licentia ad peragendum aliquod miniſterium, eo abſoluto poſsit ibi ad aliquod tempus commorari curioſitatis cauſa.

RESpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *Pellizario cap. 5. ſect. 3. num. 166.* etiam ſine peccatò veniali poſſe fieri, modo commoratio ſit breuis, cuiuſmodi eſſet mora vnius quatrantis horæ; quia vſu receptum eſt, vt præceptum clauſuræ non intelligatur cum tanto rigore, ſicq; etiam viri timorati abſq; ſcrupulo ſolent occaſione ingreſſus alicuius monaſterij monialium circum ire officinas illius.

PETES VIII.

An poſsit licentia concedi à ſuperiore ingrediendi clauſuram monaſterij monialium, pro cuſtodia bonorum extranei, & non monaſterij.

RESpondetur negatiuè ex *DD.* quos citat, & ſequitur *Pellizarius c. 5. ſect. 3. num. 121.* nempè non poſſe concedi dictam licentiam; niſi id cederet in bonum monaſterij, puta ſi illæ res eſſent benefactoris alicuius inſignis monialium, cui ſine graui diſpendio monaſterij dictarum rerum cuſtodia non poſſet negari, aut charitas oppoſitū ſuadeat: vnde in hoc ſtandum eſt prudenti iudicio Superioris ita *Pellizarius loc. cit.* qui cum *Tamborino de iure Abbatiſſarum diſp. 28. num. 9.* monet habentem licentiam ingrediendi clauſuram pro vno ſeruitio non poſſe ingredi ad præſtandum aliud ſeruitium cum ad talem caſum non extendatur licentia.

PETES IX.

An poſsit licentia concedi confeſſario monialium à ſuperiore, vt poſsit ingredi clauſuram ad deferendam moniali infirmæ inſignem reliquiam alicuius ſancti, quam ipſa ſummopere cupiat venerari.

RESpondetur ex *Peyrin tom. 2. priuileg. conſtit 6. Pij V. num. 30.* poſſe idq; frequenter fieri Genuæ, ſed Tamborinus reijcit hanc opinionem. Sed *Pellizarius cap. 10. ſect. 3. nu. 235.* approbat opinionem *Peyrini* ſi alicubi extat conſuetudo. Sed mihi non placet, quia reliquia poteſt dari in manibus Abbatiſſæ ad effectum, vt ægrota poſsit eam deoſcolari, & ſimul etiam venerari abſq; ingreſſu intra clauſuram confeſſarij.

Notat *Pellizarius* quod ægrota monialis, adhoc vt ingrediatur confeſſarius intra clauſuram, vt ex ipſius manu veneretur reliquiam, vel vt poſsit ſecum agere de aliquo negotio, poteſt confiteri ei, & ſi non habet materiam confeſsionis ſatis eſt, vt de peccatis præteritis ſe accuſat,

cli-

eliciendo nouum actum doloris. nec eſt fraus, etiam ſi alioquin non confiteretur quia vtitur iure ſuo, & confeſſarius ſemper poteſt ingredi ad recipiendam confeſsionem monialis ægrotæ ideſt quoties fuerit vocatus. ita viri docti, teſte eodem *Pellizario* non improbabiliter, ait idem auctor. ......

PETES X.

An poſsit à Superiore concedi licentia confeſſario monialium, vt poſsit ingredi clauſuram ad hoc, vt moneat monialem ægrotam conſtitutam in proximo periculo mortis ad confitendum.

Reſpondetur ex *Pellizario cap. 10. ſect. 3. num* 120. affirmatiuè, nempè poſſe concedi ſi probabiliter iudicetur talẽ monitionem minus vtiliter faciendam eſſe à medico, ac à monialibus. Secus dicendum eſt ſi dicta monitio æquè benè poſſet fieri à medico, aut à monialibus. addit præterea in præſenti caſu idẽ *Pollizarius*, alijſq; ſimilibus, ſtandum eſſe conſuetudini cuiuſq; regionis, ac diæceſis.

QVÆRITVR CXXXXXXVII.

Quibus perſonis competat poteſtas irritandi vota.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

Primo ſciẽdum eſt quod irritatio propria, & directa ſolum poteſtati dominatiuæ competit, & nullum actum iuriſdictionis requirit, ſed requiritur dominium cuiuſdam, ita vt talis perſona ſit ita ſub alterius poteſtate conſtituta, vt voluntatem ſuam dependentem habeat ab illius voluntate, quoad vim ſe firmiter obligandi. ita *Suarez* quem citat, & ſequitur *Sanchez in ſumma lib. 4. cap. 24. num* 5.

Secundò ſciendum eſt ſuperiorem irritantem votum ſubditi, non teneri imponere ſubdito aliquod onus loci voti irritati. ita *Sanchez loc. cit. num. 6.*

Tertiò ſciendum eſt per irritationem extingui votum, ſicut etiam extinguitur per diſpenſationem, differt irritatio à diſpenſatione quia poteſtas irritandi non eſt poteſtas ſpiritualis, nec ad ſui valorem exigit cauſam. at poteſtas diſpenſandi, eſt poteſtas ſpiritualis, & requiritur cauſa ad ſui valorem. ita *Sanchez loc. cit. num. 2. & 7.* quod verò irritatio differat à commutatione patet, quia per commutationem votum non extinguitur ſed ſubrogatur alia materia loco prioris materiæ. præterea votũ ſemel irritatum nunquam reuiuiſcit. *Eſt communis DD. ſententia.*

HIS POSITIS.

Reſpondetur ex *Sanchez in ſumma lib. 4 cap. 24. num. 4.* quod quatuor genera perſonarum habent poteſtatem irritandi vota. Primò Prælati religionum in ſuos ſubditos. Secundò Pater in filios, vir in vxorem, Dominus in ſeruos.

SED PETES I.

An Summus Pontifex poſſit irritare vota ſecularium in toto orbe, & Epiſcopus in ſua diæceſi, & quid dicendum de Religioſis nempè, an Pontifex poſſit irritare vota religioſi.

Reſpondetur primò ex communiſsima *DD.* ſententia, teſte *Sanchez in ſumma lib. 4 cap. 24. num. 18.* non poſſe Papam irritare vota fidelium laicorum & à fortiori Epiſcopum, quia non habet poteſtatem dominatiuam ſuper laicis, poteſt verò cum cauſa Summus Põtifex, vel Epiſcopus in ſua diœceſi diſpenſare ſuper votis fidelium, quia hæc poteſtas ſpiritualis competit Papæ, & Epiſcopo.

Idem dicit *Sanchez cum DD. à ſe cit. num.* 19. de votis quorumcunq; clericorum ſecularium nempè non frui Summum Pontificem poteſtate dominatiua in illos, ac proindè non poſſe eorum vota irritare; limitant *DD.* niſi clericus vouerit aliquid, quod ad gubernationem Eccleſiarum beneficiorum, & Eccleſiarum pertineat, nam tunc poterit Papa huiuſmodi vota irritare.

Reſpondetur ſecundò ex communi *DD.* ſententia, teſte *Sanchez loc. cit. num.* 21. quod nec Epiſcopus poteſt irritare vota ſecularium, ſiuè laicorum, ſiuè clericorum, niſi ſint vota clericorũ vergentium in Eccleſiæ detrimentum. vt ſi Parochus voueat longam peregrinationem.

Reſpondetur tertiò ex communiſsima *DD.* ſententia teſte *Sanchez loc. cit. nu.*

Digitized by Google

20. poſſe Summum Pontificem vota omnium religioſorum commutare, quia Papa, eſt generalis ſupremus omnium Religioſorum, & religioſi ratione voti obedientiæ emiſsi in profeſsione ſubduntur quoad dominium non ſolum reſpectu Superioris regularis, ſed reſpectu Papæ qui eſt ſuperior ſupremus.

PETES II.

An irritatio facta virtute poteſtatis dominatiuæ petat ex ſui natura cauſam, vt omni prorſus culpa liberetur?

RESpondetur ex quaſi innumeris *DD.* teſte *Sanchez in ſumma lib.4.cap.24. num.*10. carere omni culpa ſi ſine cauſa quis irritet votum, ſi habeat poteſtatem dominatiuam. alij *DD.* docent committere peccatum veniale ſi ſine cauſa irritat.

PETES III.

Quid dicendum de ſubdito abſq; vlla cauſa petenti votorum irritationem, an peccet.

RESpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *Sanchez loc.cit. num.*14. non peccare, neq; venialiter. alij verò *DD.* docent peccare venialiter ſi ſine ſine cauſa petit irritationem.

PETES IV.

An Papa poſsit irritare vota ſolemnia in profeſſione emittenda.

RESpondetur ex *Sanchez loc. cit. nu.*43. de fide eſſe hoc poſſe fieri à Summo Pontifice, quia Eccleſia irritauit profeſſionem factam ante pubertatem, vt patet ex *cap. ad noſtram de regul. & Trid. ſeſſ.*25. *de regular. c.*15. irritauit profeſſionem factam ante decimum ſextum annuum, & ante completum nouitiatus annum. Nec potuit Eccleſia errare in re tam graui pertinente ad totius Eccleſiæ mores.

PETES V.

An Pater poſſit irritare omnia vota ſui filij, etiam ſi ſint caſtitatis, vel religionis.

RESpondetur primò Patrem non poſſe irritare nulla vota filij puberis. Si ætas filij maris eſt quatuordecim annorum, & filiæ fæminæ ſi ætas eſt duodecim annorum, vt omnes *DD.* docent, teſte *S. Fauſt. de tribus votis lib.*2. *de irritatione.*

Reſpondetur ſecundò ex communiſsima *DD.* ſententia teſte *S. Fauſto loc. cit. q* 84. poſſe Patrem irritare quæcunq; impuberum vota, ſiuè realia, ſiuè perſonalia, ſiuè mixta, etiam ſi ſint religionis, vel caſtitatis, quia ante pubertatis annum non præſumitur filius paſsim habere ſatis iudicij, vt maturè, & prudenter vouere queat.

Sed ſi filius poſt adeptam pubertatem ratificauit votum, tunc non poteſt Pater illud irritare, vt docent communiter *DD.* teſte *S. Fauſto de tribus votis lib.*2. *q.*91.

Sed ſi non ratificauit poſt pubertatem acquiſitam poteſt Pater illud irritare, vt docent communiter *DD.* teſte *S. Fauſt. lib.*2. *q.*87. ſed *Nauarr. idem ſentit cap.* 12. *num* 71. quoad votum ſimplex, nempè irritari à Patre, etiam poſt pubertatem adeptam, ſecus dicit ſi votum fuerit ſolemne. idem dicunt alij DD. *cit. à S. Fauſto: Soto Rodriquez*, & alij teſte eodem *S. Fauſt. loc. cit.* ſimpliciter docent non poſſe Patrem irritare etiam vota ſimplicia ſui filij poſt pubertatem adeptam, etiam ſi à filio non fuerint ratificata poſt pubertatem, quia poteſtas irritandi vota eſt ſolum conceſſa Patri durante ſubiectione.

PETES VI.

An vota perſonalia facta à filiofamilias poſt annos pubertatis expletos, poſsint à Patre irritari, vt votum ieiunandi, vel peregrinandi.

RESpondetur primò omnes Doctores conuenire quod votum Religionis, aut caſtitatis emiſſum à filiofamilias poſt pubertatem non poſſe à Patre irritari, quia vt benè docet *S. Fauſt. lib.*2. *q.* 100. in rebus, quæ pertinent ad electionem ſtatus non eſt ſubiectus filius parẽtibus immo ſi filius habuerit ſextum decimum annũm completum poterit religionem profiteri, etiam inuitis parentibus.

Reſpondetur ſecundò ex communiſsima DD. ſententia teſte *S. Fauſt. loc. cit. q.* 101. non poſſe Patrem vllum votum perſonale filij puberis irritare, quia poſt puber-

Digitized by Google

pubertatem habet perfectum vſum rationis. Sed *Sylu. verbo votum* 4. q 2. *Tabiena ibidem* 5. q. 5. affirmant Patrem poſſe irritare vota perſonalia filij emiſsi poſt pubertatem. intelligendi ſunt exceptis Papæ reſeruatis, de quibus ſupra quam ſententiam *Syluestri dicit Soto lib.* 7. q. 1. eſſe probabilem.

Sed omnes conueniunt Patrem poſſe irritare vota perſonalia emiſſa à filio puberi, ſi ea vota patriæ poteſtati præiudicant.

SED

Difficultas eſt, quæ ſunt vota perſonalia quæ præiudicant patriæ poteſtati.

Reſpondent DD. communiter, teſte *S. Fauſto de tribus votis lib.* 2. q. 103. eſſe illa quæ liberum, & expeditum domus, aut familiæ regimen impediunt puta, vt ſi ſit votum peregrinationis, dicit *Azor. lib.* 11. c. 17. q. 7. quod intelligit *S. Fauſt.* ſi ſit longa peregrinatio. vel ſi filius voueret ieiunia dicit *Roſella verb. votum* 2. *num.* 25. quod intelligit *S. Fauſtus*, quando extraordinaria eſſent, ita vt periculum morbi afferrent.

SED PETES VII.

An poſſit Pater hæc vota integrè irritare, an verò quatenus eius obſequium, & poteſtatem perturbant.

Reſpondetur ex *S. Fauſt. loc. cit.* q. 104. ſi ea vota diuiſibilia ſint, nequit integrè irritare, ſed ſolum quatenus eius iuri præiudicant. Secus ſi ſint indiuiſibilia.

PETES VIII.

An hæc vota perſonalia puberis Patri præiudicantia, poſſit Pater irritare propriè, ita vt ceſſante patria poteſtate, non reuiuiſcant, an verò tantum ſuſpendere, donec pubes fuerit ſui iuris.

Reſpondetur ex *Sayr. lib.* 6. *cap.* 10. *num.* 24. eſſe valdè probabile poſſe Patrẽ verè irritare. idem docet *S. Fauſtus* q. 105. nempè poſſe verè irritare ita vt numquam reuiuiſcant.

PETES IX.

An Pater poſsit irritare vota realia emiſſa à filio puberi.

Reſpondetur ex communi DD. ſententia teſte *S. Fauſt.* q. 107. & q. 115. poſſe irritari à Patre, quia dum filius non habet liberam adminiſtrationem bonorum, etiam ſi ſit 25. annorum ſemper eſt ſubiectus patriæ poteſtati. ſecus ſi filius eſt emancipatus, etiam ſi ſit minor 25. annis, nempè non poſſe à Patre irritari vota realia filij.

PETES X.

An Pater nouitius poſsit irritare vota filij impuberis manentis in ſæculo, vel exiſtentis etiam in nouitiatu.

Reſpondetur poſſe, quia per neutrius nouiciatum amictitur aliquid patriæ poteſtatis, aut iuris in filios, vt benè docet *S. Fauſt. loc. cit.* q. 116. Secus dicendum eſt ſi Pater eſt profeſſus nempè nõ poſſe vota filij, ſiuè puberis, ſiuè impuberis irritare, quia per profeſsionem amictit Pater patriam poteſtatem, nec retinet aliquam filij curam, ſed tota tranſit in tutorem, vel curatorem: & ſi his omnibus caret erit ſui iuris, vt definitur in *l. ſic eueniet* 22. *ff ad l. Iul. de adult.* & tradit *Molina tom.* 1. *de iuſt. diſp.* 229.

PETES XI.

An Pater poſsit irritare vota filij profeſsi.

Reſpondetur non poſſe, quia filius ratione profeſsionis eſt extra curam Patris, & poteſtatem. ita *Sanchez in ſumma lib.* 4. *cap.* 35. *num.* 50. hoc intelligitur ait idem *Sanchez num.* 51. etiam ſi filius profeſſus eijciatur à Religione ſiue emiſſa in religione, ſiuè poſt eiectionem emiſſa quia non redit in ſuam poteſtatem.

PETES XII.

An æquites profeſsi in quocunq; ordine militari poſsint irritare vota filiorum perinde, ac ſi profeſsi non eſſent.

Reſpondetur ex *Sanchez loc. cit. nu.* 52. affirmatiuè nempè poſſe irritare, & ſimi-

Digitized by Google

ſimiliter quando ipſi filij in eo ordine ſunt. quia Pater in quocunq; ordine profeſſus, ita in ſeculo manet, vt retineat curam filiorum, & bonorum adminiſtrationem, ac patriam poteſtatem, & ſimiliter quando filius eſt profeſſus.

PETES XIII.

An Pater ſeruus poſsit irritare vota filij ſiue ſerui, ſiuè liberi; aut Pater liber, poſsit irritare vota filij ſerui: ratio dubitandi eſt, quia quando Pater eſt ſeruus, cùm ſit ipſe in Domini poteſtate, nequit filium, ſiuè ſeruum, ſiuè liberum in ſua poteſtate habere.

RESpondetur ex *Sanchez loc. cit. nu.* 53. quod ſiuè Pater ſit liber, ſiuè ſeruus, poteſt irritare vota filij impuberis, ſiuè ſerui, ſiuè liberi. quando filius liber tutore caret. quia etſi ciuilem poteſtatem non habeat Pater ſeruus in filium liberum, aut ſeruum, nec liber in filium ſeruum, habet tamen naturalem, vt imbecillitati illius teneræ ætatis conſulat. at realia filij puberis vota in neutro caſu poterit irritare. quia nullam bonorum filij ſerui, aut liberi, Pater ſeruus adminiſtrationem habet, nec Pater liber bonorum filij ſerui.

PETES XIV.

An Mater poſſit irritare vota filij impuberis.

RESpondetur ex communi *DD.* ſententia, teſte *Sanchez in ſumma lib.* 4. *cap.* 35. *num.* 76. & alijs apud *S. Fauſtum de tribus votis lib.* 2. *q.* 128. non poſſe matrem irritare vota filij impuberis.

Alij verò *DD vt Soto, Philiarcus, & Margarita confeſſorum cit. ab eodem Sanchez num.* 75. docent etiam matrem poſſe omnia vota filij impuberis irritare, etiã ſi non ſit tutrix, vel curatrix, etiam ſi ſit Pater viuus.

Rodriquez part. 2. *cap.* 93. *num.* 10. ſic dicit eamdem facultatem, quam habet Pater irritandi vota ſuorum filiorum, habet mater poſt mortem mariti, præcipuè ſi remaneat eorum tutrix.

Sanchez verò, num. 29. *cum DD. à ſe cit.* quod mater poteſt quæcunq; filij impuberis vota irritare, quando aut Pater obijt, aut ita longè abeſt, vt per Epiſtolam conſultus nequeat reſpondere longiſsimo tempore expectato; hoc intelligitur, etiam ſi mater non ſit tutrix.

PETES XV.

An tutor poſſit omnia impuberum vota realia, & perſonalia irritare inſtar Patris.

RESpondetur ex *Suarez* quem citat, & ſequitur *S. Fauſt. q.* 119. poſſe irritare. quia ſuccedit in omnibus loco Patris dictus tutor; quam tutelam amittit poſt pubertatem filij: poſt verò pubertatem datur curator cuius officium eſt, non perſonam filij impuberis, ſicut tutor, ſed eius bona defendere, ac cuſtodire, vt patet ex *l. non copulandis, 9. C. de nuptijs.*

PETES XVI.

An curator poſſit irritare vota realia, & mixta puberis minoris 25. annis ſicut Pater.

RESpondetur poſſe quia curator in plenas Patris vices ſuccedit. ita *Nauarr. c.* 12. *num.* 64. & *Suarez* quem citat, & ſequitur *S. Fauſt. q.* 121.

Sed vota realia quæ minor de peculio Caſtrenſi, vel quaſi Caſtrenſi emiſit non poteſt curator illa irritare, quia minor ratione huius peculij eſt ſui iuris, vt patet ex *l.* 2 *ff. ad ſen. conſul. Macedon.* & ita docent *Sayr. Emanuel Sà* quos citat, & ſequitur *S. Fauſt. loc. cit. q.* 122.

PETES XVII.

An curator poſſit irritare vota perſonalia, quę impubes emiſit tempore quo Patri, vel tutori erat ſubiectus, nec poſt pubertatem confirmauit.

RESpondet *Suarez* negatiuè. ſed *Sanchez l.* 4. *c.* 30. *num.* 15. docet verius eſſe, poſſe irritare, quia dicit ipſe, quod vniuerſi DD. æquent Patrem tutori, ac curatori, quoad poteſtatem irritãdi vota. Sed Pater poteſt hæc irritare ergo.

PETES XVIII.

An vir poſſit irritare omnia vota vxoris, dempto Caſtitatis voto, emiſſa inito matrimonio pro tunc implenda. & quid dicendum de voto caſtitatis conſtante matrimonio ab vxore abſq; ſua licentia emiſſo: & pro tunc implendo, an etiam poſſit irritari à viro?

RESpondetur primò ex communiſsima DD. ſententia teſte *S. Fauſt. de tribus*

Digitized by Google

tribus votis l. 2. q. 54. affirmatiuè nēpè poſſe virũ commutare quæcunq; vota emiſſa ab vxore inito matrimonio pro tunc implenda. & ratio eſt quia vxor eſt ſubdita vir non ſolum quoad materiam voti; ſed etiam quoad voluntatem qua ſe aſtringit. Scio vero multos alios DD. docere virum ſolum poſſe irritare vota vxoris, quæ ſibi, ſuæq; familiæ, vel gubernationi afferunt præiudicium. Sed noſtra ſententia eſt probabilior.

Reſpondetur ſecundò poſſe virum, etiam votum caſtitatis conſtante matrimonio ab vxore abſq; ſua licentia emiſſum irritare: & pro tunc implendum. ita *D. Th. Soto Aragon. Rodriquez.* & alij quos citat, & ſequitur *S. Fauſt. lib. 2. q. 55.* quidquid dicant alij in oppoſitum. & licèt votum ſit integræ caſtitatis, poteſt illud omnino irritare, quia illa noua obligatio quâ vxor inconſulto viro ſe adſtringit, ſubditur viro; nec reuiuiſcit ſoluto matrimonio. Vnde ſi ea irritatione facta, vxor adulterium committat non erit rea voti, & poteſt tranſire ad ſecundas nuptias, ſoluto per mortem priori matrimonio. ita communiter DD. docent teſte eodem *S. Fauſt. loc. cit.*

Reſpondetur tertiò, quod vir poteſt irritare etiam votum caſtitatis vxoris, quod poſt conſumatum matrimonium de eius licentia emiſit, ſed peccat mortaliter vir ſi ſine cauſa id facit, ſed irritatio tenet, ſi de facto irritat. ita *D. Auguſt. Soto Valentia, Sayr.* & alij quos citat, & ſequitur *S. Fauſt. de tribus votis lib. 2. q. 65.* ſcio verò alios DD. oppoſitum docere, nempè non poſſe virum votum caſtitatis vxoris emiſſum de eius licentia irritare.

PETES XIX.

An vir conſentiendo, vt vxor voueat caſtitatem poſſit petere debitum.

Reſpondetur affirmatiuè. ita *Nauarr. & Leſſ.* quos citat, & ſequitur *S. Fauſt. q. 66.* vnde tale votum obligat illam ad non petendum debitum, & ad abſtinendum ab omni actu carnali illicito, & ſoluto matrimonio, non poteſt tranſire ad ſecundas nuptias.

PETES XX.

An quando ambo de communi conſenſu votum caſtitatis emittunt poſſit vir id votum irritare, & èc contra.

Reſpondet *Palatius in 4. diſt. 32. diſt. 2.* poſſe.

Sed communis DD. ſententia negat. ita DD. teſte *S. Fauſt. q. 67.*

PETES XXI.

An maritus poſſit vota ab vxore emiſſa poſt matrimonium ratum, non dum conſumatum irritare?

Reſpondetur ex *Sayr lib. 6. cap. 5. num. 12. & S. Fauſt. q. 68.* poſſe, quia auctoritas mariti in vxorem acquiritur per matrimonium ratum.

Secus ſi mulier ante conſumatum matrimonium religionem voueret, quia in hoc caſu tenetur mulier inuito viro non conſumare matrimonium, ſed votum implere ingrediendo religionem. ſed ſi de facto conſumat matrimonium, neglecto voto, non poterit ſine conſenſu viri religionem intrare, quia conſumato matrimonio illud ius intrandi amiſit, & tenetur viro debitum reddere: & quia nō vouit caſtitatem, poterit etiam petere, ſoluto tamen matrimonio, vel vxor ſui iuris effecta, tenebitur voto ſatiſfacere, quia non fuit extinctum, ſed ſuſpenſum, vt rectè docet *S. Fauſt. q. 69.*

PETES XXII.

An poſſit vir irritare vota vxoris ante matrimonium emiſſa?

Reſpondetur ex communi DD. ſentētia teſtè *S. Fauſt. q. 71.* negatiuè. ſed ſi talia vota præiudicant obſequio viri, tunc vir poteſt talia vota ſuſpendere, & mortuo marito reuiuiſcant, & priſtinam obligationem recuperant.

PETES XXIII.

An votum quod emiſit vxor implendum poſt mortem mariti, poſſit à marito irritari? ſi ſine licentia ſua emiſit? etiam ſi vouerit caſtitatem.

Reſpondetur ex communi DD. ſententia poſſe à viro irritari, quidquid dicat

cat in oppoſitum *Gregor. de Valentia*. Idem affirmant *Soto*, *& Stunica cit. à Sanchez in ſumma lib.4.cap.29.num.2.& lib. 9 de matrim. diſp.39. num.10.* idem docent *Soto*, *& Stunica* de voto religionis vxoris implẽdo poſt mortem viri, nempè poſſe irritari a viro ſi ſine licentia eius fuit emiſſum.

PETES XXIV.

An vota coniugum emiſſa tempore integri matrimonij, nec poſt diuortium confirmata poſſint tempore diuortij ab altero coniuge irritari.

Reſpondetur non poſſe ex *cap. Agathoſa 27 q.2.* & docet *Sanchez in ſumma lib.4.cap 30.num.18.*

Quando verò reconciliatur coniux reus cum innocente, & nõ durat diuortium, an hæc poteſtas irritandi vota viro, reuiuiſcat, & quando eſt licita reconciliatio, ſine præiudicio voti caſtitatis, aut religionis emiſsi à viro videndus eſt *Sanchez loc.cit.*

PETES XXV.

An vxor poſſit irritare aliqua viri vota abſq; ſua licentia emiſſa?

Reſpondetur ex communi *DD* ſententia teſte *S. Fauſt. q.59.* poſſe vxorem ea tantum vota viri irritare quæ in ipſius præiudicium cedunt quoad moderatam debiti redditionem, aut mutuam cohabitationem. Vnde ſi maritus abſq; conſenſu vxoris longam peregrinationem voueat poteſt id votum ab vxorẽ irritari, etiam ſi ſit votum Ieroſolymitanum, ob priuatam deuotionem. Secus ſi eſſet in ſubſidium terræ ſanctæ. ita *DD* teſte *Suarez tom.2. de relig. lib.6. c.4. num.13.* & ſic intelligunt *DD. cap. quod ſuper his, & cap. ex multa S. in tanta.*

HINC

Colligitur primò ſi maritus abſq; vxoris beneplacito voueat mutare habitum, vt induere habitum Eremitæ, aut tertij ordinis D.Franciſci, poteſt id votum ab vxore irritari. quia horrorem generat, ac ſubinde obligationi reddendi debitum nocet. ita *Suarez lib.6.cap.4. num.12.*

Colligitur ſecundò ex communi *DD.* ſententia teſte *S. Fauſt. q.63.* poſſe vxorem irritare votum viri ſe non petendo debitum abſq; eius licentia factum. quia cedit in maximum eius grauamen quãdoquidem eſt contra naturalem mulierum verecundiam ſemper petere, vt docet *Henriquez lib.11.cap.15.num 8.*

PETES XXVI.

An votum integræ caſtitatis quod vir de licentia vxoris emiſit poſſit ab vxore irritari.

Reſpondet *S. Fauſt. q.74.* poſſe vxorem ex iuſta cauſa licitè irritare id votum quoad redditionem debiti, & abſq; iuſta cauſa validè, ſed cum peccato: quia poſt talem licentiam, adhuc Domina manet corporis viri, ac proindè materiæ promiſſæ, non poſſe autẽ quoad reliquos effectus. Vnde vir in hoc caſu non tenebitur petere, & ea mortua à ſecundis nuptijs abſtinere, & ſi cum aliena commiſceatur, peccabit contra votum.

PETES XXVII.

An Dominus poſſit quæcunq; vota ſerui irritare.

Reſpondetur ex communiſsima *DD.* ſententia teſte *S. Fauſt. lib.2. q.130.* ea tantum vota Dominum poſſe irritare, quæ eius obſequium impediunt.

HINC

Sequitur primò non poſſe Dominum irritum reddere votum caſtitatis ſui ſerui. nec votum orandi quia preces moderatæ non obſtant Domini obſequio. nec vota præceptorum, vt audiendi Miſſam in die feſto, & ſimilia. ita *Suarez lib 6.c.3. num.2.*

Sequitur ſecundò poſſe Dominum irritare votum quod ſeruus emiſit de religione intranda, aut de peregrinatione facienda, &c. quia per hæc ab obſequio Domini ſubtrahitur. ita *cap. ſi quis ſeruus 17.q.4.* & docet *D.Th. 2. 2. q. 88. art. 8. ad 2.*

Sequitur tertiò poſſe Dominum irritare ferè omnia vota realia ſerui, vt de eleemoſyna facienda. ratio eſt, quia ſeruus nullum habet patrimonium, ſed quidquid habet Domini eſt: dixi, autem ferè, quia ex conuentione cum Domino poteſt

Digitized by Google

teſt ſeruus aliquid propriū habere iuxta *gloſſam in l quod attinet 3. ff de regul. iur.* & tunc ſi de eo faciat votum reale, irritari non poterit, cùm in nihilo Domino præiudicet.

Sequitur quartò vota quæ ſeruus ante ſeruitutem emiſit non poteſt Dominus irritare, ſed tantum ſuſpendere, ſi eius obſequio præiudicent, & adepta libertate, reuiuiſcunt, ita vt tenetur ſeruus illa adimplere, vt rectè aduertit *S. Fauſt. lib. 2. q.* 133.

Idem dicitur ſi ſeruus voueat ſeruire hoſpitali tempore libertatis, nempè non poſſe à Domino irritari, quia hoc votum non præiudicat Domino. ita *Azor. & Lopez* quos citat, & ſequitur *S. Fauſt. q.* 134.

PETES XXVIII.

An ſi Dominus vota à ſeruo emiſſa dum erat ſub ipſius poteſtate non irritauit, poſtea ſoluta eius Domini poteſtate, poſſit illa irritare, ſi poſt eam libertatem non ſunt confirmata?

Reſpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *S. Fauſt. q.* 136. non poſſe irritari, quia eſt finita poteſtas, nec amplius eius Dominio ſubijcitur.

PETES XXIX.

An Pater familias poſſit vota famulorum irritare?

Reſpondetur ex communiſsima *DD.* ſententia teſte *S. Fauſt. q.* 137. *&* 138. non poſſe irritare, ſed ſolum ſuſpēdere eorum vota quæ præiudicant ſuo obſequio, & quia famuli non ſunt mancipia minimè ſubdantur dominatiuæ eius poteſtati, ac proindè finita ei ſubiectione famuli, tenentur votum ſeruare.

PETES XXX.

An Prælatus Regularis poſſit votum religioſi trāſeūdi ad ſtrictiorē regulā irritare, & an in vniuerſum omnia alia vota à religioſo emiſſa ſiue ſint realia, ſiue perſonalia.

Reſpondetur primò ex communi DD. ſententia teſte *S. Fauſt. q.* 139. *&* 140. *&* 141. non poſſe Prælatum irritare votum tranſeundi ad ſtrictiorem religionem, ſed poteſt ex iuſta cauſa diſpenſare.

Reſpondetur ſecundò poſſe Prælatum in vniuerſum omnia vota religioſi irritare, præter vota eſſentialia, & vota tranſeundi ad ſtrictiorem religionem. ita DD. communiter teſte *S. Fauſt. q.* 141.

Vnde poteſt Prælatus etiam vota Religioſi de præceptis naturalibus irritare. quia Prælatus eſt Dominus voluntatis Religioſi quantum ad ea quæ non ſunt de neceſsitate ſalutis, & licèt Prælatus non ſit Dominus illius materiæ quatenus eſt præcepti, eſt tamen Dominus quatenus ad nouam voti obligationem ortam ex ſubditi voluntate quæ in omnibus ſubdita eſt Prælato. ita *DD.* teſte *S. Fauſt. q.* 143.

Vota verò Religioſi electi à religione non poſſunt irritari à Prælato, licèt fuerint emiſſa in religione, quia tunc eſt ſuſpenſa eius iuriſdictio in illum, quia eſt membrum abſciſſum à corpore. Si tamen ad religionem redierit, poterit Superior huius vota irritare, vt benè aduertit *S. Fauſt. q.* 144.

PETES XXXI.

An Prælatus poſſit irritare vota quæ Religioſus emiſit exequenda pro tempore quo fuerit ſui iuris. vt ſi v.g. Religioſus voueat ieiunare quando erit Epiſcopus, an Prælatus poſſit nunc id votum irritare, ita vt ſi poſtea Epiſcopus fiat, irritatio ſit valida.

Reſpondetur ex communi *DD.* ſentētia teſte *S Fauſt. q.* 145. quidquid dicant alij in oppoſitum poſſe Prælatum abſolutè, & in omne tempus votum ſui ſubditi irritare, ita vt non reuiuiſcant quia voluntas Religioſi eſt in omnibus ſubiecta.

Creato verò Epiſcopo, non poteſt vota in Religione emiſſa amplius Prælatus Regularis irritare quia ceſſauit eius iuriſdictio. ita *Suarez lib. 6. c. 7. num.* 10.

PETES XXXII.

An vota religioſi ante ingreſſum religionis emiſſa poſſint à Prælato irritari.

Reſpondetur ex communiſsima DD. ſententia teſte *Sayro in Claui Regia lib. 6. cap. 10. num.* 11. poſſe. ſic *Gloſſa in cap. noluit* 33. *q.* 5. immo addunt DD. ipſa ſolemni profeſsione vota omnia perſonalia finiuntur, & ceſſant, quia in ipſum religionis votum perpetuum communi iure commutantur.

P PE-

PETES XXXIII.

An Prælatus poſſit irritare votum Religioſi eundi hieroſolymam.

RESpondetur poſſe. ſi id fiat ſolum cauſa deuotionis, non autem in ſubſidium terræ ſanctæ. nam controuertitur inter *DD.* an poſsit Prælatus irritare votum religioſi eundi hieroſolyma in ſubſidium eius, vt videri poſſunt DD. *cit. à S. Fauſt.* 150.

PETES XXXIV.

An poteſtas irritandi vota religioſorum competat quibuſcunq; Prælatis Religionis.

RESpondetur ex communi DD. ſententia teſte *Sanchez in ſumma lib. 4. cap. 33. num.* 15. hanc poteſtatem irritandi vota religioſorum competere quibuſcunq; Prælatis regularibus, vt generalibus Prouincialibus, ac Superioribus localibus, quia his omnibus votum obedientiæ emictitur, & ſunt verè Prælati: Præterea hanc poteſtatem irritandi vota etiam competere Abbatiſſæ reſpectu monialium, etiam ſi Abbatiſſa ſubſit Epiſcopo, & Prælatis regularibus. ita *Suarez* quem citat, & ſequitur *Sanchez loc. cit.* & ita affirmant alij DD. *cit. à S. Fauſt. q.* 155. nimirum poſſe Abbatiſſam omnium monialium vota irritare ita vt non reuiuiſcant, ſiuè ſint illa de operibus ſuperogationis, ſiuè ſub præcepto quia non ſolum Prælatis, ſed etiam Abbatiſſæ emictitur votum obedientiæ. idem dicitur de Prioriſtis, nempè poſſe omnia monialium vota irritare, vt docet *Sanchez loc. cit. num.* 19. cum alijs DD. *à ſe cit.*

PETES XXXV.

An votum à Religioſo emiſſum ex licentia Prælati poſſit poſtea à Prælato irritari?

RESpondetur ex communi DD. ſententia teſte *S. Fauſt. q.* 158. poſſe irritari à Prælato, ſed peccat Prælatus, ſi id facit ſine cauſa iuſta. ſed non peccat ſubditus ſi non adimpleat tale votum quod ſine cauſa iuſta irritatum fuit.

PETES XXXVI.

An inferior Prælatus poſſit irritare votum ſubditi factum ex Superioris licentia? v. g. vt ſi prior velit irritare votum ſubditi emiſſum ex facultate Prouincialis, vel generalis.

RESpondetur non poſſe irritare. ita *S. Fauſt. q.* 160.

PETES XXXVII.

An ſuperior Prælatus, vt Generalis, vel Prouincialis poſſit irritare votum ſubditi emiſſum ex licentia inferioris v. g. prioris.

RESpondetur ex *Suarez*, & *Rodriquez* quos citat, & ſequitur *S. Fauſt. quaſt.* 161. poſſe, quia voluntas Prælati inferioris non poteſt ligare ſuperiorem, aut impedire ne liberè irritet.

PETES XXXVIII.

An Prælatus æqualis alteri ſuccedens in eodem officio, poſſit vota ſubditi de prædeceſſoris ſui licentia emiſſa irritare?

RESpondetur poſſe. ſed peccat venialiter ſi ſine cauſa irritat. ita *Suarez lib. 6. cap. 9. nu. vltimo*, & *S. Fauſt. q.* 163.

PETES XXXIX.

An Prælatus qui ſine cauſa iuſta irritet votum ſui ſubditi peccet, & quid dicendum ſi cum eius licentia fuit emiſſum votum, & irritat illud ſine iuſta cauſa.

RESpondetur primò quando votum religioſi fuit emiſſum ſine licentia Superioris, ſi ſine cauſa iuſta irritatur. Sũt *DD.* qui docent quod non peccat venialiter. alij vero quod peccat venialiter.

Reſpondetur ſecundò quando ex licentia Prælati fuit votum emiſſum, & ſine iuſta cauſa votum irritatur peccat venialiter Prælatus, ita *Soto Medina, & Valentia cit à S. Fauſt. q.* 171. ſed alij graues *DD.* docent peccare mortaliter ſi ſine legitima cauſa id facit, quod intelligit *S. Fauſt.* quando materia promiſſa eſt talis, vt violatio voti ſic mortifera. Secus ſi materia eſſet leuis, & ad veniale obligans, tunc. n. ſolum peccaret venialiter.

PE-

Digitized by Google

PETES XXXX.

An Prælati Religionis poſſint vota nouitiorum irritare?

RESpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *S. Fauſt. de tribus votis lib. q.*178. ſola vota perſonalia, quæ probationem impediunt poſſunt Prælati ſuſpendere; qualia ſunt quæ, vel exercitijs regularibus obſtant, vel nimis oneroſam reddunt religionem. vota verò realia nouitiorum non poſſe à Prælato ſuſpendi, quia eorum executio religionis obſeruantiam, non impedit, ita *DD* communiter docent.

Addit *Sanchez lib;4; in ſumma cap;33; nu;* 35; quod non ſolum Prælatus ſed etiam magiſter nouitiorum poteſt ſuſpendere vota nouitiorum;

Præterea addit idem *Sanchez loc; cit: ſed num;* 37; quod vota perſonalia nouitiorum quę exercitia operum religionum impediunt, ſunt ipſo iure ſuſpenſa.

Sed *Suarez* oppoſitum docet, nempè deſiderari, vt à Prędato ſuſpendantur;

PETES XXXXI.

An Prælatus poſſit in votis nouitiorum diſpenſare;

REſpondetur affirmatiuè ex communi *DD;* ſententia teſte *S; Fauſt; q;*181; & addit *Henriquez lib; 7; c;22; num:7:* quod etiam Epiſcopus poteſt diſpenſare in votis nouitiorum, & abſolui à peccatis à proprio Epiſcopo, quia non dū plenam exemptionem, & ſubiectionem Pręlato regulari conſecuti ſunt;

QVÆRITVR CLXVIII;

Quidam homo rem habuit cum beſtia, ſed putauit, non eſſe peccatum, an poſſit dari ignorantia inuincibilis circa hoc?

ANTEQVAM RESPONDEAM.

SCiendum eſt ex doctrina *Azor; tom;*1. *lib*,1;*cap;*13. adeſſe alia iuris naturalis, aut iuri naturali contraria, & aduerſa. quę licèt politis ijs, quę per ſe manifeſta, notaq; ſunt, inducantur, non tamen ita facilè, & perſpicuè inferantur. Talia mala ſunt ex mutuo vſuram, & lucrum exigere, proprias iniurias vlciſci: plures vxores habere, repudiare legitimam, furari ad ſuccurrendum egenis, ſurripere aliquid hoſtibus, Tyrannum occidere priuata auctoritate ſine iudicis ſententia. ad ſcortum, ſeu meretricem accedere, mentiri propter ſalutē alterius, vel ob malum grauius, & deterius cauendum, vel ob bonum commune ſeruandum; carnibus humanis veſci; metu mortis mali aliquid committere, ſororem in vxorem accipere, nempè de his ſupradictis poſſe dari ignorantiam probabilem, & iuſtam, non ſolum reſpectu infidelium, ſed etiam reſpectu chriſtianorum, & licèt ex principijs per ſe notis naturali ratione ducantur eſſe peccata, dubitari non poteſt, quin ſit opus magna rationis intelligentia in his argumento, & ratione colligendas:

Aduertit idem *Azor. loc cit.* apud Chriſtianos ignorantiam probabilem huiuſmodi malorum rariſsimam eſſe, aut ferè nullam, quia apud Chriſtianum populum eſt frequens diuini verbi enūciatio, vitiorum repręhenſio, honeſtatis, & virtutis commendatio, bonorum prędicatio, quibus ſcorta, mendacia, fraudes, inſidię vſurę multitudo vxorū, & repedium paſsim condemnantur, vt per ſe mala, & fugienda: Poteſt tamen, ait *Azor:* poſſe eſſe ignorātiā probabilē apud vulgares, & rudes homines licere mēdaciū leue, aut officioſum propter communem ſalutē, & magnam aliquod bonum aliorum retinendum, & tuendum:

HIS POSITIS:

REſpondeo, ſaluo meliori, ac doctiori iudicio cū nihil ſpeciale inuenirim apud *DD:* quod de caſu propoſito, poteſt dari ignorantia inuincibilis, ſaltem apud rudes homines qui rariſsimè audiunt concionem; & ratio mihi eſt, quia adeſt aliqua apparens ratio, vt poſsit deducere rem habere cum beſtijs non eſſe peccatum: nam hoc falsò argumento poſſunt vti: natura humana eſt nobilior irrationali ergo ſuperior, ergo habet ius ſupra corpus irrationale, ergo illo poteſt vti, ſine iniuria patientis ergo vti corpore beſtię ad fornicādum non debet homini tribui ad peccatum:

Confirmatur nam rem habere cum ſorore eſt etiam contra ius naturale, & tamen admittit *Azor.* ignorantiam inuincibilem;

Digitized by Google

Preterea docui cum *Sanch.à me cit:*in praxi confeſſariorum *verb:* ignorantia *fol:* 20;quod de actibus internis poteſt dari ignorantia inuincibilis puta quod non ſit peccatum deſiderium fornicandi & cum alijs *DD:à me cit;* etiam docui ibidem ſed *fol:*42: quod de pollutionibus poteſt dari ignorantia inuincibilis: tūc verò iudicarem laborare ignorantia inuincibili hominem rudem,quando rem habere cum bruto, nulla ei occurrit ratio dubitandi, illum coitum eſſe peccaminoſum, & eſſet in tali diſpoſitione habituali quod ſi ſciuiſſet, vtiq; non commiſiſſet: ita mihi videtur dicendū, & an hoc ſit probabile, iudicent viri docti, quibus me remitto, ac iudicio Sanctæ Romanæ Eccleſiæ: quia non puto eſſe contra ſenſum Eccleſiæ,ſed quia hic caſus accidit, idcirco opere pretiū exiſtimaui has doctrinas ac rationes in lucem edere, vt neoterici DD: habeant occaſionem rem melius ſpeculandi, ad ſolatium confeſſariorum, nam ſæpè ſæpius quando frequenter audiuntur cōfeſsiones occurrent caſus, qui expreſsè non reperiuntur apud auctores & ideo eſt opus, vel ex principijs deducatur reſolutio caſus,vel ex paritate doctrinæ tactæ ab alijs DD: verum in praxi ſemper conſulerem quod homo qui habuit concubitum cum beſtia, ſe de hoc peccato accuſaret,cum illa ignorantia qua commiſit, ſed debet præbere aliam materiam certam peccaminoſam; ſaltem confeſſam pro præterito, vt abſolutio poſsit cadere ſupra certam materiam:

QVÆRITVR CLXIX:

Titius vendidit Caio equum cum pacto, vt tali tempore ſoluat pretium Caius verò tradidit Chirographum in quo continebatur pretium, & promiſſio ſolutionis tali tempore:die ſequenti, miſit certum nunciū Titio, vt traderet equum Caio,Titius verò noluit tradere equum ex eo quod ſciuit Titius, Caium fuiſſe venditurum & ex eius pretio alia debita ſoluturum eſſe interim perijt quus, cui perit venditori, an emptori;

ANTEQVAM RESPONDEAM;

Sciendum eſt, tria requiri pro forma contractus emptionis & venditionis, ſcilicet mercem, pretium, & mutuum conſenſum, vt colligitur ex *l:1: de contrahend; empt:* Præterea hic contractus conſiſtit in nuda pactione, ſeù conuentione partiū: nec requirit ad ſuam ſubſtantiam traditionem rei, aut pretij, quia ſolo conſenſu perficitur, vt habetur ex dicta *l.1;de contrahend: empt:in fi:* Vt tamen transferatur Dominiùm per hunc contractum requiritur traditio: Vnde non ſecuta vtrinq; traditione, cenſetur adhuc incompletus, quia & ſi ſecundum ſubſtantiam perfectus ſit, nō tamen habet ſuum vltimum complementum ad quod contrahentes peruenire intendunt, vt rectè docet *Leſſius de iuſtitia, & iure lib:2:cap:21:dub;1:nu:12*

HIS POSITIS;

Reſpondeo hunc contractum fuiſſe diſſolutum ex parte venditoris dum ſine iuſta cauſa noluit tradere equum nuncio miſſo ab emptore, & ratio mihi eſt,cum quia contractus emptionis, & venditionis perficitur conſenſu, ergo diſſolui debet diſſenſu, tum quia dum nō fuit facta traditio rei venditæ adhuc eſt incompletus talis contractus, tum quia aliter emptor non tradidiſſet chirographum in quo continebatur promiſſio ſolutionis pretij tali tempore, ſi à venditore non fuiſſet facta traditio rei venditæ, ac proinde equus perire debet venditori,non emptori.

QVÆRITVR CLXX.

An Epiſcopus poſſit conferre ordines in oratorio domus ſuæ vbi celebrat.

Reſpondetur ſatis certum eſt ordines minores cōferre poſſe Epiſcopum, in domo vbi celebrat, vt ait *Henriquez lib.10 cap.11;num;3; & Syl;verb;ordo 2:q;8;*

SED

Difficultas eſt, de ordinibus ſacris an poſſint conferri ab Epiſcopo in ſua domo, nempè in oratorio, vbi celebrat, quæritur non de Generali ordinatione;

Reſpondetur ex *Trid: ſeſſ:23: cap:*8;dicit eſſe conferendos in Eccleſia Cathedrali, verum nullam pœnam indicit contrarium facienti, ſed tantum dicit, quod in Cathedrali conferantur ordines ſacri, vel in alia Eccleſia, nec aliud eſt

eſt declaratum à Congregatione Concilij, & teſte *Garzia par.* 8.*c.*1.*num.*77. nam à Sacra Congregatione accuſatus Epiſcopus qui in capella domus ſui palatij faciebat generales ordinationes. Sacra Congregatio reſcripſit debere fieri in Cathedrali, & nullam cenſuram tulit.

Sed *Henriquez lib.*10.*cap.*11.*num.*3; ſic ait, minores ordines confert Epiſcopus in qua maluerit Ecclesia, niſi ſit interdicta, aut in domo Epiſcopali ſed intra diœceſim ſuam maiores de iure conferre Epiſcopus debet in Eccleſia Epiſcopali, ſed ex conſuetudine poteſt, vt minores in qualibet alia;

Idem videtur docere *Barboſa de poteſtate Epiſcopali allegat*;11;*num*;10; & licèt nõ explicet quos ordines poteſt conferre Epiſcopus in ſua domu tamen generaliter docet, quod Epiſcopus de conſuetudine poteſt conferre ordines in ſua domu, & citat *Henriquez loc: cit: & Capapilem in diverſ. iuris canon: rubric:*6:*c*;2, *num*:17: vbi dicit ſe non ſemel ſeruari vidiſſe nempè etiam in domo licèt Domus illa non ſit Epiſcopalis, & citat multos Doctores quod debet intelligi in oratorio vbi Epiſcopus celebrare ſolet:

QVÆRITVR CLXXI;

Quidam homo ducere voluit in vxorem ſuã conſanguinem in ſecundo, & tertio gradu conſanguinitatis, & quia commercium habuit in domo, in quo habitabat ſponſa orta eſt ſuſpicio copula, totum hoc factum fuit explicatum in ſupplicatione, pro obtinenda huiuſmodi diſpenſatione à Summo Pontifice: Sed antequam fuit à Papa facta gratia, diſpenſationis, interim accidit copula inter eos, & non fuit facta mentio poſtea, ad Summum Pontificem de tali copula: Fuit expeditum diploma diſpenſationis, & fuit ab ordinario loci executioni mandatum, prius verificatis expoſitis in dicta diſpenſatione prout dicitur in bulla ſi preces veritate nitantur: Fuit factum decretum ab ordinario diſpenſationis ſuper gradu expoſito, & deindè fuit contractum matrimonium in facie Eccleſiæ: an fuerit valida diſpenſatio, & an ſit validum matrimonium, ex eo quod non ſit facta mentio de copula habita inter conſanguineos:

RESpondeo primo ſatis certum eſt, quod ſi copula inter cõiunctos ſanguine, fuiſſet commiſſa poſt gratiam factam à Papa, & poſt decretum diſpenſationis ab ordinario, quod gratia non fuiſſet ſubreptitia, ac proindè matrimonium ſubſiſtere, ac validum eſſe, quia poſt decretum Vicarij ſcilicet poſt executam gratiam factam à Summo Pontifice per ordinarium, ac facto decreto diſpenſationis ſuper gradu, non remanent amplius conſanguinei, nec redditur inceſtuoſa copula antequam contrahatur matrimonium quia tota ratio inceſtus oritur ex prohibitione matrimonij ergo quando eſt ablatum vinculum per diſpenſationem Summi Pontificis, iam executioni mandatam ab ordinario, remanent habiles ad contrahendum, & conſequenter tota ratio inceſtus eſt ablata, vt rectè docent Doctores teſte *Sanchez de matrim: lib:* 7: *diſp*;4: *num*:6: & conſequenter non eſt opus, vt fiat mentio Summo Pontifici de tali copula: ita *DD*: communiter, teſte eodem *Sanchez lib*;8: *diſp*: 25: *nu*:4:

Immò addit idem *Sanchez* idem dicendũ eſſe quamuis diſpenſatio à Papa ſub, & conditione ſit conceſſa, vt copula non interuenerit, quia ſatis ei conditioni paritum cenſet *Sanchez* cum ante diſpenſationis conſumationem copula non adfuerit: Nam ea poſtea contingẽs vires diſpenſationis omnino conſumatæ eneruare nequit, ac proindè matrimonium ſubſtere, ac eſſe validum:

SED

Difficultas eſt ſi accidit copula, ante gratiam factam à Summo Pontifice, ac ante decretum ab ordinario factum ſuper gradu conſanguinitatis expoſito, & de copula nulla fuit facta mentio Summo Pontifici, an ſit ſubreptitia gratia, ac proinde, an validum matrimonium iam contractum.

RESpondetur ex communiſsima *DD.* ſententia, teſte *Sanchez de matrimo. lib.*8.*cap.*25.*num.*6. quod non eſt ſubreptitia gratia, etiam ſi inceſtus ſit cum conſanguineis vel affinibus publicus, nempè non eſſe opus, vt fiat mentio copulæ, ac proindè eſſe validum matrimonium cõtractus hæc opinio eſt probabilis ſecundum *Sanchez*.

Sed ipſe probabilius iudicat oppoſitum; nempè fuiſſe ſubreptitiam gratiam. fũda-

Digitized by Google

damentum eſt ſtylus Curiæ, qui obtinuit,vt inceſtus hic declaretur, & conſequenter matrimonium non eſſe validum.

Verum addit idem *Sanchez loc.cit.ſed nu.* 10. quod non eſt explicanda copula inceſtuoſa cum conſaguinea, vel affine nõ conſumata, vt ſi vir vas fœminæ penetrarit,non effuſo intra ſemine, quia hic coitus non eſt vera copula, ſed inſtar cuiuſdam tactus impudici:Addit etiam nec eſt explicanda copula quando fuit ex parte alterius tantum inceſtuoſa,puta quando coiens ignorauit conſanguinitatem,vel affinitatem alterius: quia non eſt totalis,& vndequaq; inceſtus.

Addit præterea *num.11.* quando inceſtus eſſet occultus non oportet eius mentionem fieri in diſpenſatione pro foro externo propoſita Pontifici,ſed ſatis eſt petere eius diſpenſationem in ſacra pœnitentiaria,explicata quoq; ibi conſanguinitate, vel affinitate publica, ſuper qua aut diſpenſauit, aut diſpenſaturus eſt Pontifex ita *DD.cit.à Sanchez.*

Sed prima ſententia, ſatis mihi arridet poſt factum, tùm quia eſt in fauorē animarum,cùm ſit difficilis ſeparatio Tori inter contrahentes, dum expectatur diſpenſatio à Sommo Pontifice,ac conſequenter multa peccata poſſunt committi, tum quia ad hoc, vt ſubſiſtat matrimonium debet ſequi opinio probabilis,etiam relicta probabiliori, immo ſecundum *Oſtienſem* quem citat, & ſequitur *Genueſis in noua praxi Epiſcopali verb opinio cap 50 num.4.in fine*, opinio Doctoris ſingularis, vbi agitur de matrimonio ſubſtinendo præfertur communi opinioni, ita *Ioan.Andr. Abb:in c: fin:de ſent:& re iudicata*,ſequuntur *Ant: Card:in cap:ſi vir:Felin: in cap:1: de conſtit:col:penultima verſo tertio limita,& in c:1.col;2:vt lite non conteſtata:*

QVÆRITVR CLXXII.

An liceat mortem deſiderare ad vitanda mala temporalia, ægritudinem, internam afflictionem,paupertatem, &c:

Reſpondetur *ex Nauarr.cit.à Diana p:5 reſol: 92*:docet peccare mortaliter: Sed communis DD:ſententia, docet non eſſe peccatum, quam ſententiam ſequitur *Diana loc:cit:* extra verò caſum magnæ calamitatis, aut afflictionis, Granado non excuſaret à mortali: Sed ego addo quod etiam in caſu magnæ afflictionis eſſet peccatum mortale deſiderium mortis quando mors deſideratur ab homine; ſecus ſi optatur, vt Deus medijs cauſis naturalibus priuetur homo vita corporali, nam in primo caſu deſideraretur peccatum nam numquam homo poteſt ſine peccato occidere alium hominem, niſi ſit publicus iuſtitiæ miniſter, vel ob propriam defenſionem propriæ vitæ; ſecus in ſecundo caſu.

QVÆRITVR CLXXIII.

Suppoſita opinione DD. *quod quando finis legis adæquata ceſſat in caſu particulari,non obligat lex, an poſſit in omnibus præceptis ceſſare adæquata finis legis, puta in præcepto ieiunij,audiendi ſacrum, &c.*

ANTEQVAM RESPONDEAM.

Sciendum eſt ex *Hurtado de Mendozza in 2.2.tom.1.diſp.74 ſect 3.§.36.* duas eſſe legum interpretationes, alteram, quæ propter finem remotum præcipit actiones alioquin de ſe etiam honeſtas, quæ ſublato ordine,ad finem remotum, habent ſpecialem honeſtatem, & ſunt materia virtutis v. g. lex ieiunij habet finem compeſcentem motus turpes, & præcipit abſtinentiam: abſtinentia moderata eſt per ſe materia temperantiæ, & per ſe laudabilis. aliæ verè leges nullum finem habent, niſi vitare damnum ex aliqua actione, cuius omiſsio per ſe non pertinet ad materiam alicuius virtutis.

HIS POSITIS.

Reſpondetur in præcepto ieiunij, vel audiendi ſacrum non ceſſare finem legis, ex eo quod quis caret periculis luxuriæ,vel quod quis alibi oret,nam in huiuſmodi præceptis præcipitur quodammodo etiam exercitium virtutis, quæ eſt abſtinentia moderata, & oratio coram Sacerdote qui offert ſacrificium pro populo, & ædificatio fidelium, ac bonum exemplum ob aſsiſtentiam tantò, ac tam venerabili ſacrificio. Secus eſt dicendum, quando leges nullum finem habent,niſi vitare damnum ex aliqua actione, cuius omiſsio per ſe non pertinet ad materiam alicuius virtutis, ita *Hortadus de Mendozza loc. cit.* & *Gui-*

Digitized by Google

Guilenzelius in conſilio 11. *numero* 12.

QVÆRITVR CLXXIV.

Quidam clericus procurauit abortum fœtus animati, & dum petit à Summo Pontifice diſpenſationem irregularitatis, fuit ab eadem ſede Apoſtolica collatum ei beneficiũ nulla facta mentione in bulla de irregularitate, an valida fuerit collatio facta dicti beneficij, ita vt poſſit facere fructus ſuos ſine noua collatione ac conualidatione dicti beneficij iam obtenti bona fide.

Reſpondent multi DD. teſte *Diana par.4.reſol.*37. irregularitatem reddere hominem inhabilem ad obtinendum beneficium, & ideo irregularem non poſſe tuta conſcientia beneficium retinere, vel fructus ex eo perceptos, & obtenta diſpenſatione ab irregularitate, beneficium non poteſt retineri ſine noua collatione, ſeu reualidatione collationis prius factæ, & adducunt *cap.*2. *de clerico* non ordinato miniſtrante *cap.* 2. *de clericis pugnantibus cap. dudum de electione, & cap. cum bona de ætate ordinis*, & alij *DD.* apud *Suarez tom.*1 *de cenſur. diſp.*40.*ſect.*2.*num.*30.

Sed *Sylu.verb.excommunicatio* 4.*num.*4. citans *Gloſſam Raimundi*, quam etiam refert, & ſequitur *Nicolaus Plouius nu.*39. & 40.*regul.*44. quod ſecluſo ſpeciali iure irregularis, vt ſic non eſt incapax beneficij Eccleſiaſtici, cùm illud retinere poſsit, nec per irregularitatem ſit magis incapax receptionis eius, quàm retentionis: quia ſicut retinere non eſt exequi aliquem ordinem, ita nec de nouo recipere eſt actus ordinis. irregularitas autem ſolum priuet actibus ordinis. igitur hic effectus non eſt per ſe coniunctus cum irregularitate. Neq; adeſt lex irritans collationem factam irregulari non eſſe validam: nam lex prohibens actum, non irritat, niſi expreſsè id declaret ex alijs principijs, quod legiſlator non plus operatur, quã verbis ſuis explicat, & verba pœnalia ſtrictè ſunt intelligenda. & hoc eſt verum ſecundum hos *DD.* etiam ſi irregularitas per crimen ſit cõtracta & hoc intelligunt *DD.* non ſolum de beneficio obtento, ſed etiam obtinendo, nempè eſſe validã collationem irregularis: hanc opinionem, licèt oppoſitum docet *Suarez*, dicit tamẽ eſſe probabilem, dummodo aduertat non poſſe tuta cõſcientia retinere beneficium manendo in irregularitate, ſed debere illius diſpenſationem procurare.

Confirmat hanc ſententiam *Suarez*, non ſolum ex rationibus ſupra adductis ſed etiam ex *cap.ſi loci de conceſſ. prabend.in* 6. vbi dicitur prohibitionem Pontificis non irritare collationem beneficij niſi expreſsè conſtiterit eſſe irritum, & inane quod factum fuerit contra ipſum.

Verum docent *DD.* docentes eſſe validam collationem beneficij factam irregulari, tamen per iudicem poteſt caſſari.

Idem docet *Hurtado, & Propoſit. & Turrian.* quos citat, & ſequitur *Diana par.*4. *tract.*2.*de irregularit reſol.*37. nempè eſſe validam collationem beneficij factam irregulari. & idem docet *Coninch diſp.* 18.*dub.*1. *num.*6. & reſpondet ad iura citata pro contraria opinione, nam aliqua agunt de ſuſpenſis, & excommunicatis. alia verò iura probant, irregularibus illicitè conferri beneficium, & collationem eſſe irritandam. quod omnes *DD.* fatentur docet tam *Suarez*, quam *Conincb.loc.cit.* quod opinio docens, non eſſe validam collationem beneficij factam irregulari eſt probabilior, & in praxi ſecurior.

QVÆRITVR CLXXV.

An ſit certa Regula quod ratio inceſtus deſumatur à prohibitione matrimonij, cum fœmina, quam vir non poteſt in vxorem ducere ob aliquod impedimentum dirimens? ita vt copula ſit inceſtuoſa cum illa, ac proindè neceſſaria circumſtantia, tanquam mutans ſpeciem, in confeſsione explicanda?

Reſpondetur ex communi *DD.* ſentẽtia regulariter hoc eſſe verum. Sed aliter dicitur quando impedimentum dirimens fuit impoſitum ab Eccleſia in pœnam delicti, & ad præcauendum aliquod damnum, nam tunc copula, cum habente tale impedimentum continet tantùm ſingularem malitiam fornicationis ac proindè non eſſe neceſſariam circumſtantiam explicandam in confeſſione. exemplum eſt in impedimento criminis, vel adulterij cum promiſſione matrimonij. ita *Sanchez lib.*3.*diſp.*5.*nu.* 14. *Filiucc.tom.*1.*tract.*10.*cap.*1. *num.*24. & *Leſſ. lib.*4. *cap.*3. *dub.*6. *num.*45. vbi plus addit, vt patet ex ſequentibus, ac

for-

Digitized by Google

formalibus verbis. vbi autem inhabilitas illa non eſt inducta ob peculiarem inordinationem in copula, ſed ob aliã cauſam v. g. ob crimen, ignorantiam metum, eſt ſimplex fornicatio: vt cum eſt impedimentum criminis, vel metus vel erroris perſonæ, aut conditionis ſeruilis, vel raptus. hæc *Leſſius loc. cit.*

HINC

Sequitur ex opinione *Leſſii*, quod copula habita cum ſupradictis perſonis non ſit inceſtuoſa, ac proinde non neceſſaria explicanda in confeſsione, etiã ſi inter eos ob impedimentum dirimẽs non poſſit matrimonium ſequi.

QVÆRITVR CLXXVI.

Quis commiſit adulterium cum promiſſione contrahendi matrimonium ſecuta morte alterius coniugis, vel interfecit virum ad finem contrahendi matrimonium, ſed ignorauit inuincibiliter ex hoc crimine non potuiſſe ſequi matrimonium abſq; diſpenſatione Summi Pontificis an inciderit in hoc impedimentum dirimens?

Reſpondetur hunc caſum non inueni apud *Sanchez*, qui diffusè agit de matrimonio nec apud amiciſſimũ *Dianam*, qui profitetur peregrinas opiniones Doctorum edere in lucem ad vtilitatem fidelium, & ad tollenda peccata mundi, ac proindè opere pretium exiſtimaui typis mandare doctrinam *Paludani* à mentibus fidelium abolitam, cum hic auctor ſit antiquus, & apud Bibliapolos non reperitur.

Ait hic auctor in 4. *ſent. diſt.* 34. *q.* 1. *nu.* 17. & citat canones quod requiritur ſcientia huius impedimenti ad hoc, vt incurratur tale impedimentum. quam ſcientiam huius impedimenti *Paludanus* requirit ex parte vtriuſq; contrahentis ad hoc, vt incurratur ſupradictũ impedimentum nec ſufficit, vt vnus cõtrahentium ſciat huiuſmodi impedimentum.

Fernandez in Medulla caſuum conſcientiæ par. 3. *cap.* 16 *ſect.* 5. *in fine* citat *Paludan.* & *maiorem q.* 2. *diſt.* 37 *q.* 1. *art.* 4. & dicit eſſe communiorem opinionem, nempè requiri ſcientiam huius impedimenti ad hoc, vt quis incurrat. ratio poteſt eſſe quia huiuſmodi impedimentum, vt ſupradictũ eſt impoſitum ab Eccleſia in pœnam delicti: ſed pœnas ait *Sanchez in ſumma lib.* 4 *cap.* 22. *num.* 18. non incurri ab ignoranti illas inuincibiliter, & dicit hanc eſſe probabiliorem opinionem. ergo.

QVÆRITVR CLXXVII.

Parochus accedit ad communicandum ægrotum, & antequam præbeat illi Euchariſtiã deſiderat infirmus cum ipſo Parocho confiteri, & dum Parochus excipit eius confeſſionem inuenit confeſſiones præteritas fuiſſe inualidas, ac proindè, eſt opus, vt intercedat longum tempus ad finiendam confeſſionem, quid agendum eſt in hoc caſu.

Reſpondetur ſi ægrotus eſt in proximo periculo mortis ita vt in aliud tempus differri non poſsit eius confeſſio, debet confeſſarius per mediam horam facere diligentiam eo modo quo meliori poteſt, vt pœnitens confiteatur peccata, & poſtea eum communicet, & poſtea redeat ad infirmum occaſione alicuius negotij, ad hoc vt melius perficiat confeſsionem, & de hoc debet cõfeſſarius monere pœnitentem. nam ſic agendo euitatur ſcandalũ cum comitantium Sacramentum quod ſumerent ſi diu expectarent Sacerdotem. Si vero infirmitas non eſt ita pericoloſa, & per mediam horam non adeſt ſpes, vt perficiatur, confeſsio eius, debet Parochus monere ægrotum, vt eliciat actum contritionis, & deinde illum communicare, & redire ad infirmum ad excipiendum eius confeſsionem; nam in hoc caſu ſecundo, minus inconueniens eſt, vt eliciatur actus contritionis, quam imperfectam confeſsionem fieri ab infirmo, ita *Zambranus*, & *Granado cit. à Diana par.* 5. *tract.* 3. *reſol.* 75. quam doctrinam applicat *Pellizarius tract. de monialib. cap.* 10. *ſect.* 3. *num.* 183. ad caſum in quo monialis ad feneſtellam communionis communicatura peteret à confeſſario copiam confitendi ipſi quędam peccata ſua ante communionem: & confeſſarius interim cognoſcit monialem teneri repetere multas confeſſiones nulliter, ac inualidè factas. nempè ſi id fieri non poſſet abſq; graui nota monialis, ſicut re vera fieri non poſſet regulariter, poſſet confeſſarius, curare, vt eliceret actum contritionis ſub ſe comprahendentis omnia peccata à ſe patrata animo poſtea commodius

reſi-

Digitized by Google

reficiendi illas confeſſiones nullas, ſi eq; ſatisfaciendi defectibus commiſſis in præteritis confeſſionibus.

Addit præterea idem *Pellizarius loc. cit.* quod melius eſſet, monialem in tali caſu confiteri aliqua peccata in ſpecie, & alia omnia in genere, eliciendo actum ſaltē attritionis cadentis ſuper omnia omninò peccata à ſe commiſſa cum propoſito ea confitendi poſtea diſtinctius.

QVÆRITVR CLXXVIII.

Multi regulares ex conſuetudine tenentur perſoluere diuinum officium in choro, vt communiter affirmant DD quid dicendum in paruis conuentibus, vbi tres aut quatuor tantum reſident, an teneantur recitare in choro?

RESpondetur ex *Bordono in reſol. regul. reſol. 30. num. 8* ad hanc obligationem recitandi officium in choro requiri ad minus quatuor, vt alternatiuè reſpondere poſſint. duo autem, aut tres commodè officium recitare non poſſunt publicè in choro citat *Gloſ. verb. in conuentual. cap. nobis de iurepatronat. c. 1. de elect. & gloſ. verb. Eccleſiis extra com. Ne ſede vac.*

Addit idem *Bardon* hæc ſequentia verba. vt plurimum excuſarem etiam quatuor, aut quinq; reſidentes.

HINC

SEquitur regulares excuſari à diuino officio recitandi in choro ſi abeſt numerus quaternarius, etiam ſi adſit particularis obligatio recitandi diuinum officium in choro, puta ex fundatione conuentus. ita *Bordon. loc. cit.*

QVÆRITVR CLXXIX.

Quædam fœmina antequam contraxit matrimonium, ſumpſit venenum ſterilitatis data opera, & ad finem non generandi filios, an validè contraxit matrimonium.

REſpondetur ex communiſsima *DD.* ſententia teſte *Sanchez de matrimon. lib. 7 diſp. 92. num. 26.* eſſe validum matrimonium, & numquam Eccleſia diſſoluit matrimonium ratione ſterilitatis. idem docet *D. Th in 4. diſt. 34 q. vnica art. 2. ad 3.* ab omnibus receptus, & inter parentes D Ioannis Baptiſtæ conſtat verum fuiſſe matrimonium, cùm tamen illa eſſet ſterilis. *Luc 1.* & ratio eſt, quia licèt finis primarius coniugij ſit generatio prolis, tamen finis ſecundarius eſt ſatisfacere concupiſcentiæ vera copula habita. ergo ſi per matrimonium ſterilium non obtinetur finis primarius, nempè generatio prolis tamen obtinetur finis ſecundarius, nimirum ſatisfactio propriæ concupiſcentiæ.

Scio verò *Felin. in cap. cum ſit num. 15. & Iaſon conſ. 115. num. 1.* docere non eſſe validum matrimonium ſterilium; ſed eorum ſententia communiter eſt reiecta à *DD.* ac proindè non eſt ſubſtinenda.

QVÆRITVR CLXXX.

An pœnitens teneatur acceptare pœnitentiam præſeruatiuam impoſitam à confeſſario, puta ob reincidentiam in idem peccatum?

REſpondent communiter DD. affirmatiuè, nempè poſſe Confeſſarium imponere pœnitenti pœnitentiam præſeruatiuam, puta orationes, ieiunia &c. quotiès inciderit in tale peccatum.

Sed *Soto* quem citat, & ſequitur *Sanchez in ſumma lib. 3. cap. 5. num. 14.* docet, pœnitentem in rigore non teneri aliquam pœnitentiam acceptare, ſi in tale peccatum inciderit quod ſæpius commiſit, & ſæpè propoſuit emendam. nec id fecit, quamuis conſilium ſaluberrimum ſit, & ratio eſſe poteſt, quia confeſſarius non eſt iudex peccatorum committendorum ſed commiſſorum, ac proindè ſub conditione peccati futuri applicare medicinam non poteſt. tenetur verò pœnitēs tollere omnes occaſiones proximas peccandi.

Sed magis mihi arridet oppoſita opinio, quia charitas expoſcit, vt confeſſarius non ſolum euitet peccata præſentia media abſolutione, ſed etiam peccata futura medio remedio præſeruatiuo; nam confeſſarius non ſolum eſt iudex, ſed etiam eſt medicus ſpiritualis animarum, & medicus ſicut applicat medicamenta corporalia infirmo, ac conualeſcenti ne incidat in eandem ægritudinē, ita medicus ſpiritualis qui eſt confeſſarius debet applicare remedia ne pœnitens in idem peccatum ſæpius à ſe commiſſum ſine emendatione labatur.

Digitized by Google

QVÆRITVR CLXXXI.

An Regularis qui recitat diuinum officium ſecundum ritum Eccleſiæ Romanæ peccet mortaliter, ſi relinquat ritum officij ſecundum conſtitutiones ſuæ regulæ.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

SCiendum eſt Pium V. præcipiſſe, vt omnes clerici tam ſeculares quam regulares tam in choro, quàm extra chorum recitent diuinum officium ſecundum ritum Eccleſiæ Romanæ. exceptis his qui habent morem recitandi aliud antiquius ducentis annis, vt habetur ex ipſa conſtit. Pij V. anno 1568.

HIS POSITIS:

REſpondetur ex *Soto de iuſtitia, & iure lib. 10 q. 5 art. 4. Tabiena verb. hora* §. 10. quod vnuſquiſque regularis debet recitare officium ſecundum ritum ſuæ religionis approbatæ à Summo Pontifice, vt patet ex *cap. de his, & cap. placuit diſt. 12.* Vnde *S. Fauſt. lib. 2. de horis canon. q. 86. §. hinc regulares* docet quod regulares tenentur ſub mortali dicere diuinum officium ſecundum ritum ſuę religionis.

Sed *Nauarr. de oratione cap. 19. num. 217. in fi.* docet quod non peccat mortaliter regularis ſi non per multum tempus mutat officium non ſecundum præſcriptum ſuæ regulæ.

Idem docet *Nauarr.* de clerico recitante diuinum officium ex alio breuiario, vel ex ſuo de ſancto, cùm deberet recitare de feria, vel contra ſpontè ſine iuſta cauſa, nempè non eſſe mortale citra contemptum legis, & adeo raro, vt viro prudenti non videatur notabilis audacia.

QVÆRITVR CLXXXII.

Quidam commiſſarius ad inſtantiam Titij iuit extra Neapolim contra Caium debitorem ad finem, vt ex eius bonis ſolueret quod Titio debebat; quapropter à iudice fuerant expeditæ literæ executoriales, & certa quantitas nummorum fuit aſſignata, quolibet die dicto commiſſario, ad damnum debitoris, commiſſarius verò ad inſtantiam debitoris non eſt executus eius bona, ſed effecit ſibi ſoluere penſiones aſſignatas à iudice quolibet die ſed proteſtatus eſt coram debitore quod ſi intra tantum tempus non ſolueret quod Titio debebat regreſſus eſſet ad capienda eius bona, ad finem, vt ſolueretur creditum Titij, ſub pœna, vt iterum, ſibi ſoluerentur penſiones aſſignatæ à iudice pro quolibet die ſi non ſolueret debitum, accidit caſus, quod debitum non fuit ſolutum tempore promiſſo à debitore Titij, vnde fuit opus, vt iterum dictus commiſſarius regrederetur ad exequenda bona Caij, vt fecit, & etiam fecit ſibi iterum ſoluere expenſas aſſignatas à iudice pro quolibet die, an ſecundæ expenſæ ſolutæ poſſint retineri in bona conſcientia à dicto commiſſario.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

PRimo ſatis mihi certum eſt, malè egiſſe commiſſarium non exequenda bona Caij, & ſi aliquid damni, euenit creditori dicti Caij, teneri ad reſtitutionem; ratio mihi eſt, quia commiſſarius debebat exequi mandatum iudicis, nec poterat ſine conſenſu partis concedere debitori dilationem, ſeu prorogationē temporis, ad ſoluendum debitum Titio.

HIS POSITIS;

REſpondetur non teneri reſtituere ſecundas expenſas ſolutas à debitore, iuxta quantitatem aſſignatas à iudice pro quolibet die, & ratio mihi eſt, quia inter commiſſarium, & debitorem fuit initum hoc pactum expreſſum nēpè, vt ſi debitum non ſolueret, ipſe iterum ſoluiſſet expenſas dicto commiſſario, ergo dum debitor non ſoluit debitum iuxta tempus à ſe promiſſum, nullam iniuriam, neq; iniuſtitiam fecit cōmiſſarius debitori, ſi iterum venit ad exequenda eius bona, & conſequenter ſi effecit ſibi ſoluere iterum penſiones aſſignatas à iudice pro quolibet die.

Confirmatur primò, nam illud beneficium prorogationis temporis ad ſoluendum eſt pretio extimabile, ſicut etiam periculum ſoluendi aliquod damnum ex nō exequendo eius bona quod potuiſſet accidere creditori, ob quam rem dictum eſt, teneri commiſſarium reſarcire damnum, ſi euenit Titio creditori Caij.

Confirmatur ſecundò docent communiter *DD* teſte *Facundez lib. 5. de iuſtitia, & iure cap. 18 num. 2.* quod iudex pro ferenda iniuſta ſententia, & teſtis pro feren-

Digitized by Google

ferendo falſo teſtimonio non tenentur danti reſtituere quod ab illo recepit, ſed ambo tenentur reſtituere parti damnum quod intulerunt. ergo in caſu noſtro, licèt malè egerit commiſſarius non exequendo bona nihil tenetur reſtituere danti, ex eo quod pro opere illicito iam facto poteſt retineri id quod accipitur, vt communiter affirmant *DD. apud Facundez loc. cit.*

QVÆRITVR CLXXXIII.

An teſtis teneatur reſtituere danti ſi quid accepit pro veritate dicenda; & iudex pro iuſta ſententia ferenda? quid pro opere contra iuſtitiam?

RESpondent communiter *DD.* teneri reſtituere danti. ſed *Diana par. 3. tract. 6. Miſcell. reſol. 4.* citans Franciſcũ *Suarez in Enchiridem caſuum conſcientiæ lib. 5. §. cui reſtituendum verb. quod accepiſti, & lib. 10. §. iudicium verb. iudex,* quod ſi detur munus ad alliciendum animum iudicis, ad iuſtam ferendam ſententiam, aut ex mera liberalitate, in tali caſu teſtis, & iudex poteſt recipere nec tenetur danti reſtituere: & licèt *Suarez citet Sayrum Molinam, Medinam* & alios pro hac opinione, mihi ſatis diſplicet, & ratio mihi eſt, quia tam teſtis, quam iudex debet habere paratum animum, ad faciendam iuſtitiam, quia bonum eſt obiectum voluntatis ergo ab alio extrinſeco non debet moueri, ad operandum quod tenetur.

Amplector verò libenter auctores teſte *Facundez lib. 5. de iuſtitia c. 18 num. 2.* quod iudex pro ferenda iniuſta ſententia, & teſtis pro falſo teſtimonio ferendo non tenentur danti reſtituere. ſed ambo peccant mortaliter, & tenentur reſarcire damnum quod tertiæ perſonæ intulerunt.

QVÆRITVR CLXXXIV.

An quando iudex per accuſationem, vel denunciationem, vel querelam aliquam porrectam, & ſolum adſit vnus teſtis, qui crimen nouerit productus in iudicium, crimen confiteri teneatur contra Reum?

RESpondent multi grauiſſimi *DD.* teſte *Azor. 3. par. lib. 13. cap. 27. dub. 2.* non teneri. Sed alij *DD.* quos citat, & ſequitur *Azor. loc. cit.* docent teneri, alioquin ſæpè manerent crimina impunita. item quia vnus teſtis facit ſemiplenam probationem, ſi eſt omni exceptione maior ex qua iudex ius habet interrogandi Reum etiam per tormenta; & rationem aſſignat *Azor.* nam aliud eſt dicendum de teſte, aliud de Reo, contra Reum non eſt ius interrogandi, niſi præcedat ſemiplena probatio, vel infamia, vel indicia. at verò teſtem ius eſt interrogandi, etiam ſi iſta non præcedant, dummodo iudex per accuſationem, denunciationem, vel querelam ab alio porrectam procedat.

SED PETES I.

An in inquiſitione generali, ſi Titius qui nouit auctorem criminis ſi interrogaretur à iudice, teneatur auctorem detegere ſi ſolus Titius, vel vna cum alio, aut aliqs duobus ſciat auctorem criminis, ita vt ſi præceſſiſſet accuſatio contra Reum, Titius, vt teſtis vocatus teneretur illum detegere.

RESpondetur ex *Azor. 3. p. lib. 13. cap. 16. §. quarta* difficultas cum alijs *DD.* à ſe cit. negatiuè nempè in prædicta inquiſitione generali, Titium, ſiuè ille ſolus nouerit, ſiuè vna cum alio non teneri ad detegendum reum: quia duo, tres, vel quatuor teſtes non faciunt publicam famam contra Reum: ſed in inquiſitione ad hoc, vt Reus detegatur, neceſſe eſt, vt publica fama præcedat contra ipſum, & in prædicto caſu ſolũ eſt euidentia, vel publica fama criminis, auctor verò delicti occultus ergo non debet detegi à Titio. hæc ſunt formalia verba *Azor.*

Sed probabile eſt, ait idem *Azor. loc. cit.* Titium obligari ad detegendum Reũ, ſiuè ipſe ſolus nouerit, ſiuè vna cũ alio, vel alijs nouerit: ratio eſt, quia cùm iudex legitimè inquirat ergo teſtis tenetur detegere reum iudicio legitimè inquirenti, aut interroganti. quæ opinio ſatis mihi arridet alioquin inquiſitio generalis non iuuaret ad reperiendum auctorem delicti.

PETES II.

Quot, & quibus modis poſſit iudex procedere criminaliter.

RESpondetur ex communi *DD.* ſententia, teſte *Azor. loc. cit. cap. 17.* poſſe pro-

Digitized by Google

procedere duobus modis. vel ex officio hoc eſt nullo alio proponente accuſationem denunciationem, vel quærelam criminis, vel ad inſtantiam alicuius alterius nimirum publici officialis, vel accuſatoris, vel quærelam proponentis, vel partis quod ſua intereſt poſtulantis.

Dicitur generalis inquiſitio quando iudex ex officio quo inquirit generaliter, non contra certam aliquam perſonam.

Similiter generalis eſt inquiſitio, quando notorium eſt crimen, ſed occultus malefactor: & tamen generaliter inquiritur quis commiſit.

Dicitur ſpecialis inquiſitio cùm iudex inquirit ſpecialiter contra certum malefactorem, & hæc fieri ſolet tribus modis. Primò ex mero officio iudicis abſq; accuſatione quærela, & denunciatione alicuius. Secundò fit ad quærelam alicuius contra aliquem. Tertiò fit ad denunciationem alicuius publici officialis deputati ad denuncianda delicta, tunc.n.iudex abſq; vlla infamia procedit ex officio ſuo ad teſtes, & informationes recipiendas. ita *Azor. loc. cit. cap. 27.*

De quibus verò delictis poſſit inquiri ex iure communi. vide *Azor.* cum DD. *&c. loc. à ſe cit. loc. cit.*

PETES III.

An aliquando iudici ſit licitum in iudicio procedere ſine accuſatore?

RESpondetur apud omnes certum eſt in iudicio regulariter numquam eſſe procedendum ſine accuſatore, vel actore, *l. reſcripto §. ſi quis accuſatorem, ff. de muneribus, & honoribus*. hoc intelligitur ſine accuſatore vero, vel æquiualenti nam aliquando procedit iudex ex euidentia patrati criminis, quia euidētia facti locum habet accuſatoris, nimirum quando non ſolum notorium eſt crimen commiſſum, ſed eſt etiam notorius auctor criminis; vt patet ex *cap. euidentia de accuſationibus & cap. manifeſta 2 q. 2.* vt benè aduertit *Azor. loc. cit. cap. 6.* item quando procedit iudex ex officio per inquiſitionem, tunc procedit contra aliquem præcedente diffamatione illius: nam diffamatio locum habet accuſatoris; vt rectè docet *Azor. loc. cit.*

SED

Difficultas eſt an euidentia criminis; quandò notorium eſt crimen, occultus tamen auctor eius; habeat locum accuſatoris, ita vt iudici ſit licitum inquiſitionem, ex officio facere, quis illud crimen commiſerit? v.g. iacet in publica via homo interfectus ab aliquo, vel notoriè conſtat domum alicuius eſſe igne exuſtam, vel direptam, n ſcitur tamen quis illum occiderit, aut quis domum igne incenderit, &c.

RESpondent multi DD. teſte *Azor. 3. par. lib. 13. cap. 16.* non eſſe licitum iudici procedere inquirendo in genere quis illum occiderit: alij grauiſsimi *DD.* teſte eodem *Azor. loc. cit.* docent eſſe licitum iudici, procedere in genere inquirendo. alioquin multa crimina remanerent impunita.

SED

Maior difficultas eſt an poſſit iudex generaliter inquirere, quando non conſtiterit de crimine, ſi tantum præceſſerit publica fama de illo, v.g. iudici non conſtat furtum eſſe in domo alicubi, ſed fama eſt eſſe patratum, & occultus eſt fur, an poſſit tunc iudex inquirere generaliter, quis furtum commiſerit?

RESpondetur in hoc auctores ſolum loquuntur, quando notorium eſt crimen, ita vt etiam ipſi iudici conſtet, & occultus eſt auctor criminis. Nihilominus *Bart in l. 1. ff. de quaſtionibus §. qui quæſtionem* apertè docet poſſe iudicem generaliter inquirere de crimine, præcedente publica fama delicti, quia ſicut, inquit, præcedente fama contra auctorem criminis, poteſt inquirere contra illum, ita præcedente fama criminis, poteſt iudex generaliter inquirere de crimine.

PETES IV.

Quando inquiſitio eſt ſpecialis contra certam perſonam, an debeat præcedere fama publica?

RESpondetur affirmatiuè, nempè debere præcedere famam publicam à viris honeſtis, & non maleuolis & non ſemel, ſed ſæpius, vt colligitur *ex cap. 2. qualiter, & quando, & cap. inquiſitionis.*

Vnde

Digitized by Google

Vnde hodie fit prius inquiſitio, & examinatio, ſiuè informatio ſecreta, & factis informationibus, ſi iudici conſtet quod v.g. Titius eſt diffamatus ſuper tali crimine, iudex præcipit, vt citetur ad comparendum perſonaliter, quo cõparente debent illi tradi capitula ſuper ijs, de quibus fieri debet inquiſitio, vt ait *Gloſ.c.1.de accuſat.* & aduertit *Azor. 3.par.lib.13.cap.13.§.dubium tertium.*

Sed notandum ex eodem *Azor.* quod aliquando etiam ex iure communi poteſt inquiri ſpecialiter cõtra aliquem abſq; præuia infamia, v. g. ad impediendam electionem, ordinationem, vel confirmationem Prælati, vel cuiuſcunq; alterius miniſtri, aut officialis indigni, aut beneficiarij.

Sic etiam quando inquiritur ad impedimenta matrimonij cognoſcenda, ne illud videlicèt contrahens contra Canones, vel leges. fit etiam quando Epiſcopus per ſe, vel per alium viſitat Eccleſias, inquirit de moribus, & vita, & officio clericorum.

Præterea non eſt opus, vt præcedat infamia, quando inquiſitio eſt generalis, quia in ea non proceditur contra certam perſonam.

PETES V.

Quot teſtes ſunt neceſſarij, ſeu quanta ſcientia hominum eſt neceſſaria ad hoc, vt quis ſit infamatus de aliquo delicto?

Reſpondetur ex Caiet. 2.2. *q.69.* & *Azor.lib.13.cap.18.§.dub.* ſecundum tres, vel plures teſtes iurato de vita non ſufficiunt ad infamandum aliquem de aliquo delicto, quidquid ſit, an ſufficiũt ad inquirendum. nam adhoc, vt delictũ ſit notorium, ſeu famoſum, teſte *Sylu. verb. notorium q.4.* requiritur facti notitia totius populi, vel maioris partis: numerus vero decem perſonarum facit populum, ac publicitatem maior pars decem perſonis, ſunt ſex, ergo quando ſex ſciunt, dicitur notorium ſimpliciter, licèt non dicatur notorium in prouincia, vel Ciuitate. ita *Sylu.loc.cit.* & *citat gloſ.q.1. manifeſta de pænit. diſt.1.§. hac autem ſecreta.*

PETES VI.

An Reus, vel teſtis teneatur reſpondere ad mentem iudicis, quando dubitatur, an iudex iuridicè interroget?

Reſpondetur ex communi *DD.* ſentẽtia teſte *Leſſio de iuſtitia, & iure lib. 2.cap.31.dubit.3.num.10.* non teneri rẽſpondere ad mentem iudicis. quia nemo tenetur parere ſuperiori cum graui ſuo, vel alterius incommodo, niſi conſtet eum legitimè præciperet, & habere auctoritatem obligandi, quando dicatur iudex interrogare Reum legitimè vide *Leſſium loc.cit.dub.6. num.8.* an teneatur iudex tam ſecularis, quam Eccleſiaſticus notificare Reo depoſitionẽ teſtium vide doctores pro vtraq; parte citatos à *Diana par.3. tract.5. Miſcellan. reſol.91.*

QVÆRITVR CLXXXV.

Quis cum culpa mortali damnum intulit alicui an teneatur ad reſtitutionem iuxta ſtatum præſentem, an futurum, v.g. quis occidit pullum, vel mancipium non in ætate perfecta, vel intulit damnum in agris vbi ſegetes non erant maturæ, &c.

Reſpondetur ex *Sayr. in Claui Regia lib.10. tract.4. cap.1. num.6.* primo quoad mancipium, & animal, non in ætate perfecta, non teneri ad reſtituendum valorem illius ſerui, quantum valuiſſet effectus vir, ſed quantum valuiſſe iudicabitur in ea ætate qua occiſus eſt. ſic etiam qui pullum alterius valentem decem aureos occidit; non tenetur ſoluere valorem eius iuxta ætatem perfectam, ad quam perueniſſet viuens, ſed ſatisfacit ſoluens, quod in ea ætate valet, in qua occiſus eſt, quia hæc eſt communis conſuetudo, vt animalia viuentia æſtimentur iuxta ſtatum præſentem. ita docet *Sayrus,* & hanc rationem aſſignat.

Quoad ſegetes, valor fieri debet ad arbitrium boni viri pretium, nam ſi erant in proxima diſpoſitione ad meſſem plus valent, ac ſi longè diſtabat meſſis, nam tunc minus valent. hoc intelligendum eſt deductis expenſis faciendis in illis, quouſq; ad talem perfectionem, ac maturitatem perueniſſent. ita *Sayr loc cit.*

Aduertunt *Soto, Ledeſma,* & alij quos citat

tat, & ſequitur *Sayr. loc. cit.* exactiorem reſtitutionem requiri ab eo, qui directè, formaliter, & ex propoſito alteri damnum intulit, quam ab eo qui indirectè, & negligentia idem damnum inferret: cùm huic damnum ſit aliquo modo inuoluntarium alteri verò planè voluntarium, vt propterea ex æquitate quadam maior reſtitutio ab illo quam ab iſto ad boni, & prudentis viri arbitrium exigatur.

QVÆRITVR CLXXXVI.

An curatus teneantur prædicare, & docere rudimenta fidei.

REſpondetur ex *T. l. 1 lib. 5 cap. 5 nu. 7. in fi.* quod curatus diebus feſtis tenetur docere populum doctrinam chriſtianam, & credenda neceſſaria, vt habetur ex *Trid. ſeſſ. 24. cap 4* & prædicare ſaltem dominicis, & feſtibus ſolemnibus, vt præcipit idem *Trid. ſeſſ 5. cap. 2.* nempè per ſe, vel per alios miniſtros idoneos, vt idem *Trid.* aduertit ſi eſt legitimè impeditus, vbi hoc præceptum prædicandi non ſolum imponit curatis, ſed etiam Epiſcopis, & omnibus alijs Prælatis, curam animarum habentibus. ideſt per ſe, vel per alios ſi legitimè fuerint impediti, vt habetur ex *ſeſſ. 15. c. 2.* vbi ſic concludit contra Epiſcopos. Si quis autem hoc adimplere contempſerit, diſtrictè ſubiaceat vltioni.

Docet *Barboſa allegat. 76. num. 37.* quod poteſt compelli Parochus ab ordinario ad docendam doctrinam chriſtianam, & etiam pueros, vt ediſcant. ita *DD.* teſte *Barboſa loc. cit.*

SED PETES

An peccet mortaliter Parochus ſi non prædicet per ſe, vel per alios.

REſpondetur ex *Poſſeuino de officio curati cap. 3. num. 3.* quod quando Parochus eſt legitimè impeditus ſi non habet quomodo per alium poſsit prædicare, quia vel redditus non ſufficiunt, vel dicta perſona idonea deeſt nõ tene- quia impoſſibilium nulla eſt obligatio.

Præterea excuſat Curatum idem *Poſſeuinus*, à prædicatione quando Epiſcopus inſtituit per Ciuitatem alios prædicatores, nec cogit curatum ad prædicandum ſciens non prædicare etiam ſi poſſit per ſe, vel per alium ſi eſt legitimè impeditus.

In oppido verò vbi ſilente curato, omnes ſilent, nec per ſe, nec per alium prædicat curatus peccat mortaliter quia deficit in re graui cedente in graue populi incommodum nec excuſatur ex conniuentia Epiſcopi ita *Poſſeuinus loc. cit.*

Sed ego ſentio, etiam ſi Epiſcopus inſtuerit prædicatores per Ciuitatem, quod peccat Parochus ſi non prædicat in ſua Parochia, tum quia id præcipit *Trid. loc. cit.* tum quia non omnes poſſunt ire alibi ad audiendam concionem, cùm ſæpè ſæpius reperiantur aliquæ pauperes fœminæ, quæ tantum poſſunt iter facere ad Parochiam, & non alibi, puta quia carent veſtimentis neceſſarijs, ergo iſtæ carẽt pabulo diuini verbi quod præſtari poteſt à Parocho, & quia res eſt in ſe grauis arbitror peccatum graue committere huiuſmodi Parochum non prædicantem in ſua Parochia, etiam ſi in alijs locis eiuſdem Ciuitatis prædicetur.

QVÆRITVR CLXXXVII.

Quæ peccata poteſt committere concionator dum exercet ſuum officium?

REſpondetur ex *Nauarr. cap. 25. num. 141.* quod primò peccat mortaliter concionator, qui publicè concionatur abſq; facultate legitima, vt patet ex *cap. excommunicamus, §. quia verò de hæret.* Secundò peccat mortaliter qui aduertẽs ſe eſſe in peccato mortali ante contritionem. ita docuit *Caiet. in 3 par. q. 64. art. 5. & 2 2. q. 187 art. 2. ſed in ſumma verb. prædicatorum peccata* ſe retractauit, & oppoſitam tenuit. idem docet *Tolet. lib 1. cap. 89* nempè non eſſe peccatum mortale prædicare in peccato mortali. Sed ſatis placet, quod docet *cit. à Poſſeuino de officio curati cap. 3. num. 14.* nempè tunc committi peccatum mortale à concionatore prædicante in peccato mortali quando eſt publicus peccator. Secus quando eſt occultus, & prædicat cum reuerentia, & ſine contemptu.

Tertiò peccat mortaliter concionator, ſi dicat mendacium in ſua prædicatione, puta ſi verſetur circa Scripturam ſacrã, vel vitas Sanctorum, vel ad mores ita *Sylu. verb. mendacium q. 3. Caiet. in ſumma*

Digitized by Google

ma verb. prædicatori peccata. & alij. idcirco ſi inter dicendum occurrat aliquid, non dicat niſi ea, de quibus eſt tutus ita eſſe, ac proindè dubia dicenda ſunt pro dubijs, & certa pro certis.

Quartò peccat prædicator qui concioni fabulam, aut facetias, aut aliquid ridiculum miſcet, ſed communiter non eſt aliud peccatum niſi veniale. ita *DD.* teſte *Nauarr. loc. cit. num.* 742. immò nec ſemper peccat venialiter prædicator, cum dicit aliquid ad hilaritatem honeſtam, breuiter, vt ait *Auguſt.* quem citat idem *Nauarr loc. cit.*

Sed neſcio quomodo à peccato mortali poſſunt excuſari prædicatores, quando quaſi in tota concione commouet populum ad ridendum, & præſertim coram Sanctiſſimo expoſito.

Quintò peccat mortaliter religioſus, vel ſæcularis qui concionando Prelatis Eccleſiæ, & Sacerdotibus detrahit præſertim quo laicis placeat. ita *Nauarr. num.* 142. & citat *Clem.* 1. §. *quibus de priuilegijs;* quod intelligendum eſt iuxta *Gloſ. ibidem verb. detrahendo*, de detractione nominatim, expreſsè, vel æquipollenter facta. licèt .n. generaliter Prælatorum vitia reprehendere, modo id prudenter, & abſq; ſcandalo fiat.

SED PETES I.

An prædicator poſſit interpetrari ſacram ſcripturam?

Reſpondetur negatiuè ex *Trid. ſeſſ.* 4. ſed tantum hanc facultatem eſſe penes Eccleſiam. ac proindè concludũt *DD.* teſte *Azor.* 1. *par. lib* 8. *cap.* 2. *q.* 2. quod non licet alicui ſacram Scripturam interpetrari contra vnanimem Patrum conſenſum, vt patet ex ſequentibus exemplis. nam primò eſſet contra vnanimem conſenſum Patrum dicere, in cantico Canticorum contineri colloquium exprimens ſolum amores humanos & coniugales inter Salamonem, & vxorem eius. cum totum huiuſmodi canticum re vera per parabolam explicet amores inter Deum, & animam piã, & religioſam cultricem Dei. Secundò eſſet contra vnanimem conſenſum dicere totam de Iob narrationem, non eſſe veram rei geſtæ hiſtoriam, ſed tantum rei fictè parabolam. Tertiò contra vnanimem conſenſum, eſſet dicere quæ *Gen.* 2. referantur de Eua excoſta Adæ procreata, non intelligi ſecundum hiſtoriam quod re vera ita acciderint, ſed ſecundum typum, & myſticum ſenſum accipienda eſſe. & alia exempla quæ apud *Azor. loc. cit.* poſſunt videri, quæ breuitatis cauſa omitto.

PETES II.

An interpetrari liceat Scripturam ſacram non quidem contra vnanimem conſenſum Patrum, ſed præter illum dumtaxat.

Reſpondetur ex *Bannes* quem citat, & ſequitur *Azor. loc. cit. q.* 3. affirmatiuè, nec hoc eſt contra id quod præcipit *Trid. ſeſſ.* 4. quoniam ſynodus non prohibet, quo minus alios ſcripturarum ſenſus eruamus. ſed ne tales ſint, vt vnanimo Patrum ſententiæ repugnent.

PETES II.

An nefas ſit Scripturarum ſacrarum verba ad profanam, & vanam interpetationem conuertere.

Reſpondetur ex *Trid loc. cit.* nullo modo licere id facere.

PETES III.

Quot ſenſus poſſit habere vnus ſcripturæ locus.

Reſpondetur ex communi Theologorum ſententia, teſte *Azor. loc. cit q.* 5. duos ſenſus poſſe habere, vnum literalem, alterum myſticum. ita *Gregor. lib.* 20. *moral. c.* 2. & *Auguſt. lib. de vtilit. cred. c.* 3 literalis ſenſus eſt, quem ipſæ voces propriè, aut translatè ſumptæ proximè ſignificant: ſcriptura .n. voces, quibus vtitur ad aliquid ſignificandum aliquando propriè, aliquando metaphoricè vſurpat, vt docet *Auguſt. lib.* 3. *de doctrina Chriſtiana c* 5. vt patet ex ſequentibus exemplis. Leo Agnus, ouis, petra mons, in ſcripturis propriè accipiunrur ſæpè numero; aliquando verò impropriè, & metaphoricè, & ſignificant fortem, innocentem, manſuetum conſtantem, ſuperbum. Quare duplex eſt ſcripturæ literalis ſenſus, vnus proprius, & genuinus, quem voces propriè ſumptæ ſignificant, alter metaphoricus, & figuratus, quem voces per translationem acceptæ deſignant.

Quod

Digitized by Google

Quod ſi roges, quando ſcripturæ voces propriè quando metaphoricè ſiuè tropice interpetrabimur.

Reſpondeo eſſe vtendum regula Auguſtini in hac parte qui *lib 3.de doctrina christiana cap.* 10 & 11.docet, voces ſcripturæ ſemper propriè interpetrari debemus, niſi quando inde aliquid abſurdi colligetur,abſurdum intelligit,quod ſit alteri ſcripturæ loco contrarium, vel quod cum recta ratione manifeſtè pugnet.

Myſticus caro ſenſus eſt. quem non voces primo. & proximè ſignificant ſed res vocibus ſignificatæ, nimirum quando res vocibus ſignificata eſt typus, figura, & vmbra alterius rei:explicabo rem ad *Heb.*5. & 7. Apoſtolus multa per typum, & allegoriam explicat, & illud *Deuter.*25. non alligabis os boui trituranti, myſticè explanat 2. *Cor.*9. totam hiſtoriam duorum filiorum Abrahæ Iſaac, & Iſraelis, Paulus ſcribit eſſe per allegoriam,typum, & vmbram duorum teſtamentorum,veteris & noui, & duas vxores Abrahæ,ancillam vnam,alteram liberam, eſſe figuram duarum Ciuitatum,terreſtris,& cœleſtis &c.

PETES IV.

Quotuplex ſit Scripturæ myſticus ſenſus, & quotuplex item literalis ſenſus.

Reſpondetur ex communi Theologorum ſententia teſte *Azor.loc.cit.q.6.* literalem, ſeu hiſtoricam vt ſupradixi eſſe duplicem.proprium nempè, & metaphoricum.metaphoricus verò duplex eſt quoniam metaphora, aut ineſt ſingulis verbis,aut toti ſermoni, & orationi.talis eſt ea Chriſti oratio, & ſententia.*Luc.*14. Nemo mittens manum ſuā ad aratrum,& reſpiciens retro,aptus eſt regno Dei, tales ſunt parabolæ prouerbiæ,& multæ aliæ Scripturarum ſententiæ,quæ tum in vetere, tum in nouo teſtamento continentur. Myſticus verò ſenſus eſt triplex. allegoricus, cum res veteris populi accipiantúr tamquam vmbræ, & figuræ eorum, quæ ad Chriſtum, & Eccleſiam pertinent. Tropologicus eſt, tum res veteris teſtamenti ſumuntur tanquam figuræ, & imagines eorum,quæ ad vitæ mores ſpectant.

Anagogicus verò ſenſus eſt, cum res veteris, & antiquæ reipublicæ accipiuntur tamquam typi, & vmbræ ſupernæ, & cœleſtis patriæ. hoc vno tantum exemplo declaro,vox vna Hieruſalem, habet quadruplicem ſenſum, literalem ſiuè hiſtoricum,& ſignificat vrbem illam totius Orientis celeberrimam, iudeę totius Metropolim, in qua fuit templum Domini extructum,pulcherrimum, magnificentiſſimum. allegorico ſenſu vrbs illa typus,& figura fuit Eccleſiæ a Chriſto Domino fundatæ. Tropologicè verò eadem eſt figura, & vmbra piæ,& religioſæ mentis, in qua tamquam in Ciuitate Deus templum,& domicilium,& ſedem habet. Secundum Anagogiam Hieruſalem eſt imago cæleſtis, & ſupernæ patriæ.

PETES V.

An quilibet Scripturæ locus ſenſum habeat literalem.

Reſpondent aliqui Scripturam aliquādo ſenſu literali vacare ſolo myſtico intellectu contentam.

Sed *Azor. loc. cit.q.*8. docet omnem Scripturæ locum ſenſu aliquo literali conſtare,vel proprio,vel metaphorico.

PETES VI.

An quilibet Scripturæ locus ſenſum myſticum habeat?

Reſpondetur quidam arbitrantur omnem Scripturæ locum ſenſu myſtico conſtare, iuxta illud Pauli omnia in figura contingebant illis.

Sed *Azor.loc.cit.q.*9.quod præcepta, & cōſilia morum non ſolent paſſim, niſi ſenſum literalem habere, qualia ſunt præcepta Decalogi non furaberis, non falſum teſtimonium dices, &c. idem dicitur de præceptis fidei.

PETES VII.

An eiuſdem literæ in ſcripturis poſſint eſſe duo, & plures ſenſus literales.

Reſpondetur ex communi Theologorum ſententia, & præcipuè ex *D. Th.*1.*part.q.*1.*art.*10.affirmatiuè,nempè eiuſdem literæ poſſe plures ſenſus literales eſſe.

Vt patet ex multis exemplis diuinæ Scripturæ. Primum eſt illud *Pſal.*2. filius meus

Digitized by Google

meus es tu, Ego hodie genui te: quæ verba ad literam intelligit *Apoſt. ad Heb. 1. de æterna Chriſti generatione*. cui n. ait Angelorum dixit: Filius meus es tu, ego hodie genui te?

Idem *Apoſt. act. 13.* intelligit illa de Chriſti reſurrectione cùm dicit: hanc Deus adimpleuit filijs veſtris, reſuſcitans Ieſum ſicut in *Pſal. 2.* ſcriptum eſt filius meus es tu. Ego hodie genui te: ratio eſt quia nec generatio æterna fuit figura reſurrectionis, nec reſurrectio figura æternæ generationis ergo ſunt duo ſenſus literales.

Hinc conſtat eoſdem ſenſus quadrare illis verbis *Iſai. 53.* generationem eius quis enarrabit, nempè poſſe intelligi de generatione æterna, ac temporali.

PETES VIII.

Quis ſenſus præſtantior ſit literalis, an myſticus?

RESpondetur ſi formalem rationem conſideremus, & non rem ipſam; aut intentionem Spiritus ſancti, ſenſus literalis eſt præcipuus quoniam ſignificatio immediata, ac primaria verborũ eſt eſſentialis, & principalis ſenſus illius. myſticus autem eſt ſecundaria, & remota.

Præterea ſignificatio vocis, vt notat *Burgenſis*, eſt certior, ac ſenſibilior, ac proindè aptior, vt nobis repræſentet: ſenſus autem myſticus ſeu ſpiritualis latens, & obſcurior. Si verò ſermo ſit de re ipſa ſignificata, vel de intentione Spiritus ſancti, ſenſus ſpiritualis ſæpius literalem ſuperat. Præſertim in vetori teſtamento id omninò eſt certum principalius per ipſum figurare voluiſſe legem euangelicam. in nouo verò teſtamento, cum potiſſimum literæ obiectum ſit vita Chriſti, ſæpius literalis ſenſus excedit.

PETES VIX.

In quo differt ſenſus literalis à ſenſu ſpirituali.

RESpondetur ex communi Theologorum ſententia quod duplex eſt ſenſus diuinæ Scripturæ literalis vnus, qui ſcilicèt immediatè exprimitur per voces, vt ſupra dictum eſt, ſpiritualis alter, qui mediatè hoc eſt, per res ipſos ſignificatus à vocibus inſinuatur.

Spiritualis dicitur non quia per ipſum ſpiritualia ſignificentur, cùm plurima ſpiritualia, & altiſsima ſenſus literalis contineat: ſed per quãdam analogiam, quia ſicut anima includitur in corpore, & illud ad ſublimiorem eſſendi modum eleuat: ſic ſenſus latenter includitur in litterali, illumq; ad altiora, vel occultiora euenit. Senſus literalis videtur quaſi materialiter exiſtens, & in materia immerſus literæ quæ iam ex humana impoſitione eſt determinata, & coarctata ad repræſentationem talis rei: & illa actuatur, ac ſi eſſet forma intrinſeca, & connaturalis ipſi vocis ſenſus verò ſpiritualis ſic dicitur quia abſtractus & quaſi ſeparatus eſt, non ſolum à litera materiali, ſed etiam à re per illam ſignificata. quia neutra eſt per ſe determinata ad repræſentandum illum, ſed à diuino ſpiritu talis ſignificatio fuit extrinſecè appoſita ſignificationi literæ.

QVÆRITVR CLXXXVIII.

An ex matrimonio rato oriatur affinitas, & vſq; ad quem gradum.

RESpondent multi grauiſſimi *DD.* teſte *Sanchez de matrim. lib. 7. diſp. 64. num.* 24. affirmatiuè, nempè oriri affinitatem vſq; ad quartum gradum, & non publicam honeſtatem, & ratio horum *DD.* eſt, quia *Trid.* ex ſolis ſponſalibus cognoſcit impedimentum publicæ honeſtatis, ergo contracto matrimonio licèt ratò debet oriri affinitas. quia per vinculum coniugale cum poteſtate ad copulam vir, & vxor vniuntur in ratione vnius principij ad generationem, ergo oritur inter ipſos affinitas.

Sed *Sanchez loc. cit. nu. 25.* cum multis alijs *DD. à ſe cit.* docet quod in rigore non oritur affinitas ex matrimonio rato, ſed tantum oritur impedimentum publicæ honeſtatis. quia affinitas oritur ex eo, quod vir, & vxor efficiuntur vna caro per copulam perfectam, & conſumatam quod non reperitur in matrimonio rato. ita etiam docet *Gloſſ. c. ſi quis deſponſauerit in fine cap. 27. & Abbas in c. iuuenis num. 4.* & alij.

Fatetur verò idem *Sanchez num. 23.* quod quamuis dicamus oriri publicam honeſtatem ex matrimonio rato, tamen extendi hoc impedimẽtum vſq; ad quartum gradum; non ſic illud quod oritur

R ex

ex ſolis ſponſalibus, nam illud eſt reſtrictum in *Trid. ſeſſ.24. c.3.* vſq; ad primum gradum.

SED

Dices quod de nomine ſit quæſtio, non de re.

RESpondet *Sanchez loc.cit.num.23.* nam qui docent oriri affinitatem ex matrimonio rato, ſequitur, contrahentes cum affinibus ſine diſpenſatione incurrere excommunicationem latam in *Clem. vnica de conſanguinit.* ibi excommunicantur contrahentes cum affinibus. qui verò docent ex matrimonio rato non oriri affinitatem, ſed tantum impedimentum publicæ honeſtatis ſed arctius vinculum quam ex ſponſalibus ſequitur non incurrere excommunicationem licèt peccent contrahentes cum affinibus ex matrimonio rato abſq; diſpenſatione Summi Pontificis. ita etiam docuit *Sanchez lib 7 diſp.48 nu.14. in fi.* & dicit hoc eſſe probabilius.

QVÆRITVR CLXXXIX.

An matrimonium inter affines, vel conſanguineos ſit licitum ſub conditione ſi Papa diſpenſauerit.

RESpondetur ex communi DD. ſententia teſte *Sanchez de matrim lib.5. diſp. 5.num. 6.12. & 18* non committi peccatum, neq; incurri excommunicationem, quidquid dicant alij in oppoſitum quia illa conditio ſuſpendit in tempus habile, nec ex traditio reputatur impoſſibilis.

SED

Controuerſia eſt inter Doctores, quando conſanguinitas eſt in ſecundo gradu, an valeat talis conditio?

RESpondetur ex *Henriquez lib. 11. cap. 10. num.4.* quod reijcitur ea conditio tanquam impoſsibilis.

Sed *Sanchez loc. cit. num. 20.* cum *Acoſta à ſe cit.* docet quod verius eſt valere hanc conditionem. quia licèt difficilè diſpẽſet Pontifex, ſæpè tamen diſpenſare ſolet.

SED PETES I.

An matrimonium contractum ſub conditione ſi Papa diſpenſauerit, diſpenſatione obtenta conſurgat verum matrimonium abſq; nouo conſenſu dummodo ſit contractum coram Parocho, & teſtibus.

RESpondent multi grauiſsimi DD. teſte *Sanchez lib.5 de matrimon. diſp.8, num.9.* requiri nouum conſenſum, ad hoc vt ſit validum matrimonium.

Sed multi alij DD. quos citat, & ſequitur *Sanchez num.10.* docent adueniente diſpenſatione Summi Pontificis, non requiri nouum conſenſum, ſed ſtatim cõſurgere verum matrimonium abſq; nouo conſenſu.

Quod ego intelligo facta ſententia ab ordinario ſuper gradu, nam tunc fiunt habiles ad matrimonium nam ſignata diſpenſatio à S.Pontifice ſuper diſpenſatione gradus affinitatis, vel compatratus non eſt ponenda in vſu, niſi verificatis expoſitis per informationẽ captam ab ordinario, itaq; ſi prius non eſt facta ſententia diſpenſationis ab ordinario, cui commiſſa eſt diſpenſatio S. Pontificis non cenſetur adhuc poſita in actu ſecundo diſpenſatio, nec adhuc adimpleta conditio, ad hoc, vt verum matrimonium conſurgat.

SED

Difficultas eſt, an adimpleta conditione opus ſit, vt ſciant Parochus, & teſtes eſſe adimpletam conditionem, & an ſit de nouo contrahendum dictum matrimonium coram Parocho, & teſtibus.

RESpondent multi DD. teſte *Sanchez lib.5. de matrim. diſp 8. num.21.* docẽt eſſe neceſſarium, vt denuo coram Parocho, & teſtibus conſentiant, impleta conditione.

Sed *Sanchez* cum *Nauarr. à ſe cit. num.24. & 25.* docet quod matrimonium ſemel coram Parocho, & teſtibus contractum ſub conditione licita, non eſſe opus, vt poſt aduentum conditionis iterum fiat coram Parocho, & teſtibus: quia adueniente conditione retrotrahitur, ac manet perfectum, ac ſi à principio factum fuiſſet, nec eſt neceſſarium vt præſentes ſint vitificationi conditionis; hæc opinio *Sanchez, & Nauarr.*

Supponit non eſſe neceſſarium nouum con-

conſenſum adimpleta conditione, vt ſupradictum eſt. idem dicendum eſt, ait *Sanchez num.* 26. ſi duo conſangnini ei contrahant coram Parocho, & teſtibus ſub conditione ſi Papa diſpenſauerit, nempè obtenta diſpenſationes, ac executa ab ordinario, vt ſupradixi, non eſt opus vt iterum conſenſiant coram Parocho; & teſtibus.

PETES II.

An Parochus, & teſtes debeant ſcire contrahentes ſub conditione inire matrimonium?

Reſpondeo, ſecluſo ſcandalo, non eſſe opus, vt Parochus, & teſtes ſciant, cōtrahentes ſub conditione celebrare cōiugium, nam ſatis eſt, vt interſint teſtes, & Parochus dicto matrimonio, cùm nihil aliud ſit cautum in iure.

Dixi ſecluſo ſcandalo, nam ſi tàm Parochus quàm teſtes ſciunt impedimentū, & celebrari à contrahentibus coniugiū abſq; diſpenſatione Summi Pontificis ſuper aliquo impedimento dirimenti, iuducerent ſcandalum, ſi contrahentes non explicarent teſtibus, & Parocho eos contrahere dictum matrimonium ſub conditione ſi Papa diſpenſauerit; ac proindè tenerentur contrahentes manifeſtare Parocho, & teſtibus ſub conditione celebrare matrimonium, nempè ſi Papa diſpenſauerit.

PETES III.

Quid dicendum quando contrahentes, vnus eſt ignarus impedimenti dirimentis occulti, alter vero ſcit huiuſmodi impedimentum, & ne incurrat infamiam, vel ſcandalum eſt illi neceſſarium, vt contrahat matrimoniū, an tunc licitè poſſit alter ſponſus conſcius impedimenti occulti dirimentis, puta quia cognouit conſanguineum in ſecundo gradu contrahere matrimonium, ſub conditione, mente recepta, ſi Papa diſpenſauerit?

Reſpondeo, ſaluo meliori, ac doctiori iudicio, quod eſt licitum contrahere matrimonium ſub conditione ſi Papa diſpenſauerit, illi ſponſo conſcio talis impedimenti occulti derimentis, nec eſt opus, vt talis conſenſus conditionatus alterius ſponſi, ſciatur ab alio ſpōſo ignaro huius impedimenti occulti, vel à Parocho, vel teſtibus, ſed ſtatim adimpleta conditione ideſt obtenta diſpenſatione à S. Pontifice media ſacra pænitentiaria, & applicata à confeſſario media confeſſione pænitētis ſtatim conſurgit matrimonium ſine nouo cōſenſu contrahentium, ac aſsiſtentia Parochi, & teſtium; hæc doctrina cohæret ſupradictis nempè in opinione *DD.* dicentium non requiri nouum conſenſum in matrimonio celebrato ſub conditione, quando adimpletur conditio.

SED

Dices ſtylus ſacræ penitentiariæ eſt, quod ſemper quando concedit facultatem diſpenſandi confeſſario, ponit clauſulam dummodo cautè extorqueat conſenſum alterius ſponſi ignari impedimenti occulti dirimentis alterius coniugis.

Reſpondetur, quod ſacra pænitentiaria non ſupponit fuiſſe contractum matrimonium ſub conditione ſi Papa diſpenſauerit, & ideo mirum non eſſe debet, ſi requirit nouū conſenſum vtriuſq;

Quod ſi explicato negotio, ſacræ penitentiariæ ſcilicet matrimonio contracto ſub conditione ab vno coniuge ſi Papa celebrauerit, hoc non obſtante præcipiat pænitentiaria, vt extorqueatur nouus conſenſus, id faciendum eſt ſicut præcipit.

PETES IV.

An in hoc caſu poſſit alter coniux qui eſt cōſcius impedimenti dirimentis occulti, oſculari ſponſ.m, ac tangere manus, non adhuc adimpleta conditione, ſcilicet non adhuc impetrata diſpenſatione Summi Pontificis.

Reſpondetur non eſſe licita oſcula, ante adimpletam conditionem, ideſt non adhuc impetrata diſpenſatione, vt ſatis docui cum DD. *à me citat. in praxi conf ſſar. orum* 2. *editione fol.* 334. *vſq; ad fol.* 339. *q.* 41. quia matrimonium celebratum ſub conditione ſi Papa diſpenſauerit non eſt verum matrimonium ante diſpenſationem, nec etiam habet vim ſponſalium: ſed per ſponſalia pura, & non conditionalia acquiritur ius oſculandi ſponſam, vt docent DD. ergo.

Verum quantum ad tactus manus eo modo quo fit in choreis, non mihi videtur illicitus, ſecluſo periculo delectationis in copulam, quia communiter docent

R 2 DD.

DD. choreæ in ſe ſunt res indifferentes eo magis, cùm in caſu noſtro vrgeat neceſsitas tangendi manus ſponſæ, ne incurrat infamiam, vel aliquod ſcandalum, nam ſuppono moraliter eſſe neceſſarium vt hic, & nunc contrahatur dictum matrimonium. ac proindè arbitror, etiam cum periculo proximo conſentiendi in mortale poſſe tangi manus ab alio coniuge conſcio impedimenti dirimentis occulti, dummodo proponat firmiter non conſenſurum, & habeat credulitatem, quod non conſenſiet, vt patet ex doctrina *Nauarr. communiter recepta cap 3. num.* 14. vbi docet quod quando quis habet rationabilem cauſam non ſeparandi ſeſe ab occaſione proxima peccandi mortaliter, poteſt ſine peccato perſeuerare in illa modo proponat ſe non conſenſuram, & habeat credulitatem non conſentiendi in mortale.

S E D

Dices adeſſe ſaltem periculum ex parte ſponſi ignari impedimenti occulti dirimentis, vt ex tanta manus capiat delectationem.

Reſpondetur in primis hoc non eſt certum. Secūdò alter coniux, & ſi capiat delectationem de tactu manus, tamen ipſe non peccat, quia putat eſſe validum matrimonium.

Addo etiam quod *Zanardus Salas Villalabos*, & alij apud *Dianam 3. par. tract.* 5. *reſol.* 1. docent in rebus venereis dari paruitatem materiæ. idem docet *Syluius, & alij cit. à Diana 4 par. reſol.* 138. *& Cormitulus in reſp. moral. lib. 4. q* 20 *n. 6. qui* DD. non ſolum dicunt non eſſe peccatum mortale tangere manus fœminæ, ſed etiam oſculari eam, ac ſumere delectationem de oſculis in partibus honeſtis fœminæ ſolutæ non eſſe peccatum mortale. qui intelligendi ſunt ſecluſo ſcandalo, & ſecluſo periculo conſentiendi in mortale, ac etiam ſecluſo periculo pollutionis.

Sed multi alij DD oppoſitum docent, teſte *Diana par. 5. tract. 5. de prauitate materiæ reſol* 5. vbi affert decretum Clem. VIII. definuiſſe in officio ſanctæ inquiſitionis non dari in rebus venereis paruitatem materiæ.

Verum quantum ad tactum manus fœminæ ſolutæ ſecluſo ſcandalo, pollutione. periculo conſentiendi in mortale, arbitror probabile eſſe non eſſe peccatum mortale ſumere delectationem prouenientem ex tactu manus fœminæ, quia non ad tactum venereæ voluptatis refertur, ſed primarum ſecundarumq; qualitatum, qualis eſt leuitas, & mollitudo, vt rectè ait *Comitulus loc. cit.* vbi addit hæc formalia verba. Quod.n. ſomniauit aliquis eam delectationem vitioſam eſſe, & ſuapte natura progredi ad corporum coniunctionem ſeu ſexuū commixtionem ridiculum, & inane cōmentum eſt: nam & ſine vllo peccato reperitur in parentibus, fratribus, & ſororibus, quæ ad nullum refertur concubitum. & ideo non diſſentiendo à cōtraria opinione, & à decreto Clem. VIII. dico quod in hoc caſu non datur paruitas materiæ in rebus venereis, cū tactus manus ſimpliciter non ſit res venerea, & ex ſe non inducit ad concubitum, nec tactus libidinoſus nam tunc dicitur libidinoſus quando fit propter delectationem fornicationis, inceſtus &c, vt docui cum *D. Th. à me cit. in libello de modo interrogandi pænitentē q.* 21.

QVÆRITVR CLXXXX.

An conſanguinei, vel alij recipientes ab Epiſcopis ſeu alijs beneficiarijs redditus, quos ipſi tenerentur in vſus pios inſumere peccent mortaliter.

Reſpondetur ex *Sanchez in opuſculis tomo* 1. *lib* 2. *cap*. 2. *dub*. 38. *num*. 14. & alijs apud ipſum peccare mortaliter, quia cooperantur peccato illorum. Sed non tenentur ad reſtitutionem accipiētes ſecundum probabiliorem ſententiā, vt etiam docet *Diana par. 7. tract.* 11. *reſol.* 29. vbi citat, & ſequitur *Lugo*, qui docet non peccare mortaliter accipiētes bona à ſupradictis qui tenentur inſumere in pios vſus, ſi non inducant, nec petent ad donandum, ſed tantum oblata acceptant, & ratio horum DD. eſt, quia accipientes non dicuntur propriè cooperari peccato eccleſiaſticorū malè donantiū quia peccatum ex parte eorum conſumatur per ipſam oblationem. ergo poſita oblatione acceptatio, quæ conſequitur ex parte accipientiū, non præbuit cauſam illi oblationi ſed perfecit donationem, vt ſtante acceptatione, translatum fuerit dominium. Sed mihi non ſatisfacit ſupradicta opinio quia aliquo modo videtur acceptans coo-

Digitized by Google

cooperari peccato malè donantis, quia ſi non acceptaret res non tranſiret in dominium acceptantis. &conſequẽter manſiſſet res in ſtatu in priori ſub obligatione, vt pauperibus diſtribueretur. & maiori obligatione, quam ſi eſſet res translata in dominium laici.

SED PETES I.

An ſi quis ex infima ſortè in Epiſcopatum aliumue dignitatem aſſumatur, poſſit conſanguineis pauperibus dare iuxta ſtatum ipſius Epiſcopi, vel tantum iuxta eorum ſtatum, & ſimiliter de conſanguineorum dotatione.

RESpondetur ex DD. quos citat, & ſequitur *Sanchez in opuſcul lib. 2. dub. 28. num.* 8. licere Epiſcopo de bonis eccleſiaſticis, ſuperflueis aliquid amplius conſanguineis dare, vt ſecundum aliqualem altiorem ſtatum viuant, quia ratione dignitatis ad quam conſanguineus prouehitur; augetur ſtatus conſanguineorum.

HINC

PRimo infertur quod, & ſi tales conſãguinei aſſumpti ad dignitatem haberent antea neceſſaria ad ſtatum, poteſt Epiſcopus factus amplius ei dare, vt altiorem ſtatum habeant. ita *Nauarr.* quem citat, & ſequitur *Sanchez loc. cit.*

Secundò infertur licitum eſſe talibus Clericis relinquere aliquid annuum conſanguineis pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus, vt deinceps abſq; neceſſitate viuãt modo id moderatum ſit, & ex cauſa pia principaliter fiat, ſcilicèt non ob familiæ conſeruationem, & memoriam, ſed ad eorum indigentiam ſubleuandam, ne in paupertate viuant ita *Molina* quẽ citat, & ſequitur *Sanchez loc cit. nu.* 10.

Tertiò infertur ex *DD. cit. a Sanchez nu.* 12. quod non tantum peccant Eccleſiaſtici, qui prædictos redditus ſuperfluos prodigè, & vanè expendunt, ſed etiam qui auarè retinent, & cuſtodiunt, vel theſaurizant. Quia obligatio diuina, & humana eſt diſtribuere pauperibus, & ſuccurrere neceſſitatibus præſentibus, vel quæ probabiliter de proximo imminent contra quod faciunt theſaurizantes.

Quando non eſt neceſſitas, licere ex redditibus Eccleſiaſticis emere poſſeſſiones, vel eos in theſauro reponere pro futuris neceſſitatibus. Secus vero vbi neceſſitas imminet. ita DD. *cit. à Sanchez num.* 12.

Non tamen eſſe auaram retentionem ſeruare mediocrem ſuperfluorum quantitatem ad proprias neceſſitates probabi iter euenturas, vt ægritudinis, litiũ, ſterilitatis, &c.

Quartò infertur poſſe clericos ex redditibus benefic j ſuperfluis ſubſtentare cõſanguineos in *Studio*. ſi pauperes ſint, & eos doctorari facere, hoc. n. in vniuerſalis Eccleſiæ commodum redundat, quæ viris doctis eget & ità *Roſella verb. cler. nu.* 2. *Sylu. verb. clericus* 4 *q* 15. & *Sanch. in opuſcul. lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 28. *num* 18.

Præterea quod dictum eſt de redditibus ſuperfluis beneficiorum, idem prorſus dicendum eſt de Religioſorum monaſterijs, quibus prouentus redundant, & de fabrica Eccleſiæ, cui redditus ſuperfluunt, ſcilicet teneri, quod ſupereſt, in pios vſus conuertere. ita DD. teſte *Sanchez loc. cit num.* 17. quia redditus datur monaſterio, & fabricæ, vt decenter ſubſtentur, & non vt luxurientur, & vt ſuperfluum in pios vſus conuertant.

PETES II.

In quo conſiſtat ſpecialis obligatio clericorum ad elargienda eleemoſynas de bonis, & redditibus Eccleſiaſticis ſuperfluis ſupra ſæculares, & ſupra alia bona patrimonialia ipſorum clericorum.

RESpondetur ex *Sanchez loc. cit. dub.* 39. *num.* 1. in quatuor conſiſtere iſtã ſpecialem obligationem. Primò quia prodigalitas, vel retentio auara, & donatio liberalis ſine cauſa miſericordiæ ſecularium, & bonorum patrimonialiũ ex ſe, niſi alia ratio admiſceatur, eſt tãtum culpa venialis iuxta omnes DD. at verò in clericis prodigalitas reddituũ prædictorum, & annua retentio ſine iuſta cauſa, & donare notabilem partem non per viam eleemoſynæ eſt peccatum mortale, vt communiter affirmant DD. Secundò, quia licèt Clerici non ſemper peccent mortaliter non erogantes in eleemoſynam prædictos redditus ſuperfluos, ſed quando neceſſitas imminet, vt in minoribus neceſſitatibus tenentur ſub mortali: nam laici, vel clerici de patrimonialibus tantum tenentur in graui, vel extrema neceſſitate; at de

præ-

prædictis redditibus, licèt non ſit grauis nec extrema, tenentur clerici de bonis ſuperfluis Eccleſiaſticis diſtribuere eleemoſynas.

Tertiò, quia ſeculares pluribus indigent, pluraq; ſunt eis neceſſaria ad ſui ſtatus decentiam intra hãc n. includũtur omnes vſus aliàs liciti, vt theſaurizare additandum ſe, & propinquos ad ſtatum altiorem comparandum: at intra ambitum decentiæ ſtatus clericorum hæc non clauduntur, ſed tantum ea, quibus indigent ad ſuam, ſuæq; familiæ ſubſtẽtationem; nec poteſt ſibi, aut propinquis theſaurizare. ita *Corduba Abul. & Gonzala* quos citat, & ſequitur *Sanchez loc. cit. nu.* 3.

Quartò quia laici nõ tenentur ex officio, ſeu ſtatu ſuo quærere pauperes, ſed ſat eſt, ſi occurrentibus ſubueniant: at clerici habentes redditus eccleſiaſticos ſuperfluos tenentur quærere pauperes. ita DD. teſte *Sanchez in opuſculis lib. 2. dub. 29. num.* 4.

Sed quoad hanc partem ſcilicèt ad quærendos pauperes pro elargienda illis eleemoſyna docent DD. teſte eodem *Sanchez num.* 6. hoc eſſe verum de ſolis Epiſcopis, & beneficiatis curam animarum habentibus. Cæteri verò clerici beneficiati non tenentur quærere pauperes, pro diſtribuenda illis eleemoſyna, ſed ſat eſt, vt ſubueniant quando caſus occurrunt.

Medina C. de eleemoſyna. dicit fortè tãtum Prælatos teneri ad quærendum, *Corduba lib. 1. quæſtion. q. 26. § ex omnibus tenet* ſolos Prælatos adhoc teneri.

PETES III.

Clerici beneficiati, Epiſcopi, &c. habentes redditus Eccleſiaſticos in quem vſum licitum poſſunt expendere redditus eccleſiaſticos.

RESpondetur clericos non teneri ad vitam parcam, ſed moderatam, & decentem ſecũdum ſtatum, & regionem in qua viuunt. vnde nomine decẽtis ſubſtentationis intelliguntur neceſſaria ad ſui ſtatus, & ſuæ familiæ honorabilem ſubſtentationem, ſecundũ conditionem gradus, dignitatis, & qualitatis, vel ſtatus ſui, & regionis, in qua tales clerici commorantur: ita tamen, vt non pompaticè, & luxurioſè viuant, vt ſeculares, ſed honorabiliter, vt clerici, & chriſtiani ita DD. teſte *Sanchez in opuſc. lib. 2. dub. 41. nu.* 1.

HINC

Doctores ab ipſo cit.

PRimo inferunt nomine decentis ſubſtentationis intelligi moderata, & honeſta conuiuia, & recreationes cùm amicis, vel etiam cum extraneis ex iuſta cauſa.

Secundò inferunt DD. nomine decentis ſubſtentationis comprehendi etiam id, quod cõſumitur ob neceſſitatem illius, qui alibi ea quibus indigebat, habere non poterat, & non eſt honeſtum Epiſcopo ea ipſi vendere. v. g. venit quidã Dux ad aliquam Ciuitatem, non eſt illuſtris Domus, vbi commodè ſe recipere poſſit, niſi Epiſcopi domus, non eſt malè conſumptum quod expendit pro hoſpitio talis perſonæ.

Tertiò inferunt DD. nomine decẽtis ſubſtentationis comprehendi etiam remunerare honeſta ſeruitia ſibi exhibita à conſanguineis, vel extraneis, quia hæc non eſt donatio liberalis, ſed ob cauſam.

Quartò inferunt DD. per neceſſaria ad ſtatum eſſe intelligenda non ſolum, quę ſunt neceſſaria ad decentiam ſtatus ſecundum qualitatem beneficij; ſed etiam ſecundum qualitatem perſonæ. v. g. ſi Regis filius Epiſcopus Cordubenſis creatur, poteſt ex redditibus Epiſcopatus deducere neceſſaria ad decentiam ſtatus non tantum Epiſcopi Cordubẽſis, ſed filij Regis.

Limitatur primò niſi Eccleſia reparatione, & ornamentis indigeret. ſi. n. his indigeret, tantum poſſet Clericus ex dictis redditibus viuere, ſecundum qualitatem beneficij.

Limitatur ſecundò, niſi Clericus haberet bona patrimonialia ex quibus poſſet viuere, tunc. n. ex dictis redditibus tantum poſſet viuere ſecundum qualitatẽ beneficij non autem ſecundum qualitatem perſonæ. ita *Nauarr. & Molin.* quos citat, & ſequitur *Sanchez loc. cit.*

PETES IV.

An Clericus poſſit debita contracta ſoluere ex redditibus Eccleſiaſticis, & an id teneatur ſi aliundè non ſit ſoluendo.

RESpondetur ex communiſſima DD. ſententia teſte *Sanchez in opuſc. lib. 2. dub.* 42. quod clerici poſſunt immo tenen-

tenentur ex redditibus Eccleſiæ ſoluere debita quacunq; ex cauſa contracta, etiam illicita puta pro venerijs, conuiuijs profanis, &c. ſi alijs bonis ex quibus ſoluant carent.

Si verò debita contracta ſint pro clerici ſubſtentatione, aut cauſa aliqua pia, poteſt ea ſoluere, licèt bona patrimonialia habeant ex quibus ſoluendo ſint.

PETES V.

An quando clerici parcè viuentes non expendunt de redditibus Eccleſiaſticis, quantum arbitrio boni viri eſt neceſſarium ad decentia ſui ſtatus, illam quantitatem, quã parcè viuentes ſibi detrahunt, poſſint diſtribuere, ſicut bona patrimonialia, vel teneantur pauperibus largiri ſicut ſuperflua.

REſpondetur ex communiſſima *DD.* ſententia teſte *Sanchez in opuſc. dub. 43. num. 2.* poſſe ſicut bona patrimonialia diſponere quidquid dicant alij in oppoſitum.

PETES VI.

An clerici habentes patrimonium ſufficiens ad decentem ſubſtentationem, poſſint beneficium acceptare, atq; viuere ex redditibus Eccleſiaſticis, ſeruatis bonis patrimonialibus.

REſpondetur ex communiſſima *DD.* ſententia teſte *Sanchez dub. 44. num. 5.* poſſe quia hi redditus ſunt labores clericorum, dignus eſt autem operarius mercede ſua *Luc. 10. & 1. ad Cor. 9.*

Limitant primo *DD.* niſi pauperum neceſſitas tali occurreret, vt obligaret laicos ad præceptũ eleemoſynæ, nam ſi caſus occurreret, tenerentur Clerici, vel ex patrimonio, vel ex redditibus ſubuenire, quia ad id tenerentur laici.

Limitant ſecundò iſtum tantum poſſe viuere ex beneficio ſecũdum qualitatem talis beneficij, non ſecundum qualitatem perſonæ.

PETES VII.

An de bonis quaſi patrimonialibus teneatur Clericus, deducta decenti ſubſtentatione, ſuperflua in pios vſus conuertere.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

SCiendum eſt bona quaſi patrimonialia eſſe, quæ clerici lucrantur ratione alicuius miniſterij clericalis, vt pro miſſis, pro adminiſtrandis Sacramentis, audiendis confeſſionibus pro concionibus, pro officio alicuius Vicariæ temporalis pro comitandis defunctis officijs decantandis quia ſunt Cappellani alicuius Domini.

HIS POSITIS.

REſpondetur ex communiſſima, ac probabiliori ſententia, teſte *Sanchez in opuſculis lib. 2. dub. 45. num. 4.* poſſe clericos liberè diſponere de iſtis bonis, ſicut de patrimonialibus.

Addunt præterea DD quod quidquid accipit Parochus pro adminiſtrandis Sacramentis ſuis ſubditis, & beneficiarius pro anniuerſarijs, poſſunt de illis diſponere, ſicut de patrimonialibus quia hæc bona à fidelibus dantur propter perſonalem laborem.

Quoad diſtributiones quotidianas, quæ dantur Canonicis ſolum aſſiſtentibus in choro, multi graues DD. teſte *Sanchez in opuſc. dub. 26.* docent poſſe diſponere, ſicuti de bonis patrimonialibus.

Sed alij probabilius docent oppoſitum.

SED

Quid dicendum de penſionibus.

REſpondetur penſiones quæ clericis applicantur ratione alicuius tituli, aut officij clericalis, aut quia ſunt cleci habent prædictam obligationem, ſicut fructus beneficij.

Secus dicendum eſt de penſionibus quæ ſunt applicatæ laicis, tamquam laicis, id eſt ratione tituli ſecularis, aut clericis, non quia clericis, ſed ratione alicuius tituli, aut muneris ſecularis eſt quæ dantur cantoribus, procuratoribus, Aduocatis Eccleſiarum, & ſimilibus, nẽpe poſſe eos de ſupradictis penſionibus diſponere ſicut de bonis patrimonialibus. ita DD. teſte *Sanchez in opuſc. lib. 2. dub. 47. num. 5. & 6.*

PE-

Digitized by Google

PETES VIII.

An beneficiati poſſint per viam teſtamenti diſponere de bonis ſuis?

RESpondetur ex communi DD. ſententia teſte *Sanchez loc.cit.dub.*50. quod clerici beneficiati de bonis patrimonialis, & quaſi patrimonialibus poſſunt teſtari ad quemlibet vſum, licèt non ſit pius.

Nullo pacto poteſt teſtari de bonis immobilibus beneficiorum.

Quando Clericus conſumpſit aliquid de ſuo patrimonio in vtilitatem *Eccleſiæ*, poteſt de tanta redditũum quantitate teſtari, quia id propriè non eſt de redditibus, ſed de bonis patrimonialibus teſtari.

Subdit *Nauarr.* & alij *DD.* apud *Sanchez loc.cit* quod ſi beneficiatus de patrimonialibus, vel quaſi patrimonialibus bonis in vita aliquid erogauit pauperibus, vel alijs pijs vſibus, poteſt de eadẽ quantitate teſtari cuicunq; voluerit ſicut de bonis patrimonialibus.

De bonis Eccleſiaſticis, neq; Epiſcopum, neq; beneficiatum, poſſe teſtari ad pias cauſas ſine licentia Papæ. ita *DD.* teſte *Sanchez dub.*51.

QVÆRITVR CLXXXXI.

Quidam homo cauſa iuſtæ defenſionis occidit alium hominem, hæres vero occiſi pro remiſſione in foro externo petit pecuniam, an peccet, & teneatur ad reſtitutionem?

RESpondetur ſi pro liberatione pœnæ temporalis occiſori eſt neceſſaria remiſſio partis, poteſt ſine peccato, & onere reſtitutionis aliquid accipi ab hærede occiſi ſeu à parte ad quam ſpectat facere dictam remiſſionem. & ratio mihi eſt, quia pars non tenetur facere remiſſionem, ſed tantum deponere odium, ergo illa remiſſio eſt pretio æſtimabilis, ergo poteſt aliquid accipi hãc doctrinam colligo ex doctrina *Nauarr. cap.* 17. *num.* 15. vbi docet quod non poteſt repeti datum ab aliquo, ne accuſetur ei, qui eum iure accuſare poteſt.

Præterea colligo hanc doctrinam ex *DD.* quos citat, & ſequitur *Bonacin. tom.* 2. *tract. de reſtitut. diſp.* 1. *q.* 3. *par.* 2. *num* 11. vbi docet quod accepta pro faciendo opere licito debito ex alio præcepto, quam iuſtitiæ, non ſunt obnoxia reſtitutioni v. g. ſi Titius Caio nolenti in Paſchate confiteri, aut nolenti miſſam audire in die feſto, aut nolenti ieiunare in die ieiunij tradat pecuniam, vt miſſam audiat, ieiunet, &c. nempè accipientem non teneri ad reſtitutionem.

Ergo dico ego à fortiori dicendum eſt, quando quis neq; ex charitate, neq; ex iuſtitia tenetur aliquid facere, vt eſt in caſu noſtro; nam pars, ſeu hæres occiſi ad aliud non tenetur, niſi ad deponendum odium, ergo illa remiſſio quam petit occiſor poteſt pecunia à parte æſtimari ſine iniuria occiſoris, ac ſine aliqua iniuſtitia ergo non peccat; neq; tenetur ad reſtitutionem; miror, cur hunc punctum non fuiſſe tactum in ſpecie à DD. licèt ex alijs principijs colligatur.

HINC

COlligitur quod vltra damnum quãdo tenetur occiſor reſarcire illud hæredibus occiſi, poteſt etiam aliquam pecuniam pro remiſſione, nam illud damnum illatum ab occiſore eſt reſarciendum ſine reſpectu ad remiſſionem obtinendam ab hæredibus occiſi, vel ad quem ſpectat facere dictam remiſſionem; ergo poteſt recipere pecuniam pro remiſſione hæres occiſi vltra nummos datos pro damno illato, lucro ceſſante, &c.

QVÆRITVR CLXXXXII.

Titius eſt creditor Caij. & habet ius liquidandi contra ipſum ad finem vt ſoluatur ei aliqua quantitas nummorum debita, an poſſit Titius recipere pecuniam à Caio, ne liquidet inſtrumentum contra ipſum pro tanto tempore id quod quæritur, an poſſit Titius recipere pecuniam, non in ſatisfactionem debiti, ſed ſolum ne liquidet inſtrumentum pro tanto tempore.

REſpondeo ſatis mihi certum eſſe, illã priuationem liquidandi inſtrumentum pro tanto tempore eſſe pretio extimandam, ac proinde non video iniuſtitiam, ſi moderatam quantitatem nũmorum quis accipiat ne agat contra debitorem media liquidatione inſtrumenti pro tanto tempore: in vno caſu non admitterem, quando debitor eſſet omnino impotens ad ſoluendum.

Hanc doctrina colligo ex DD. à me ſupra

cita-

Digitized by Google

citatis, vbi docui, quod quis non tenetur ad reſtitutionem, quando accipit pecuniam pro faciendo opere licito, ex alio præcepto, quam iuſtitiæ. Sed in caſu noſtro, ſuppono, nullo modo teneri creditorem ad non agendum contra ſuum debitorem, ergo priuatio non agendi, eſt pretio extimabilis.

QVÆRITVR CLXXXIII.

Fui interrogatus à quodam docto viro de ſequenti caſu. quis ex odio dixit Carnifici, vt cum exerceret ſuum officium contra talia genera perſonarum, pedibus eos premeret ſupra eorum capita, vt citius morerentur, & ita carnifex eſt executus, an qui dederit hoc conſilium inciderit in irregularitatem?

RESpondetur communem DD. ſententia docere incurrere irregularitatē quia fuit cauſa moralis accelerationis mortis qui dedit hoc conſilium.

Sed *Vaſquez & Turrianus* quos citat, & ſequitur *Diana 3. par. tract. 5. Miſcellan. reſol 79.* docent non incurrere irregularitatem, etiam ſi notabiliter acceleretur mors, & ratio horum DD. eſt quia irregularitas ex defectu lenitatis eſt tātum reſpectu miniſtri iuſtitiæ, & eorum qui concurrunt ad cauſæ probationem, ſicut Aduocatus & teſtes, & etiam carnifex ſeu executor iuſtitiæ. Suppono autem ex iuſtitia aliquem fuiſſe ad mortem damnatum, nam ſi ex iniuſtitia fuiſſet ad mortem damnatus, certum eſt in omni opinione quod incurrit irregularitatem qui dicit Carnifici, vt acceleret mortem huiuſmodi ad mortem damnato, etiam ſi non ſit miniſter iuſtitiæ, vel Aduocatus, vel teſtis, qui dederit ſupradictum conſilium.

Opinionem *Vaſquez* teſtatur *Diana* multos Neotericos DD. hoc tempore docere, & ſequi.

Neq; obſtat quod quis ex odio dixit Carnifici, vt accelararet mortem tali damnato ad mortem, quia ſemper actio externa eſt iuſta, nec peccatum internum odij eſt cauſa iniuſtitiæ. nam ſuppono iuſtum eſſe, vt aliquis moriatur. ergo dum non eſt teſtis, nec Aduocatus, vel eſt executor iuſtitiæ non contrahit irregularitatem qui dedit ſupradictum conſilium carnifici.

Confirmatur à pari, qui clericum percuſſit ita leuiter, vt actus exterior, omnibus conſideratis, non cenſeatur ſufficiens ad mortalem culpam, non afficitur excommunicatione, etiam ſi mortaliter peccauerit in intentione intendēs grauiter percutere. ita affirmant communiter DD. & præcipuè *Coninchus diſp. 14. dub. 15. num. 190.* ergo idem dicendum eſt in caſu noſtro. nam actus exterior, non eſt malus immo bonus, ne diù patiatur moribundus in patibulo fortaſſe cum periculo incidendi in mortale. ergo acceleratio mortis executa à miniſtro publico iuſtitiæ non ſolum nō eſt mala, ſed etiam eſt bona, ac deſiderabilis, nec odium internum illius qui dedit hoc conſilium carnifici efficit, vt actio externa ſit mala quia odium internum actioni iuſtæ externæ eſt quid omnino extrinſecum.

QVÆRITVR CLXXXIV.

An vxor teneatur componere ſe vt pulchra fiat, tum quia hoc præcipit eius vir, tum quia ne vir peccet cum alijs feminis.

RESpondetur hunc caſum non vidiſſe tactum à DD. fortaſſe quia mundus abundat fæminis vanis, quæ vltra decentiam ſtatus ſe ornant; ac proinde.

Sic reſpondeo, vxorem per ſe, & lege iuſtitiæ ad aliud non teneri, niſi ad reddendum debitum viro, & ad præſtandum ei obſequia matrimonialia. verum ex charitate debet vxor moderatè ſe componere, vt placeat ſuo viro id præcipienti, & ne rem habeat cum alijs fæminis.

QVÆRITVR CLXXXV.

Quidam homo inſtituit Cappellaniam cum onere miſſarum, & deſignauit locum vbi eſſent celebrandæ dictæ miſſæ: locus verò deſignatus ab inſtitutore Cappellaniæ non eſt aptus ad celebrandum, nec poteſt reparari ex fructibus cappellaniæ: quamobrem ordinarius, tamquam executor piarum voluntatum tranſtulit hoc onus celebrandi in aliam Eccleſiam, an in foro conſcientiæ, poſſit ſine peccato mortali alibi celebrare cappellanus, nempè extra Eccleſiam deſignatam ab ordinario?

RESpondeo non peccare mortaliter, & ratio mihi eſt, quia eatenus docent DD. & præcipuè *Barboſa de poteſt. Epiſcopi allegat. 14 num. 36.* peccat mortaliter cappellanus quatenus voluntas te-

ſtatoris,tamquam Regina ſit ſeruanda, ait *Riccius 4 par. deciſ* 103. Sed in caſu noſtro non poteſt adimpleri voluntas teſtatoris, ergo adimplenda eſt voluntas ſuperioris præcipientis, vt alibi celebrentur miſſæ. Sed quando ſuperior præcipit, vt aliquid fiat ſine comminatione pœnæ non obligat ad mortale. ſi res illa in ſe non ſit mortalis. immo multi *DD*. docent, teſte me in caſibus ſingularibus caſu 103. fol 162. & 163. quod quando ſuperior præcipit aliquid ſub pœna excommunionis, ſuſpenſionis vel interdicti, eius tranſgreſſio non obligat ad mortale. Secus quando dicitur ipſo facto, vel latæ ſententiæ. Sed in caſu noſtro, vt ſuppono, ſolum præcipit ſuperior, quod celebrentur miſſæ tali Eccleſiæ, ſtante quod illa deſignata à teſtatore non ſit apta ad celebrandum. ad ſummum peccaret venialiter cappellanus, in alio loco celebrando. ſed quælibet cauſa iuſta excuſat à veniali, vt communiter docent DD.

QVÆRITVR CLXXXXVI.

An cuilibet liceat legem doctrinaliter interpetrari.

RESpondetur omnes *DD*. docere cuilibet licere hanc interpretationem ſi faciat eam iuxta regulas, & ſenſus *DD*. nó propriè cerebro innixus, vt rectè ait *Caſtrus Palao tom. 1. tract. 3. diſp. 5. punct. 3. §. 2. num. 1. & colligitur ex l. vnic. C. de p rofeſſorib. l. 1. ff. de origine iuris l. 1. ff. ſi cert. pet. l. ſi negotium ff. de priuilegijs*.

SED PETES I.

Quæ regulæ ſint in legis interpetratione.

RESpondetur ex communi *DD*. ſententia teſte *Palao loc. cit.* §. 3. multas regulas obſeruari à *DD*. prima eſt, vt ſeruetur proprietas verborum, & ſecũdum illam proprietatem intelligatur legem latam eſſe, & hoc eſt verum, etiam ſi legiſlator extra legem dicat ſe aliter intelligere, quam ipſa verba ſonant, nam tunc eius declaratio non obligat, niſi promulgat ſuam declarationem, & per illam intendit obligationem inducere.

Duplicem limitationem admittunt *DD*. teſte *Palao num. 5. & 6.* Prima eſt, niſi ex proprietate verborum ſequeretur aliqua abſurditas, vel iniquitas in legislatore. tunc. n. verba impropienda ſunt. Secunda eſt niſi ex proprietate verborum redderetur lex inutilis, tunc. n. ad impropia poteſt recurri, vnde ſententia interdicti illuſoria redditur, niſi extendatur ad ſub vrbia.

Secunda regula eſt obſeruanda in interpetratione legis ſecundum. ferè omnes *DD*. teſte *Palao loc. cit. num.* 11. quod in pœnis facienda eſt mitior interpetratio, in fauorabilibus amplianda, in dubio facienda, vt potius valeat res, quam pereat, quia nemo præſumitur inutiliter operari, ac proindè in dubio pro valore actus interpetratio facienda eſt. ita *l. 3. ff. de milit. teſt. l. quoties de verb. ſignif.* & docet *Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt.* 5.

Tertia regula eſt ſeruanda, vbi tractatur de obligatione, ſtrictam eſſe interpetrationem adhibendam, quia non eſt inducenda obligatio ſine manifeſta ratione. ita *DD*. teſte *Palao num.* 12.

Quarta regula eſt, quod lex numquam cenſetur derogata alia lege, niſi lex derogans priori ſit omnino cõtraria, quia correptio legis vitanda eſt, quoad fieri poteſt. ita *DD*. teſte *Palao num.* 13.

Quinta regula obſeruanda eſt, vt ſemper lex noua debeat ſecundum antiquam interpetrari. vt *Fuſius* probat cum *DD*. *Palao loc. cit. num.* 14. aliæ regulæ aſſignantur à *DD*. ab alij *DD*. cit. à *dicto Palao*, ſed facilè poſſunt reduci ad ſupradictas explicatas.

PETES II.

Quæ proprietas verborum ſeruanda ſit in lege, naturalis, an ciuilis?

RESpondetur per ſe loquendo ſeruanda eſt proprietas verborum naturalis, ſeu quæ communi hominum acceptione, & vſu habetur. ita *DD*. teſte *Palao num.* 7.

Hæc doctrina habet verum in lege præceptiua, & pœnali: at in lege fauorabili non ſolum proprietas verborum communis, ſed etiam Ciuilis ſolet attendi, & ſecundum vtramq; proprietatem lex extenditur. hac. n ratione ſub nomine filij venit adoptiuus, & ſub nomine legitimi legitimatus. ita *DD*. teſte *Palao num.* 8.

Quod ſi verba duplicem ſignificationem, propriam, & vſualem habeant, & lex ſit fauorabilis, & vtriq; poſſit accomodari,

Digitized by Google

ri,in vtraq; eſt intelligenda, quia id petit fauor. at ſi vtrumq; ſenſum retinere non poſſit, vel ſit lex præceptiua, correptoria, vel pœnalis: tunc in caſu dubio legis materia ſpectāda eſt, & benignior ſenſus amplectendus.

Semper tamen vſus loquendi communis eſt præferendus propriæ ſignificationi verborum. ita *DD.* apud *Palaum nu.9.*

Aduertunt prætereà *DD.* teſte *Palao num.* 10. quod materia legis, & præcepti intentio legislatoris ex nullo alio efficaciter colligi poteſt, quàm ex proemio, & initio legis; ſæpè.n. ibi apponitur finis, & cauſa ob quam lex fertur.

PETES III.

An liceat cuilibet contra verba legis interpetrationem fauore, ſeu an licitum ſit vti Epijcheia ſeu emēdatione legis vniuerſaliter loquentis ob aliquas ſpeciales circumſtantias.

Reſpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *Caſtro Palao* §.2. *nu.*3. quod non ſolum eſt licitum vti Epijcheia, in caſu quo obedire legi eſſet iniquum, ſed in caſu quo eſſet nimis graue, & difficilè, propter aliquod graue damnum reſultans: quià tunc peccat lex ſi ad rem ita difficilem velit obligare, iugum.n. Dei ſanuè eſt, & onus eius leue.

Hac.n. ratione ieiunia Eccleſiaſtica interpetramur non obligare propter ægritudinem, neq; præceptum audiendi miſſam ſi damnum graue honoris, vitæ, aut rei familiaris inde timeas ſic latè *Suarez* citat à *Caſtro*. vbi extendit doctrinam non ſolum, quando ſequitur graue damnum ex obſeruantia legis in rebus acquiſitis, ſed etiam in acquirendis. Quarè ſi ex obſeruantia legis v.g. feſti, amictis occurrentem occaſionem magni lucri, ab obſeruatione feſti ceſſare poteris, & iuſtè interpetrari, ibi nolle legislatorem obligare.

Addit *Palao num.* 4. quod aduertendum eſt in hac interpetratione facienda debere eſſe cauſam ad minus probabilem; vel quia probatur doctoribus, vel quia forma ratione fulcitur.

PETES IV.

Quando per aliquam legem prohibetur eius interpetratio, an liceat tūc doctoribus interpetrationem doctrinalem facere.

Reſpondetur ex *DD.* quos citat, & ſequitur *Palao num.* 6. regulariter ſolū prohiberi interpetrationem friuolam, & quæ eſt contra mentem ipſius legis.

Dixi regulariter, nam aliquando etiam interpetratio doctrinalis prohibetur, non quæcunque ſed quæ typis mandatur, & ex profeſſo ſit quæ videtur prohibita interpetratio Concilij à Pio IV.

PETES V.

An lex extendatur ad caſum ſimilem, vel ex identitate rationis.

Reſpondetur ex *Suarez* quem citat, & ſequitur *Caſtrus Palao loc. cit. ſed* §. 4. *num.* 2. ex ſimilitudine, vel identitate rationis præcisè non eſſe legem extendendam quando ſub lata forma verborum non fuerit comprehenſus.

Secus dicendum eſt de correlatiuis aiunt *DD.* teſte *Palio, num.9* nam diſpoſitum in vno correlatiuo, cenſetur diſpoſitum in alio. ob adulterium.n. vxoris eximitur maritus ab obligatione reddendi debitum, ſimiliter, & etiam vxor ob adulterium mariti, aliàs lex eſſet iniuſta.

Idem dicitur de æquiparatis, diſpoſitum .n. in vno, in alio cenſetur diſpoſitum, videlicèt in ea re in qua ſunt æquiparati. quapropter cum Falcidia, & Trebellianica æquiparentur in iure, efficitur diſpoſitum in *Falcidia*, cenſeri diſpoſitum in *Trebellianica* ita *DD.* apud *Palaum num.9.*

Idem dicitur de connexis, diſpoſitum.n. in vno, in alio cenſetur diſpoſitum. ita *Sanchez* quem citat, & ſequitur *Palao num.9.*

Aduertunt *DD.* teſte eodem *Palao nu.* 14. & ſi lex ob ſimilitudinem rationis non extendatur ad caſum in lege non comprehenſum: at iudex in iudicādo illam debet extendere. prudens n. & recta ratio poſtulat, vt cum pro aliquo caſu decidendo non eſt certa lex à ſimilis caſus deciſione deciſio illius petatur.

Digitized by Google

QVÆRITVR CLXXXXVII.

Quid eſt hæreſis.

RESpondetur ex Theologis, teſte *Sanchez in ſumma lib. 2. cap. 7 num. 1.* quòd hæreſis eſt error intellectus voluntarius contra aliquam fidei veritatem cum pertinacia aſſertus ab eo, qui fidem recepit.

Dicitur error intellectus, ideſt aſſenſus falſus intellectus.

Dicitur voluntarius, quia eſt erroneus aſſenſus profectus ex electione voluntatis.

Dicitur circa aliquam fidei veritatem, quia error in alijs non eſt hæreticus, & dicitur circa aliquam ad diſtinctionem apoſtaſiæ quæ eſt totalis receſſus à fide.

Dicitur cum pertinacia aſſertus ab eo qui recepit fidem. quia hæreticus non eſt, qui non pertinaciter dicit aliquod contra fidem; nec qui contra illam ſentit, ſi non dum illam recepit, ſed hic diceretur infidelis.

SED PETES I.

In quo conſiſtit pertinacia requiſita ad hæreſim.

RESpondetur ex communi Theologorum ſententia teſte *Sanchez loc. cit. num. 2.* quod pertinacia in eo conſiſtit, vt quis ſciens, & prudens teneat aliquid contra Eccleſiam Catholicam, puta quando quis habet notitiam propoſitionis Eccleſiæ, & proponitur tamquã de fide ab Eccleſia, & nihilominus ipſe non credit propoſitioni ab Eccleſia propoſitæ tamquam de fide.

Nec eſt neceſſarium ad hanc pertinaciam. vt quis doctrinæ, quam verum putat contradicat. Nec exigitur, vt controueniat doctrinæ quam credit eſſe de fide: ſed ſatis eſt, vt ſciens eam veritatem ab Eccleſia proponi, ac de fide credendam, eam neget.

Similiter non deſideratur ad hanc pertinaciam, vt quis directè velit auctoritati Eccleſiæ opponi. Sed ſatis eſt, vt quis ſcienter auctoritati Eccleſiæ quacunq; intentione contradicat, ſiue cupiditate lucri, ſiuè gloriæ, &c.

Nec hæc pertinacia ſumitur pro obduratione, aut obſtinatione: ſed ſiuè ex infirmitate, ſiuè ex paſſione oriatur contradictio ſcienter auctoritati Eccleſiæ, ſatis eſt ad veram hæreſim. ita Theologi teſte *Sanchez num. 5.*

Nec deerit hæc pertinacia, ſi quis ſentiat contra Eccleſiam paratus ſit ab ipſa corripi, dummodo argumentis conuincatur.

Similiter pertinacia hæc erit, ſi non Eccleſiæ ſed viro docto aſſerenti credere paratus ſit. ita *Theologi loc. cit. num. 6.*

Tandem nec pertinacia hæc conſiſtit in temporis diuturnitate, quo quis auctoritati Eccleſiæ contradicens perſeuerat, quia temporis momento poteſt hæreſis culpa perpetrari inſtar aliorum peccatorum, quia ſatis eſt, vt ſtatim cognita veritate ab Eccleſia propoſita tamquam de fide illi contradicat, vt dicatur pertinax, ac hæreticus. ita *Theologi n. 7.*

PETES II.

Quid ſentiendum ſit de eo, qui ſolum exterius negat rem fidei, aut ab eo omnino recedens tranſit ad aliam ſectam abſq; tamen errore aliquo intellectus, an dicatur hæreticus, & incurrat excommunicationem, ac cæteras pœnas hæreticorum.

RESpondent aliqui Theologi incurrere excommunicationem, & cæteras pęnas hæreticorum. Sed quaſi innumeri alij Theologi quos citat, & ſequitur *Sanchez loc. cit. num.* 8. docent oppoſitum, quia cenſuræ, & reliquæ pęnæ non contrahuntur, niſi ob delictum verum, ac conſumatum. at hæreticus, vel apoſtata ſolum exterius, non ſunt verè tales, quia deficit error intellectus ergo, &c. vnde quilibet confeſſarius poterit ab hoc peccato abſoluere, vt rectè aduertit *Sanchez loc. cit.*

Si tamen quis exterius negaret fidem gratia fauendi hæreticis, vt hæretici ſunt, licèt ſit immunis ab excommunicatione contra hæreticos lata, incurreret tamen excommunicationem latam contra hæreticorum fautores in bulla cęnę. ita *Sanchez cum Nauarr. loc. cit. ſed n. 9.*

PE-

Digitized by Google

PETES III.

Quid ſentiendum de dubio in fide, cum pertinacia tamen, quia nouit Eccleſiam aliquid tamquam de fide amplecti, & adhuc de eius veritate dubitat, an dicatur hæreticus.

Reſpondent multi, ac graues Theologi, teſtè *Sanchez loc. cit. num.* 11. hunc talem verè eſſe hæreticum, & incurrere pœnas hæreticorum.

Sed multi alij Theologi, quos citat, & ſequitur *Sanchez num.* 12 negant eum eſſe hæreticum, & liberant eum à pœnis hæreticorum: quia dubitans nullum aſſenſum habet fidei contrarium; nec alterutrum partem eligit ſed pendulus eſt.

Hæc ſententia intelligitur quando intellectus vtriuſq; partis rationibus perpenſis pendulus eſt, nullumq; iudiciũ format; Nam ſi ſupra ſuum dubitandi actum reflectitur iudicans illam fidei rem eſſe dubiam atq; ſub opinione eſſe nemo negare poteſt eſſe hunc dubitantem, aut opinantem perfectè hæreticu. quia tunc vltra dubium adeſt conſenſus, & iudicium intellectus affirmantis rem fidei non eſſe certam, quod eſt certa hæreſis. Vnde moraliter loquendo cum dubitatione intellectus circa res fidei ſolet eſſe coniunctus hic actualis errorque illas non omninò certas eſſe iudicat atq; ita hęreſis communiter adeſt.

PETES IV.

Quid dicendum ſit de habente errorem circa res fidei ex ignorantia craſſa, an dicatur hæreticus.

Reſpondent multi Theologi teſte *Sanchez num.* 19. hunc eſſe verè hæreticum.

Sed quaſi innumeri Theologi quos citat, & ſequitur *Sanchez* docent, quod licèt hic peccet mortaliter, tamen non eſt hæreticus, quia ignorans etiam craſſiſſimè non opponitur fidei, ſed paratus eſt corrigi quando norit veritatem tãquam de fide ab Eccleſia propoſitam.

PETES V.

Quid dicendum de ignorantia affectata, nempè an dicatur hæreticus quando quis habet ignorantiam affectatam circa res fidei.

Reſpondent aliqui Theologi, teſte *Sanchez num.* 21 eſſe verè hæreticum.

Sed multi alij Theologi docent hunc non eſſe verè hæreticum, ac proindè eius pœnas euadere.

Sed *Sanchez cum alijs Theologis num.* 23. ſic docet ſi quis eam affectet ex falſa opinione contra Eccleſiam; quia nimirum parui momenti eſſe exiſtimat, quæ ipſa proponit, eſt verus hæreticus. Si autem ignorantia hæc affectetur tantũ ex negligentia, & tedio addiſcendi non erit verus hæreticus, licèt peccet mortaliter.

PETES VI.

An dicatur hæreticus qui ab inquiſitore fidei, vel Epiſcopo, vel Theologo ad docendum deſtinato, inſtructus de re fidei non credit aſſerens contrarium.

Reſpondetur ex communi Theologorum ſententia teſte *Sanchez loc. cit. num.* 25 non eſſe hæreticum quia ſolius Eccleſiæ, ac Pontificis eſt definire res tenendas de fide; cæteri autem, & fallere, & falli poſſunt.

Verum hic talis non credens Epiſcopo, vel inquiſitori, vel Theologo ſupradicto eſt temerarius, & peccat mortaliter ſed non eſt hæreticus, quia non contradicit certæ regulæ fidei.

Sed *Caſtro lib.* 1. *de iuſta hæretic. pœnanit. c.* 9. dicit ſupradictum eſſe hæreticum qui non credit Epiſcopo, vel inquiſitori, vel Theologo deſtinato ad docendum illum, ſi negat quod ab ipſis tamquam de fide illi proponitur.

PETES VII.

An dicatur hæreticus qui ſciens aliquid eſſe ab Eccleſia definitum non credit, & ſi dicat ſe eſſe paratum per Eccleſiam corrigi.

Reſpondetur ex communi Theologorum ſententia teſte *Sanchez lib.* 2. *c.* 7 *num.* 28. eſſe hæreticum, quia verè nõ eſt paratus per illam corrigi.

Digitized by Google

PETES VIII.

An ſit hæreticus qui in non dum ab Eccleſia definitis amplectitur eo animo aliquam partem, ita vt ſit ita paratus ad illam tuendum, vt Eccleſiæ contrarium definienti non acquieſcat?

Reſpondetur ex communi Theologorum ſententia teſte *Sanchez nu.* 29. eſſe hæreticum, quia & ſi pars quã tuetur, hæreſis non ſit: at eo ipſo, quod Eccleſiæ aliter docenti reſiſtere paratus eſt, credit Eccleſiam poſſe errare.

Similiter eſſe hæreticum qui falsò putans aliquid eſſe ab Eccleſia definitum contrarium ſentit. ita Theologi apud *Sanchez num.*30.

PETES IX.

An ſit hæreticus qui non aſſenſit reuelationi ſpeciali ſibi factæ, quam diuinam putat.

Reſpondetur ex Theologis quos citat, & ſequitur *Sanchez num.*32. eſſe verè hæreticum, ac vbire omnes pœnas hæreticorum.

PETES X.

An ſit hæreticus qui negat propoſitionem Theologicam, quæ per illationem euidenter infertur ex propoſitione de fide, & principio naturali, vt Chriſtus eſt riſibilis.

Reſpondent *Canus lib.* 12. *de locis Theologicis cap.*9. *colum.* 11. & *Val.* 2. 2. *diſp* 1. *q.*11. *punct.*1. *difficult.* 3. hunc eſſe hæreticum non directè, & immediatè ſed indirectè, & reductiuè.

*Corduba in quæſt.lib.*1.*q.*17. *dub.* 3. & *Sanchez num.*33.*loc. cit.* docent hunc talem præſumi hæreticum in foro externo, quia non præſumitur errare in principio naturali, omnis homo eſt riſibilis. Sed in vera Chriſti humanitate.

Quare benè dixit *Aragon.* 2. 2. *q.*11. *art.* 2. *colum.* 3. illum non forè hæreticum, ſi eam propoſitionem neget, non dubitãs de vera Chriſti humanitate: ſed quod principium naturale non credat in vniuerſum eſſe verum, aut vim illationis ignoret.

QVÆRITVR CLXXXXVIII.

An hæreticus occultus incurrat excommunicationem.

Reſpondetur ex communiſsima *DD.* ſententia, teſte *Sanchez in ſumma lib.* 2.*c.*8. *nu.*2. nullum hæreticum aut apoſtatam incurrere excommunicationem, niſi verbo aliquo, ſigno, vel facto, hæreſim in mente latitantem explicet, quia Eccleſia non iudicat de occultis, nec Papa; vel Epiſcopus ſolent peccata reſeruare quando ſunt occulta, licèt de rigore id poſſint reſeruare ac proindè, vt rectè docent *DD.cit. à Sanchez nu.*4. nullo modo cenſeri peccata interna reſeruata niſi expreſſiſſimis verbis declaretur peccata huiuſmodi interna in reſeruatione comprehendi, ac proindè ſequitur hæreticum mentalem poſſe à quocunq; confeſſario abſolui, quia ratione ſolius cenſuræ hæreſis reſeruatur Pontifici. ſed hæreticus purè mentalis eam non incurrit ergo. ita *DD.* teſte *Sanchez loc.cit. num.*3.

SED PETES

Quo facto, hæreſis mentalis prodit in actum externum.

Reſpondetur ex communi *DD.* ſentẽtia teſte *Sanchez loc. cit. num.*6. ſatis eſſe, hæreſim verbo, ſigno, vel facto quãtumuis occultè, ac nemine preſente manifeſtari. quia tunc hæreſis eſt vera externa, ac per ſe, & ſuaptè natura poteſt Eccleſiæ conſtare, & ſolum per accidens occulta eſt, eo quod nullus ei manifeſtationi externæ adfuerit.

Sed non ſufficit quodcunq; verbum, aut ſignum aut ſcriptum, vt per illud hæreſes manifeſtata, ne externa cenſeatur, ſed triplex conditio debet concurrere. Prima eſt, vt verbum illud ſiue ſcriptũ, ſiuè ſignum manifeſtet ſufficienter hæreſim internam ita vt ſit aliquis adeſſet poſſet illam percipere. ſiuè ex ſe eam manifeſtet, ſiuè ratione temporis, aut circumſtantiarum concurrentium.

Secunda conditio eſt, vt actus ille exterior ſit de ſe malus, & mortalis, non per ſolam relationem ad actum internum, ſed etiam ſecundum operis externi quantitatem: tertia conditio eſt, vt actus ille externus ſit confeſſio hæreſis. ita *DD.* teſte *Sanchez nu.*7.

EX

Digitized by Google

EX HIS.

PRimo deducunt *DD.* teſte *Sanchez loc. cit. num.* 8. non cenſeri hæreticum externum, qui hæreſim manifeſtat per actus indifferentes ſoli ſibi hæreſim ſignificantes, vt ſi dum hæreſi interius aſſentitur femur percutiat, vel dicat hæc ſola verba ita eſt: aut alia verba aut ſigna exprimat, aut facta operetur; quæ de ſe non ſunt magis indicia falſi, quam veri aſſenſus. idem dicit *Petrus Ledeſma* quem citat, & ſequitur *Sanchez loc. cit.* ſi quis aſſenſiens huic hæreſi internæ, Chriſtus non eſt homo, hæc ſola verba proferat. verè non eſt homo, quia ea à quocunq; audita, nullam hæreſim manifeſtant, ſed indifferentia ſunt.

Secundò nec eſſe hæreticum externum, ſi hæreticus mentalis ſcribat alicui verba amicitiæ, vel mutuet pecunias, aliaue beneficia in ipſum conferat, quo amicitia cum illo inita, poſſit facilius, illum ad ſuam hæreſim trahere.

Tertiò nec eſſe hæreticum externum, qui ex interna hæreſi prodiret in blaſphemiam non hæreticalem: quartò non cenſeri hæreticum externum detegentem hæreſim in confeſsione Sacramentali, quia hic actus eſt extra iudicium humanum. addunt præterea *DD.* teſte *Sanchez num.* 20. quod qui amico, aut inquiſitoribus hæreſim internam manifeſtaret non animo hæreſis aſſerendæ, ſed capiendi conſilij ad animæ ſuæ bonum, non cenſeretur hæreticus externus.

Eſſet verò hæreticus externus qui factis, ex quibus præſumptio hæreſis oritur, ſuam internam hæreſim explicat. vt ſi credens baptiſmum iterandum, rebaptizaret.

Idem dicitur ſi quis credens Eccleſiam non poſſe eſum carnium interdicere, illis in diebus prohibitis veſcatur; nempè eſſe hæreticum externum.

Quoad exemplum rebaptizationis intelligit *Sanchez num.* 15. tunc eſſe hæreticum externum quando ex circumſtantijs concurrentibus, poſſet iure optimo hæreſis præſumptio oriri, & non obliuionis, aut ignorantiæ aut iuſtæ cauſæ.

Non autem eſſet hæreticus externus, qui credens fornicationem licere, fornicaretur. quia fornicari non ſapit hæreſim, nec quiſquam inde hæreſis ſuſpicionem concipit ita *Vinaldus*, quem citat, & ſequitur *Sanchez num* 15.

Præterea eſſet hæreticus externus docent *DD.* teſte *Sanchez num.* 16. non tantum ex commiſsione facti ſapientis prodi ſufficienter hæreſim internam, ſed etiã quandoque ex omiſsione, vt ſi quis ex hæreſi interna omitteret ea opera, quorum omiſsio vel ex natura ſua, vel ratione temporum, & hæreſum tunc vigentium, hæreſis præſumptionem induceret. vt ſi quis numquam templum ingrederetur, vel dum eleuatur Euchariſtia, non genufle cteret, quando ex circumſtantiæ concurrunt, vt ſi quis aſtaret, vel non aperiret caput, non tribueretur obliuioni, aut inaduertentiæ.

QVÆRITVR CLXXXXIX.

In quo conſiſtit eſſentialiter blaſphemia.

REſpondetur ex *DD.* quos citat, & ſequitur *Sanchez tom.* 1. *in ſumma lib.* 2. *cap.* 32. *num.* 3. quod blaſphemia propriè, & eſſentialiter conſiſtit in dicendo aliquid contra Deum, quod eius honori deroget: addunt præterea *DD.* teſte *Sanchez num.* 5. quod blaſphemiç peccatum non ſolum poteſt committi verbis, ſed etiam mente, aut ſcripto, aut etiam facto, docent aliqui DD. teſte *Sanchez num.* 5.

SED PETES I.

An blaſphemia differat ab infidelitate, an aliquando reperiatur ſimul cum infidelitate.

REſpondetur ex *Sanchez loc. cit. num.* 3. quod blaſphemia non eſt propriè, & eſſentialiter infidelitas. quia infidelitas conſiſtit propriè in aſſenſu aliquo interno falsò de Deo, & in externa aſſeueratione falſi, ex tali aſſenſu interno orta: blaſphemia autem neutrum requirit: ſed conſiſtit in dictione, ſiue ſignificatione falſa de Deo.

Addunt DD. quos citat, & ſequitur *Sanchez loc. cit.* quamuis blaſphemia non ſit propriè infidelitas, nec vera eius ſpecies, poteſt tamen inueniri coniuncta cum infidelitate; atq; ab ea ſeparata, vt ſi quis dicat aliquid diuino honori derogans, credens ita eſſe, erit ſimul hæreticus, quatenus credit, & blaſphemus quatenus dicit. Si credit, & non dicit, erit tantum hæreticus. Si verò dicit, & non credit, erit ſolum blaſphemus.

PE-

Digitized by Google

PETES II.

An blaſphemia ſemper aliquid falſi contineat?

RESpondetur ex communi *DD.* ſentētia, teſte *Sanchez loc. cit. num. 6.* ſemper in blaſphemia ſubeſſe falſum; nam dupliciter poteſt eſſe falſum, in actu ſignato, & in actu exercito. in actu ſignato contingit, quando aliquid falſum Deo tribuitur vt eſt iniuſtus, vel verum negatur, vt non eſt omnipotens. in actu exercito euenit quando, & ſi verum ſignificetur, at ex ipſo irriſorio, & contumelioſo ſignificandi modo, ſignificatur id eſſe, tanquam irriſorium, & contemptibile in Deo; vel ſanctis, vt cùm inhoneſtè pudenda Chriſti, aut Sanctorum membra nominentur. Quamuis ergo ratio blaſphemiæ non petat falſitatem enunciatiuē, petit tamen illam ex modo loquendi blaſphemantis, qui optat, aut imprecatur id malum Deo repugnans, ſaltem ex loquendi modo, aut falsò ſignificat id eſſe in Chriſto, aut in ſanctis tamquam quid contumelioſum.

EX HIS.

PRimò colligitur, quod maledicta in Deum, vel ſanctos ſunt blaſphemiæ, quia nec maledictio, nec conuitium poſſunt aliqua ex parte eis conuenire: & ea in ſanctos dicta redundat in Deū. ita *DD* teſte *Sanchez num. 13.*

Secundò colligitur quod quæcunq; maledictio in creaturas rationis expertes dicta in quantum creaturæ Dei ſunt, eſt blaſphemia quia maledicere illis ſub ea ratione, eſt maledicere creatori, & ſimiliter erit dicendum, ſi creaturæ rationis participi ſub eadem ratione maledicatur. ita *DD* teſte *Sanchez num. 14* nempè eſſe blaſphemiam. Secus ſi ſecundum ſe, & non in ordinem ad creatorum maledicantur nempè non eſſe blaſphemiā ſed eſſe peccatum mortale ſi quis maledicat cum deſiderio notabilis damni. ita *DD.* teſte *Bonac. tomo 2. diſp. 3. q 8. punct. 3. num. 4.* ſecus ſi ſine animo quis proximo maledicit, nempè non committere peccatum mortale. ita *DD.* teſte *Bonac. loc. cit.* addo ego dummodo non coram ipſo maledicat.

PETES III.

An ſit blaſphemia ſi ſub conditione hæc verba proferantur, vt non credo in Deum, vel renego Deum, vel Deus eſt iniuſtus ſi res hæc non eſt vera: vel niſi te percuſſero.

RESpondetur ex communi *DD.* ſentētia teſte *Sanchez num. 24* eſſe veram blaſphemiam, quia fidei diuinæ negatur omnimoda firmitas cum ſignificetur, quaſi pendens ex conditione contingēti. & includitur tacita affirmatiua propoſitio negandæ fidei, vel iuſtitiæ diuinæ, in eo euentu, in quo non ſequatur vindicta illa percuſsionis, vel veritas illius rei, quam hic affirmat.

PETES IV.

An iurare per vitam Dei, aut per vitam ſanctorum ſit blaſphemia.

RESpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *Sanchez num. 25. & 26* eſſe blaſphemiam. quia non adducitur vita Deo, aut ſancti tanquam teſtis, vt in hoc iuramento viuit Deus. Sed eſt iuramentum execratorium, cuius eſt ſenſus amittat Deus, vel ſanctus vitam, ſi non eſt ita.

Item eſt blaſphemia iurare per pudenda Chriſti, aut ſanctorum membra, illaue inhoneſtè nominare. quia & ſi re vera ea membra habuerint, non tamen tamquam quid ignominioſum, & vituperabile, ſed tamquam partes naturales corporis, & ita ex modo loquendi eſt falſitas. ita DD. teſte *Sanchez num. 28.* Secus ſi quis iuraret per corpus, & ſanguinem Dei, vt homo eſt nempè non committi blaſphemiam, quia hoc non dicit per modum conuitij, vel irreuerentiæ contra Deum, ſed potius per modum iuramenti. ita DD. teſte *Bonacin. tom. 2. d. 3. q. 8. p. 3 num. 4.*

PETES V.

An ſint blaſphemia hæc verba quibus membra honeſta Chriſti nominantur quando id fit cum indignatione quadam, & ira. vt cōtingit quando aliquis indignatione in iurgio ait Cuerpo de Chriſto connos.

RESpondetur ex communi DD. ſententia teſte *Sanchez num. 30.* non eſſe blaſphemiam quia & ſi irreuerenter dican-

dicantur, non tamen dicuntur per modum contumeliæ, & iniuriæ Deo irrogatæ. nec aliquid falſum Deo tribuitur. verum eſt graue peccatum veniale, quādo indignatio illa, & ira erga illum eſt, cum quo contenditur. Nam ſi indignatio, & ira ſit aduerſus Deum, blaſphema erunt illa verba, quia in actu exercito falsè ſignificant Deum mereri indignationem. ita DD. *cit. à Sanchez.*

PETES VI.

An ſit blaſphemia ſi quis dicit. ſicut Deus eſt veritas ſicut natus ex virgine, hoc ita eſt, vel hoc eſt verum tamquam Euangelium.

Reſpondetur ex communi *DD.* ſententia, teſte *Sanchez num.* 31. quod ſi animus proferentis ſit, tantam eſſe certitudinem in eo dicto, quanta eſt in ea fidei veritate, hæc verba ſunt blaſphema. Secus autem eſt quando ſenſus eſt, ſimilitudinem quamdam ſignificare nimirum hoc ſuo modo eſt verum, ſicut ea fidei veritas.

Supradicta verba abſolutè prolata ex cōmuniter accidentibus non præſumitur animus ea verba proferentis. Sed eſt hyperbolica quædam locutio, quia exageratur illius dicti veritas, ac perſonæ innocentia aſſimilando illa veritati diuinæ, & innocentiæ cuiuſdam ſancti, nec eſſe verba culpam læthalem vbi non cōſtaret de blaſphemo omnino æquiparādi animo. ita *DD.* teſte *Sanchez nu.* 31. *in fine.*

PETES VII.

Quæ ſunt blaſphemiæ hæreticales, & quæ non hæreticales.

Reſpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *Sanchez lib. 2. in ſumma cap. 32. num. 36.* quod blaſphemia hæreticalis eſt illa quæ ſignificat, & continet errorem cōtra fidem. vt ſi diceretur Deus eſt iniuſtus acceptor perſonarum non eſt omnipotens, &c.

Blaſphemia verò hæreticalis, & ſi ex modo dicendi, & in actu exercito ſignificet errorem contra fidem, non tamen ſecūdum ſe affirmat aliquid contra fidem. ita *DD.* apud *Sanchez loc. cit.* alioquin etiam hæreticus diceretur.

Blaſphemia non hæreticalis dicitur illa quæ non eſt fidei contraria. vt eſt quæcunq; maledictio Dei, vel ſancti alicuius, *vel à diſpetto di Dio* at eſſet hæreticalis ſi per modum indicatiuum exerceret blaſphemans, nempè Deum eſſe capacem illarum iniuriarum.

SED

Quid dicendum quando de ſanctis renegatur, vt rengo Diuum Petrum an ſit blaſphemia hæreticalis.

Reſpondetur ex *Sanchez loc. cit.* non eſſe blaſphemiam hæreticalem, nec de illis cognoſcere inquiſitores quia nō negatur aliqua veritas de illis pertinēs ad fidem ſed eſt tantum verbum quoddam contumelioſum in ſanctos, & ideo blaphemum. ita *Sanchez loc. cit.* vbi dicit de hac re nihil inueniſſe tactū apud DD. idem docet *Bonac. verb. blaſphemia tom. 2. diſp. 6. par. 1. num.* 3.

Addunt DD. teſte *Sanchez loc. cit. num.* 37. quod de ſolis blaſphemijs hæreticalibus cognoſcunt tantum inquiſitores priuatiuè quoad in alios.

PETES VIII.

An audiens blaſphemantem teneatur eum increpare, etiam ſi nullius emendæ ſpes ſit, ſi tamen poſſit abſq. proprio periculo?

Reſpondent *Nauarr. Ledeſma, Lopez citati à Sanchez loc. cit. num.* 46. affirmatiuè; ducuntur quia in *Concilio Lateranenſi ſeſſ. 9. §. ad Abolendam* id videtur præcipi. Sic. n. ait quicunq; blaſphemātem audierint, eum acriter obiurgare teneantur, ſi citra periculum ſuum id fieri poſſe contingat.

Sed *Azor.* quem citat, & ſequitur *Sanchez loc. cit.* docet hoc decretum Concilij nō eſſe vſu receptum, & ſolum obligantur audientes ad fraternè corrigēdum præcepto naturali diuino, quando ſperatur emenda.

Præterea in *Concilio Lateranenſi*, prædicto præcipitur denunciari his verbis, cum deniq; deferre, vel notificare apud iudicem Eccleſiaſticum, *& Iulius III. in ſua conſtit.* imperat, vt audientes denuncient intra triduum alioquin in eaſdem blaſphemi pœnas incurrant, Sed dictæ conſtitutiones tam Concilij Lateranenſis quam Iulij III. nam ſunt in vſu ait *Azor, 1. par. lib. 9. c. 28. q. 6.* Pius I. conſtituerat diuina condemnatione coercendos

dos non denunciantes.

Præterea inquiſitores dicta promulgant, & iubeat ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ blaſphemos denunciari.

Sed DD. teſte *Sanchez* docent præmittendam eſſe correptionem fraternam, ſi ſpes ſubſit, vt correptio fraterna proſit, & ſic intelligi prædicta decreta, & edicta Summorum Pontificum.

PETES IX.

Cum quiſpiam blaſphemantem aliquem in Deum audit, quid facere tenetur, puta, ſi quis viderit blaſphemari nomen Dei, *eiuſq; honorem peſſundari, ac lacerari.*

RESpondetur ex *Sanchez in ſumma lib. 2. cap. 35. num. 9* cum loto quod tenetur defendere honorem Dei ex vi pręcepti religionis, & in hoc euentu non eſt expectandum, an ſit ſpes emendæ blaſphemantis necne.

Citra hunc caſum quicunq; blaſphemum audiens tenetur illum grauiter increpare, & ſi emenda deſperetur ratione præcepti Concilij Lateranenſis. Sed *Azor. loc. cit.* ſupra dixit non eſſe vſu receptum, & ſolum tenetur corrigere quādo ſperatur emenda.

PETES X.

Blaſphemia ſi proferantur in Deum, vel in ſanctos, vel enunciatiuè ſiuè optatiuè, ſiuè imperatiuè, ſiuè per modum maledictionis, ſiuè contumeliæ, ſiuè irriſionis, ſiuè detractionis an ſint eiuſdem ſpeciei.

RESpondetur ex communi DD. ſententia teſte *Sanchez in ſumma lib. 2. cap. 32. num. 38.* eſſe eiuſdem ſpeciei; quia blaſphemia in Deum, vel in ſanctum prolata vtraq; eſt contraria virtuti religionis. at vnius ſpeciei eſt religio tribuens cultum Deo, & ſanctis propter Deum, ergo.

Secus ſi blaſphemia includeret hæreſim, vel procederet ex odio Dei, nam tunc differt ſpecie. & quantum ad hæreſim idem dicit *Sanchez* etiam ſi deficiat conſenſus internus differre ſpecie ab illa quæ non includit hæreſim.

Quantum ad confeſſionem attinet non tenetur confeſſarius diuerſitatem blaſphemiarum inquirere, nec pęnitens explicare pro diuerſitate illarum ſpecifica, cùm omnes ſint eiuſdem ſpeciei, exceptis duobus caſibus ſupra numeratis. hoc currit in opinione DD. docētium, ſolas circumſtantias mutantes ſpeciem eſſe explicandas in confeſsione. vnde ſufficiet ſi dicatur in confeſsione tot blaſphemias hæreticales protuli, & tot non hæreticales. ita DD. teſte *Bonacin. tom. 2 diſp. 3. q. 8 p. 4. nu. 2.* Secus in opinione aliorum DD. qui docent etiam circumſtantias aggrauantes eſſe in confeſsione explicandas.

PETES XI.

An committatur blaſphemia dicendo al conſpetto di Dio, vel po far Dio ò poſſanza di Dio.

RESpondetur ex *Bonacina tom. 2 diſp. 3. q. 8. pun. 2. num. 8.* non committi, modo proferens non habeat animum proferendi conuitium in Deum. dicendo *al conſpetto di Dio.*

Quantum ad verba *po far Dio ò poſſanza di Dio*, ex communi omnium vſu important ſolum quoddam admirationis ſignum contra rem, quæ inſperatæ accidit. Eſſet verò blaſphemia ſi hæc verba proferentur animo detrahendi potentiæ Dei. ita DD. *cit. à Bonac. num. 9.*

PETES XII.

An præſumatur blaſphemus qui diceret, al diſpetto di quel Becco che mi tiene ò ſoſtiene al mondo.

RESpondetur non præſumi blaſphemiā hæc verba, niſi ex circumſtantijs cōſtet proferentem hæc proferre, in contemptum, & iniuriam Dei. Ratio eſt tū quia huiuſmodi verba non magis videntur in Deum cadere quam in homines cùm non ſolum Deus videatur ſubſtinere, verum etiam alij qui alimenta præbent. tum quia quoties aliquid generaliter dicitur, quod accipi poteſt pro blaſphemia, & non blaſphemia. nō eſt accipiendum pro blaſphemia, quia verba in dubio ita ſunt accipienda, vt non ſonent delictum, vel ſaltem vt non ſonent maius delictum. ita *DD.* teſte *Bonacin. loc. cit. num. 12.*

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆRITVR CC.

In quadam parte Italiæ præcepit ordinarius confeſſarijs monialium, vt non reciperent munera à monialibus particularibus, ſub pœna ipſo facto amittendi facultatem excipiendi confeſſionem illius monialis à quo recepit munus, ſed conceſſit licentiam, vt ſub nomine Abbatiſſæ poſſit recipere munus iuxta conſtitutiones Summorum Pontificum, de largitione munerum monialis quædam ſciens hanc legem ordinarij, dedit confeſſario quindecim ducatos, vt celebraret tres miſſas ad rationem quinq; ducatorum pro qualibet miſſa applicanda ſecundum ſuam intentionem; an peccet confeſſarius, vel monialis.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

PRimò ſuppono mentem ordinarij præcipientis, ac prohibentis non poſſe fieri donationes confeſſario à moniali particulari fuiſſe, ne diſſiparet bona monaſterij, vel ne occaſione largiendi tale munus confeſſario inciderent in periculum committendo aliquod mortale peccatum.

Secundò ſuppono ex identitate rationis rectè fieri extenſionem comprehenſiuam legis ad caſum non comprehenſum in verbis ſi conſtiterit rationem illam eſſe adæquatam, ſolumq; animum legislatoris induxiſſe, quod ex materia, & circumſtantijs ac verbis legis inſpiciendam eſt. ita *DD.* teſte *Suarez de legibus lib 6. cap 3 num 16.*

HIS POSITIS.

REſpondeo ad caſum propoſitum nõ potuiſſe nec monialem largiri ſupradictam quantitatem nummorum confeſſario pro celebrandis dictis miſſis, nec confeſſarium potuiſſe recipere tantã quantitatẽ nummorũ pro tribus miſſis celebrandis abſq; eo quod non contra faciat præcepto Superiori, quia non eſt de communiter accidentibus, vt offeratur quantitas quindecim ducatorum pro celebratione trium miſſarum præſertim à moniali quæ vouit paupertatem, ergo euidens fraus apparet, & cõſequenter, tam monialis, quam confeſſarius in legem committit. iuxta *regulam iuris in 6.* in legem committit, qui verba legis complexus contra legis nititur voluntatem. ergo conſiderato fine ſuperioris, & circumſtantia perſonæ largientis, euidenter quaſi apparet eſſe contra voluntatem ſuperioris talẽ quantitate nummorum exhibitã à moniali confeſſario ſub titulo oneroſo, & non gratuito.

HINC

SEquitur à fortiori dicendum eſſe ſi monialis, dicens confeſſario, vt loquatur nomine ſuo cum tali perſona, quæ ex occaſione talis ſermonis, præbebit munus confeſſario monialis, nempè eſſe etiam contra legem Superioris, etiam ſi munus non recipiet confeſſarius nomine monialis, ſed tantum nomine eius cum quo loquitur, quia fraus etiam contra legem conſpicitur.

QVÆRITVR CCI.

An quis teneatur, ſine declaratione ſeu ſententia iudicis, ſe expoliare bonis ob pœnam quam incurrit latam à Superiore ipſo facto incurrendam?

REſpondetur ex communiſsima *DD.* ſententia teſte *Sanchez in ſumma lib. 2. cap. 22. num. 7.* non teneri ante iudicis ſententiam ad bona reſtituenda fiſco, quia, & ſi lex humana eo modo pœnam pecuniariam indicere poſſet, vt reus ſit illius executor, nulla expectata ſententia, credendum tamen eſt, non ſic indici niſi manifeſtiſſimis verbis id exprimatur. qualia non ſunt ipſo iure, vel ipſo facto. ita docet *Sanchez* cum alijs DD. *à ſe cit. loc. cit.* ita etiam docent *DD.* quos citat, & ſequitur *Leſſius lib. 2. de iuſtit. cap. 29 dub. 8. num. 63.* vbi addunt quod etiam ſi lex dicatur ipſo facto, vel abſq; declaratione incurrat pœnam, vſus habet, vt niſi executio fiat per ſententiam ita vt per eam non ſolum declaretur crimen, ſed etiam reus ipſe priuetur beneficio, vel officio, non cenſeatur omnino priuatus. quidquid dicat in oppoſitum *Nauarr. c. 23. nu. 67.*

Fatetur verò *Leſſius cum DD. à ſe cit* quod ſi legiſlator *addat illa verba in lege à ſe lata nempè teneri in conſcientia dimittere, vt non poſſe abſolui, niſi dimittat, vel beneficium eo ipſo vacare ita vt alteri liberè poſſit conferre* in hoc caſu non requiri ſententiam iudicis, ſed ſtatim commiſſo delicto, debet cedere beneficium, vel tradere bona fiſco, &c.

Idem dicit *Leſſius* cum quis accipit, ſecũdum beneficium incompatibile cum

alio, nempè non requiri ſententiam, ſed ſtatim vacare.

Aduertit *Vaſquez* . 1.2. *tom.* 2. *diſp.* 168. *cap* .4. quod lex quam tulit Concilium Lateranenſe ſeſſ. 9. & Pius V. in quodam motu proprio præcipiens, vt beneficiarius qui non recitat Officium non recipiat fructus, ante ſententiam teneri beneficiarum ſe expoliare fructibus beneficij, tum quia ſic eſt vſu receptum, tum quia beneficiarius lege ipſa redditur inhabilis, vt poſsit facere fructus ſuos, quia beneficium datur propter officium: idem *Vaſquez loc. cit. n.*27. *ait quod in Trid ſeſſ* 3. *cap.* 2. ſtatuitur, vt electus in Epiſcopum ſi intra tres menſes non conſecretur, ſit ipſo facto priuatus Epiſcopatu nempè priuari ante ſententiam, & ſic vſus obtinuit: idē dicitur de lege quæ priuat Parochum fructibus, qui poſt annum nec ordinem ſuſcepit, nec tale propoſitum ſuſcipiendi ordinem habuit. nempè non eſſe neceſſarium ſententiam ita *Vaſquez loc. cit.*

Addit præterea *Vaſquez loc. cit. c.*6. *nu.*45. *&* 46. quod pęna impoſita à lege priuationis vocis actiuæ, & paſsiuæ per verba ipſo facto, vel æquiualentia, ligat ante ſententia. Secus ſi non dicatur ipſo facto. licèt *Soto lib.* 1. *de iuſt. q* 6. *art* 6. *&* 4. dicat requiri ſententiam ſi non laborat infamia.

Sed hæc opinio ait *Vaſquez* non eſt tuta in conſcientia, & rationem affert. quia pęna quæ non requirit executionem ligat ante condemnationem, ſi dicatur ipſo facto. priuatio verò vocis actiuæ, & paſſiuæ non requirit executionem, ſed tantum reddit ſubiectum inhabile ad recipiendum, vel ad conferendum, ſed *Molina. Soto, & Ledeſma cit. à Sanchez de matrim. l. b* 9. *diſt.*30 *num.*1. docent requiri ſententiam iudicis adhoc, vt quis priuetur voce actiua, & paſſiua.

Addit *Sanchez cum DD. à ſe cit. in ſumma lib.* 2 *cap.* 22. *num.* 8. quod quando lex præcipit aliquid ſub pęna ipſo facto incurrenda, & requiritur executio ipſius delinquentis, etiam ſecuta ſententia declaratoria, ſiuè condennatoria iudicis, non tenetur delinquens v. g. bona offerre fiſco, ſed tantum tenetur non reſiſtere, vt bona ab eo exigantur, & ſententia mandetur executioni, quam ipſe non tenetur aduerſum ſe. plum exequi. quia ſententia non condemnat hunc, vt bona tradat, ſed dat fiſco ea capiendi actionem.

Sed ſi iudex in ſententia præcipiat ipſum Reum ex qui, ad ſoluendos aliquos nummos tunc tenetur ipſe exequi. Secus quando ob ſolam pęnam damnat. ita *DD.* teſte *Sanchez loc. cit. num.*9.

Addunt *Couarr. & Medin. cit. ab eodem Sanchez* iudices condemnantes ad bonorum omnium, vel partis eorum amiſſionem non ſolitos eſſe damnarę ad ſolutionem, ſed ſimpliciter vti condemnatione bonorum, vel partis, ea fiſco adiudicantes. at vbi ſit condemnatio ad rationem alicuius mulctæ pecuniariæ tunc etiam ſolere condemnare ad eius ſolutionem.

SED PETES I.

Vtrum collatio, ſeu prouiſio beneficij facta per ſimoniam ignoranti valida ſit, ita vt teneatur qui recepit beneficium, illud dimittere ſi poſtea ſciat fuiſſe factam ſibi collationem beneficij per ſimoniam, an vero requiratur ſententia iudicis ad hoc, vt teneatur dimittere beneficium?

Reſpondetur ex communiſsima *DD.* ſententia, teſte *Bonacin. tom* 1. *titul de ſimonia q.*7. *punct.* 2. *num.* 19 eſſe inualidam ipſo iure, & cognita ſimonia ab altero commiſſa, teneri beneficium dimittere abſq; alia declaratione, ac ſententia iudicis, & tenetur etiam reſtituere fructus beneficij perceptos à die collationis ſi extant in ſpecie, vel ſi non extant tenetur id in quo factus eſt ditior. Secus ſi qui recepit beneficium erat in mala fide puta quia ſciuit ſimoniam, nam tunc vt poſſeſsio malę fidei tenetur reſtituere ſimpliciter omnęs fructus etiam ſi non extant in ſpecie, nempè valorem eorum.

Addit *Bonacin. loc cit.* quod collatio beneficij per ſimoniam facta non ſolum eſt inualida, dum prouiſus ipſe ignorabat ſimonię labem, verum etiam dum illam ignorabat ipſemet collator, ſeu prouiſor. quia adhuc verum eſt, illam prouiſionem, ſeu collationem, factam fuiſſe per ſimoniacam labem, ergo eſt ipſo iure inualida, præſertim cùm iura in hac non diſtinguant ita *Bonacin. loc. cit.* 5. *addo.*

Sed *Leſſius lib.* 2. *cap.*35. *dub.* 26. *nu.* 147 & citat *gloſam* communiter receptam, & *Sanchez de matrim lib.* 9 *diſp* 30. quod requiritur ſententia iudicis adhoc, vt quis priuetur beneficio obtento per ſimonio-

Digitized by Google

moniam confidentialem, & leges ſic sūt vſu receptæ: idem docet *lib.2. cap.34. dub.34 num.87.* vbi docet non requiri ſententiam ſi obtinens Epiſcopatum ſi intra ſex menſes non conſecratur, idem dicit de Parocho, de quo ſupra.

PETES II.

Vtrum ille qui bona fide beneficium obtinuit, ignorans ſimoniam ab alio commiſſam gaudere poſſit regula de triennali poſſeſſore, ita vt elapſo triennio turbari nequeat, & moleſtari circa illud beneficium.

Reſpondetur ex communi *DD.* ſententia, teſte *Bonac. loc cit. num* 20. gaudere quia regula generalis eſt, & hic caſus in ea non excipitur. excipitur verò caſus dum quis per ſimoniam ſcienter obtinuit beneficium, hic.n.non gaudet priuilegio dictæ regulæ.

PETES III.

Vtrum ſimonia realis in beneficiis priuet ipſo facto beneficijs antea ritè obtentis.

Reſpondetur ex communiſsima *DD.* ſententia teſte *Bonac.loc. cit.* §. *prima difficultas num.*12. quodam priuat ipſo facto beneficijs antea ritè obtentis ſimonia realis. Sed requiritur condemnatio iudicis, quidquid dicant alij in oppoſitum; ratio eſt, quia nō adeſt neq; lex, neq; textus in quo huiuſmodi pœna ipſo facto contineatur, idem dicendum eſt in ſimonia commiſſa ab examinatoribus beneficiorum in ſynodo cōſtitutis, ſeu electis, iſti.n.non poſſunt quidquam occaſione examinis accipere; alioquin ipſo facto priuantur beneficijs antea ritè obtentis, & tenentur beneficia dimictere, etiam ante ſententiam iudicis declaratoriam criminis, vt apertè conſtat ex *Trid. ſeſſ.*24. *cap.*18. vbi præcipit, quod abſolui nequeant, niſi dimiſsis beneficijs, quæ quomodocunq; antea obtinebant.

Hæc ſunt formalia verba *Trid.*

Caueant *ne quicquam occaſione huius examinis nec antè nec poſt accipiant, alioquin ſimonia vitium, tam ipſi quam alij dantes incurrant, à qua abſolui nequeant, niſi dimiſſis beneficijs, quæ quomodocunq; etiam antea obtinebant, & ad alia in poſterum inhabiles reddantur.* Sed *Leſſius lib.2.cap.35.dub.*26 etiam in caſu *cit. Trid.* docet quod vſu receptum eſt, vt non teneatur quis ſua beneficia dimictere ante ſententiam iudicis.

Vnde *Garzias* quos citat, & ſequitur *Bonac.loc.cit.* docet quod etiam gratis, & liberaliter datum, & ad captandam beneuolentiam etiam ſi res modica ſit & leuis momenti eſt prohibitum à *Trid.*

Scio verò alios *DD.* aliter ſentire, quando res eſt omnino modica.

PETES IV.

Quotuplex ſit ſimonia, & quæ ſit.

Reſpondetur ex communi *DD.* ſentētia, & præſertim *Bonac. tom* 1. *q.* 2. propoſit. vnica quod ſimonia triplex eſt, mentalis, conuentionis, & realis. aliquando dicitur confidentialis, ſed quia reducitur, vel ad mentalem, conuentionalem, aut realem, ideo ad diuiſionem ſimoniæ non fit mentio de confidentiali: ſimonia mentalis eſt purum deſiderium commictendi ſimoniam, & ſolamente concipitur, & nulla ratione cum actu externo coniungitur, vt ſi quis intentionem habeat dandi pecuniam pro beneficio, ſed poſtea pænitentia ductus, vel alia ratione impeditus intētionem ſuam opere non compleat, nec vllam de hac re conuentionem faciat ſed licèt quis peccet habendo tale deſiderium, tamen non incurrit pęnas Eccleſiaſticas latas contra commictentes ſimoniam, quia Eccleſia non iudicat de occultis, & conſequenter neq; incurrit excommunicationem ita *Bon. loc.cit.*

Secus dicendum eſt, quando ſimonia mētalis accipitur pro illa actione quæ fit mente ſimoniaca; ſed ex ſe, & ex circūſtantijs ſimoniam non præfert, vt ſi Cappellanus pecuniam titulo ſubſtentationis, ſeu eleemoſynam relictam pro celebratione quotidianæ miſſæ accipiat, intentione accipiendi illam tamquam pretium miſſæ, nullo dato exterius ſigno, quo indicet ſe pecuniam accipere tanquam pretium miſſæ. hic.n. commictit ſimoniam mentalem, quia intentione ſimoniaca facit actum externum, in quo ſimoniæ labes non apparet, vt patet ex *cap.tua nos, & cap.vlt. de ſimonia.*

Præterea aliquando ſimonia mentalis cōmictitur ab vno tantum, aliquando ab vtroq; vt ſi aliquid exterius tradi ſolū videa-

videatur animo gratuito, vel ad ſubſtẽtationem; ſed accipiens intendit illud accipere tamquam pretium rei ſpiritualis, & tradens intendat tradere tamquã pretium rei ſpiritualis; ſed nullus prauam ſuam mentem verbis, ſeu conuentione; aut alia ratione manifeſtet; hæc eſt ſimonia mentalis quia mente retinetur, & exterius non apparet actum externum ea intentione fieri. ita *DD.* teſte *Bonacin.loc.cit.*

Simonia conuentionalis conſiſtit in pacto ſeu conuentione expreſſa, vel tacita dandi, vel recipiendi temporale pro ſpirituali; hæc ſimonia diſtinguitur à mentali ob conuentionem externam; quam non includit mentalis; diſtinguitur verò à reali, quia non habet adiunctam rei traditionem, vt benè aduertit *Bonacin loc.cit.*

Simonia realis eſt illa, qua res temporalis traditur, vel accipitur pro ſpirituali.

Præterea hæc ſimonia poteſt appellari cõpleta, & incompleta. Dicitur ſimonia realis incompleta, dum ex vna tantum parte adimpletur, vt ſi tradatur res ſpiritualis cum pacto rei temporalis recipiendæ dicitur completa quando interuenit mutua traditio, & ſic conciliat *Bonacina* opiniones *DD.* quia aliqui dicunt ad ſimoniam realem requiri mutuam traditionem, alij quando ſola res temporalis traditur cum pacto rei ſpiritualis.

PETES V.

Quid ſit ſimonia confidentialis, & quam pœnam incurrat committens talem ſimoniam.

Reſpondetur primò, quod ſimonia confidentialis committitur in beneficijs, & tunc committitur, quando quis recipit beneficium ab altero, qui hoc ipſi reſignat, cum ſpe, & confidentia, vt recipiens beneficium illud poſtea dimittat, vel reſignet iuxta voluntatem conferentis, vel vt ſoluat fructus in fauorẽ reſignantis, vel amici, vel alterius quem reſignans nominauerit. ita *Bonacina tomo* 1. *q.* 7 §. 1. & patet ex Conſtit. Pij V.

Reſpondetur ſecundò incurri excommunicationem ipſo facto, vt habetur ex Conſtit. Pij V. ac proindè ſtatim incurritur, quando quis recipit beneficium, vel penſionem in confidentia, cum ſpe intentione, vel iterum reſignandi cui contulit, vel ſoluendi illi fructus, vel partem fructus beneficij. ita *Bonac.* 4 *q.* 81. *num.* 8. & *Leſſius lib.* 2. *c.* 35. *dub.* 36.

PETES VI.

An committatur ſimonia faciendo coram Epiſcopo reſignationes reciprocas vt ſi quis dicat: Ego reſigno meum beneficium tuo nepoti vel amico: tu verò reſignatum mihi, vel meo nepoti.

Reſpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *Bonacin. q.* 4. *propoſit.* 2. *num.* 4. eſſe ſimoniam ſi fiat coram Epiſcopo, vel Papa inferiori; tùm quia hæc non eſt reſignatio pura; tum quia in iure vetita eſt omnis pactio, etiam ſi fiat in ordine ad conſenſum, & approbationem Superioris inferioris Papa.

Secundò dicendum eſt de permutatione beneficiorum, nempè poſſe fieri ſine labe Simoniæ, vt docent communiter Theologi, & Canoniſtæ, teſte *Ripa in tractat. de ſimonia part* 2. *art.* 1. *num.* 24. ſi nihil aliud temporale extrinſecus detur, aut reſeruetur, aliàs ſi daretur aliquid pro iſta permutatione vtiq; incurreretur ſimonia. ſpiritualia n. & eis annexa cum alijs eiuſdem generis abſq; ſimonia permutari poſſunt, vt docent communiter *DD.* hoc intelligitur, modo interueniat auctoritas Epiſcopi, vel alij inferioris Prælati ad quos inſtitutio, aut deſtitutio beneficiorum pertinet. ita *Ripa loc. cit. num.* 34.

QVÆRITVR CCII.

An Sacerdos pro celebratione miſſarum poſſit exigere aliquid iuxta conſuetudinem loci, ſine labe ſimoniæ.

Reſpondetur ex communi *DD.* ſentẽtia teſte *Ripa in tract. de ſimonia par.* 1 *art.* 2. *num.* 17. affirmatiuè nempè incurrere ſimoniam, ſi petit tamquam pretium rei ſacræ. Secus ſi petit titulo ſubſtentationis, & mercedis, nam tunc non incurrit ſimoniam.

Nec obſtat aiunt *DD.* teſte eodem *Ripa num.* 17. quod Sacerdotes, aliunde habeant vnde ſe ſubſtentari valeant, quia hanc eſt per accidens, cùm nemo etiam diues ſuis ſtipendijs militare teneatur.

SED

Digitized by Google

SED PETES I.

An Sacerdos via iuris poſſit procedere coram iudice contra recuſantes ſoluere iuſtum ſtipendium à lege taxatum pro celebratione miſſæ. ſi ad inſtantiam alicuius fuerunt celebratæ miſſæ. & illi applicatæ quoad valorem ſatisfactorium.

Reſpondetur poſſe ſine peccato id facere, vt communis *DD.* ſententia docet teſte *Fraxinelo de obligat. Sacerd. ſect. 3. §. 2.*

PETES II.

An Sacerdos pro celebratione miſſæ poſſit exigere pinguius ſtipendium, quàm lege ſit, aut conſuetudine receptum ſine labe ſimoniæ ſi adſit alia cauſa iuſta.

Reſpondetur ex communiſsima *DD.* ſententia teſte *Fraxinello de obligat. ſacerdotis ſect. 3. §. 3.* poſſe Sacerdotem pro obligatione celebrandi ſummo manè, vel in loco à ciuitate, vel oppido diſtanti, pro labore præuio in itinere; vel etiam ad celebrandum certis diebus, & in determinatis locis, pinguius recipere ſtipendium, quam lege ſit, aut conſuetudine receptum. ratio eſt, quia hic eſt labor extrinſecus celebrationi miſſæ, ac proindè pretio extimabilis.

Secus dicendum de labore intrinſeco in adminiſtratione Sacramenti, nam tunc nihil poteſt accipi: vt eſt legere miſſam, & aquam eleuare ad baptizãdum quia hæc eſt actio laborioſa efficit rem ſpiritualem, & habet originem à principio ſpirituali ideſt ab ordine ſacro, ideo pro hoc labore pecuniam ſumere ſimonia eſt.

QVÆRITVR CCIII.

In quadam ſeditione populus iniuſtè expoliauit Titium ſuis bonis, & quia in Domo Titij erant multa bona vſu conſumptibilia puta panis, vinum oleum, &c. an potuerit extraneus tranſiens caſu per illam domum, etiam accipere de illis bonis, quæ vſu conſumuntur abſq; peccato & onere reſtitutionis, poſito quod non concurrerit ad depopulandum domum Titij, & ſi ipſe non accepiſſet ab alijs perſonis fuiſſent accepta illa bona vſu conſumptibilia?

Reſpondetur peccaſſe, & teneri ad reſtitutionem, & ratio mihi eſt, quia adhoc, vt poſsit quis licitè habere dominium de aliqua re deſideratur titulus, vt communiter, & ſine controuerſia docent *DD.* in caſu noſtro, nullus titulus adeſt ergo ratione iniuſtæ acceptionis, & ratione rei acceptæ tenetur ad reſtitutionem.

Neq; dicas illa bona hàberi pro derelictis à proprio Domino. & conſequenter eſſe primò occupantis, vt docent communiter *DD.* & præcipuè *Nauarr. in ſumma cap. 17. num. 70.* nam hæc doctrina non poteſt applicari in caſu noſtro, quandoquidem Dominus inuitè patitur damnum, nec ipſe proijcit bona è ſua domu, ſed ab alijs ſunt proiectæ, ergo illa bona non habentur pro derelictis à proprio Domino.

Confirmatur hæc doctrina à fortiori illa bona habentur pro derelictis, quando adſunt coniecturæ, vt à vero Domino non requirantur; vt ait idem *Nauarr. loc. cit. cum legibus, & DD. ab ipſo cit.* vt contingit, quando Dominus in naufragio proijcit librum apertum in mare, vt ait *Gloſa in §. ſi iactu.* Secus ait *Nauarr. loc. cit.* ſi proijceret illum librum clauſum in mare cauſa euadendi periculum mortis, nempè non haberi illum pro derelicto, ac proindè non eſſe primo occupantis, vt habetur *ex l. qui leuandæ, ff. ad legem Rhod. de iactu.*

Neq; dicas quod ſi illa bona vſu conſumptibilia non eſſent capta ab illa perſona, vtiq; perijſſent, nam idem *Nauarr. cap. 17. num. 98. cum legibus à ſe cit* docet in caſu ſimili quod ſi quis capit aliqua eorum, quæ in mare amictantur, quamuis ea perirēt, niſi ille occuparet, qualia ſunt farina, Zaccharum, Papirus, &c. peccat, & tenetur ad reſtitutionem quia ex charitate opem ſuis proximis ferre tenetur.

Verùm ſi cum periculo vitæ nō adeo probabili ſe objiciat quo ea ſeruaret, tunc illa bona quæ accipit medio tali periculo retinere ſine onere reſtitutionis, quia non tenebatur cum tanto periculo opem ferre proximo ne ſua bona perirent. ita *Nauarr. loc. cit.* qui addit cum *DD. à ſe cit.* quod ſi tunc Dominus iuſtè ſperat ſe recuperaturum ſuum per aliud medium, quia mare ad lictus eijceret, aut inueniret alios, qui mercede illud periculum ſubirent, teneretur reſtituere verò Domino, & Dominus tenetur arbitrio boni viri ſoluere mercedem illi, qui ſubijt periculum vitæ cauſa ne perirent eius bona.

SED

SED DICES

Illa modica quantitas panis non eſt ſufficiens ad peccatum mortale, & poteſt præſumi vt habeatur pro derelicta à proprio Domino, vt colligitur ex Leſſio lib. 2. cap. 5. dub. 18. num. 67. & conſequenter non teneri ad reſtitutionem.

RESpondetur quod licèt illa quantitas panis reſpectu vnius poteſt eſſe modica, tamen reſpectu multitudinis perſonarum quæ ſurripuerunt panem, eſt notabilis, & conſequẽter peccaſſe mortaliter, & teneri ad reſtitutionem. Confirmo à pari. docent *DD* communiter à me citat. in tract. de Miſcellaneis practicis fol. 175. *Sed quid dicendum*. quod plures in vineam alterius ingreſsi omnes fructus eius ſurripiunt ita vt vnuſquiſq; non niſi vnum, aut alterum racemum accipiat peccat mortaliter, & tenetur ad reſtitutionem, ſi damnum illatum ab omnibus ſit notabile, non tamen ſinguli inſolidum, ſed vnuſquiſq; pro ſua parte ergo idem dicendum eſt in caſu noſtro.

QVÆRITVR CCIV.

Filius ſurripuit bona Patri an peccet, & teneatur ad reſtitutionem.

RESpondetur ex communi *DD.* ſententia, teſte *Bonac. tom. 2. diſp. 2. q. 10. punct. 1. num.* 4. peccare, & tenetur reſtituere rem furatam ſi extat. ſi non extat tenetur ex alijs bonis caſtrenſibus, vel quaſi caſtrenſibus ſi habet. ſi non habet tenebitur in partitione hæreditatis cũ fratribus computare quod ſurripuit in ſuam partem: niſi fortè conſtet alios fratres tandundem expendiſſe, vel Patrem condonaſſe, aut veriſimiliter credatur patrem condonaturum: tunc.n. Pater non videtur inuitus circa ſubſtãtiam acceptionis, ſed ſolum circa modum: cum diſpliceat illi modus accipiendi occultè.

SED PETES I.

An filius mortuo Patre & viuente matre, ſit ſui iuris?

ANTEQVAM RESPONDEAM.

PRimo ſuppono quod mater defuncto ſuo viro non eſt ipſo facto tutrix, aut curatrix ſuorum filiorum, & ſi nullus alius tutor, aut curator ſit, ſed habet ius petendæ tutulæ à iudice, qui eam aſſignare debet præſtito iuramento, vel cautione quarundem rerum legibus præſcriptarum, vt conſtat ex *autbent. marci, & Atria C. quando mulier tutulæ officio fungi poteſt, & ex Regijs l. 4. & 9. tit. 16. p. 6. & l. Reg 9 tit. 18. par. 3.* vt rectè aduertit *Sanchez in ſumma lib. 4. c. 35. num. 23.*

Secundò ſuppono quod mater tranſacta impubertate filij, nec perſonæ, nec rerũ filij curam habet, vt docet *Sanchez in ſumma lib. 4. cap 30 num. 17.*

Tertiò ſuppono quod mater non curatrix nullam adminiſtrationem bonorum filij habet, ſed ea tota deficiente Patre ad curatorem pertinet: Quod ſi nullus curator ſit pertinet ad ipſum puberem. ita *Sanchez in ſumma lib. 4. c. 35. nu. 77.*

HIS POSITIS.

RESpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *Sanchez de matrim. lib. 6. diſp. 38. num. 5.* quod minor carens curatore non poteſt alienare ſine decreto iudicis rem immobilem, aliàs eius alienatio eſt nulla. idem dicitur de bonis mobilibus quæ ſeruando ſeruari poſſunt, nempè etiam deſiderari decretum iudicis aliàs nulla eſt alienatio. ita *DD.* teſte *Sanchez* ex alijs verò contractibus obligatur. ait idem *Sanchez loc. cit. num. 8* ciuiliter ſi eſt pubes, pupillus tutore carens non obligatur ciuiliter ex contractu. ita *DD.* teſte *Sanchez*.

PETES II.

Qui nam dicatur pupillus, minor, aut infans.

RESpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *Bonac. tom 2. tit. de contractibus diſp. 3. q. 7. par. 1. num. 11.* pupillum dici eum, qui non dum pubes factus eſt, ſcilicet qui non dum peruenit ad decimum

mum quartum annum ſi eſt maſculus; vel ad duodecim ſi eſt fœmina.

Minor verò iure communi dicitur, qui nō dum compleuit vigeſimum quintum annū. Sed in aliquibus locis, vt Mediolani minor dicitur, qui non dum compleuit viginti annos, vt patet ex ſtatutis 45. infans dicitur ille, qui non dum perfecit ſeptem annos.

PETES III.

Quis dicatur tutor, vel curator.

RESpondetur ex communi *DD.* ſententia, teſte *Bonacin. loc. cit. num.* 12. tutorem dici eum, qui aſsignatur pupillo vſq; ad decimum quartum annum in cuſtodiam ipſius, & bonorum.

Curator verò dicitur, qui aſsignatur minori præſertim in curam bonorum.

PETES IV.

An pupillus, aut minor, vel prodigus ſi faciant aliquem contractum, ſinè licentia tutoris, vel curatoris, ſit validus?

REſpondetur negatiuè, quia prohibetur à iure *l. ſi curatorem habens C. de reſtit. in integrum.* & ita affirmant *DD.* teſte *Bonacin. tom* 2. *diſp.* 3. *par.* 5. *num.* 3. 4 *&* 5. ac proindè ſequitur quod acceptum ab huiuſmodi prodigo, pupillo, ac minori non poſſe retineri, quia eis eſt interdicta adminiſtratio bonorum.

Verum tamen eſt, pupillum, aut minorem poſſe ſine licentia tutoris, aut curatoris contrahere in ſui commodum, ſibiq; alios obligari, quamuis non poſsit contrahere in ſui damnum, & incommodum, vt patet ex *l. ſi curatorem, & l. pupillus de acquirendo rerum dominio*, nam quod fauore pupilli introductum eſt, non debet in ipſius damnum redundare. ita *DD.* teſte *Bonacin. loc. cit. num* 7.

Hoc intelligitur, modo minor contrahat cum maiore, non verò cum minore gaudente ſimili priuilegio. ita *DD. cit. à Bonacin. loc. cit.*

PETES V.

Vtrum alienatio facta à pupillo, vel minore de licentia tutoris, vel curatoris ſit valida?

REſpondetur alienationem rei immobilis, vel etiam mobilis, quæ ſeruando ſeruari poteſt, inualidam eſſe non ſolum in foro externo, ſed etiam in foro conſcientiæ, niſi facta ſit de licentia iudicis, & ex iuſta cauſa, qualis cauſa cenſetur ſolutio debitorum, neceſsitas ſui alendi, &c. licentia autem, ſeu decretum iudicis debet per *Tabellionem* in actis inſeri. ita *lex quæ tutores* 22. *C de adminiſtrat. tutor.* & eſt communis *DD.* ſententia, teſte *Bonac. loc. cit. num.* 6.

PETES VI.

Quænam ſint mobilia bona quæ ſeruando ſeruari poſſunt, & quænam ſint quæ ſeruando ſeruari non poſſunt?

REſpondetur bona mobilia quæ ſeruādo ſeruari poſſunt, ſunt aurum, Argentnm gemmæ, ſerui &c. ita *Bonac. loc. cit.* bona verò quæ ſeruando ſeruari non poſſunt ea dici quæ per triennium ſeruari non poſſunt. ita *Gloſſa ex l. vnica c. ſi aduerſus vſucapionem*; ita etiam affirmat *Bonacin. loc. cit. num.* 9.

PETES VII.

An minor abſq; curatoris auctoritate contrahens, vel pupillus abſq; auctoritate tutoris obligetur naturaliter ideſt in foro conſcientiæ?

ANTEQVAM RESPONDEAM.

ADuertendum eſt, quoad obligationē naturalem ex contractu conſurgentem, idem omnino dicendum eſſe de minori pubere habente curatorem, & abſq; eius auctoritate contrahenti, ac de pupillo, quia in hoc æquiparantur, ita leges, & *DD. cit. à Sanchez de matrim. lib.* 6 *diſp* 38. *num.* 19.

HIS POSITIS.

REſpondent multi *DD. cit. ab eodem Sanchez loc cit.* pupillum, aut minorem non obligari naturaliter, ideſt in foro conſcientiæ contrahentem ſine auctoritate tutoris, vel curatoris.

Sed quaſi innumeri alij *DD.* quos citat, & ſequitur *Sanchez loc. cit. num* 21. docent pupillum, aut minorem contrahentem ſine tutoris, aut curatoris auctoritate obligari naturaliter, & in foro conſciētiæ ex contractu, quia obligatio naturalis oritur ex conſenſu, vt patet ex *L.*

Digitized by Google

Stichum §. naturalis ff. de ſolut. hoc antè conſenſu pupillans, aut minor non caret, vt patet ex § *pupillus, inſtit. de inutil. ſtipulat.*

Addunt verò *DD. cit. ab eodem Sanchez num. 24.* vt obligetur naturaliter debet eſſe pupillus pubertati proximus. deficit. n. ante illam ætatem plena intelligentia, vt ſic perfectum conſenſum habeat.

Addunt etiam DD. teſte *Sanchez num. 26.* quod nec etiam naturaliter obligantur pupillus, aut minor, ſi promittat alienationem de rebus immobilibus, vel de mobilibus quæ ſeruando ſeruari poſſunt licèt adſit auctoritas curatoris, aut tutoris, ſi non adſit decretum iudicis: quia lex alienationi reſiſtit, vt patet ex *l ſi ad reſoluendam 7. & l ſi quidem 11. & l. ſi minor 15. C. de prædijs, ſic Bartol. l. 1. num. 7.* & alij.

Præterea dicendum eſt addit *Bart. l. 1. in fi. ff de nouat.* quod ſi pupillo, vel adulto ex aliqua cauſa iuſta iudex interdixerit adminiſtrationem: tunc. n. nec naturaliter obligabitur. ſic *Bart. l. 1. in fi. ff. de nouat.*

Addit *Sanchez nu. 30.* quod pupillus proximus pubertati, & minor ſine tutoris, aut curatoris licentia contrahẽtes poſſe vti beneficio reſtitutionis in integrum medio decreto iudicis, etiam ſi per prius fuerint naturaliter obligati ſtare contractui, ſed qui contraxerunt cum dictis ante decretum iudicis circa beneficium reſtitutionis in integrum, non tenentur reſtituere rem habitam à pupillo, vel minori.

Sed ſi minor iuret contractum ludi, nempè ſe ſoluturum, vel non repetiturum, tenebitur ſoluere, nec poterit vti beneficio reſtitutionis, niſi in caſibus in quibus maiori conceditur repetitio, & hoc eſt verum, ſiue minor ille curatorem habeat, ſiuè illo deſtitutus ſit.

Si autem ludens, & iurans ſit impubes pubertati proximus & ſine auctoritate tutoris ludat etiam tenebitur ſtare iuramento, vt multi DD. teſte *Sanchez de matrim lib 6. diſp. 38. num 15.* docent, ſed poteſt petere relaxatione iuramenti, & ea obtenta poteſt vti beneficio reſtitutionis in integrum.

PETES VIII.

Quis dicatur proximus pubertati.

Reſpondetur ex communi DD. ſentẽtia teſte *Sanchez loc. cit. num. 2.* quod maſculus dicitur proximus pubertati, quando excedit decimum annum cum dimidio, & fœmina dicitur proxima pubertati cum excedit nonum, & dimidium. ante hanc ætatem dicitur puer, infantiæ proximus, & puella infantiæ proxima. ſic *gloſ. §. pupillus verb. infant. inſtit. de inutil. ſtipul.*

QVÆRITVR CCV.

Vtrum Prælati poſſint commutare, vel diſpenſare in votis cathecumenorum?

Reſpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *Bonacin. tom. 2. diſp. 4. q. 2. punct. 8. §. 4. num. 8.* negatiuè, quia nullã iuriſdictionem ſpiritualem habet ſuper his Sed *Henriquez*, & alij apud eundem *Bonacin.* docent poſſe commutare, vel diſpenſare.

QVÆRITVR CCVI.

An licitè quis poſſit petere eleemoſynam qui non eſt ſimpliciter pauper, ſed tantum ſecundum quid, puta Romæ, eſt pauper, Neapoli verò eſt diues, & an teneatur ad reſtitutione, quando peruenit ad locum vbi eſt diues?

Reſpondetur hunc caſum non inueniſſe expreſsè tactum à *DD.* tamen ex eorum doctrina poteſt colligi eius reſolutio, ac proindè arbitror non peccare, nec teneri ad reſtitutionem quando peruenit ad locum vbi eſt diues, & ratio mihi eſt, quia re vera eſt pauper in loco vbi quærit eleemoſynam, ergo dũ non eſt fictè pauper, non eſt ei negandũ ius petendi eleemoſynam; nam eleemoſyna eſt ordinata ad ſubleuandum hominem à miſeria, ſed reipſa in illo loco petens eleemoſynam eſt egenus, ergo adimpletur finis largientis eleemoſynam, ac proindè non peccat, neq; tenetur ad reſtitutionem recipiens eleemoſynam, cùm ei ſit data ſine onere reſtituendi, aliàs eſſet mutuum, & non eleemoſyna.

Idem dico de peregrinantibus, qui cauſa deuo-

Digitized by Google

deuotionis diſcedunt à ſua patria in qua ſunt diuites, & nolunt ſecum ferre nummos, & per iter petunt eleemoſynam, & manducare volunt quidquid eis offeratur à fidelibus; ratio mihi eſt quia hic eſt actus virtutis, quia ſe exponunt propter amorem Dei periculo patiendi famem. quod de Religioſis ſatis certum eſt, nempè licitè poſſe amplecti voluntariam paupertatem, & ex eleemoſynis viuere, renunciatis diuitijs, ſuis affinibus, vel conſanguineis, vt patet ex praxi totius Eccleſiæ dum approbat inſtitutum religioſorum mendicantium, & laudat eos qui ipſis dant eleemoſynam. vt rectè aduertit *Coninch. de fide. ſpe, & charitate diſp. 27. dub. 6. nu. 67.* aliter mihi dicendum eſt, ſi peregrinus, ſecum deferret nummos, & peteret eleemoſynam, nam tunc eſt ficte pauper, ac proindè non habet ius petendi eleemoſynam, & peccat, & tenetur ad reſtitutionem ſecundum probabiliorem ſententiam.

SED PETES I.

An valdè opulentus teneatur ſuccerere priuato indigenti, ne occidatur à latronibus, expendendo magnam quantitatem nummorum puta ter mille aureos?

Reſpondetur ex *Coninch in tract. de fide. ſpe, & charit. diſp. 27. dub. 8. num. 143.* non teneri quamuis ille id poſsit ſine alio vllo incommodo facere, puta ſi id poſſet elargiri tantam eleemoſynam ſine detrimento ſui ſtatus. & rationem aſsignat quia ſi diuites ad huiuſmodi lytrum tenerentur, id eſſet nociuum reipublicæ, quia hoſtes facilè aliquos eius pauperes caperent, & minando ijs aliàs mortem cogerent opulentos ingentia pro eis lytra ſoluere, & ſicopes Reipublicæ magna ex parte exhaurirẽtur, dum illi cogerent diuites ſibi dare ea omnia, quæ ſtatui ſuo ſubſtinendo non eſſent abſolutè neceſſaria. Quod ſine dubio Reipublicæ eſſet valdè damnoſum, cui valdè expedit habere in ſe viros opulentos. nam hac ratione ipſius vires creſcunt, & alia ratione diminuentur.

PETES II.

Vtrum eleemoſyna ſit danda ſimpliciter, an cum onere reſtituendi quando quis peruenit ad pinguiorem fortunam.

Reſpondetur ex *Lorca, Cordub. Medina, & Bannez cit. à Coninch. diſp. 27. dub. 9. num. 51.* quod in extrema neceſsitate danda eſt eleemoſyna gratis ſine onere reſtituendi, in graui verò ſufficit mutuare.

Sed probabilius docet idem *Coninchus* cũ alijs *DD. à ſe cit. num. 153.* quod non ſolum in extrema, ſed etiam in graui neceſsitate danda eſt eleemoſyna ſine onere reſtituendi. Si re, & ſpe ſit pauper, nam ſi alicubi eſt pauper, & in ſua patria eſt diues ſufficit mutuare, vel ſi eſt artifex, & tranſacta neceſsitate poteſt laborare, & acquirere ſibi victum, & ſoluere mutuum, cum facilitate tunc ſufficit mutuare.

QVÆRITVR CCVII.

An conſumari poſſit matrimonium ſine benedictione nuptiarum, ſine peccato.

Reſpondetur ex communi *DD.* ſententia, teſte *Sanchez de matrim. l. 3. diſp. 12. num. 60.* nullam eſſe culpam, ſed ſolum conſilium conſumare matrimoniũ ante benedictiones; ſecluſo contemptu, ac ſcandalo ſi eſſet, & niſi excommunicatio lata ſit in dioceſi aduerſus conſumantes non præmiſsis benedictionibus. nam tunc eſſet culpa læthalis ratione excommunicationis conſumare matrimonium ante benedictiones.

SED PETES I.

An coniuges omittentes benedictiones nuptiarum peccent mortaliter.

Reſpondetur ex communi *DD.* ſententia, teſte *Sanchez lib. 7. de matrim. diſp. 82. num. 6.* ſecluſo contemptu, non eſſe, niſi veniale peccatum omittere benedictiones.

Digitized by Google

PETES II.

Qui Parochus poſſit has benedictiones impartiri.

RESpondent aliquo *DD.* teſte *Sanchez loc.cit.num.4.* ſolum Parochum mulieris id poſſe facere, ſed *Sanchez cum Canedo à ſe cit.* docet poſſe benedictionem impartiri, tam Parochum fæminæ, tam viri quia alteruter validè aſsiſtere poteſt matrimonio.

Poteſt quilibet alius Sacerdos de licentia ordinarij, vel proprij Parochi benedictionem impartiri, vt aduertit *Sanchez loc.cit.num.2.*

PETES III.

An liceat ſecundis nuptijs benedictionem impertiri.

REſpondetur ex communiſsima *DD.* ſententia teſte *Sanchez loc.cit.nu.15.* Si vterq; vel alter coniux primis nuptijs benedictionem acceperit, non eſt ſecundis nuptijs benedictio impertienda. Secus autem ſi neuter coniux in primis nuptijs benedictionem acceperit.

At *DD.* teſte *Sanchez num.21.* docent in praxi, & conſuetudine receptum eſſe ne ſecundis nuptijs benedictio impertiatur ſi vterq; coniux aut fæmina ſola benedictionem in priori coniugio recepiſſet. Secus ſi fæmina ſola minimè ſuſcepiſſet. Sed communior *DD.* ſententia docet, teſte eodem *Sanchez loc. cit. num.23.* conſuetudine vbiq; ſeruari, vt ſemper conferatur benedictio ſecundis nuptijs qualitercunq; ſint ſecundæ vbi alteruter coniux benedictionem minimè ſuſcepit ſiuè ſit vir, ſiuè fæmina. & ratio conſuetudinis eſt, quia non cenſetur propriè ea benedictio iterare cum per ſe ſolum impendatur ratione coniugis numquam benedicti, & per accidens ratione ſocij, ne ille benedictione deſtitutus maneat, & cùm illi abſq; ſocio conferri nequeat.

Verum non adeſt peccatum veniale omittere benedictiones, ſecluſo contemptu, quando alteruter coniux in priori matrimonio receperit benedictionem. ita *Henriquez* quem citat, & ſequitur *Sanchez loc.cit.num.24.* quia ea conſuetudo non inducit præceptum, ſed poſſunt benedictiones omitti, iuxta iuris communis præſcriptum.

QVÆRITVR CCVIII.

Vtrum conſenſus illius, in cuius fauorem lata eſt cenſura, excuſare poſſit ab incurrenda cenſura.

REſpondetur excuſare ab incurrenda in cenſura, vt communiter affirmat *DD.* teſte *Bonac.tom.1.diſp.1.q.3 par.4. num.1.* Vnde ſi Titius obtenta à S.Pontifice excommunicatione contra ſuos debitores non reſtituentes intra ſex menſes, proroget terminum inſcio Sũmo Pontifice, vſq; ad annum, non afficitur excommunicatione. ita *Angel. Suarez, Filiuccius, & Coninchus cit. à Bonac.licèt Nauarr.Sayr.* & alij doceant id non poſſe fieri, inſcio Summo Pontifice.

Ratio noſtra eſt, quia excommunicatio lata eſt ad fauorem Titij; ergo ſicut Titius poteſt donare debita, ita, & prorogare terminum.

Elapſo verò termino, prorogato à creditore in cuius fauorem lata eſt cenſura, ligatur cenſura. ita *DD.* teſte *Bonac. loc. cit.num.2.*

HINC

COlligo idem eſſe dicendum, quando cenſura lata eſt in fauorem Titij, cõtra ſcientes eius bona vbi ſunt, nempè poſſe aliquem eximere ab onere reuelandi inſcio Superiore, qui ei conceſsit excommunicationem, nimirum ad ſui fauorem; ratio eſt quia tunc ceſſat finis adæquatus propter quem fuit lata excommunicatio.

SED PETES

Vtrum metus grauis, ſeu cadens in conſtantem virum excuſet ab incurrendis cenſuris.

REſpondetur ex communiſsima *DD.* ſententia, teſte *Bonacin.diſp.1.tom.1. q.3.par.3.num.2. vſq; ad num.5.* affirmatiuè nempè excuſare ab incurrendis cenſuris, etiam ſi metus prædictus non excuſaret à peccato; Vnde quis ob metum cadentem in virum conſtantẽ adulterium commiſceret vbi erat annexa cenſura, excuſaretur à cenſura, ſed non à peccato, quia Eccleſia non obligat cũ tantò rigore.

HINC

Digitized by Google

HINC

PRimò colligitur ſi tyrannus minetur mortem alicui, niſi carnes comedat die ſabbathi poterit ille ſine peccato comedere: quia lex Eccleſiaſtica non obligat cum tanto periculo.

Secus dicendum eſt ſi metus incuteretur in odium religionis chriſtianæ, aut Eccleſiaſtici præcepti contemptum, tunc .n.teneretur ille potius mortem ſubire, quàm carnibus veſci, ſed hæc obligatio non oritur ex vi illius præcepti humani, ſed ex vi præcepti diuini naturalis tunc concurrentis, obligantis cum vitæ diſcrimine ad tuendam religionis exiſtimationem Sicut quando lex humana prohibet aliquid, quod eſt intrinſecè malum, quàmuis teneatur quis potius mortem ſubire, quam illud agere, non tamen hæc obligatio prouenit ex dicta lege humana quia non obligat cum periculo vitæ, ſed ex vi præcepti naturalis, quo id quod eſt intrinſecè malum, prohibitum eſt.ita communiter docent *DD.* teſte *Merolla in Theologia morali. diſp.1.c.3. num.119.*

Secundò colligitur, quod ſi lex Eccleſiaſtica præciperet auditionem miſſæ diebus feſtis ſub pæna excommunicationis latæ ſententiæ, omittentem miſſam metu mortis non incurrere excommunicationem, etiam ſi metus incutiatur in contemptum, & odium religionis. ratio eſt quia peccatum eſſet tantum contra legem naturalem de tuenda fide, & religione: non autem contra humanam Eccleſiaſticam ita *DD.* apud *Merollam loc.cit.num.120.*

Tertiò colligitur quod ſi lex Eccleſiaſtica prohiberet, ſub pæna excommunicationis latæ ſententiæ aliquid quod eſt intrinſecè malum ac iure naturali prohibitum v.g.homicidium, & quis metu mortis ſibi comminatæ, homicidium committat, peccaret contra legem naturalem tantum, non autem contra legem Eccleſiaſticam quæ non obligat cum vitæ diſcrimine, & conſequenter non incurreret cenſuram. ita *Suarez* & multi alij apud *Merollam loc. cit. num. 121.* Scio verò alios *DD.* oppoſitum docere.

Quartò colligitur, occidentem clericum ad euadendam mortem ſibi ab alio cõminatam, non teneri in confeſſione explicare circumſtantiam Clericatus, ſed ſatis eſt dicere occidi hominem. ratio eſt quia id peccatum non habuit circumſtantiam ſacrilegij, hæc.n.ſumitur ex prohibitione legis Eccleſiaſticæ, quę intuitu, ſeu ex motiuo religionis, ac in reuerentiam clericatus interdixit, ne quis manus violentas in Clericum inijciat. Sed lex Eccleſiaſtica, vt dictum eſt, non obligat cum tanto detrimento ergo non committit ſacrilegium, nec incurrit excommunicationem licèt peccet mortaliter peccato homicidij. ita *Vaſquez, Suarez, Say.us, S.lus*, & alij quos citat, & ſequitur *Merolla loc. cit. num. 123.*

Idem dicitur de vouente non committere aliquod peccatum quod eſt contra legem naturalem v.g.non fornicari, & ad euadendam mortem ſibi comminatam committit fornicationem, nempè non peccare peccato ſacrilegij contra votũ ſed tantum ſimplicis fornicationis, ratio eſt, quia cum votum ſitq; veluti quędam lex priuata, quam homo ſibi ipſi imponit, obligat inſtar legis Eccleſiaſticæ quæ ab homine quoq; imponitur. at hæc non obligat cum tanto detrimento, ergo non peccat contra votum. ita *Soto, Valentia, & Sanchez apud Merollam num.124.* vbi aduertit non ſemper metum cuiuſcunq; mali grauis ſufficere ad excuſandum à tranſgreſsione cuiuſcunq; præcepti humani, ſed quo dignius, ac vrgentioris obligationis eſt præceptum, eo maior neceſsitas mali vitandi excuſans deſideratur, & ideo non poteſt hic certa regula præſcribi, ſed circa certa ſingula præcepta eſt neceſſariò, hoc diſputandum in proprijs locis.

Hinc fit ait idem *Merolla*, metum cadentem in virum conſtantem non dici in præſenti abſolutè, ſed habito reſpectu ad præceptum, quod ex metu violatur.

Quare poteſt dari caſus, quod metus qui cenſetur cadens in virum conſtantem, & excuſans à tranſgreſsione vnius præcepti v.g.ieiunij, aut audiendi ſacri, non cenſeatur talis reſpectu alterius grauioris præcepti, v.g.celebrandi ſine veſtibus ſacris, vel in Azymo.

QVÆRITVR CCIX.

Vtrum ſit aliqua lex æterna, & quæ ſit.

REſpondetur ex communi Theologorum ſententia teſte *Suarez de legib. lib.2. cap.1. num.2.* affirmatiuè nempè eſſe

eſſe in Deo legem æternam. non reſpectu ſui ipſius, cùm dicat in Deo imperfectionem, ſed reſpectu creaturarum rationalium futurarum ſuo tempore exiſtentium.

Quod lex æterna non poſsit eſſe reſpectu Dei probatur, nam lex ponitur reſpectu inferioris per modum imperij, & tamquam regula ſuarũ actionum: ſed Deus non habet ſuperiorem, neq; ſeipſum per modum præcepti, & legis obligare poteſt; quia non eſt ſibi ſuperior, ergo nullo modo eſt capax legis poſitiuæ.

Quod verò ſit in Deo lex æterna reſpectu creaturarum futurarum exiſtentium.

Probatur nam Deus ab æterno ordinauit, & conſtituit talem pœnam tali peccato, & tali opere bono tale præmium. Sed quidquid in Deo eſt, ab æterno eſt, alioquin mutaretur Deus, quod eſt falſum; & eſt *contra diuinam Scripturam: Ego ſum Deus, & non mutor*, ergo in Deo adeſt lex reſpectu creaturarum rationalium.

Præterea lex non eſt aliud niſi ordinario Superioris circa inferiorem per proprium imperium, ſed hoc reperitur in Deo qui ab æterno diſpoſuit, gubernationem mundi & ordinauit, vt creaturę rationales per talia media poſſent cunſequi. vltimum finem ad quem fuerunt creatæ. ergo..

Deniq; lex nihil aliud eſt, niſi recta ratio imperans honeſta, & prohibens contraria. Sed hoc habetur à Deo, ergo.

SED PETES I.

Vtrum lex æterna ſit cauſa legum omnium, & per illas innoteſcat, & obliget?

RESpondetur ex communi Theologo ſententia teſte *Suarez de legibus lib. 2. cap. 4. num.* 4 omnem legem aliquo modo eſſe à lege æterna, & ab illa habere vim obligandi. ratio eſt quia lex æterna eſt lex per eſſentiam imperans honeſta, & prohibens contraria, ad rationem autem legis requiruntur duo, nempè, vt lex ſit iuſta, & conſentanea rationi, & vt ſit efficax ad obligandum.

Sed omnis recta ratio creata eſt ex participatione diuini luminis, quod ſignatum eſt in nobis, & omnis poteſtas hominum deſuper datur, & à Deo eſt, vel immediatè, vel mediatè, ideſt mediante conſenſu hominum, ergo omnis lex in hominibus exiſtens eſt ex lege æterna., & vtrumq; ſignificauit diuina *Sapientia Prouerb* 8 cum dixit *per me Reges regnant*, vtiq quantum ad poteſtatem, & *legum conditores iuſta decernunt*; videlicet quantum ad rectam rationem.

PETES II.

An lex naturalis ſit ipſa naturalis ratio recta.

RESpondetur ex communi Theologo ſententia, teſte *Suarez lib. 2. cap. 5. num. 9* quod in natura rationali duo conſiderantur, vnum eſt natura ipſa, quatenus eſt veluti fundamentum conuenientiæ, vel diſconuenientium actionum humanarum ad ipſam, aliud eſt vis quædam illius naturæ quam habet ad diſcernendum inter operationes conuenientes, & diſconuenientes illi naturæ. & ſic dicitur lex ipſa naturalis, quæ humanæ voluntati præcipit, vel prohibet quod agendum eſt ex naturali iure. itaq; lex naturalis non eſt ipſa ſolum ratio naturalis, ſed eſt dictamen rationis dirigens, obligans, & eſt regula conſcientiæ, quæ accuſat, vel approbat facta.

PETES III.

An conſcientia ſit idem cum lege naturali.

RESpondetur ex *Suarez loc. cit. num.* 15. quod in rigore non eſt idem: nam lex dicit regulam generaliter conſtitutam circa agenda: conſcientia vero dicit dictamen practicum in particulam, vnde potius eſt veluti applicatio legis ad particulare opus.

Præterea lex propriè fertur de agendis, conſcientia autem etiam verſatur circa ea quæ iam ſunt facta, & ideo tribuitur illi non ſolum ligare, ſed accuſare, teſtificari, & defendere. ita *D.Th.* & alij *cit. à Suarez*.

PETES IV.

An lex naturalis ſit verè lex diuina præceptiua.

RESpondetur ex communi Theolog. ſententia, teſte *Suarez lib. 2. cap. 6. nu. 5. & 8.* affirmatiuè, & ratio à priori eſt, quia omnia, quæ lex naturalis dictat eſſe mala, & prohibentur à Deo ſpeciali præcepto, & voluntate qua vult nos teneri,

Digitized by Google

ncri, & obligari vi authoritatis eiusad illa ſeruanda: lex naturalis eſt propriè præceptiua, ſeu inſinuatiua proprij præcepti.

Antecedens probatur quia. Deus habet perfectam prouidentiam hominum, ergo ad illum vt ſupremum gubernatorem naturæ ſpectat vetare mala, & præcipere bona; ergo quamuis ratio naturalis indicet quid ſit bonum, vel malum rationali creaturæ; nihilominus Deus, vt auctor, & gubernator talis naturæ præcipit id facere, vel vetare, quod ratio dictat eſſe faciendum, vel vetandum.

Præterea quidquid contra rectam rationẽ ſit diſplicet Deo, & contrarium illi placet, quia cum voluntas Dei ſit ſummè iuſta, non poteſt illi non diſplicere, quod turpe eſt, nec non placere honeſtum, quia voluntas Dei non poteſt eſſe irrationabilis, vt dixit *Anſelm. lib. 1. Cur Deus homo cap.* 8. ergo ratio naturalis, quæ indicat, quod ſit per ſe malum, vel bonum homini, conſequenter indicat eſſe ſecundum diuinam voluntatem, vt vnum fiat, & aliud vitetur.

Addit *Suarez* cum Theologis *à ſe cit. nu.* 11. quod Dei voluntas prohibitio, aut præceptio non eſt tota ratio bonitatis, & malitiæ, quæ eſt in obſeruatione, vel transgreſsione legis naturalis, ſed ſupponit in ipſis actibus neceſſariam quandam honeſtatem, vel turpitudinem, & illis adiungit ſpecialem legis diuinæ obligationem; vt colligitur ex communi axiomate Theologorum, quædam eſſe mala, quia prohibita, quædam quia mala.

Nec eſt abſurdum quod lex diuina prohibeat, & addat obligationem vitandi illud malum, quod de ſe, & natura ſua eſt tale. nam nihil repugnat, vt rei de ſe honeſtæ addatur obligatio faciendi illam. Imo exiſtente vna obligatione poteſt addi alia, maximè alterius rationis, vt patet de voto, de lege humana, & ſimilibus; ergo etiam poteſt lex naturalis, vt eſt vera lex diuina addere obligationẽ propriam moralem ortam ex præcepto vltra naturalem, vt ſic dicam malitiam, vel honeſtatem, quam ex ſe habet materia in quam cadit tale præceptum.

SED

Dices ergo ſequeretur quod prohibitione Dei actus malus eſſet ex ſe malus, & non per ordinem ad Deum prohibentem illum actum, vt auctorem naturæ.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

Svppono in actu humano eſſe aliquam bonitatem, vel malitiam ex vi obiecti præciſè ſpectati, vt eſt conſonum, vel diſſonum rationi rectæ, & ſecundum eũ poſſe denominari, & malum, & peccatum, & culpabilem ſecundum illos reſpectus, ſecluſa habitudine ad legem Dei. Præter hanc verò habet actus humanus ſpecialem rationem boni, & mali in ordine ad Deum, addita diuina lege prohibente, vel præcipiente.

HIS POSITIS.

Reſpondetur ex *Suarez cum D. Th. loc. cit. num.* 18. quod conceſſa illa hypotheſi, peccatum eſſet contra rationem, & moraliter eſſet actus malus, ſed non Theologicè in ordine ad Deum ſi non eſſet à Deo prohibitus ille actus. Sed nunc quia adeſt lex naturalis diuina prohibens malum, qui contra illam facit, eſt reus conſumatæ, ac perfectæ culpæ, & offenſæ diuinæ probat verò *Suarez* illam hypotheſim eſſe impoſsibilẽ, vt videri poſſunt doctiſsimæ rationes apud ipſum.

PETES V.

In qua materia verſetur lex naturalis, ſeu quæ ſint eius præcepta.

Reſpondetur ex communiſsima Theolog. ſententia teſte *Suarez loc. cit. cap.* 7. *num* 4. quod ius naturale complectitur omnia præcepta, ſeu principia moralia, quæ euidentem habent honeſtatẽ neceſſariam ad rectitudinem morum, ita, vt oppoſita moralem inordinationem, ſeu malitiam *euidenter contineant iuxtà illud Pſal 4. quis oſtendit nobis bonum? ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.*

Ea verò quæ naturali ratione cognoſcuntur in triplici genere diſtingui poſſunt; quædam ſunt prima principia generalia morum, vt ſunt illa *honeſtum eſt facien-*

eēidũ, prauũ vitandum quod ſibi fieri non vis, alteri ne feceris, & ſimilia: alia ſunt principia magis determinata, & particularia, vt iuſtitia eſt ſeruanda, Deus eſt colendus, temperatè viuendum eſt, &c. in tertio ordine ponimus concluſiones, quæ per euidentem illationem ex principijs naturalibus inferuntur, & non niſi per diſcurſum cognoſci poſſunt inter quas quædam facilius, & à pluribus cognoſcuntur, vt adulterium, furtum, & ſimilia praua eſſe; aliæ maiori indigent diſcurſu, & non facilè omnibus notæ, vt fornicationem eſſe intrinſecè malam, vſuram eſſe iniuſtam, mendacium numquam poſſe honeſtari, & ſimilia.

Præterea præcepta Decalogi ſunt de iure naturæ, vt eſt indubitatum apud omnes, & tamen non omnia continent principia per ſe nota, ſed aliqua indigent diſcurſu.

Addit præterea *Suarez cap. 9. num. 6.* quod ſecundum doctrinam Catholicam vindicta de inimico propria auctoritate eſt contra ius naturale. item ſeruare votum, vel promiſsionem, dare eleemoſynam ex ſuperfluo, honorare parentes naturalia præcepta ſunt, & ideo eius oppoſitum prohibetur, quia malum, nõ quia prohibitum.

Addit deniq; *Gratian. ad c. in principio* ius naturale eſſe, quod in lege, & Euangelio continetur. Sed dictum *Gratiani* explicat *Suarez num. 9.* quoad præcepta moralia, & præcepta duarum tabularũ, & illud etiam contineri in Euangelio, vel quatenus expreſsè in eo confirmantur, & explicantur præcepta Decalogi.

PETES VI.

Vtrum ius naturale mutari, vel diſpenſari poſſit per humanam poteſtatem?

RESpondetur primò ex communi Theolog. ſententia teſte *Suarez de legibus lib. 2. cap. 14. num. 5.* negatiuè, nempè non poſſe. nam multi Theologi teſte eodem *Suarez* negant Papam poſſe deſpenſare in iure diuino poſitiuo. ergo multo minus in naturali. quia, & diuinum eſt etiam, & immutabilius. ratio eſt tum quia non poteſt homo naturas rerum mutare, abrogare, vel minuere, tum quia in omni præcepto iuris naturalis legiſlator eſt Deus, ſed non poteſt homo legem quam Deus tulit mutare, quia inferior non poteſt præualere contra Superiorem. vt patet ex *cap. inferior, diſt. 21. Clem. ne Dom. de elect.*

Reſpondetur ſecundò per ius humanum, ſiue gentium ſiuè ciuile fieri poteſt talis mutatio in materia legis naturalis, vt ratione illius varietur etiam iuris naturalis obligatio.

Sed pro maiori declaratione Theologi citati ab eodem *Suarez loc. cit.* docent, dupliciter aliquid eſſe de iure naturali, ſcilicèt negatiuè, & poſitiuè. Negatiuè eſſe dicitur quod ius naturale non prohibet, ſed admittit, quamuis neq; illud poſitiuè præcipiat: quando verò aliquid præcipit, dicitur id eſſe poſitiuè de iure naturali, & quando prohibet, dicitur eſſe poſitiuè contra ius naturale.

EX HIS.

COlligitur multa eſſe licita, attenta ſolo naturali iure, vt communitatem rerum, libertatem hominum, & ſimilia de quibus lex naturæ non præcipit, vt in eo ſtatu permaneant; ſed hoc relinquit hominum diſpoſitioni iuxta rationis exigentias. Sic poteſt dici nuditas naturalis homini, quæ in ſtatu innocẽtiæ operienda non eſſet, in ſtatu verò naturæ lapſæ aliud dictat naturalis ratio. Sic etiam libertas eſt homini naturalis, quia ex vi iuris naturalis illã habet, licèt lex naturæ non vetet illam omittere, &c.

Præterea inter præcepta iuris naturalis quædam eſſe quæ verſantur circa pacta cõuentiones, aut obligationes, quæ per humanas voluntates introducuntur, vt ſunt leges de ſeruandis votis, & promiſſionibus humanis, ſiuè ſimplicibus, ſiuè iuramẽto cõfirmatis. & idem eſt de alijs contractibus. quæ præcepta poſſunt ex aliqua cauſa iuſta diſpenſari ab humana poteſtate.

Aliæ verò ſunt leges naturales, quæ immediatè obligant in ſuis materijs indepẽdenter ab omni præuio conſenſu volũtatis hominum, vt ſunt leges affirmatiuè Religionis erga Deum, pietatis erga parentes, miſericordiæ, vel eleemoſynæ circa proximum, & negatiuæ non occidendi priuata auctoritate, non infamandi, &c. quæ ex parte materiæ hæc poſteriora præcepta habent quamdam maiorem immutabilitatem, quia non habent quaſi pro materia ipſum humanum arbitrium, quod mutabile valdè eſt, & ſæpè

Digitized by Google

pè indiget correptione, & mutatione.

PETES VII.

Verum Deus diſpenſare poſſit in lege naturali etiam de abſoluta poteſtate? & an vna lex poſſit tollere aliam.

Reſpondetur primò ex doctrina *Suarez*, & *Theolog* ab eodem *Suarez cit. cap.* 15 quod in Deo oportet diſtinguere varias rationes, eſt.n. ſupremus legiſlator, vnde habet, vt poſsit noua, & varia præcepta imponere, eſt etiam ſupremus Dominus, qui poteſt Dominia mutare, vel concedere: eſt item ſupremus iudex, qui poteſt punire, vel vnicuiq; reddere, quod & debetur vt patet quando Deus præcepit Abraeæ, vt interficeret filium; odium Dei, mendaciũ, vt mendacium eſt cùm ſit res intrinſece malæ ſunt, res indiſpenſabiles etiam per diuinam potentiam, nec poteſt variari materia, nec poſſunt occurrere circumſtantiæ, vt poſsint eſſe bona, vt per ſe patet, cùm implicet contradictionem, vt poſsint eſſe bona id quod ex ſuis intrinſecis eſt malum, nec bonum poteſt eſſe ſub aliqua formalitate, vt per ſe patet, quia nec Deus poteſt eſſe obiectum odij, nec poteſt eſſe auctor mendacij id quod eſt ſumma veritas.

Reſpondetur ſecundò ex communi Theologorum, ſententia teſte *Sancio in ſelectis* iam correpto ex auctoritate Superioris, lege humana ſanciri non poteſt aliquem extra Sacramentum pænitentiæ manere obligatum ad manifeſtandum ſe de aliquo crimine graui ſi non ſit interrogatus legitimè à iudice quia eſt contra ius naturæ.

Vnde ait *Baſilius Pontius de matrim. lib.*5. *cap.*34 *num.*10. non conſtrictum iri aliquem impedimentum matrimonij detegere ortum cum ſui infantia, vt ſi Sacerdos ex diuerſis fæminis filium, & filiam ſuſcepiſſent, qui impedimenti ignari vellent contrahere, aut ſi mater ex filio ſuſcepiſſet filiam, & poſtea Pater, & ſoror contraherent. ita docet *Coriolanus*, & *Gerſon*, quos citat, & ſequitur *Sancius* correptus de quo ſupra, nempè non teneri prodere ſeipſam cùm ſit cõtra ius naturæ.

Vnde colligunt Theologi teſte *Beccano tract.* 3. *cap.* 6. *de lege humana quæſt.* 4. Carthuſianos non ſolum poſſe, ſed etiã debere veſci carnibus in articulo mortis ſi iudicio medicorum aliter iuuari non poſsint, & reddunt rationem quia ſeruare vitam eſt iure naturali præceptum, at nulla lex humana poteſt obligare contra ius naturale. ergo

Scio verò oppoſitum docere alios Theologos qui dicunt, quod tunc mors tribuitur morbo non homini, qui non ſe abſtinet ab alijs cibis. lex verò quæ aduerſatur iuri diuino, ait *Bonacina tom.*2. *diſp.*1. *par.*7. §.3. *nu.*17. quod non obligat. Vnde dicunt multi Theologi teſte *Trimarcha tract. de ſollicitat. diſp.* 13. *ſect.* 2. *num.*13. & 14. quod timor iacturæ honoris probabilis, vel infamię cui Occurrni non poteſt excuſat fæminam ſollicitatam in confeſsione à reuelando confeſſarium; & ratio eſt quia lex humana non poteſt præcipere contra ius naturæ.

Idem dicunt multi Theologi teſte eodem *Trimarcha ſect. diſp.* 12. *ſect.* 1. *num.* quod antequam denuncietur cõfeſſarius ſollicitans prætermictenda eſt correptio fraterna ſi ſpes habeatur emendæ, cùm ſit præceptum iuris naturæ, & renouatum à Chriſto Domino Matth. 18. ſed lex humana non poteſt eſſe contraria legi iuris naturæ, aut diuinæ, ergo.

Scio verò alios *DD.* teſte eodem *Trimirca* oppoſitam docere.

Præterea communiſsima Theologorum ſententia docet teſte *S. Fauſto de Eucharistia lib.*1. *q* 331. quod confeſsio peccati mortalis ante ſumptionem Euchariſtiæ eſt præceptum diuinum, & tamen communis *DD* ſententia docet quod quando confeſsio non poteſt fieri ſine ſcandalo circumſtantium, vel infamiæ pænitentis non obligat tale præceptum diuinum; cùm magis obliget præceptũ naturale quod etiam eſt diuinum, vt eſt euitatio ſcandali, & conſeruatio famæ quam præceptum purum diuinum, vt patet cùm quis dum actu celebrat, vel tunc commictit peccatum mortale, vel recordetur alicuius peccati mortalis quod clauibus non ſubiecit, nam tunc ſufficit, vt eliciat actum contritionis, vt docent *DD.* teſte *Layman. titul. de Euchariſtia cap.*6. *num* 5.

Præterea *DD.* docent teſte *Lazario de monitorijs q.*14. *ſect.* 1. *num.*2. quod præmictenda eſt correptio antequam denuncietur alius ex vi monitorij quia correptio fraterna eſt ius naturale, & diuinum quod non poteſt tolli per legem humanam.

X Deniq;

Deniq; docent *DD* teſte *Bonac. tom.* 1. *diſp.* 2. *q.* 6. *par.* 1. *num.* quando lata eſt excõmunicatio contra retinentes aliquid, non teneri principalem, vel ſocium ferri ad prodendum ſe, cum lex humana non poſsit præcipere contra ius naturę quod eſt conſeruatio forè, ſed tenetur principalis, vel ſocius furtis ad reſtitutionem.

QVÆRITVR CCX.

Quædam fœmina currit periculum amittendi ſuam pudiciciam, puta quia multi mali homines volunt eam violare, & hic, & nũc non poteſt euadere illud periculum niſi ingrediatur clauſuram monaſterij monialium? an poſſit Ordinarius concedere huiuſmodi licentiam. idem petitur, quando vxor currit periculum vitæ, niſi ingrediatur monaſterium, & non poteſt alius tutus locus reperiri, nec poteſt haberi recurſus ad Papam.

Reſpondetur in vtroq; caſu poſſe ordinarium concedere huiuſmodi licentiam, & quoad conſeruãdam vitam docent *DD.* teſte *Pellizario cap.* 5. *ſect.* 3. *num.* 110. & quoad conſeruandam pudicitiam docet *Pellizarius loc cit.* & ratio à priori eſt, quia lex humana non eſt contraria iuri naturali diuino quod eſt conſeruatio vitæ, ac honoris ac euitatio probabilis peccati, ergo in hoc caſu nõ obligat lex humana quæ prohibet ingreſſum clauſuræ ſine licentia Sedis Apoſtolicæ. immo ſi Epiſcopus non vult concedere huiuſmodi licentiam arbitror, poſſe inuito Epiſcopo ingredi clauſuram ad euadendam mortem, vel ad conſeruandam pudicitiam, quia tũc lex humana poſitis talibus circumſtantijs non obligat, tum ex ratione ſupra allata, tum quia metus mortis, vel infamiæ cadunt in virum conſtantem, vt docent Theologi, teſte *Merolla in Theologia morali diſp.* 1. *cap.* 3. *dub.* 7. *num.* 38. & 40. & *num.* 123. lex verò Eccleſiaſtica aiunt Theologi *ab ipſo cit.* non obligat cum tanto detrimento. timor infamiæ facti æquiparatur timori mortis, vt patet *ex l. iuſta ff. de manum. ff. vind. & Gloſſa verb. infamiæ ait*, quod ſimile eſt periculo vitę ac proindè cadit in virum conſtantem, nam de infamia iuris omnes *D D.* docent teſte *Merollà loc. cit. num.* 38. cadere metum in virum conſtantem; vt ſi quis deprehenſo in delicto infami comminetur fore, vt eum prodat, ſi aliquem contractum non ineat.

QVÆRITVR CCXI.

Confeſſarius commiſit errorem in confeſſione, puta quia abſoluit non ſubditum, vel excommunicatum, vel non iniunxit onus reſtituendi, ad quid tenetur.

Reſpondetur *Facundez in quinq; præcept.* 2. *lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 32. *cum DD. à ſe cit.* quod in primis non poteſt confeſſarius loqui cum pænitente, niſi ab ipſo habeat expreſſam licentiam ad corrigendum errorem, qua data, loquatur cum magna cautela, & ne excedat limites conceſſæ licentiæ, ne ſcandalum ſequatur. imo ſi ſcandalum ſequatur, ait *Facundez loc. cit. cum Toleto lib.* 3. *c.* 16. *num.* 12. non teneri confeſſarium hanc licentiam petere, nec teneri errorẽ corrigere ſubiungit facundex quod tunc poteſt oriri ſcandalum ſi confeſſor publicè petat hanc licentiam à pænitente, nam ſi occultè petatur, & cum modeſtia, parum refert, quod pænitens ſcandalizaretur: erit.n. irrationabile illud ſcandalum, & Phariſaicum, magis quam chriſtianum. ita *Facundez.* vbi addit quod negata licentia à pænitente culpa quæ fuerat cõfeſſarij, & quam commiſerat in confeſsione præterita eo ipſo in pænitentem transfertur, vt liberamet confeſſarius ab omni obligatione. ita *Graffius, & Henriq. cit. ab eodem Facundez.*

Addit *Henriquez lib.* 3. *cap.* 18. *num.* 3. *cum DD. à ſe cit.* quod ſi confeſſarius per Craſſam ignorantiam quæ æquatur dolo deceperit malo conſilio pænitentẽ, dicens non eſt eſſe obnoxium reſtitutioni, niſi vocato pænitente retractet, teneri ad reſtitutionem damni. Si tamen per negligentiam omiſit monere peccatum, non tenetur ad reſtitutionẽ, quia per hoc non induxit contra iuſtitiam, ne reſtituat, ſed relinquit pęnitentem in ſua conſcientia, & obligatione. ita *Henriquez cum DD. à ſe cit.* qui nihil dicit, vt teneatur confeſſarius petere licentiam à pænitente, vt moneat de obligatione reſtituendi.

SED

Digitized by Google

SED PETES I.

An frangat ſigillum ſi dicat confeſſarius vado vt audiam confeſſionem Petri, qui ſuis ſcrupulis,& nenijs me vexat,& occupat.

RESpondetur ex *Henriquez lib.3. c.21. num.2.cum DD. à ſe cit.* quod non violat ſigillum ſacramentale.

PETES II.

An confeſſarius violet ſigillum ſi dicat nondum abſolui Petrum.

RESpondetur ex *Henriquez loc.cit.num. 5. cum DD. à ſe cit.* quod poteſt excuſari à fractione ſigilli quādo vir moroſus, & ſcrupuloſus habuit varia negotia, & per dies multos durat confeſſio generalis illius.

Addo ego quod quando ex circumſtantijs poteſt colligi confeſſarium non abſoluiſſe pœnitentem ex ſua indiſpoſitione, vel ex caſu reſeruato. non licet dicere non abſolui eum, ſed poteſt dicere audiui eius confeſsionem, & functus ſum officio meo.

PETES III.

An data abſolutione poſſit confeſſarius loqui cum pænitente de peccatis in confeſſione auditis ſine eius licentia.

RESpondetur ex *Henriquez lib. 3. cap. 21.de pænit.nu.2.in fine cum alijs DD. à ſe cit* quod data abſolutione non prohibetur de rebus ad confeſsionem pertinentibus agere ſtatim cum pænitente, ſi quid oblitus eſt monere, aliàs ſileat omnino hæc *Henriquez*. ſed oppoſitum docet *Facundez loc cit.* dicens hoc non eſſe licitum ſine licentia pænitentis.

Sed mihi arridet opinio *Henriquez* in caſu quo pænitens non diſceſſerit adhuc à confeſsionario quod forſitan hoc voluit. dicere *Henriquez* dum dixit ſtatim.

QVÆRITVR CCXII.

An clericus excommunicatus inſeruiens miſſa incurrat irregularitatem.

RESpondetur ex *DD.* quos citat, & ſequitur *Marius Antonin. reſol. 16. nu. 10.* non eſſe irregularem, tùm quia hoc non eſt expreſſum in iure,tum quia ille actus erat, etiam exercibilis per laicos.

QVÆRITVR CCXIII.

Quidam fuit promotus ad ordines ante ætatem legitimam,an poſſit diſpenſari ab Epiſcopo ſuper irregularitate, etiam ſi fuerit occulta.

RESpondetur negatiuè ex Bulla Sixti V.vbi eſt cautum, vt etiam ſi occultum, non poſsit diſpenſari ab Epiſcopo.ante vero Bullam Sixti V. communiter *DD.* teſte *Mario Antonin. loc. cit.* poterat per Epiſcopum diſpenſari.

QVÆRITVR CCXIV.

An certus de debito, dubius autem, an ſoluerit,teneatur ſoluere.

RESpondetur ex *Diana 3. par. tract.6. Miſcell.reſol.49* quod tenetur ad ſolutionem.Sed *Tannerus ex p.2 diſp.2.q.6. dub 4. num.48.* docet quod ſi creditor etiam dubius ſit an debito ſit ſatisfactum, tunc non tenetur debitor ad ſatisfactionem ſecundum *Tannerum. ſed Layman cit. à Diana* docet non teneri ad integram ſatisfactionem, ſeu ſolutionem debiti,ſed tantum ad partem.

QVÆRITVR CCXV.

An Regularis tam mas,quam fæmina,ſeu monialis poſſit aliquid diſponere de bonis monaſterij ſine expreſſa licentia Superioris, ita vt ſufficiat tacita licentia eius.

RESpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *S. Fauſto lib.8 de voto paupertatis, in tract.de tribus votis q.159.nu. 3.*affirmatiuè, quia in moralibus quantum ad forum conſcientiæ eadem eſt virtus taciti, & expreſsi. vt patet *ex l. expreſſi.ff de regul.iur.*

Debet vero eſſe conſenſus tacitus Superioris,non eſſe permiſsiuus ſed approbatiuus.dicitur conſenſus permiſsiuus, quando Prælatus certior factus de aliqua re à religioſo facta, nec illam approbat, neq; reprobat; dicitur conſenſus approbatiuus quando expreſsè approbat vel approbaturus creditur ſi ſciret, puta quando per ſigna euidentia,

X 2 vel

vel probabilia religioſus intelligit voluntatem Superioris eſſe, quod ipſe expendat aliquid . ex circumſtantijs conijci poteſt conſenſus approbatiuus Prælati , vt Religioſus abſq; nota proprietatis poſsit diſponere aliquid de bonis monaſterij cum licentia tacita . primò conijcitur ex conſuetudine , & vſu religionis , in qua religioſi timoratæ conſcientiæ ſoliti ſunt in caſibus occurrentibus præſumere conſenſum approbatiuum .

Secundò ex qualitate Superioris ſi v.g. ſit dulcis,& valdè procliuis,ad condeſcendendum ſubditis , nec ſimiles diſpenſationes ſoleat reprehendere , cum facilè poſsit .

Tertiò,ex qualitate ſubditi, vt ſi v.g. Superiori ſit valdè dilectus,vel vir grauis, & optimis moribus exornatus .

Quartò ex rebus,ſi v.g. ſint leuiores, & penè nullius momenti .

Quintò ex facto ipſo,vt ſi v.g. talis diſpenſatio in commodum, & vtilitatem monaſterij cedat vt benè aduertit *S Fauſt. loc.cit. q.162.* quæ omnia intelligenda ſunt de vſu licito,ac honeſto.

Tunc verò conijcitur conſenſus permiſſiuus , quando Prælatus eſt rigidus , & ad condeſcendum ſubditis nimis difficilis , vel quia perſona ſubditi eſt ſuperiori exoſa, & nullius auctoritatis , vel res ſit notabilis quantitatis , vel ſi res geſta in damnum monaſterij redundet, vel ſi extorqueatur conſenſus Superioris ex metu , vel precibus nimis importunis .

Aduertit præterea *S. Fauſt. q. 164.* cum *DD à ſe cit.* quod non eſt neceſſaria abſentia Prælati, adhoc vt religioſus cum licentia tacita poſsit diſponere de rebus monaſterij , nam aliàs in monialibus numquam talis licentia præſumeretur,cùm ſemper earum Abbatiſſæ ſint intra clauſtra monaſterij .

SED PETES I.

Quis ſit ſuperior, quæ poteſt concedere licentiam diſponendi de bonis monaſterij .

RESpondetur eum . omnem qui toti congregationi,vel monaſterio præeſt , vt eſt Generalis , Prouincialis, Abbas,Prior,Guardianus,Rector,ac etiam Abbatiſſa,vel Priorißa , vt communiter docent *DD:* teſte *S. Fauſt. tract. de voto paupertatis lib.8.q* 220. & 221.

PETES II.

An ſufficiat licentia tacita Superioris adhoc , vt poſſit religioſus aliquid alicui donare .

RESpondetur non ſufficere tacitam licentiam, vt patet ex conſtitutione Clem.8.de largitione munerum, & cõfirmata ab Vrb. 8. ſed requiri expreſſam, ſed Oretenus , & non in ſcriptis , quando ſunt res parui momenti, vt declarat Vrban.8.in ſua conſtit.ſed *Diana par. 1.tract.de paupert. religioſa reſol. 31. qui ſcripſit ſuper Conſtit. Clem. de largit. munerum* docet cum *DD. à ſe cit.* quod ſufficit licentia tacita Superioris , adhoc vt Religioſus poſsit diſponere de rebus monaſterij ad vſum licitum .

PETES III.

Quam quantitatem expendendi,poſſit dare licentiam Superior Religioſis ?

ANTEQVAM RESPONDEAM.

SCiendum eſſe ſecundum ius commune nihil certum eſſe determinatum , ſed pro varietate opinionum *DD.* quilibet poterat arbitrari, vt patet ex *DD*,quos refert *Sanchez in ſumma lib. 7. cap. 19. num.42.*

Poſt verò conſtitutionem Clem. 8. de largitione munerum ſolum poteſt Superior concedere licentiam diſponendi de rebus monaſterij quoad leuiora eſculenta,aut poculenta , & hæc munuſcula non poterant micti nomine particulari , ſed communi ac pertinentia ad deuotionem erga ipſam religionem. vt patet ex dicta Conſtit. Clem.8. *§.id antẽ in fine,& §.quod ſi* præcipit,& imponit hanc pœnam contrauenientibus, & cõtra ipſam conſtitutionem recipientibus talia munera, nempè à particulari religioſo , vel moniali præter leuia oſculẽta,& poculenta , vt ipſo facto abſq; alia monitione iudicis decreto ſententia , aut declaratione ad illius reſtitutionẽ omninò in vtroq; foro teneantur: adeo vt reſtitutione ipſa realiter non facta , neq; etiam in foro conſcientiæ abſolui poſsint .

Deniq; dicta Conſtit. Clem. imponit priuationem vocis actiuæ,& paſsiuæ regularibus vtriuſq; ſexus ipſo facto abſq; vllo

Digitized by Google

vllo Superioris decreto, aut miniſterio. Sed multi grauiſsimi *DD.* teſte *Diana* 1. *par. tract. de paupertate religioſa reſol.* 1. docuerunt Bullam Clem. 8. non fuiſſe vſu receptam.

Vrban. 8. die 17. Octobris 1640. moderauit Conſtit. Clem. 8. ac eam declarauit; Vnde hæc ſequentia ac formalia verba habentur ex conſtit. Vrb. 8. munera à Religioſis vtriuſq; ſexus tribui poſſe, ex cauſis gratitudinis, conciliationis beneuolentiæ eiuſq; conſeruationis erga ipſam religionem, vel conuentum aliiſue cauſis ex ſui natura actum virtutis, & meriti continentibus modeſtè tamẽ, ac diſcretè, & dummodo id non fiat, niſi de Superiorum localium licentia, ac etiam cum conſenſu maioris partis conuentus, ſi talis conſenſus de iure, vel ex conſtitutionibus, ſeu conſuetudinibus cuiuſq; religionis reſpectiuè, in huiuſmodi caſibus requiratur.

Præterea declarat Vrb. 8. conſenſum verò conuentuum ad leuiora eſculenta, & poculenta intelligi debere de conſenſu aliàs de iure requiſito, & vbi concurrit ambitionis ſuſpicio, qua ceſſante, nec in his requiri licentiam Superioris in ſcriptis, ſed ſufficere licentiam etiam oretenus. in reliquis confirmat, ac innouat Conſtit Clem. 8. & vult vt inuiolabiliter obſeruetur.

HINC

Colligo duo. primum quod munera à religioſis vtriuſq; ſexus, non ſunt reſtricta tantum ad eſculenta, aut poculenta. Secundum quod poſſunt mitti talia munera, etiam nomine particulari, dummodo id fiat de licentia Superioris.

HIS POSITIS.

Respondeo in conſtitutione Vrb. 8. nihil certi eſſe determinatum, vt patet ex ſupradictis, ac proindè hoc eſſe relinquendum arbitrio Superiorum, qui penſatis conditionibus Religioſi volentis donare, & eius cui fit munuſculum, & penſata cauſa ob quam fit, & etiam vtilitate, quæ ex dicto munuſculo obuenire poteſt Religioſo, vel monaſterio, & conſiderata etiam facultate ipſius monaſterij, poterit minorem, aut maiorem facultatem dare in quantitate, & qualitate munuſculi, ita *DD.* teſte *Diana part. 1. tract. de paupert. religioſa. & præcipuè Sanchez in ſumma lib. 7. cap. 19. num. 42.*

PETES IV.

An Religioſus qui abſq; conſenſu Superioris aliquid donat, vel diſpenſat ad reſtitutionem teneatur.

Reſpondent *Roſella, Armilla, Tabiena, & Sylu. cit. à S. Fauſto lib. 8. de voto paupert. q. 181.* non teneri ad reſtitutionem, quia reſtitutio debet fieri ex proprio, non ex alieno: at religioſus nihil habet proprium; ergo ſicut verè impotens liber eſt à reſtitutione.

Alij verò graues *DD* quos citat, & ſequitur *S. Fauſt. loc. cit.* docent teneri religioſum ad inducendum eum cui dedit, vt reſtituat monaſterio, docens ſe non habuiſſe poteſtatem alienandi. Quod intelligitur quando eſt ſpes proficiendi, atq; id poteſt Religioſus abſq; ſuæ famæ nota.

Quod ſi nulla ſit ſpes, quod reſtituet, & Religioſus ille habeat peculium aliquod ex legitima Superioris licentia, tenebitur ex eo reſtituere monaſterio. quia quamuis horum proprietatem nõ habeat, vſum tamen à ſe abdicare poteſt, & tenetur. vel tenebitur abſtinere ab vſu aliquarum rerum pro quibus habet licentiam à Superiore expendendi aliquid, vel ad magis laborandum manibus ſuis, ſi fortè ex aliquo artificio hoc poſſet facere non defraudando obſeruantiam Regularem, vt ſic ſatisfaciat aliquo modo dicto monaſterio: vel ad rogandum amicos, vt pro eo ſoluant, vel deniq; ad petendum humiliter per ſe, vel per alios remiſsionem debiti. ita *Petrus Nauarr. Rodriquez. Sayr.* & alij apud *S. Fauſt. loc cit. q. 18 num. 2.*

Idem eſt de Prælato ſi in vſus prophanos, vel inutiles aliquid de rebus monaſterij expendit ita *DD ſupra cit.*

PETES V.

Quæ ſumma nummorum requiratur, vt religioſus peccet mortaliter peccato proprietatis, accipiendo, aut expendendo ſine licentia Prælati?

Reſpondent *D. Anton. Gerſone*, & alij apud *S. Fauſtum lib. 8. de paupert. religioſa q. 192.* eſſe peccatum mortale,

etiam

etiam quamcunque rem minimam Prælato occultante.

Sed hæc opinio communiter ab omnibus *DD.* reijcitur. ac proindè docent *Nauar. Corduba Azor. Rebell. & Molina*, quos citat & ſequitur *S. Fauſt. loc. cit.* requiri tantam quantitatem, quanta ſufficeret, vt aliquòd furtum factum à ſecularibus ſit mortale, cùm appropiatio facta à Religioſo ſit furtum, quia contrectat rem alienam inuito, & inſcio Superiore. ac proindè recurrendum eſt ad id quod docui cum *DD. à me cit. in praxi confeſſariorum ſecunda edit. fol.* 180. §. *petes* 4. nam triplex ſtatus diſtingui poteſt perſonarum, primus eſt ſtatus diuitum, & magnatum; ſecundus mediocrum; tertius eſt pauperum, qui ſuis laboribus victitant: reſpectu diuitum, & magnatum, valor vnius aurei conſtituit materiam mortalem in genere furti; reſpectu mediocrum, valor dimidij aurei, reſpectu deniq; pauperum valor duorũ, vel trium iuliorum cõſtituit materiam mortalẽ in genere furti. ac proindè applico hanc doctrinam monaſterijs religioſorum, & dico quod valor vnius aurei conſtituit materiam mortalem in monaſterijs ditiſsimis. valor dimidij aurei conſtituit materiam mortalem in monaſterijs mediocris facultatis. in monaſterijs deniq; pauperibus valor duorum, aut trium iuliorum conſtituit materiam mortalem in genere furti. quodlibet aureum ſunt duodecim caroleni monetæ Neapolitanæ, vt d dixi in *tract. primo de Miſcellaneis practicis prima edit. fol.* 11. *q.* 173.

PETES VI.

Religioſus qui paulatim repetitis vicibus, ex rebus monaſterij ſurripit vnum, vel duos denarios, ſine intentione perueniẽdi ad magnam quantitatem, an cum illam attingit, committat peccatum mortale?

RESpondeo cum *DD. à me citat in praxi confeſſar loc. cit.* quod non peccat mortaliter puta in iis qui pecuniam acceptam expenderint, & per magna interualla furta commiſerint, vt per mẽſem, vel dimidium. vt etiam docet *S. Fauſt. lib* 8 *de paupert. religioſa q* 189. *nu.* 6. ita etiam docet *Filuccius*, quem citat & ſequitur *Dian. par.* 1 *reſol* 34 *tra. de paupert. religioſa.* Secus dicendũ eſt ſi ex intentione perueniendi ad notabilem quantitatem religioſus ſurriperet, tunc. n. etiam ſi non attingeret materiã notabilem in ſingulis minutis furtis peccaret mortaliter, vel continuato, & non interrupto tempore ſurriperet, nam tũc quando perueniret, ac attingeret materiam notabilem furti iuxa ſupradicta, peccaret mortaliter.

PETES VII.

An ſit contra paupertatis votum, ſi religioſus abſq; tacita, vel expreſſa Superioris licentia, volentem ſibi aliquid donare, roget, vt donet conſanguineo, vel alicui alteri perſonæ?

REſpondetur ex *Sanchez in ſumma lib.* 7. *cap.* 19. *num.* 74. *& de matrim. lib.* 6. *diſp.* 4. *n.* 7 *cum Soſa à ſe cit.* quod quando Religioſus profitetur ſe nolle acceptare, non peccare cõtra votum paupertatis, vt ſi dicat ſic, ea re non indigeo, ſi tibi placuerit, gratum mihi facies ſi dederis tali perſonæ, vel meo conſanguineo, quia cùm nulla ſit religioſo acceptatio, nihil ipſe donet. Secus quando Religioſus expreſsè, vel tacitè acceptaret, & peteret dari conſanguineo, vt ſi offerenti donum gratias agat, petatq; ab eo, vt tradat conſanguineo, vel tali perſonæ, nam tunc peccaret contra votum paupertatis, cùm res ſit iam acquiſita monaſterio.

In primo caſu aduertit *Sanchez in ſumma loc. cit. num.* 75. quod ſi religioſus abſq; Superioris licentia nolit acceptare rem ſibi donatam, nulla cauſa iuſta ductus, non peccabit contra votum paupertatis, quia non aſtringitur ad acquirendum ſed non ad alienandum, nec recipiendum: at ſi nulla cauſa iuſta non acceptet, peccabit quidem contra charitatem, tamquam abſq; iuſta cauſa impediens bonum religionis, cui illa res illo acceptante acquirenda erat. Sicut rogans volentem legare alicui ne leget, ad idq; nulla iuſta cauſa ducatur, peccat contra proximi charitatem, tamquam bono proximi abſq; iuſta cauſa obſtans; nulli tamen culpæ obnoxius eſſet Religioſus ſi ex iuſta cauſa non acceptaret abſq; Superioris licentia v.g. vt liberior ſit ad miniſteria ſpiritualia exercenda, vel quod in donantis gratiã aliquid fecerit donumq; acceptare recuſat, ne videatur quaſi muneris ſibi tribuendi ſpe ductus id feciſſe, vel alia iuſta cauſa. ita *Sanchez loc. cit.* PE-

Digitized by Google

PETES VIII.

An ſi Religioſus accipiat ab amico aliqua comeſtibilia peccet contra votum paupertatis?

RESpondetur ex *Lopez, & Ioanne de la Cruz* quos citat, & ſequitur *Diana part. 1. reſol. 41. tract. de paupert. Religioſa* non peccare, quia præſumitur habere licentiam à Prælato ſi ſunt res modici valoris, v.g. prandium, vel quid ſimile.

PETES IX.

An peccet mortaliter Religioſus, ſi ſine licentia tacita Superioris recipiat aliquid, & non ſtatim deponat apud Superiorem ſi rẽ illam retinet cum ſpe, vt alius ſuperior ſuccedens concedat ſibi licentiam rem ſibi donatam, vt poſſit retinere?

RESpondetur ex *Victoria, & Lopez cit. à Sanchez in ſumma lib. 7. cap. 19. nu.* 51 non peccare mortaliter ſi ad breue tempus non retineat puta ad duplicem diem. Sed *Sanchez loc. cit.* ſic ait. Si Dominium illius rei, & adminiſtratio maneat apud dantem, religioſuſq; nomine illius eam depoſitam habeat, non ea vtens, donec licentia Superioris accedat, non peccat contra votum paupertatis, ſed poteſt eſſe contra Regulam. & ita ſi regula ad nullam culpam obligat, nulla erit culpa. Si autem Religioſus abſolutè recipiat abſq; licentia tacita, vel expreſſa Superioris, & ad breue tẽpus retineat, credit *Sanchez* non eſſe mortale, ſed ſolum veniale. ita *Sanchez.*

PETES X.

An ſit contra votum paupertatis, ſi Religioſus ab aliquo abſq; Superioris licentia petat, vt deponat pecunias apud aliquem, vel apud ſeipſum Religioſum non habens voluntatem acquirendi dominium, poſſeſſionem, aut adminiſtrationem, aut vſum, aut ius aliquod in illas, ſed id totum maneat apud deponentem, cum libera reuocandi depoſiti facultate: at ſolam habeat voluntatem habendi opportunè pecunias, ex quibus cùm indiguerit accipiat neceſſaria ex ſuperioris licentia, & non aliter accepturus, & nullum ius acquirat, donec ſuperior det licentiam accipiendi.

RESpondetur ex *Sanchez loc. cit. nu. 50.* & citat *Nicolaum 3. & D. Bonau.* nõ peccare contra votum paupertatis quãuis, deponẽs pecuniam habeat animum transferendi dominij in Religioſum. quia quamdiù aliquis non acceptat dominium, nec poſſeſsionem, nec ius nec poteſtatem aliquam circa pecuniam, tamdiù non recipit illas, & ſi alius velit dare, & manet tota illius poteſtas, & libera reuocandi facultas in dante. at hæc omnia poſſunt eſſe contra Regulæ præſcriptum, & ſunt contra paupertatis perfectionem, vt rectè docet *Sanchez loc. cit.*

PETES XI.

An Religioſus poſſit ſine licentia Prælati, & ſine controuentione voti paupertatis, & conſtitutionis Clem. 8. de largitione munerum largiri ſuam rationem, ſeu pitantiam?

RESpondetur, probabilior ſententia *DD.* docet non poſſe ſine particulari licẽtia largiri Religioſum id quod ſupereſt de pitantia ſibi aſsignata, ac limitata.

Sed probabiliter docet *Diana cum DD. à ſe cit. par. 1. reſol. 28. tract: de paupert. Religioſa*, poſſe Religioſum ſine licentia largiri de ſua pitantia ſine licentia Superioris, ſi pitantia ſit tanta, ac determinata, quia in illis rebus quæ vnico actu conſumuntur non poteſt ſecerni vſus à Dominio, ſed cui confertur vſus, conceditur etiam Dominium.

Secus primò dicendum eſt ſi pitantia non conceditur cum taxa, ac determinatione quantitatis, nam tũc non poteſt largiri Religioſus ſine licentia Superioris.

Secus ſecundò dicendum eſt, ſi hoc eſſet cautum à Prælato, ex iuſta cauſa, nempè, vt non poſsit. Religioſus largiri id quod ſupereſt de ſua pitantia determinata. nam tunc Religioſus peccaret cõtra votum paupertatis ſi largiretur quod ſupereſt de ſua pitantia determinata ſine licentia Superioris, vt benè aduertit *Diana loc. cit.*

PETES XII.

An Religioſus peccet contra votum paupertatis, & contra Bullam Clem 8. de largit. muner. ſi abſq; Superioris licentia accipiat pecuniam, vt ipſe liberè diſponat in eleemoſynam nomine eius qui dedit?

RESpondetur ex *Sanchez in ſumma lib. 7. cap. 30. num. 4. & alijs apud Diana loc.*

loc. cit. reſol. 29. poſſe id facere Religioſum licitè quidquid dicant alij *DD.* in oppoſitum.

PETES XIII.

An Religioſus qui ſine licentia Prælati ſolet ſumere aliqua bona monaſterij pertinentia ad cibum, & potum infringit votum paupertatis ſi ea comedat?

Reſpondetur ex *Suarez tom.3. de relig. lib. 8. cap.11 num.*41 *& Tannero* quē citat. & ſequitur *Diana par. 1. tract. de paupert. religioſa reſol.* 30 non peccare mortaliter, licèt ſit cōtra perfectionem paupertatis: niſi damnificatio religionis eſſet nimia, & in re extraordinaria, ac pretioſiore, nam tunc peccaret mortaliter. idem dicendum eſt ſi comeſtibilia in magna quantitate acciperentur, & occultè retentæ paulatim conſumerentur, nam illud eſſe poſſet graue peccatum, quamuis ad id diſcernēdum in particulari magna prudentia neceſſaria ſit. accedit, quod Religioſus quoad vſum huiuſmodi rerum tractantur, vt filij. ita *Suarez loc. cit.*

PETES XIV.

Religioſus, vel monialis, ſi acquirit aliquid propter fornicationem cui acquirit ſibi, an monaſterio.

Reſpondetur acquirere monaſterio. ita *Molina, & Soto,* quos citat, & ſequitur *S. Fauſt. lib. 8. de voto paupertatis quæſt.* 47.

PETES XV.

Cuinam acquirat Religioſus Epiſcopus creatus.

Reſpondetur ex communiſsima *DD.* ſententia, teſte *S Fauſt. loc. cit. q.* 52. eam acquirere ſuæ Eccleſiæ cui præeſt non autem monaſterio, quia eſt ſolutus & liber à Religione, & ab obedientia Prælatorum. quod eſt veriſsimum etſi iure hæreditario ea bona acquiſita ſint poſt Epiſcopatum, atq; idem dicendum eſt de acquiſitis, donatione, propria induſtria, aut labore, vt communiter docent *DD.* nempè acquirere ſuæ Eccleſiæ cui præeſt quod quidem procedit licèt religioſus ille ad *E*piſcopatum promotus ſit ex familia fratrum minorum, quia is creatus *E*piſcopus ius ſuccedēdi parentibus, & agnatis, adminiſtrandiq; bona acquiſita vndecunq; dum vixerit recuperat. Quare ipſi mortuo ſuccedit ſua Eccleſia, ſicut de alijs *E*piſcopis Religioſis. ita *Azor. lib.* 11. *cap.* 10. *q.* 6. *& c.* 15. *q.* 3. *& Molina tom.* 1. *diſp.* 140. Idem ait *S. Fauſt. loc. cit.* dicendum eſt de Religioſo facto Cardinali, is. n. ſuæ *E*ccleſiæ acquirit, quia Cardinalis dicitur adminiſtrationem Eccleſiæ habere, & eſt omnino à monaſterij obedientia ſolutus.

PETES XVI.

Cuinam acquirat Religioſus factus Epiſcopus titularis qui ſedem, & Eccleſiam non habet.

Reſpondent *Soto lib.* 10. *de iuſtit. q. vltima artic. vltim. & Rodriq. tom.* 3. *q.* 69. *art.* 2. acquirere monaſterio, vel ordini. idem docet *Emanuel Sà verb. Religio num.* 52.

Azor. lib. 12. *cap.* 10. *q.* 7. *cum S. Fauſt. q.* 53. docent acquirere Romano Pontifici.

PETES XVII.

A quo tempore Religioſus creatus Epiſcopus deſinat acquirere monaſterio, incipiatq; Eccleſiæ acquirere?

Reſpondet *S. Fauſt. cum Rodriquez q.* 54. à tempore confirmationis Pontificiæ, quia ex tunc eſt verus Epiſcopus à iuriſdictione monaſterij penitus exemptus, ſoliq; Romano Pontifici ſubeſt.

QVÆRITVR CCXVI.

Quando Religioſus tranſit ad aliud monaſterium ex iuſta cauſa, & cum licentia Superioris bona primo monaſterio acquiſita, an tranſeat ad ſecundum.

Reſpondent communiter canoniſtæ teſte *S. Fauſto lib* 8. *de paupert. relig. q.* 58. debere ad ſecundum monaſteriū tranſire, eo quod bona videntur acquiſita primo monaſterio in conſequentiā perſonam, & ſub quadam conditione, donec in eo erit religioſus.

Sed Couarr. cap. 2. *titul. de teſtam. num.* 21. docet cum communiſsima *DD.* ſententia proprietatem bonorum pertinere

ad

Digitized by Google

ad primum monaſterium in quo fecit profeſsionem, ad ſecundum tantum ſpectare alimenta dicti Religioſi.

Sed ſi temere, & abſq; licentia Superioris religioſus tranſit ad aliud monaſteriũ, nec etiam deberi illi alimenta, vt docet *S.Fauſt.loc.cit.q.59.*

QVÆRITVR CCXVII.

Quis vouit caſtitatem, ſed quando hoc votum fecit, neſciuit quid ſignificabat hoc votum caſtitatis, an teneatur hoc votum obſeruare?

Reſpondeo ex meis placidis, cùm non inuenerim doctrinam punctualem hoc votum non eſſe validum; cùm de ratione votè ſit, eſſe voluntarium, ac liberum, quod non ſit voluntarium.

Probatur voluntarium eſt id quod fit à principio intrinſeco cum notitia eius quod geritur. ita *D.Th.* 1.2.*q.* 6. *art.* 1. dicitur cum notitia eius, quod geritur, vt diſtinguatur à natura, quæ licèt ex principio intrinſeco agat, non tamen cum notitia eius quod efficit, vnde operationes animæ vegetatiuæ non dicuntur voluntariæ, ſed naturales. Sed qui vouit caſtitatem ignorauit quid eſſet caſtitas, ergo ignorauit ſubſtantiam voti promiſsi, ergo votum non fuit voluntarium.

Neq; obſtat quod docent *DD.* teſte *Sanchez in ſumma lib.4 cap.2 num.*10. quod ignorantia vouentis merè negatiua, nõ eximit vouens ab obſeruatione voti, nempè quando vouens non penetrauit quod promiſit, nam in caſu noſtro non ſolum vouens non penetrauit votum, ſed neq; cognouit materiam voti à ſe promiſſam, quid ſignificaret, vt ſuppono. ac proindè arbitror omninò eſſe irritum tale votum, quia licèt vouens habuerit animum ad ſe obligandum, tamen ratione incertitudinis materiæ eſt inualidum tale votum, quia non eſt maior ratio cur obliget ad talem materiam, & non aliam.

Confirmo hoc ex doctrina eiuſdem *Sanchez loc.cit.* etiam in materia de voto cũ alijs *DD. à ſe cit.* nam ipſe docet quod quando vouens habuit poſitiuum errorem circa ſubſtantiam rei promiſſæ, ideſt circa difficultates magni momenti, notabiliterq; exiſtimationem vouentis ſuperantes quibus cognitis non vouiſſet, votum eſt inuoluntarium, & irritum, vt ſi quis alium fallat dicens Domum non longè diſtare, cùm longiſsimè diſtet, aut hieroſolymam poſſe abſq; nauigatione adiri, quam ob cauſam is deceptus peregrinationes has voueret, non ligaretur voto: ſecus ſi deceptio eſſet circa maiorem itinerum amenitatem, quam re vera eſt, vel circa res parui momenti, vt ſi eſt error modicæ diſtantiæ. itaq; concludit *Sanchez loc.cit. num.*12. quod arbitrio prudentis relinquendum eſt an, error circa rem promiſſam ex voto ſit notabilis, an non: ſed in caſu noſtro quis non videt errorem eſſe notabilem circa rem promiſſam, caſtitas.n.eſt difficilis, vt ſeruetur, vt patet ex communiter accidentibus cùm pauci reſpectu totius orbis illam perfectè obſeruent.

QVÆRITVR CCXVIII.

Quidam homo optans occidere clericum petijt gladium ab Antonio, Antonius verò ſciens hoc, præbuit enſem, an inciderit excommunicationem, ſecuta percuſſione clerici.

Reſpondetur incurrere excommunicationem canonis ſi quis ſuadente diabolo, vt patet *ex cap. quantæ de ſent. excomm.* in quo amplificatur hoc non ſolum ad auctorem huius criminis, ſed etiam ad conſentientes. vbi declaratur huiuſmodi eſſe non ſolum qui conſiliũ præbent, aut qui excitant, vel adiuuant, ſed etiam illi qui cùm poſsint manifeſto facinori deſinunt obuiare. ac proindè concludunt *DD.* quos citat, & ſequitur *Suarez de cenſuris diſp.*22. *ſect.* 1. *nu.* 56. tunc aliquem incurrere ſupradictam cenſuram quando non obuiando mortaliter peccat non ſubueniendo proximo, nam tunc moraliter conſenſit. Sed in caſu noſtro non ſolum non obuiat percuſsionem, ſed præbet inſtrumentum percuſsionis percutienti, & eſt conſcius huius percuſsionis.

QVÆRITVR CCXIX.

An filius eximetur à Patria poteſtate, ſi à Patre eſt expoſitus.

Reſpondetur eximi à Patria poteſtate, nec filius acquirit parenti, vt colligitur ex *cap.vlt m.de infant.* & hoc ſtatutum fuit factum in pœnam crudelitatis

tis parentum, ita *Leſſ.lib.2.cap.41.nu.112.*

QVÆRITVR CCXX.

In quadam parte Italiæ duo homines diuturno tempore inter ſe commiſerunt ſodomiã, ſed vnus eorum pænitentia ductus ſe determinauit occidere conſocium ſodomitam, & communicata alteri amico ſuo, praua eius voluntate, circa occiſionem conſocij ſodomitæ, inducit amicus illum ad non occidendum, ſed præbendum ei venenum quamobrem capto eius conſilio ſic fecit, ſumpſit venenum præbuit alteri conſocio ſodomitæ, paulatim, & ipſe ſub figura amicitiæ præteritæ, aſſiſtit ſuæ ægritudini, & quoties dat cibum ægroto, toties inferculis imponit venenum; qui dedit conſilium de veneno acceſſit ad confeſſarium; dubitatur ad quid tenetur conſiliarius; vrget difficultas, nam ſi reuelatur ægroto, adeſt periculum quod qui præbuit venenum, hoc ſciat, non ſine periculo mortis, nempè eius qui dedit conſilium de veneno.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

SCiendum eſt ex communiſsima *DD.* ſententia teſte *Diana par 3.tom.2.tra.5.Miſcellan. reſolut.37.* eſſe licitum ſuadere minus malum, ad euitandum maius, quando vtrumq; non poteſt euitari. Vnde ſi quis eſt determinatus occidere Petrum, poſſum licitè ſuadere, vt tantum ei infligat vulnus. quidquid dicant alij *DD.* in oppoſitum.

HIS POSITIS.

REſpondeo ad caſum propoſitum non peccaſſe, ſi non potuit euitare ſimpliciter occiſionem; & ratio mihi eſt quia maius malum eſt mors ſubitanea quæ fit medio gladio, quàm illa quæ fit paulatim medio veneno, nam prima reſpectu animæ eſt magis periculoſa, cùm ſæpè ſæpius contingit, vt vulneratus diſcedat ex hac vita ſine confeſsione, quod non eſt ſic quando quis moritur paulatim medio veneno.

SED PETES I.

An teneatur cõſiliarius animaduertere ægrotum, vt non ſumat cibum ex manu conſocij, ne moriatur etiam cum periculo vitæ nempè conſiliarij qui dedit conſilium de veneno.

REſpondeo ad caſum propoſitum, poteſt & tenetur ex charitate conſiliarius monere ægrotum, medio Parocho, vel confeſſario, vt expellat è domo ſua conſocium ſodomitam ſub prætextu ne incidat in tentationem carnis ex obiecto præſenti, & ita cõſulitur tum animæ ægroti, tum ſaluti corporali eius; debet præterea monere ægrotum, vt nõ recuſet cibum miſſum à conſocio ſodomita, ne ſumat occaſionem dubitandi quod à conſiliario fuit detecta eius malitia. Sed capto cibo, debet proijcere in terram ne ex eius ſumptione moriatur.

PETES II.

Quid dicendum ſi hoc non obſtante incurritur duplex periculum ſi moneatur ægrotus de malitia conſocij ſodomitæ vnum eſt quod ſi æger non moriatur, vt occidat conſociũ, aliud eſt periculum, vt conſiliarius occidatur ab eo qui ſumpſit conſilium de veneno.

REſpondeo primum periculum non eſt ita certum, vt inſtans ægroti, & poteſt præcaueri alijs modis, nam illud ægroti eſt proximum, & non ſolum periclitatur corpus, ſed etiam anima, quia obiectum præſens magis mouet, ac excitat ſpecies ad peccãdum, quam abſens, aliud periculum mortis conſiliarij etiã non eſt ita proximum, & poteſt præcaueri alijs modis. nam illud ægroti eſt ineuitabile ſi non moneatur.

SED DICES I.

Satis eſt, vt moneatur ægrotus, vt expellat conſocium ſodomitam ne patiatur ſcandalum; tacita mala voluntate occidendi alterius conſocij.

REſpondetur non eſſe ſatis, quia ſi neſcit ægrotus prauam voluntatem occidentis, non poteſt bene ſibi cõſulere, ne ſumat cibum fortaſsè miſſum ab conſocio media perſona aliqua.

Digitized by Google

QVÆRITVR CCXXI.

Quis reperitur in extrema neceſſitate, & adſunt plures perſonæ valentes conſulere neceſſitati eius, an omnes, vel ſinguli teneantur ex charitate ſubuenire, ac opitulari illi?

RESpondeo omnes in ſolidum teneri ex charitate ſubuenire extremè indigenti. quia præceptum eleemoſynæ tum ex iure naturæ, tum ex iure diuino obligat omnes, præcipuè in articulo mortis. vt patet ex varijs locis diuinæ Scripturæ *Matthæ.* 25. *diſcedite in ignem æternum, eſuriui n. & non dediſtis mihi manducare. Eccleſiaſt* 3. *eleemoſynam pauperis ne defraudes. Ioan.* 3 *qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Iſai.* 54 *frange eſurienti panem tuum. &c.*

Ac proinde arbitror omnes ad partem teneri æqualiter, nempè ſi quatuor perſonæ ſunt, vnuſquiſq; tenetur ſuppeditare ſuam partem adhoc, vt ſubueniatur proximus extreme indigenti, & in defectũ alterius, teneri tres, & in defectum omnium trium teneri vnum ſubuenire proximo extremè indigenti quia obligatio in ſolidum hoc ſibi vendicat. ita *Lorca, & Villalobos cit. à Diana par.* 5. *tract.*8. *reſol.*13. vbi addunt poſſe inter ſe conuenire, vt occurrant per partes proportione ſeruata ad numerum, & ad diuitiàs Nec tenetur vnus præuenire donec alios conſulat. Secus ſi videt neminem eorum opitulari: vnum aduerto quod ſi vnus ſubminiſtrat proximo cibum, teneri alios qui non concurrerunt ad partem refundere quod expendit *vnus tantum:* ita *DD.* teſte *Diana reſ l.*3.

PETES I.

An valdè opulentus teneatur ſuccurrere priuato indigenti expendendo pro eo aliquot aureorum millia ſi hoc ſit neceſſarium, vt quis ex certo periculo vitæ eripi poſſit.

REſpondetur ex *Coninchbo de fide ſpe, & charitate diſp.*27. *dub.*8. *nu.*145. quod non tenetur quamuis ille id poſsit ſine alio incommodo graui facere. & probat *Coninchus* duplici ratione. nam ſi neceſsitas proximi eſt ab extrinſeco, puta ab alio homine volente illum occidere, hoc eſſet nociuum Reipublicæ, quia hoſtes facilè aliquos eius pauperes caperent, & minando ijs aliàs mortem cogerent opulentos ingentia pro eis lytra ſoluere, & ſic opes Reipublicæ magna ex parte exhaurirentur, quod ſine dubio Reipublicæ eſſet valdè damnoſum, cui valdè expedit habere in ſe viros opulentos.

Si verò neceſsitas proximi eſt ab intrinſeco puta ex morbo, nec etiam tenerentur opulenti qui habent ſuperflua, impendere magnas quantitates nummorum, ſi valdè probabile eſſet ijs impenſis poſſe ſanari. & contrarium aſſerere eſſet contra communem omnium ſenſum, nemo n. putat ſe ad talia obligari, nec vllus ſiuè Paſtor, ſiuè Doctor, ſiuè concionator quantumuis opulentos repræhendit, quod pauperibus eiuſmodi non procurent, ſed omnes putant eos ſatisfacere, ſi eam curam ijs impendunt quæ communiter pauperibus ægrotis ſolet impendi, procurando, vt habeant ſufficientia ad victum, & communes medicinas, & vt aliquis qui ibi reperiri poteſt medicus eorum curam agat, nec vllibi in more eſt, vt pro ijs aliundè præſtantes, aut medici, aut medicinæ accerſantur ita *Coninchus*; *Suarez de præcept. eleemoſyn diſp.*7 *ſect* 4 *num* 4 docet ſi pretium pro tali vita neceſſarium, eſſet moderatum, & non nimis neceſſarium habenti poſſe interdum teneri ad illud dandum.

SED

Difficultas eſt quando homo mediocris facultatis, non habens ſuperflua bona & reperit proximum conſtitutum in periculo extrinſeco mortis, puta ab hoſte qui vult eum occidere, ſi v. g. viginti aureos non habeat. vel ſi adeſt in periculo mortis ab intrinſeco, puta à morbo, & moraliter ſunt neceſſarij adhoc, vt ægrotus recuperet ſanitatem, triginta ducati, an teneatur ſub mortali expendere tantam quantitatem nummorum, ad finem, vt eripiat proximum à tali periculo mortis.

REſpondetur primò ſi talis quantitas nummorum alicui perſonæ ſit valdè neceſſaria, ita vt abdicando a ſe talem quantitatem nummorum efficiat ſe miſerum, non tenetur ſubuenire proximo

in ſupradictis periculis mortis conſtituto, quia præcepta charitatis ſunt ſuauia, & non obligant cum tanto incommodo, vt ſatis probat *Coninchus diſp. 27. dub. 8 num. 34 cum DD à ſe cit.*

Reſpondetur ſecundò ex communiſsima *DD* ſententia teſte *Coninchо loc. cit. num. 125.* quod habens ſuperflua bona tenetur ſub peccato mortali dare eleemoſynam non ſolum laboranti extrema neceſsitate, vt omnes fatentur, ſed etiam laboranti graui neceſsitate: quando nõ eſt ei omnino probabile, & aliquo modo moraliter certum ſe deficiente aliũ ei ſuccurſurum, vt colligitur ex varijs locis diuinæ Scripturæ.

Præterea *DD.* teſte eodem *Coninchо num. 131. loc. cit.* quod de ſuperfluis tenemur etiam per eleemoſynas ſubuenire communibus pauperum neceſsitatibus, non quidem, ita vt ſingulis eas patientibus teneamur aliquid dare, aut etiam eleemoſynam à nobis petentibus teneamur aliquid dare hoc.n. eſſet nimis graue, ſed ita vt pro opum magnitudine aliquando aliquas eleemoſynas faciamus prout prudens charitas dictabit faciendas.

Scio verò alios *DD.* teſte *Suarez tomo de fide, ſpe, ac charitate diſp. 3 ſect. 7. num. 3.* docere ſolum in grauibus neceſsitatibus proximi quemlibet teneri facere eleemoſynas, non autem in communibus, etiam ſi habeat ſuperflua bona. ita *Alenſis, Medina, Antoninus, Armilla, Nauarro, Adrianus & Soto cit. à Suarez.*

PETES II.

Quæ bona poſſunt appellari ſuperflua, vt homo teneatur ſubuenire pauperibus in communibus eorum neceſsitatibus.

Reſpondetur ex *Suarez loc. cit. diſp. 9. ſect. 3 num. 9.* quod primo conſiderãdus eſt ſtatus diuitis, & quod ei conuenit. Secundò conſiderandæ ſunt moraliter neceſsitates, & quod in poſterum euenire poſſunt. Tertiò conſiderandum eſt, ſi habeat filios diuites, nam etiam pro illis eſt licitum teſaurizare. item ſi quis dignus altiori ſtatu, & ad eum probabiliter promouẽdus in quo maiores opes ei erunt neceſſariæ coarceruando. idem docet *Coninchus diſp. 27. dub 8 num. 110.* vbi addit quod licitum eſt aliqua bona reſeruare, vel ad ſubſtentandam ſenectutem, vel ad occurrendum neceſsitati probabiliter obuenturæ ex morbis, bellicis caſibus, alijſq; ſimilibus, aut vt hæredibus relinquas vnde ſecũdum ſuum ſtatum viuere poſsint, addit præterea idem auctor, quod bona ſuperflua conſideranda ſunt reſpectu ſtatus perſonæ, non autem reſpectu naturæ. nam reſpectu naturæ dicuntur ſuperflua ea omnia ſine quibus ſe & ſuis ſubſtentare poſsit. itaque ſolum propriè dicuntur ſuperflua bona ratione conditionis perſonæ, qua ratione dicuntur ei ſuperflua ea omnia, vt decenter ſecundum ſuum ſtatum viuat.

Addit deniq; *Coninchus* neceſſaria ſtatui non conſiſtere in indiuiſibili: ſed pati quamdam latitudinem. Sed certa Regula definiri non poteſt, & potius ex omnibus cuiuſq; perſonæ circumſtantijs quæ in ſingulis caſibus variari poſſunt, prudenti iudicio ſpectanda ſunt, & potius alieno, quam ipſius cuius res agitur: quia in rebus ſimilibus proprius amor poteſt decipere.

PETES III.

Quot ſpecies neceſsitatum reperiuntur in homine, vt quando quis teneatur ei ſubuenire.

Reſpondetur ex *Suarez diſp. 7. de charit. ſect. 1 num 4. Coninchо loc. cit. num 112.* eſſe triplicem extremam, grauem, & cõmunem. extrema dicitur quando alicui deficiunt neceſſaria vitæ ſubſtentandæ, ita vt ſit in periculo mortis, aut grauiſsimæ miſeriæ corporalis, quæ morti cõparari poſsint qualis eſt morbus perpetuus, vel amiſsio alicuius membri, vel periculum incidendi in perpetuam infamiam vnde extendit *Suarez* hanc extremam neceſsitatem quoad periculum amiſsionis famæ, vel honoris.

Grauis neceſsitas eſt quando quis ex defectu rerum neceſſariarum eſt in certo periculo incidendi in grauem miſeriam v.g. in grauem morbum, aut diuturnam infirmitatem, in longam incarcerationem eſſe, aut etiam quando quis eſt in periculo probabili incidendi in extremam neceſsitatem, aut quando quis eſt in certo periculo ex honorabili ſtatu decidendi ad infimam fortunam, ita vt debeat mendicando, aut laborando vitam tolerare.

Communis neceſsitas eſt illa, quam patiũtur communes mendici, alijq; pauperes, qui

Digitized by Google

qui cum notabili difficultate alijq; operarij extraordinaria, poſſunt ſibi comparare ad vitam neceſſaria.

Aduertunt *DD.* communiter quod præceptum elargiendi eleemoſynas extenditur ad omnem proximum, iuſtum, *vel peccatorem iuxta illud Scripturæ Iob.4. noli auertere faciem tuam ab vllo paupere. Prouerb.25 ſi exurierit inimicus tuus ciba illum.*

Neq; obſtat quod *D. Gregor. lib 3 epiſt.29.* dicat non eſſe faciendam eleemoſynam peccatoribus, nam hoc intelligitur formaliter, ideſt cum intentione augendi peccata, vt rectè docet *Suarez diſ. 7. ſect. 1. num. 4.*

P E T E S IV.

An teneatur habens bona ſuperflua inquirere pauperes, & qua certitudine debeat eſſe contentus ad hoc, vt teneatur credere quod talis ſit verè pauper.

A D P R I M V M.

Reſpondent communiter *DD.* & præcipuè *Suar. diſp. 7. ſect. 1. num. 6. & 7.* perſonam priuatam non teneri inquirere pauperes, ſed ſatis eſt, vt ſubueniat præſentibus neceſſitatibus, & non fugiat occaſiones ſubleuandi proximum.

Secus dicendum eſt, de ijs qui habēt munus gubernandi Rempublicam, vel ſi eſt Epiſcopus, nam tunc tenentur inquirere pauperes.

AD SECVNDVM.

Reſpondeo cum *Suarez loc. cit* quod ſufficit probabilis certitudo, vnde ſi proprijs oculis videt eorum paupertatem quamuis poſſit ſimulari paupertas ab egenis, nihilominus tenetur credere eis quando non conſtat de oppoſito, quapropter rectè dixit *Aug. epiſt. 109. in recipientibus hoſpitibus melius eſt interdum malos hoſpites perpeti, quàm forteſsè per ignorantiam bonos excludere.*

Aduertit *Coninchus diſp. 27. dub. 8. num. 16.* vt ego in particulari tenear hic, & nūc ob eius neceſſitatem ſuccurrere, debere mihi eſſe probabile quod nemo alius ſit qui ei hic, & nunc poſſit, & velit ſuccurrere ita vt niſi ego ſuccurram, talis in ſua neceſſitate, & miſeria ſit permanſurus. quia ſi ei alius ſit ſuccurſurus, mea eleemoſyna ei non eſt determinata neceſſaria, cùm ſine eius miſeria ſit ſubleuanda, atq; ita talis non eſt in extrema neceſsitate reſpectu mei. ita *D. Th. & Nauarr. cit. ab eodem Conincho loc. cit.*

P E T E S V.

An teneatur interdum homo ex bonis neceſſarijs ad conſeruationem ſui ſtatus elargiri eleemoſyna pauperibus.

Reſpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *Suarez diſp 7 ſect. 4 tract. de eleemoſyna.* Si commune bonum, ſeu Reſpublica ſit in graui neceſsitate totius boni communis, teneri priuatam perſonam illi ſubuenire, etiam ex neceſſarijs ad ſtatum; idem dicitur ſi proximus eſt in extrema neceſsitate.

Idem dicitur ſi proximus, licèt non ſit in extrema neceſsitate, tamen eſt in grauiſsima quadam neceſsitate, nempè teneri quemlibet ſubuenire illi, etiam ex bonis neceſſarijs ad ſui ſtatus conſeruationem ita *Suarez loc. cit. num. 5.* puta ſi ſit in periculo grauis infamiæ, vel ſimilis iniuriæ.

Limitat *Suarez* modo non ſit iactura magna diuitiarum, nam in hoc caſu non tenetur.

S E D

Contra infertur: ergo ſi aliquis minetur interfecturum ſeipſum niſi dem centum aureos tenebor dare, vt vitam eius tuear. Secundò ſequitur teneri aliquem magnam quantitatem dare etiam neceſſariam ad ſtatum alicui v. g. ne occidat inimicum quem habet ſubiectum.

AD PRIMVM.

Reſpondetur ex *Suarez loc. cit. num. 4.* communem reſponſionem eſſe illum non eſſe in extrema neceſsitate, ſed in extrema malitia. ſi fortè id oriretur ex magna paſſione, & quantitas non eſſet magna atq; adeo poſſet aliquis ſine graui detrimento id facere, interdum teneri, tamen moraliter, & communiter loquendo raro occurrit hæc obligatio ita *Suarez loc. cit.*

AD SECVNDVM.

Reſpondetur ex eodem *Suarez loc. cit.* ſi precium pro tali vita neceſſarium, eſſet moderatum, & non nimis neceſſarium habenti poſſe interdum tene-

teneri ad illud dandum, vt ſupra dictum eſt.

PETES VI.

An aliqui teneatur ſubuenire pauperi conſtituto in extremo periculo mortis quando longè à ſe abeſt.

Reſpondetur non teneri. ita *Nauarr.* quem citat, & ſequitur *Eman. Sà verb. eleemoſyna num.6.*

Addit *Sà num.2.* hæc formalia verba.

Cum inter *DD.* non conueniat quando peccet mortaliter qui non facit eleemoſynam non facilè condemnandi ſũt diuites qui non faciunt, monendi tamẽ, vt faciant quantas maximè poſsint; ne illis dicatur in die iudicij ob omiſſas eleemoſynas. Ite maledicti in ignem æternum.

PETES VII.

An homo debeat proximo potius in ſpiritualibus ſubuenire, quàm ſibi in corporalibus?

Reſpondetur primò ex communi *DD.* ſententia teſte *Suarez in tract. de fide, ſpe, & charitate diſp.9. ſect.2. & ibidem Coninchò diſp.25. dub.7 num. 85.* quod in extrema proximi neceſsitate ſpirituali quis tenetur ei ſuccurrere, etiam cum certo periculo vitæ, ſi ſit probabilis omnino ſpes eum iuuandi, ſecus ſi hæc ſpes ſit exigua, aut valdè dubia. ita *DD.* teſte *Conincho loc. cit.* docent communiter *DD.* quod quis dicitur in extrema neceſsitate ſpirituali conſtitutus Primò exiſtens in peccato mortali, qui dormiens, aut Phreneſi laborans ſubito ab inimicis, aut etiam à ſeipſo eſt occidendus, niſi ego id impediam. Quare ſi poſſum etiam cum periculo vitæ teneor id impedire, modo ſit valdè probabilis ſpes, quod ea ratione poterit euadere damnationem v.g. ad ſe poſtea redeundo, & confitendo: ſecundò, infans non baptizatus iam moriturus, ſine baptiſmo.

Tertiò multi *DD.* aſſerunt in extrema neceſsitate eſſe conſtitutum peccatorem, qui proximus morti timens ſe non eſſe contritum inſtanter petit confeſſarium atq; ita deficiente Parocho quemuis Sacerdotem etiam cum periculo vitæ teneri ipſius confeſsionem audire.

Sed *Nauarr. cap.24 num.9.* limitat modo ſupradictus, putet ſe per ſolam attritionem, ſine confeſsione poſſe adipiſci paradiſum, nam tunc etiam cum periculo vitæ tenetur inſtruere illum de vera cõtritione, vel ſi eſt Sacerdos excipere illius confeſsionem.

Sed ego arbitror etiam. ſi ſciat per ſolam contritionem poſſe ſaluari, teneri Sacerdotem eius confeſsionem excipere, quia cõtritio in perſonis prauis eſt medium ſatis difficile, vel quaſi moraliter impoſsibile, vt in anguſtijs mortis eliciatur hic actus à moribundo, licèt media gratia diuina, ſit poſsibilis.

Reſpondetur ſecundò ex communi *DD.* ſententia, teſte *Suarez diſp.9. ſect.2. nu.4.* extra caſum extremæ neceſsitatis non obligat charitas per ſe ad ſubueniendum priuato proximo cum periculo morali mortis corporalis licèt poſsit id licitè facere, & eſſet actus heroicæ virtutis, vt docent *DD.* teſte *Conincho diſp.25. dub.7. num.96.*

Secus eſt de Epiſcopo & Parocho vt communiter docent Theologi, teſte *Suarez loc cit.* nempè teneri non ſolum in extrema neceſsitate proximi ſpirituali eſuccurrere cum euidenti periculo mortis, ſed etiam in graui neceſsitate ſpirituali proximi, ita etiam docet *Coninch. cum DD. à ſe cit. num* 100.

Reſpondetur tertiò ex *Suarez loc. cit. nu.5.* in graui neceſsitate proximi ſpirituali, obligat charitas quemlibet priuatum hominem, etiam poſtpoſita aliqua neceſsitate corporali ſeu cum aliquo dãno temporali. oportet autem, ait idem *Suarez,* ad talem obligationem comparare grauitatem neceſsitatis ſpiritualis cum grauitate damni temporalis, quod certè non poteſt definiri in vniuerſali, ſed in particulari prudenter iudicandum eſt, ſeruata rerum proportione, ita etiam docet *Coninchus loc cit. num.* 100. vbi addit hæc verba formalia, ſequitur ſecundo me cuiuis proximi neceſsitati ſpirituali, præſertim quando agitur de vitanda morte ſpirituali ipſius, ſiuè de vitando peccato mortali, quantumuis ei voluntario teneri ſuccurrere, quando id poſſum ſine meo incommodo facere.

SED

SED PETES VIII.

Quid dicendum ſi periculum mortis eſt leue, & parum probabile, an teneatur qualibet perſona etiam ſi non ſit Epiſcopus, vel Parochus illud ſubire, & ſuccurrere proximo conſtituto in graui neceſſitate ſpirituali.

RESpondetur ex *Coninchо cum DD. à ſe cit. num 99* quod teneretur eo contempto, proximo in graui neceſsitate ſpirituali conſtituto ſuccurrere quando eſſet ferè certa ſpes eum iuuandi.

PETES IX.

Si quis vult me interficere, an poſſim me defendere interficiendo aggreſſorem, quando alia via non poſſim me defendere, licèt ſciam fore damnandum.

RESpondetur ex *Suarez diſp. 9. ſect. 2. num. 4.* poſſum licitè eum occidere licèt ſciam forè damnandum, quando alio modo non poſſum me defendere, quia ille ipſe non eſt in neceſsitate, ſed in voluntaria malitia. ſimiliter ait *Suarez* ſi periculum proximi tantum eſſet peccandi mortaliter; habiturus tamen eſſet poſtea tempus pænitentiæ, nō obligor cum periculo vitæ ſubuenire, vt vitet illud peccatum.

PETES X.

An aliquando priuata perſona in graui neceſſitate ſpirituali teneatur cum periculo vitæ ſubuenire quando adeſt grauis neceſſitas ſpiritualis proximi.

RESpondetur ex *Suarez loc. cit.* teneri aliquando id facere, quando id poſtulat bonum commune, vt ſi ſciam hæreſim prædicandam eſſe in hoc populo ab hæreticis, teneor illis me opponere etiam cum periculo vitæ.

PETES XI.

An Paſtor animarum inſtante neceſſitate ſpirituali proximi poſſit, inuitis ſubditis, renunciare ſuo officio.

RESpondetur ex *Coninchо loc. cit. num. 101.* non poſſe ſicut, nec miles inſtāte pugna poteſt renunciare militiæ. Talis neceſsitas eſt primo quando hæretici peruertunt plebem. quo caſu etiam priuati homines tenentur cum periculo vitæ ei malo occurrere quando poſſunt.

Secundò in perſecutione, aut hoſtili incurſione, fugiente Paſtore, tota plebs eſſet deſtituenda Sacerdotibus à quibus Sacramenta poſſunt percipere, & in fide confirmari.

Tertiò quando tempore peſtis eſt periculum ne aliqui ſine confeſsione moriantur: quos Paſtor alijs deficientibus tenetur etiam cum periculo vitæ audire, ne aliàs periculo dannationis exponantur ſi non ſint contriti, vt in rudibus præſertim facilè poſſet accidere.

Addit *Coninchus num. 101. §. nota tertio.* Quod quando Paſtor poteſt ſuis ouibus per alios ſufficienter prouidere, quod tempore peſtis omnino quantum fieri conuenit, ne paſtor ſanos propter ægrotos teneatur deſerere, eum non teneri ſe exponere periculo, quia tunc ceſſat neceſsitas. & citat *Auguſt. epiſt. 108.* ad honoratum.

PETES XII.

An Religioſi tempore peſtis poſſint fugere à loco vbi eſt peſtis.

RESpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *Facundex tom. 1. in præcept. decalog. precept. 1. lib. 1. c. 3. num. 3. & 7.* quod religioſi, qui vitæ contemplatiuæ tantum incumbant quiq; ex ſuo ſtatuto nulla habent opera ſpiritualia, vel charitatis, quæ erga proximos exerceant, ſed ſolum perfectioni vitæ propriæ incumbant, vt Carthuſiani, Camaldulenſes, &c. poſſunt fugere à loco vbi eſt peſtis, quia iſti tantum tenentur in caſu extremæ, aut quaſi extremæ neceſſitatis Sacramenta adminiſtrare. Secus de religioſis qui vtriq; vitæ actiuæ ſimul, & contemplatiuæ incumbant. vt ſunt Dominicani, Franciſcani, Societatis Ieſu, & reliquorum ordinum mendicantium, nempè non poſſe fugere è loco vbi eſt peſtis quando euidentia facti Parochi non ſuppetunt. Præterea ſcandalum eſſet ſi prædicti religioſi tēpore peſtis fugerent, vt notat *Coninchus loc. cit.*

QVÆ-

QVÆRITVR CCXXII.

Quædam fæmina ſic vouit ſi Deus faciet mihi gratiam, vt non generem filios, volo ieiunare bis in hebdomada, vel largiri pauperibus eleemoſynam, &c. an ſit validum hoc votum, & quando obligat; ratio dubitandi eſt, quia poſito quod coniuges Nolint à copula abſtinere, videtur hac petitio non eſſe de maiori bono, cùm melius ſit rem produci extra cauſas, quam non produci. Præterea ex parte voti ſciri non poteſt tempus determinatũ, quando incipit obligare tale votum?

AD PRIMVM.

REſpondeo hunc caſum non inueniſſe apud *DD.* idcirco, ſaluo meliori iudicio, arbitror valere hoc votum, & ratio mihi eſt, quia poteſt in hoc voto includi, ratio boni: quãuis materia eſſet indifferens, probatur periculum moriẽdi in partu, incommodum circa educationem filiorum, quatenus diſtrahunt parẽtes ab oratione, & à vita ſpirituali, eorum paupertas in alendis filijs, ſunt res odibiles, & nullam imperfectionem dicunt, & earum oppoſitum habet rationem, boni nec alicui virtuti eſt contrarium, ergo non ſolum eſt materia indifferens, ſed etiam bona, ac proindè poteſt eſſe materia voti.

Confirmatur ex communiſsima *DD.* ſententia docente, teſte *Sanchez lib. 9. de matrim. diſp. 25. num. 1.* nullam culpam eſſe ex communi conſenſu abſtinere cõiuges à copula, ne prolem multiplicent, quàm alendo non ſunt.

Præterea addit *Sanchez cum DD. à ſe citat. num. 3.* quando non adeſt communis cõſenſus coniugum, ſecluſo periculo incontinentiæ in altero coniuge, & parentes, non ſunt tot filios alendi, non eſſe peccatum mortale debitum ob eam cauſam negare. ergo à fortiori dicendũ eſt, quando ſolum deſiderium adeſt non habendi filios, nec impeditur copula coniugalis, eſſe licitum, ac proindè bonum ſupradictum votum non generandi filios:

Ad rationem dubitandi.

Reſpondetur ly melius eſſe, quam non eſſe eſſe verum ſecundum ſe, & malum quãdo impeditur generatio ex modis illicitis, nam autem quando ſolum impeditur per ſolam negationem copulæ, vel per ſolum deſiderium non habendi prolem ex iuſta cauſa, aliàs] melius eſſet ſtatus coniugalis ex quo poſſunt haberi filij, quàm ſtatus cælibatus ex quo nõ poſſunt haberi filij, quod eſt contra Tridentinum.

AD SECVNDVM.

REſpondeo tunc incipere obligare hoc votum, quando moralis certitudo habetur, quod non generabit filios vouẽs, nec definiri, poteſt certum tempus, vnum aduerto quod quãdo mulier erat ſolita quolibet anno generare filios, & per aliquos annos, non generat, maior coniectura poteſt fieri de futuro, nempè quod in poſterum non generabit filios, quàm de alia muliere quæ non eſt ſolita ita crebro filios in lucem edere, ac proindè huic non ita ſtatim incipere obligationem ſeruandi votum, nam votum conditionale tunc obligat, quãdo obtenta eſt gratia à Deo.

QVÆRITVR CCXXIII.

Quidam cuſtos, ſeu deputatus ne iuſta gabbella fraudetur, recepit nummos à fraudante illam, ne faciat ſoluere pœnam an teneatur ad reſtitutionem pœna quæ debebatur fiſco ratione intercepti, ſeu contrabandi; ratio dubitandi eſt, quia pœna ex communiſsima DD. ſententia, non debetur ante ſententiam?

REſpondetur ex communiſsima *DD.* ſententia teſte *Rebello de obligatione part. 1. lib. 1. q. 16. num. 2.* quod licèt pœna non debeatur ante condemnationẽ, nihilominus tenetur ad damnum ex omiſsione debiti officij contra iuſtitiã illatum publicano, vel ei cui applicanda fuerat non minus, quam iudices, ſi contra iuſtitiam pęnam remictant, cùm vterq; ex officio teneantur, ille quidem denunciare; iudex verò condemnare.

SED PETES

Quid ſi data opera ſe abſcondant cuſtodes, vt ſic inuitentur homines ad transferenda vetita, vt poſtea verò ex inſidijs comprahendantur?

REſpondetur ex *DD.* quos citat, & ſequitur *Rebell. loc. cit.* quod non peccant contra iuſtitiam cuſtodes, & conſequenter non tenentur ad reſtitutionẽ dam-

damni ſubſecuti tranſlatoribus, quia non tenentur ex officio ſeruare delinquentes indemnes, aut à pœnis releuare; ſed potius è contra: immò nec etiam peccabunt contra charitatem, ſi non intendant per ſe peccatum, vel damnũ eorum, ſed id faciant, vt melius loca cuſtodiantur, rariuſq; delinquẽtes peccent, dum ſemper timent, ne fortè à latitantibus intercipiantur.

S E D

Difficultas eſt quando gabbella eſt iniuſta, ad quid teneantur cuſtodes?

RESpondeo non poſſe exercere officiũ cuſtodis, & ſi id agit, tenetur ad reſtitutionem ſolutionis gabbellæ iniuſtæ, quia eſt cooperator rei iniuſtæ, ac executor, cum regulis reſtitutionis, nempè qui primario, qui ſecundario, vel in defectum aliorum vel principalis agentis, ſeu imperantis, vel eius cui peruenit vtile, tenetur reſtituere.

Si verò cuſtos gabbellæ iniuſtè non ſe ingerit in exactione, nec eſt cauſa vt interceptum ſoluatur, puta quia putat gabbellam eſſe iniuſtam, non poteſt recipere ſalarium, quia illud datur intuitu ſeruitij, vbi deeſt ſeruitium, debet etiam deeſſe ſalarium.

S E D

Maior difficultas eſt, quando gabbella re ipſa eſt iniuſta ſed à populo eſt exiſtimata iuſta, ac etiam à Cuſtode, & expedit vt confeſſarius qui ſcit eam eſſe iniuſtam, vt non patefaciat hanc veritatem pænitenti quid tenetur facere confeſſarius, ſi interrogatur à cuſtode gabbellæ iniuſtæ quod ipſe fuit cauſa, vt non ſit ſolutum interceptum, ſeu pæna fiſco applicanda?

REſpondeo debere in primis confeſſarium perſuadere cuſtodi, vt deponat officium tanquam periculoſum animæ, ac tamquam impeditiuum vitæ ſpiritualis, non aperiendo ei veritatem gabbellæ iniuſtæ, ſi non ſperat emendã, immò dubitat de maiori damno ſi hoc manifeſtat cuſtodi prædicto, non debet imponere onus reſtituendi pro præterito, puta quia fuit cauſa cuſtos, vt interceptum ſolueretur; vel vt gabbella exigeretur, quia dum fuit in bona fide, putans fuiſſe gabbellam iuſtam, non peccauit mortaliter, & conſequenter non tenetur ad reſtitutionem; ſi ad cuſtodẽ non peruenit vtile, ſed ad publicanum nec ſperatur emenda ſi dicatur ei iniuſtitia exactionis, & eſt in ignorantia inuincibili, nam vt docui alibi, cum *DD. à me cit.* quod vbi non eſt culpa mortalis, non poteſt adeſſe vinculum nec obligatio reſtitutionis, quia pœna ſequitur culpam mortalem; Salarium receptum pro præteritis laboribus poteſt illud retinere, quia ille labor pro cuſtodia eſt pretio extimabilis, Si ex alijs bonis licitè acquiſitis à publicano ſoluatur ſalarium: Si verò cuſtodi non poteſt confeſſarius perſuadere, vt deponat officium puta, quia non habet aliundè victum, & non ſperat emendam ſi ei veritatem aperiat, debet generaliter docere obligationem cuſtodis, & quando peccat cuſtos contra iuſtitiam, & quando non, & ratio mihi eſt, quia poſitis talibus circumſtantijs, nempè ignorantia inuincibili cuſtodis gabbellæ iniuſtę, & nunquam ſperat confeſſarius emendam, immo peccatum ſi hoc patefaciat cuſtodi, nempè iniuſtitiam gabbellæ, tenetur hic, & nunc obſeruare leges cuſtodis. immò poteſt id præcipere vt faciat.

Confirmatur à pari *cum DD. à me citat. in tom. 1. de Miſcellaneis practicis q. 312. §.* addunt, nam cum confeſſarius videt pænitentem contraxiſſe matrimonium irritum, ſed pænitens laborat ignorantia inuincibili, & non ſperat emendam ex eius admonitione, poteſt præcipere pænitenti, vt reddat debitum quia confeſſarius non præcipit rem malam, ſed rem debitam ſuppoſitis circumſtantijs occurrentibus, nempè ignorantia inuincibili contrahentium & ſcandalo ex parte eorum, ſi manifeſtaretur impedimentum. immò confeſſarius non poteſt abſoluere pænitentem prædictum, niſi proponat deinceps redditurum debitum ita *DD. à me cit. loc. cit.* ergo idem dicendum eſt in caſu noſtro, nam cuſtos poſitis talibus circumſtantijs tenetur obſeruare legem ſui officij, ergo poteſt confeſſarius præcipere, vt obſeruet; ac denegare ei abſolutionem, ſi non vult ſeruare id quod tenetur ex vi officij cuſtodis.

Digitized by Google

Q V Æ R I T V R CCXXIV.

Quidam peregrinus commoratur in aliquo loco per aliquod tempus, interim ab ordinario illius loci promulgatur edictum excommunicationis contra non reuelantes, an ligetur excommunicatione dictus peregrinus, ſi non reuelat quod ſcit.

RESpondetur ex communiſſima *DD.* ſententia teſte *Bonacina tom. 1. tract. de onere, & obligatione denunciandi diſp. 6. §. 2. propoſit. unica num. 1.* non teneri ad denunciandum quia non eſt ſubditus ferenti cenſuram.

Secus dicendum eſt, ſi dictus peregrinus haberet animum permanendi in illo loco ſaltem maiori anni parte, nam tunc eſſet ſubditus, & conſequenter teneretur reuelare, in illis caſibus in quibus tenetur prout eſt de iure. & hoc eſt verum ſecundum *DD. ab eodem Bonacina citat.* etiam ſi non dum elapſo termino in monitorio conceſſo ſe transferat ad aliam diœceſim intentione ibi manendi maiori anni parte, vel ibi perpetuo habitandi, nempè teneri ad reuelandum, quia remanet ſubditus ratione delicti, & per monitorij citationem perpetuatur iuriſdictio, vt patet *ex cap. propoſuiſti de foro competenti*.

Q V Æ R I T V R CCXXV.

Quidam homo iniit hoc pactum cum Tabellario, vt ſi tali hora, & die perueniret ad locum à ſe deſignatum ſoluere ei talē quantitatem nummorum, ſi aliàs iuxta pactum eueniret; nihil ſoluere; Tabellarius verò adhibita omni diligentia non potuit peruenire ad locum deſignatum tali hora, ac die, an teneatur ſoluere id quod promiſit, ſtante quod nulla culpa tabellarij interuenit, vt non potuit tali die, & hora ad illum locum peruenire? ratio dubitandi eſt, quia videtur contractus claudicare, ſi dicatur teneri ſoluere quod promiſit, etiam ſi non fuit obſeruatum quod in pacto fuit incluſum.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

SVppono hoc pactum fuiſſe factum inter Tabellarium, & mictentem literas, non cauſa ludi, ſed vt maiorem diligētiam adhiberet, nempè, vt literæ à ſe miſſæ ad talem locum peruenirent tali die, & hora.

HOC POSITO.

REſpondeo, ſi re vera, Tabellarius impoſuit omnem diligentiam, vt aduentaret ad talem locum iuxta pactum, & non potuit; poteſt retinere pretium ſui laboris. nam iuſtum non eſt, vt vbi non ſit culpa, adſit pœna. verum debet illud plus extra iuſtum pretium ſui laboris reſtituere mictenti literas, nam illud non fuit ſimpliciter donatum, ſed ſub conditione, nempè ſi literæ à ſe miſſæ tali die, & hora peruenirēt ad manus talis de tali.

Q V Æ R I T V R CCXXVI.

An aliquando licitè abſq; vrgenti cauſa poſſit confeſſarius excipere confeſſionem pænitentis multorum annorum abſq; præuio examine.

REſpondent communiter *DD.* negatiuè, ac proindè ſemper eſſe neceſſariam aliqualem diligentiam pro captu pænitentis, & tunc interrogationibus confeſſarij poteſt ſuppleri ignorantia eius, & fieri integra materialis etiam eius confeſſio, vt ego docui cum *Suarez à me cit. in praxi confeſſar. 2. edit. fol.* 193. Verum non mihi videtur improbabile id quod in praxi poſuit quidam doctus confeſſarius, qui antequam aſſiſteret matrimonio cuiuſdam meretricis media licentia ordinarij, excepit eius confeſſionem multorum annorum abſq; vllo examine, & abſq; vlla neceſſitate quia ſatis erat contritio, adhoc vt potuiſſet meretrix recipere Sacramentum matrimonij, nam confeſſarius interrogauit meretricem in omnibus præceptis Decalogi, in quinq; præceptis Eccleſiæ, & in omnibus caſibus, in quæ dictæ meretrices ſunt ſolitæ labi, necnon de maleficijs, ſortilegijs de omnibus ſpeciebus luxuriæ ſpeciem mutantibus, de inuocatione tacita ac expreſſa Dæmonis ad amorem captandum de rixis ſolitis inter mulieres eiuſdem cōditionis cauſa eorum Amaſiorum, an fuerint cauſa peccati alterius, accomodando ſuam domum alij, incitando alios ad peccandum verbis, actibus, ſignis, &c. an receperit nummos intuitu copulæ à Regulari, vel à filiosfamilias, vel an rem habuerit cum infideli, an impedierit generationem, an extra vas naturale conſumauerit actum carnalem,

an

Digitized by Google

an habuerit complacentiam quod alij deſiderauerint eam ad finem peccandi, &c. & quia non potuit haberi certus numerus, confeſſarius probabiliter iudicauit medijs ſupradictis interrogationibus, ſtatim potuiſſe abſoluere dictam meretricem abſq; præuio examine, quia interrogationes confeſſarij cum tali diligentia factæ æquiualebant magno examini pænitentis ignari, ac rudis ac proindè, cùm nemo ſit obligatus ad opus inutile, probabiliter iudicauit confeſſarius non eſſe opus imponere onus pænitenti, vt præmitteret aliquam diligentiam pro examine ſuæ conſcientiæ ſuppoſito, quod pænitens non potuiſſet aperire certum, vel veriſimilem numerum ſuorum peccatorum; vltra has interrogationes factas à confeſſario; fuit interrogatus pœnitens, an habuerit aliquid amplius quod ſuam cõſcientiam onoraret, & ipſe reſpondit quod non & quod non eſt veriſimile, vt poſt aliquod examen aliorum peccatorum recordaretur. quod ſatis mihi probabiliter operatus eſt confeſſarius impendendo ei ſtatim abſolutionem, abſq; alio præuio examine; cum dictum ſit ſupra nemo tenetur ad opus inutile, vt eſt commune axioma. hæc doctrina non eſt ab omnibus ſequenda, ſed à doctiſsimo, & expertiſsimo confeſſario. Secus mihi dicendum eſt quando pænitens non remaneret ſatisfactus medijs interrogationibus confeſſarij de ſua conſcientia, & ſperat aliquid amplius recordari peccatorum ſi præmitteret examen, nempè tunc non poſſe licitè confeſſarium abſoluere pænitentem ſtatim ſine iuſta cauſa.

Dixi ſine iuſta cauſa, nam ſi intercederet iuſta cauſa, vt dixi cum *DD. à me cit in praxi f. l. 194.* tunc eſſet abſoluendus, & examinandus meliori modo quo poteſt, puta ſi eſſet periculum mortis, aut aliud graue damnum ſecuturum, vel ſumenda eſt Euchariſtia, quæ differri non poteſt ſine ſcandalo.

QVÆRITVR CCXXVII.

Fuit dubitatum à quodam viro docto, an teneatur pænitens explicare numerum peccatorum in confeſſione quando eius confeſſio eſt paucorum dierum.

RESpondetur regulariter teneri explicare certum numerum peccatorum, vel veriſimilem plus, vel minus, quando eius confeſſio eſt paucorum dierum. Sed accidere poteſt caſus quod moraliter non poſsit pænitens explicare numerum etiam ſi eius confeſsio ſit vnius diei. puta quando quis per ſpatium multarum horarum lapſus eſt in peccata interna non in ordine ad opus externũ, vt patet ex doctrina *Suarez citat. à me in 1. tom. Miſcellan. fol. 6 q 230. §. ſed difficultas*, nam tunc cùm multiplicentur peccata per voluntariam ceſſationem ab actu, quoties redit, & ceſſat ab actu, toties multiplicantur peccata, vt patet in delectationibus internis moroſis in partibus ſenſitiuis, & quia poſſunt eſſe continuæ eiuſmodi delectationes, & ceſſationes ab ipſa delectatione, vt moraliter poſt diligens examen agnoſci non poſsit numerus peccatorum à pænitente, ac proindè in ordine ad confeſsionem ſatis eſt, vt confiteantur per modum vnius moræ in peccando, ſeu per modum vnius confuſæ multitudinis in illa mora incluſæ; quæ neq; aliter ab homine fieri ſolet, neq; aliter ab homine cognoſci, atq; explicari; ita affirmat communis Theologorum ſententia, teſte *Suarez tom. 4 3 par. diſp. 22 ſect. 5.* & ratio eſt quia præcepta Dei non obligant ad moraliter impoſsibilia, ergo ſi pænitens aliter explicare non poteſt numerus, ſatis eſt explicare tempus in quo fuit lapſus in talia peccata, & parum refert quod paucum tempus, vel longum interceſsit inter vnam confeſſionem, & aliam adhoc, vt eximatur ab onere explicandi certum, vel veriſimilem numerum.

Probatur, nam ſi ex confeſsione multorũ annorum poteſt moraliter pænitens explicare certum, vel veriſimilem numerum, vtiq; pænitens illum tenetur explicare, ergo tota deobligatio explicãdi certum numerum oritur ex morali impoſsibilitate, quæ frequenter accidit in confeſsione multorum annorum, ergo ſi eadem impoſsibilitas moralis circa explicationem numeri peccatorum in confeſsione paucorum dierum reperitur, vtiq; non erit obligatio explicandi certum numerum, ſed tantum obligabitur explicare tempus in quo fuit lapſus in tale peccatum.

Digitized by Google

QVÆRITVR CCXXVIII.

An confeſſarius poſſit imponere pænitentiam, vt quis tali die non recipiat Euchariſtiam, etiam ſi non habeat conſcientiam peccati mortalis.

RESpondetur ex *D. Ambroſio lib. 2. de pænit. cap. 9. relato in cap. ſunt qui q. 3. negatiuè, nempè non poſſe imponi eiuſmodi pænitentiam. Sic eſt affatus: ſunt qui arbitrentur hoc eſſe pænitentiam, ſi abſtineant à Sacramentis cœleſtibus. hi ſauiores in ſe iudices ſunt, qui pœnam præſcribunt ſibi, & declinant remedium quos, vel pœnam ſuam conueniebat dolerè quia cœleſti fraudarentur gratia.*

Ratio eſt, quia ceſſatio ab actu virtutis nō poteſt eſſe obiectum pænitentiæ. vt *Fuſius* diſputat *Sancius correptus in ſelectis diſp. 12.* ſed non communicare eſt ceſſare ab actu virtutis ergo. quam ſententiā ſequor, quando apparet emendatio pænitentis, nam aliàs ſumere Euchariſtiā generaret ſcandalum, puta quando meretrix exiſtens in lupanari abſq; cauſa iuſta, & induta habitu meretricio accederet ad communionem, nondum viciniæ manifeſtata ſua pænitentia.

SED

Difficultas eſt an pænitens, poſtquam acceptauit pænitentiam non ſumendi Euchariſtiam, teneatur eam obſeruare?

REſpondetur certum eſt, non teneri acceptare eiuſmodi pænitentiam, & teneri confeſſarium aliam dare, ſed ſi eam acceptauit, putans ſe teneri, dico, ſaluo meliori iudicio, cùm non inuenerim apud *DD.* quod non tenetur adimplere pænitens, hanc pænitentiam, nimirum ceſſare à communione, & ratio mihi eſt, quia non eſt actus virtutis licèt contineat in ſe actum obedientiæ confeſſario, cùm ſit impeditiuum maioris boni, nempè fructus, ac augmētum gratiæ, quod prouenitur ex perceptione huius Sacramenti, nec non acquiritur robur ad reſiſtendum tētationibus Diaboli, & ad ſedandum fomitem, cùm ſit hoc Sacramentum vinum germinans Virgines. Zac. 9.

Probatur præterea, ſi confeſſarius ex malitia, vel ignorantia imponeret pænitēti onus ſatisfaciendi pænitentiæ quę eſt in ſe mala, ſaltem venialiter, vel poneret illum in occaſione proxima peccati mortalis, vtiq; pænitens ſi ex ignorantia acceptauit hanc pænitentiam, non teneretur adimplere, ergo idem dicendum eſt, quando pænitentia impoſita à confeſſario eſt impeditiua maioris boni, non tenetur pænitens eam adimplere. puta quando pænitens ſinè conſciētia peccati mortalis, & deuotus accedit ad communionem Sacramentalem, arbitror verò ad hoc, vt Sacramentum fiat integrum, in alia confeſsione non iterata confeſsione, ſed intra Sacramentum, ac nouam confeſsionem debere pænitētem petere commutationem talis pænitentiæ. vt docui *in praxi confeſſiorum fol. 2. edit. fol. 133 vbi dixi cum DD. à me citat.* poſſe ex iuſta cauſa commutari pænitentiam ab alio confeſſore impoſitam, dummodo fiat intra Sacramentalem confeſsionem; & habeat æqualem poteſtatem, ſicut habuit prior confeſſarius qui primam pænitentiam impoſuit.

QVÆRITVR CCXXIX.

Quando debet conſulere confeſſarius pænitētem, vt non communicet? quando commiſit peccatum luxuriæ, vel pollutionis inuoluntariæ.

REſpondetur ex *DD.* quos citat, & ſequitur *Filiuccius tom. 1. tract. 4. cap. 8. num. 231.* quinq; regulas ait, ſeruari poſſe; prima quando effectus coniunctus eſt cum peccato mortali præcedēte iam commiſſo, conſultiſsimum eſt abſtinere, quando cum veniali, conſiliū bonum, quando cum nullo ferè liberū, præcipuè ſi curet quantum in ſe eſt deuotè, & reuerenter accedere.

Secunda, quando oritur ex actu coniugali, ſi fuit ex nimia concupiſcentia carnis, & voluptate, conſultiſsimum eſt abſtinere, quia ſignum animi parum diſpoſiti eſt ad res diuinas tractandas; ſi ex pura intentione prolis, conſilium bonum eſt; ſi cum bona intentione, reddendo tantum debitum, non petendo, tunc liberum eſt facere, quod quis velit.

Tertia, quando cauſa licèt venialis ex negligentia magis impedit, quando merè naturalis minus; quando ex Dæmonis illuſione, contemnenda. cuius ſignum erit, ſi eo præſertim die accidat, quo conſuetudo eſſet communicandi.

Quar-

Digitized by Google

Quarta, quãdo ſubeſt aliqua cauſa cõmunicandi, pro grauitate eius erit iudicãdum. Nam propter maius bonum poterunt illa permicti. maius autem bonum cenſetur neceſsitas aliqua ſpiritualis, vel corporalis, conſuetudo diei feſti, obligatio Regulæ, vel obſeruantia potius, periculum leuis ſcandali, vel admirationis, ſpiritualis vtilitas propria, vel aliorum, & alia huiuſmodi.

Quinta qualitas perſonę etiam conſideranda eſt. Nam ſacerdos præcipuè Regularis, vel Parochus, cuius ſacrũ quotidiè à multis ſolet exaudiri. item vir ſpiritualis, qui rerum ſpiritualiũ vſum habet, & ſcit excutere huiuſmodi mentis euagationem, faciliùs cum huiuſmodi poterit diſpenſari, difficiliùs cum homine rudi, vulgari non exercitato in ſpiritualibus bellis.

Addit *Sancius in ſelectis correptus diſp.* 23. *num.* 26. §. *vlterius*. quod ſi quis habuit concubitum illicitum, aut pollutionem voluntariam ex qua haberet mentem vagam facere debet quantum in ſe eſt ad reddendam mentem quietem, & dolere de cauſa data non ſolum quia concubitus fuit offenſa Dei contra caſtitatem, ſed etiam quia eſt cauſa diſtractionis, quæ impedit ſub veniali ſumere Euchariſtiam, & ſi de facto mens maneat vaga non erit contra conſilium communicare: non. n. tunc diſtractio eſt peccatum, ſed effectus peccati, qui non impedit, neq; etiam ſub conſilio ſuſcipere Euchariſtiam. ita *Azor.* & alij apud ipſum *tom. lib.* 10 *cap.* 31. *q.* 13.

Addit præterea idem *Sancius num.* 30. hęc verba audiui à fide digno, & virtuoſo, & docto Theologo, quod quidam confeſſarius cùm nõ poſſet ad emendationẽ reducere pænitentem crebrò ſe polluẽtem voluntariè, conſuluit ei, quem dolentem videbat, ipſo die habita pollutionis ſuſcipere Euchariſtiam, vt impetraret à Deo caſtitatem, & ab illo die tali labe non fuit coninquinatus.

Vnde aiunt *DD.* teſte *Filiuccio tom.* 1. *trac.* 4. *cap.* 8. *num.* 224. quod licet multi *DD.* doceant quod qui confeſſus eſt per ſe poteſt communicare eo die quo peccauit mortaliter ſecluſo ſcandalo, ſed melius eſt abſtinere per diem, ſed alij *DD.* oppoſitum docent quos citat *Filiuccius loc. cit.* quia per pænitentiam aufertur omnis indecentia, ac proindè bonum conſilium eſt perſuadere pænitenti, vt eo die quo peccauit mortaliter, præuia confeſsione, ſumat Euchariſtiam.

Confeſſarij deniq; debent perſuadere pænitentibus, vt ſeſæpius communicent non ſolum quando vitam agunt ſpiritualem non incidendo in mortale, ſed etiam quando labuntur, & reſurgunt per pænitentiam, nam hoc Sacramentũ dat fortitudinem ad vincendas tentationes; Vnde *Bloſius ait tractat. de vita ſpirituali cap.* 6. dicit quod licèt ſit laudabile abſtinere aliquoties ab Euchariſtiæ ſumptione ob timorem ſeu reuerẽtiam, longè tamen laudabilius eſt ob amorem, & Dei gloriam pluries illam ſumere, & recordari debent *confeſſarij illius dicti Eccleſiaſtici* 34. *panis egentium, vita pauperum eſt; qui defraudant illum, homo ſanguinis eſt*.

Sed mihi videtur dicendum, & credo eſſe praxim omnium confeſſariorum, quod regulariter magnis peccatoribus non conſulendum eſt, vt ſtatim ſuſcipiant Euchariſtiam, ſed vt ſe præparent, ac magis diſponant ad ſuſcipiendum illud tam Sacramentum. dixi regulariter, nam ſi apparet in eis magna pænitudo peccatorum, ac magnum deſiderium communicandi, ſecluſo ſcandalo, ideſt cognita eius emendatione apud viciniam, tunc conſilium bonum eſt, ſi ſtatim offeratur tale Sacramentum. Si adhuc perſeuerat apud viciniam mala fama pænitentis, & non conſtat eius emendatio, tunc debet confeſſarius cõſulere pænitentem, vt in alio loco vbi non eſt diffamatus communicet.

Addo præterea quod laicis, qui vitam nõ ſpiritualem agunt, & ſunt immerſi in negotijs temporalibus qui quotidiè multa commictant peccata venialia, & adhuc perſeuerat talis occaſio non eſt conſulendum, vt quotidiè communicent ob reuerentiam tanti Sacramenti.

QVÆRITVR CCXXX.

Confeſſarius largitus eſt multa munera pænitenti, intuitu eleemoſynæ, at nullo malo fine, deinde eam ſollicitat in actu confeſſionis, an teneatur pænitens dictum confeſſarium à quo recepit munera reuelare?

RESpondet *Sancius in ſelectis correptus diſp.* 11. *num.* 55. *verbo Nec denunciandi* negatiuè, & rationem affert quia eſt inhumanum fœminam obligare ad denunciandum ſuum, maximè benefactorem

ctorem,& extendit hanc doctrinam etiã ad magnum amicum, nempè non teneri fæminam denunciare ſollicitantem confeſſarium, ſi per prius erat illi maximè amicus ſine malo.

Sed pace tanti viri hæc opinio non mihi irridet, nec eſt mihi probabilis,& iudico eſſe temerariam, ac ſcandaloſam cõtra bonum publicum totius chriſtianitatis.& ratio mihi eſt licèt obligatio ex gratitudine oriatur ex lege naturali,tamen obligatio reuelationis confeſſarij qui ſollicitauit pænitentem in actu cõfeſsionis, non ſolum oritur ex lege poſitiua humana,ſed etiam oritur ex lege naturali Superioris ordinis, quàm ex gratitudine; nam reuelatio confeſſarij ſollicitantis ad tribunal Sancti officij tendit primariò ad abolitionem peccati præteriti,& futuri,& ad conſeruandũ bonum totius Reipublicæ Chriſtianæ, & vt detereant alij confeſſores, ne incidant in tale peccatum.

Confirmatur magis creatura tenetur ſeruire Deo ex infinitis titulis, & præcipuè ex gratitudine beneficij creationis,conſeruationis Redemptionis,& cæt.quam benefactori maximo,aut magno amico: reuelatio autem confeſſarij, cùm tendat ad deſtructionem peccati, eſt in honorem Dei,non reuelare,eſt in fauorem creaturæ, ſed inter creatorem, & creaturam nulla datur comparatio,ergo.

QVÆRITVR CCXXXI.

An lex non acceptato ab aliqua communitate obliget?

Respondetur ex communiſsima *DD.* ſententia, teſte *Bonacina tom.2.diſp.1.q.5.par.4.num.27* non obligare, quando non eſt acceptata à cõmunitate, vel à maiori parte communitatis. Vnde docent *DD.* quod vbi non eſt acceptatum Tridentinum, eſt validum matrimonium ſine Parocho, & teſtibus, quia leges ſub hac conditione feruntur, & hoc eſt verum etiam in lege à Summo Pontifice condita,nempè ita ferri ſi à populo acceptetur ita *Azor.cum cõm. DD.*ſententia docet *tom 1. lib.5. cap.4. q.1.*

SED PETES I.

Vtrum lex condita à legitimo Superiore cum intentione obligandi populum, etiam ſi legem non acceptet valida ſit, & obligationem inducat populo ipſam non acceptante?

Respondetur,ſatis mihi certum eſſe de lege condita à Summo Pontifice, nempè poſſe ferri ab ipſo ſine acceptatione populi quia Summus Pontifex nõ à populo accipit poteſtatem,ſed à Deo, *quia Chriſtus, cui Pontifex ſuccedit dixit, quodcunque ligaueris,&c. & paſce oues meas.* ita *Azor.loc.cit. & DD.cit. à Merolla de legibus d.4. c.4.* idem dicendum eſt de Epiſcopis, nam licèt in illis poteſtas condendi leges ſit à Papa à quo dari poteſt cum limitatione, & ſub prędicta conditione ſi acceptetur, tamen ita non eſt admictenda,neq; præſumenda, niſi de illa conſtiterit. Sed nullibi habetur Pontifices dediſſe hanc poteſtatem Epiſcopis cum prædicta limitatione.

De Principe Laico qui poteſtatem condẽdi legem habet à populo ſunt *DD.* qui docent, teſte *Bonacina loc.cit.* non poſſe ferre legem Principem independenter ab acceptatione. Sed probabilius cum multis *DD. à ſe cit.* docet etiam Principem Laicum poſſe condere legem independentem ab acceptatione populi; aliàs populus haberet maiorem poteſtatem, quàm Princeps quia poſſet poteſtatem Principis impedire.

Debet verò conſtare; vel ex coniecturis colligi, velle Superiorem independenter ab acceptatione obligare. ita *Bonac. loc.cit.*

PETES II.

Quid nomine communitatis intelligatur,quãdo dicitur legem debere à tota communitate, vel à maiori parte communitatis acceptare?

Respondetur ex communi *DD.*ſentẽtia teſte *Bonacina tom.1. q.1. par.4. num.33.* intelligi non ſolum communitatem vniuerſalem complectentem plures communitates, ad quas lex fertur, verum etiam intelligi communitatem particularem. Quamobrem ſi Imperator ferat leges vſq; ad omnes prouincias imperio ſubiectos ad legis obſerua-

uationem reſpectu omnium communitatum inducendum, non ſufficit legere acceptari à maiori parte communitatis generaliter ſumptæ, ſed neceſſe eſt, vt acceptetur à maiori parte vnius communitatis, altera communitate eam non acceptante obligabit illam tantùmodo communitatem à qua acceptatur.

HINC

COlligit *Pelliʒarius tract. de monialibus fol.* 256 monaſterium monialiũ facere diſtinctam communitatem ab alio monaſterio eiuſdem diœceſis, & non communicare vnum cum alio, adducit pro ſe *Bonacin. loc. cit. & alios DD. citat. ab eodem Bonacina.*

Plus addit Caramuel Epiſcopus Hiſpalenſis in Theologia Regulari hoc eſt in *SS. Baſil. Auguſt. Benedicti, ac Franciſci Regulas diſp.* 52. *reſol.* 6. *num.* 744. vbi hęc formalia verba ait. Vtrum lex illa obliget ſi maior pars communitatis illam acceptauerit; Reſpondeo tunc obligari totam communitatem, & tam acceptãtes, quàm non acceptantes poſſe cogi in communi ad obſeruationem legis taliter acceptatæ. Addo ſi aliquis ex non acceptantibus frangeret hanc legem in particulari, ſecluſo ſcandalo non peccaret. Ratio quia acceptauit legem in communi non in particulari. adhoc.n. ſufficit quod eam recipiant plures, ad illud opus eſt, vt ab ipſomet indiuiduo recipiatur. huc vſq; Caramuel. Sed hæc doctrina non ſolum eſt temeraria, cum ſit contra omnium *DD.* ſententiam, ſed etiam eſt ſcandaloſa, cùm ſit contra bonum vniuerſale totius Reipublicæ, ac cõtra rectam rationem quæ dictat quod maior pars trahit ad ſe maiorem partem, & pars debet ſe conformare toti, cuius eſt pars.

Probatur ab abſurdo nam facilè omnes leges Pontificiæ non obligarent quemlibet hominem, & ſic quis poſſet eſſe exemptus ab obſeruatione cuiuslibet legis Pontificiæ, & ciuilis, & humanæ non acceptando nullam legem, quod abſurdiſsimum eſt hoc aſſerere.

PETES III.

An qui in principio non acceptant legem peccent mortaliter?

REſpondetur ex communi *DD.* ſententia, teſte *Suareʒ de legibus lib.* 3. *cap.* 19. *num* 10 & 11. peccare mortaliter primos homines qui non acceptauerunt legem, ſed ſi de facto à maiori parte non ſeruetur, tunc alij ſine peccato maiori parti conformari poſſunt, & excuſari, licèt fortè lex non dum plenè renocata ſit.

Sed *Bonacina tract de legibus diſp.* 1. *q.* 1. *punct.* 4 *num* 39. ſic dicit, vel legiſlator intendit obligare independenter ab acceptatione, vel dependenter. Si indepẽdenter ab acceptatione intendit obligare, quod debet explicare, vt ſupra dictum eſt, cenſeo ſubditos peccare non acceptando, quia faciunt contra Superioris voluntatem obligantis ad legem acceptandam Si verò intendit obligare dependenter ab acceptatione, non videntur peccare, quia non dum purificata eſt conditio ſub qua legiſlator intendit obligare.

Megala, & Ludouicus Monteſinus, teſte *Diana par.* 5. *tract.* 10. *reſol.* 8. ſimpliciter docent ſimpliciter non peccare quando ſubditi à principio non acceptant legẽ, dummodo parati ſint animo obedire, & recipere, vt obligatoriam, ſi legiſlator aliter tolerare noluerit, & dummodo ex tali non receptione non ſequatur contemptus, aut vilipendium Sanctionum, vel legum, ſed *Diana* oppoſitum docet.

Suareʒ de legibus lib. 3. *cap.* 19. *num.* 12. ſic ait, quando lex eſt dura, & grauis, & talis communiter à populo, ſeu Republica indicetur: tunc n. veriſimiliter videtur non obligare populum ad acceptãdum, nec peccare eos qui incipiunt non ſeruare legem; quia tunc veriſimiliter præſumitur, non eſſe latam legem illam à Principe cum intentione abſolutè obligandi, ſed ſolum experiendi, quomodo talis lex à populo recipiatur, vel certè vnuſquiſq; poterit licitè expectare, in quam partem communitas populi inclinet, & interim non ſeruare legẽ. hoc eſt probabile dicit *Suareʒ*. Sed oppoſitum ſequitur, nempè peccare eos, qui in principio non ſeruant legem.

QVÆRITVR CCXXXII.

Quis vouet hoc modo ſi non pecco mortaliter per annum ſe elargiri pauperibus centum ducatos, an teneatur ad votum, ſi ex eius culpa non adimpletur conditio?

RESpondet *Azor.lib.11.cap.20.q.vltima* hunc obligari voto, quando ſciẽter, & ſua ſpontè, ſe in peccatum præcipitat, aut periculis objicit, aut peccati occaſiones quærit, ſecus quando ex negligentia: alij verò *DD.* docent teſte *S. Fauſt. de tribus votis lib.1.q.229 num.3.* hunc tunc ſolum teneri votum adimplere quando data opera, vt voti obligationem effugeret, in illud peccatum præcipitaret.

Suarez verò *tom.2. de Relig. lib.4.cap.17. num.20.vſq; ad num.24.* docet quacunq; ratione; malitia, vel praua intentione non abſtineat, licèt fortè peccet contra votum, poſtea non teneri adimplere votum, quia conditio non fuit impleta. hanc opinionem ſequitur *S. Fauſt.* & dicit eſſe probabiliorem.

QVÆRITVR CCXXXIII.

Quædam fæmina vouit decem miſſas ſi in poſterum ſuus vir perpetuò ſe abſtinebit à ludo, ne ſua bona diſſiparet in detrimentum familiæ, ac filiorũ, an teneatur ſtatim adimplere votum, ſi per aliquot dies non ludet?

RESpondeo ex *Maſcardo concluſ.600. num.14. Alciat.reg 2.præſumpt.7. Farinac.in praxi q.23 num.26. & deciſ.51. num.10.* vbi agit de ſuſpecto de hæreſi, quod tres anni exiguntur ad emendationem præſumendam. Sed alij *DD.* teſte *Trimarca tract. de ſollicitat. ſect.5. nu. 26.* putant remittendum eſſe arbitrio boni viri, qui ſpectata qualitate perſonarum, totum iudicabit cum prudentia, ac proindè colligo ex ſupradicta doctrina, quod non ſtatim ſupradicta fæmina tenetur adimplere votum, ſed quando moraliter non dubitat de reincidentia.

Sed ſi votum eſt continuatum, nempè adimpletio eius, puta quotidiana recitatio Coronæ Beatæ Virginis, & poſt diuturnam abſtinentiam à ludo, iterùm vir eius labitur in hoc vitium; tunc arbitror ceſſare obligationem recitandi coronam. hunc caſum non inueni apud *DD.* idcirco doctiori iudicio me ſubijcio; ſed ſatis mihi probabile videtur eſſe, vt colligo ex doctrina *Maſcardi*, & aliorum *DD. à me cit. de voto conditionato.*

QVÆRIRVR CCXXXIV.

Quidam confeſſarius intra confeſſionarium rem habuit cum quadam fæmina nec ſimulauit confeſſionem, ſed tantum inducit eam ad ſecum peccandum intra illum locum, an teneatur fæmina reuelare dictum confeſſarium Sancto officio; ratio dubitandi eſt, tum quia confeſſarius non ſimulauit confeſſionem, ſed tantum induxit fæminam ad ſecum peccandum, tum quia nemo tenetur detegere ſuam turpitudinem, & oppoſitum eſt contra ius naturale, tum quia eſt cautum in Bulla Gregor.15. contra ſollicitantes vbi præcipit, vt conſenſus mulieris fæminæ ſollicitatæ non ſcribatur, quando fit denunciatio.

RESpondetur teneri fœminam reuelare dictum confeſſarium cum quo peccauit intra confeſsionarium, tacito eius conſenſu, ac peccato, ſed poteſt denunciare hoc modo, tales confeſſarius dum ipſe commorabatur ſedens in confeſsionario oſtendit mihi virilia, vel actus obſcenos voluit intra illum locum mecum exercere; ratio mihi eſt, quia hic modus reuelandi nullo pacto indicat conſenſum, vel peccatum mulieris, ac proindè mihi videtur, vt talis fœmina non poſsit excuſari à reuelatione. & licèt confeſſarius non ſimulauerit confeſsionem, tamen ſic definiuit congregatio Sancti officij habita die decima Iulij 16 4. teſte *Freita, & Diana par.4.tract.5.reſol.28.* vbi declarauit Sacra Congregatio quod ſi tractant confeſſarij in confeſsionali extra confeſsionem, cum mulieribus de rebus obſcenis, eſt caſus pertinens ad S. officium, ac proindè poteſt procedere dictum ſanctum officium contra dictum confeſſarium.

QVÆRITVR CCXXXV.

Quid ſit conſuetudo.

RESpondetur ex *Iſidoro lib.2.origin.cap. 10. & lib 5. cap.3.* & alijs quod conſuetudo eſt ius quoddam moribus inſtitutum quod pro lege ſuſcipitur, cùm deficit lex.

SED

Digitized by Google

SED PETES I.

Quotuplex eſt conſuetudo.

RESpondetur ex canoniſtis in *cap. vlt. de conſuetudine*, quod conſuetudo diuiditur in eam quæ eſt ſecundum legem, præter legem, & contra legem.

Conſuetudo quæ eſt ſecundum legem non inducit nouum ius, ſed habere poteſt aliquos effectus circa legem præexiſtentem in ordine ad perſeuerantiam illius, & effectus ſubſequentes.

Primus effectus huius conſuetudinis eſt confirmare legem non per ſe, ſed remouendo prohibens, ſcilicèt contrariam conſuetudinem, & abrogationem; ita *Gratian. in* §. *leges*.

Secundus effectus eſt interpetrari legem, quia conſuetudo iudicat quo ſenſu fuerit lex in principio lata & recepta. ita colligitur *ex cap. cùm dilectus de conſuetud. & l ſi de interpetrat ff. de legibus*.

Diuiditur prætereà conſuetudo in rationabilem, & irrationabilem. conſuetudo irrationabilis non inducit obligationem. vt omnes *DD.* docent.

PETES II.

Quando dicatur conſuetudo irrationabilis, & rationabilis.

REſpondetur ſatis certum eſt illam vocari conſuetudinem irrationabilem, quæ eſt contra legem diuinam naturalem, vel diuinam directè, vel indirectè: ita *DD.* communiter apud *Merollam tom. 3. diſp. 5. cap. 2. num. 13.* dicitur etiam conſuetudo irrationabilis, etiam ſi ex obiecto, ſeu materia mala non ſit, vt patet ſi contingat; materiam eius eſſe indecentem, vel habere aliquid periculi, vel incommodi ſi publicè, & communiter introducatur. vt patet de conſuetudine audiendi miſſam quotidie à toto populo obſeruata, quæ honeſtiſsima eſt: at ſi fieret animo inducendi ius, quo ad id imprudenter fieret, ac ſubinde irrationabilis, ſub ea ratione dici poſſet. ita doctiſsimus *Merolla loc. cit. nu. 19.*

Idem dicitur de conſuetudine non ſeruandi interdictam generale loci quoad aliquas eius circumſtantias, nempè eſſe irrationabilem. idem dicitur quando cõſuetudo eſt contra decentiam.

Econtrario poſſe eſſe conſuetudinem malum ſaltem in fieri, ſeu in actibus per quos introducitur; quia ſcilicèt prohibiti ſunt lege humana, & nihilominus non eſſe irrationabilem: quia ſecluſa lege humana, materia illa non eſt omnino inepta ad conſuetudinem circa illam inducendam.

Præterea docent *DD.* teſte *Merollæ num. 29.* vt illa cenſeatur conſuetudo irrationabilis quæ fuerit contra libertatem Eccleſiaſticam, vel quæ licentiam, vel occaſionem peccandi aliquo modo præbuerit, vel communi vtilitati ſit pernicioſa, vel alium ſimilem conditionem habuerit.

Conſuetudo verò rationabilis eſt de re honeſta, & vtili Reipublicæ. ratio eſt, quia ſicut lex non poteſt eſſe niſi de re honeſta, ita & conſuetudo quæ altera lex eſt.

PETES III.

An lex humana interdum prohibeat conſuetudinem.

REſpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *Merolla loc. cit. num. 33.* legẽ humanam quandoq; abrogare conſuetudinem, interdum etiam prohibere, aliquando vero reprobare.

Quod attinet ad abrogationem quaſi innumeri *DD.* apud eundem *Merollam num. 37.* docent, non ſolum præexiſtentem conſuetudinem, ſed etiam futuram abrogare quando *in lege dicuntur hæc formalia verba, Non obſtante contraria conſuetudine.*

Scio verò multos *DD.* docere, hæc verba non extendi ad futura, ſed ſolum ad præexiſtentem conſuetudinem. Sed vnũ aduerto quod pura abrogatio conſuetudinis, non eſt reprobatio conſuetudinis, quia poteſt abrogari conſuetudo non quia irrationabilis, vel iniqua, ſed quia ita placet legiſlatori quoniam iudicat ita nunc expedire, vt docet *Couar.* quem citat, & ſequitur *Merolla loc. cit. num. 38.* quod eſt verum quando lex abrogat conſuetudinem ſine alia declaratione.

Idem dicitur quando lex prohibet conſuetudinem in contrarium, nempè, etiã extendi ad futurum. tunc dicitur lex prohibere conſuetudinem quando expreſsè vetat, ne contra talem legem conſuetudo aliqua introduci permittatur, vel quando iubet ne inducatur, &c.

Aa Quan-

Digitized by Google

Quando verò lex prohibet conſuetudinē ſimpliciter, non dicitur reprobare conſuetudinem, vt patet ex ſupradictis, & docent *DD.* teſte *Merolla num.42.*

Quod attinet ad conſuetudinem in iure reprobatam, talis reprobatio non ſolum extenditur ad tempus præſens, ſed etiā ad tempus futurum, ſtantibus eiſdem circumſtantijs. ita *DD.* teſte *Merolla num.43.*

Tunc dicitur conſuetudo reprobata à iure quando non ſolum abrogatur à iure, vel prohibetur, ſed etiam per expreſſa verba ſiue in actu ſignato, ſiuè in actu exercitu irrationabilis declaretur: quod varijs modis, ac verbis fieri ſolet à iure, vt patet *ex cap. vnico de cleric. non reſidente in 6.* per illa verba conſuetudinem illam penitus improbantes, & *in cap.2. de probat.* Talem conſuetudinem reprobamus.

Quædam conſuetudo irritatur eo quod ex illa diſrumperetur neruus Eccleſiaſticæ diſciplinæ, vt patet *ex cap. cùm inter de conſuetud.*

PETES IV.

An conſuetudo poſſit abrogare legem prohibentem conſuetudinem contrariam.

Reſpondetur ex communi *DD.* ſentētia teſte *Diana par 6. reſol.21.* quod ſi lex prohibeat conſuetudinem futuram, præſcribi poſſet conſuetudine, & conſequenter lex abrogari poſſet per conſuetudinem. Si verò lex reprobat conſuetudinem contrariam, quamdiù eædem manent rerum circumſtantiæ, non poteſt conſuetudo abrogare legē, puta ſi conſuetudo ſit contra ius naturale, vel diuinum. Si verò lex reprobat conſuetudinem propter aliquam indecentiam, vel propter plura pericula aut grauiora incommoda communitatis, quæ cum tempore poſſint mutari, poteſt conſuetudo abrogare legem, mutatis circumſtantijs rerum, puta quando ex mutatione rerum conſuetudo eſſet rationabilis, quæ alio tempore erat irrationabilis.

PETES V.

An prior conſuetudo maneat abrogata per legem, ſi in ipſa non afficiatur mentio de conſuetudine in contrarium?

Reſpondetur ſic, aut conſuetudo eſt generalis in tota prouincia, aut Regno, aut eſt ſpecialis alicuius oppidi, aut loci, vel determinati ſtatus perſonarum; ſi conſuetudo eſt generalis, abrogatur per legem ſubſequentem, quāuis illius non fiat mentio. quia præſumitur conſuetudo generalis iure nota à legiſlatore. Si autem eſt conſuetudo ſpecialis, poteſt ignorari in particulari, & præſumitur ignorari ſi eius non fiat mentio in lege ſubſequenti, & ac proindè non abrogatur per legem ſubſequētem. ita *Monteſinus*, & alij quos tacito nomine citat *Diana par.6.tract.5.de conſuetudine reſol.22.*

PETES VI.

An ſi lex improbat conſuetudinem per verba generalia, non ſolum de conſuetudine præterita ſed etiam de futura intelligatur.

Reſpondetur ex communi *DD.* ſentētia teſte *Diana reſol.23.* improbare etiam conſuetudinem futuram.

PETES VII.

An conſuetudo habeat viram interpetrandi legem.

Reſpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *Diana reſol. 24.* affirmatiuè nempè conſuetudinem eſſe optimam legis interpretem, & Doctores frequenter dicunt legem eſſe interpretrandam iuxta cōſuetudinem loci, etiam ſi oporteat, verba legis minus propriè exponere vide *Gloſſam in cap. nonnulli de reſcript.* hoc intelligitur, niſi aliundè de contrario ſenſu legis conſtaret.

Alio modo poteſt conſuetudo interpretari legem, tanquam ſcilicet cauſa conſurgens ad introducendam, & ſtabiliendum aliquem ſenſum legis, eiuſq; obſeruationem. ita *DD.* apud *Dianam reſol.24.*

Digitized by Google

PETES VIII.

An conſuetudo poſſit lege abrogari.

RESpondetur affirmatiuè, dummodo lex clarè, & ex *Diametro* contraria ſit conſuetudini: etiam ſi non addatur in lege clauſula derogatoria ita *Suar. de leg. lib. 7 c. 10. num. 6.* nam ſi conſuetudo ſtare ſimul poteſt cum lege, etiam ſi verba legis eſſent reſtringenda, conſuetudo eſt obſeruanda, vt patet ex *cap. 1. de conſtit. & ex cap. cum conſuet.* nam iuris correptio vitanda eſt; & conſuetudo legitimè præſcripta eſt quoddam ius.

PETES IX.

An Epiſcopus poſſit in ſua diœceſi tollere conſuetudinem?

REſpondetur affirmatiuè, quia ſicut poteſt reuocare ſuam legem ita, & tollere propriam conſuetudinem ſuæ diœceſis. ita *Granado* quem citat, & ſequitur *Diana par. 6. tract. 5. de conſuetudine reſol. 25. §. notandum.*

PETES X.

Quando intelligitur reuocata conſuetudo per legem?

REſpondetur primò ex communi *DD.* ſententia teſte *Suarez l b. 7 cap. 20. num. 7.* quando conſuetudo erat vniuerſalis v. g. totius Eccleſiæ, & lex contraria fertur pro tota Eccleſia, conſuetudinem omnino abrogari per talem legem, etiam ſi clauſulam derogatoriã nõ habeat, & hoc procedit in vnoquoq; Epiſcopatu pro legibus ſynodalibus, & conſuetudinibus generalibus vniuſcuiuſq; diœceſis. idemq; erit in legibus Ciuilibus ſingulorum Regnorum comparatis ad conſuetudines vniuerſales vniuſcuiuſq. Regni.

Reſpondetur ſecundò ex communi *DD.* ſententia teſte *Suarez loc. cit. num. 9.* per legem vniuerſalem pro tota Eccleſia, non reuocari conſuetudines particulares diœceſum, aut Ciuitatum, vel prouinciarum, niſi addatur clauſula reuocatoria, Non obſtante, vel in ſpeciali, vel ſaltem in generali. idem dicitur cum proportione applicanda ad leges Regnorum, vel Prouinciarum.

PETES XI.

An credendum ſit Doctori atteſtanti de conſuetudine?

REſpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *Diana loc. cit. reſol. 28.* in foro conſcientiæ poſſe quem ſtare aſſertioni vnius præexcelẽtis Doctoris, quãdo oppoſitum apertè non conſtat. Secus dicendum eſt in foro exteriori.

PETES XII.

An conſuetudo immemorialis cenſeatur derogata per clauſulam generalem reuocantem conſuetudines?

REſpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *Diana reſol. 32* quidquid dicant alij in oppoſitum, negatiuè, nempè non cenſeri reuocatam conſuetudinem immemorabilem: quia pro conſuetudine immemorabili titulus iuſtus præſumitur, & habet vim priuilegij conceſſi à Principe, ac proindè quando à Trid. dicitur non obſtantibus conſuetudinibus in contrarium, non includitur immemorabilis.

Secus quando conſuetudo immemorabilis eſt iniqua, & irrationabilis, nam tunc cenſetur in dictis verbis damnata, & reprobata. ita *DD.* communiter.

PETES XIII.

Quid ſit conſuetudo immemorialis, ſeu immemorabilis?

REſpondetur eſſe illam, cuius initij non extat memoria. ita colligitur ex *DD.*

PETES XIV.

Quomodo præſcriptio immemorabilis probari poteſt.

REſpondetur ex communiſsima *DD.* ſententia teſte *Merolla tom. 3. diſp. 7. num. 268.* probari poſſe per teſtes, qui teſtificentur ſemper ſe id audiuiſſe, vel vidiſſe contrarium, eamq; eſſe, & fuiſſe communem opinionem, & famam ſuorum maiorum, & neq; extare, neq; extitiſſe apud ſuos maiores memoriam

Digitized by Google

de contrario, aut de initio illius poſſeſſionis.

Huiuſmodi teſtes debent eſſe talis ætatis, vt teſtificentur, ſe ſpatio quatraginta annorum id vidiſſe, vel audiuiſſe. vt docent *DD.* teſte eodem *Merolla loc. cit.* vnde inferunt multi *DD.* vt eorum teſtimonium ea de re ſit legitimum, ſint ætatis annorum quinquaginta quatuor quidquid dicat *Molina* in oppoſitum.

PETES XV.

Præſcriptio centenaria quomodo probari poſſit.

Reſpondetur dupliciter probari poſſe. Primò publico inſtrumento ex quo de poſſeſsione à tempore centum annorum, vel ante centum annos comparata conſtet. Secundò teſtibus, ſi illorũ ætas totum illud ſpatium octo, vel decẽ annos excedat, ac ea de re, illi ſufficienter recordentur. ita *Panormi. in cap. cum nobis num. 5. & 6. de præſcript. Couarr.* & alij apud *Merollam loc. cit.*

Non tamen ſatis eſt probatio deponentium de auditu, & fama, vt volebat *Decius quia Gloſſa, & DD. in cap. cum nobis de præſcript.* hanc probationem præſcriptionis centenariæ per auditum, & famam expreſsè reprobant.

PETES XVI.

An præſcriptio temporis, immemorialis ſit maior centenaria.

Reſpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *Merolla loc. cit.* præſcriptionem immemorialem eſſe maiorem centenaria. Vnde probata centenaria poſſeſsione non cenſetur probata immemorialis præſcriptio, ſi de initio centenariæ poſſeſsionis conſtet, nam dictum eſt ſupra, immemorialis præſcriptio eſt illa, cuius initium memoria non extat.

Præterea præſcriptio immemorialis eſt magis in iure priuilegiata, quam centenaria. vnde quando præſumptio iuris eſt in contrarium, in centenaria requiritur titulus, in immemoriali non requiritur titulus; item quando lex derogat cuicunq; cõſuetudini, vel præſcriptioni, non cenſetur derogare immemoriali niſi id exprimat, non autem ſic in præſcriptione centenaria.

Deniq; præſcriptio immemorialis ſemper ſufficit ad præſcribẽdum aduerſus Romanam Eccleſiam, contra quam tempus centum annorum eſt neceſſarium.

Secundum quid poteſt dici maior præſcriptio centenaria, quàm immemorialis, quatenus ſcilicet eſt difficilioris probationis. vt docet *Couarr.*

PETES XVII.

Quanti temporis conſuetudo ad inducendam legem requiritur? & qui actus ſunt neceſſarij.

Reſpondetur primò ex communiſsima *DD.* ſententia, teſte *Merolla tom. 3. diſp. 5. dub. 2. num. 6.* eſſe neceſſarium, & ſufficere tempus decem annorum tam in materia Ciuili, quàm Eccleſiaſtica ad inducendam legem ex conſuetudine. ita *Gloſſa in cap. vltim. de conſuetud. in 6. Felin. in cap. ſtatuimus, & quaſi innumeri alij DD.* ratio eſt, quia talis conſuetudo non eſt contra ius, vt ſupponimus, ſed præter ius, in his quæ non ſunt contra ius, non requiritur maius tempus iure Canonico, quàm Ciuili ad præſcriptionem quam in hac temporis conditione.

Si verò hæc conſuetudo decennalis interrumpitur, etiam vnico actu, non obligat ſi à tota communitate, vel à maiori parte contra conſuetudinem agatur. ita *Panormit. in cap. vlt. de conſuetud. nu. 19. Salas de legibus diſp. 19. ſect. 11. num 39. Reginald. lib. 10. num. 248.* & alij communiter.

Reſpondetur ſecundò ad ſtabiliendam conſuetudinem requiruntur actus voluntarij, non ex errore, & ignorantia, vnde ſi per vim, aut metum grauem populus aliquid faceret etiam per longũ tempus, talis conſuetudo non erit ſufficienter introducta. ita Sacra Rota in vna Giénienſi die 13. Nouembris 1613. coram *Burato par. 1. deciſ. 19 num. 11.* & alij *DD.* quoad errorem ſi inducta eſt conſuetudo celebrandi feſtum talis Sãcti in aliquo oppido, quia exiſtimabat ibi eſſe ſepultum corpus eius, ita vt hæc fuerit adæquata cauſa celebritatis, ſi conſtaret eam fuiſſe deceptionem, quia ibi ſanctus ille ſepultus non erat, ceſſabit conſuetudinis obligatio.

Præterea ad inducendam conſuetudinem non ſolum requiruntur actus continuati, ſed debent etiam procedere ex intentione introducendi obligationem ſub mor-

Digitized by Google

mortali, nam ſi ſolum ex deuotione incæpti, & continuati ſunt; nullam obligationem inducunt, vt patet ex conſuetudine ſalutandi Virginem ad ſignum campanæ noctis, ſumendi aquam benedictam, in ingreſſu Eccleſiæ, cinerum benedictionẽ primo die quatrageſimæ, & ramum in Dominica Palmarum. ita *Suarez lib.7. de legibus cap 14. num.6. Azor.tom.1 lib.1 c 18* & alij.

Idem eſt, ſi ex Vrbanitate, aut liberalitate alicui obſequium, vel beneficium præſtaret populus etiam multo tempore, nempè non inducere obligationem. ita *DD.* communiter affirmant.

SED

Difficultas eſt quomodo cognoſcatur conſuetudinem eſſe introductam cùm animo inducendi obligationem, & quid in dubio.

Reſpondent communiter *DD.* & præcipuè *Suarez de legibus lib.7 c.15.num. 13. & Caſtrus Palao tom 1 tract.3 diſp.3. par 2. § 3. num.15.* quod poteſt cognoſci. primò ſi conſuetudo ſit rei grauis, difficilis, & communiter ſeruata à populo, quia non ſolet populus vniformiter conuenire in his actibus, niſi quando ſe obligatum ſenſit. Secundò ſi viri timorati malè ſentiant de his qui non ſeruant conſuetudinem, vel communiter populus ſcãdalizatur. Tertiò ſi Prælati, & Superiores puniant violantes conſuetudinem. Quartò ſi materia conſuetudinis, & illius obligatio multum conferat Reipublicæ.

In dubio an ſi ſit conſuetudo inducta animo obligandi. cæteris paribus potius eſt inclinandum in eam partem quod conſuetudo ſit deuotionis, vel honeſtatis quam quod ſit iuris, & obligationis, quia generalis eſt regula, quod in dubio nullus præſumitur ſe velle obligare. vt docent communiter *DD.*

PETES XVIII.

An ad ſtabiliendam conſuetudinem requiratur expreſſus, vel ſaltem tacitus Principis conſenſus.

Reſpondent communiter *DD.* & præcipuè *Suarez de legibus lib.7. cap. 13. num.6.* nullum alium conſenſum requiri, præter traditum *in cap. final. de conſuetud. & in l.de quibus, ff. de legibus in quibus.* habetur conſuetudinem rationabilem, & legitimè præſcriptum legi derogare poſſe, & proindè conſuetudinem legitimè præſcriptam inducere legem ſiuè ſæcularem, ſiuè Eccleſiaſticã, ſine perſonali conſenſu Principis, aut Papæ, & ſufficere conſenſum qui per ipſum ius datur, quia per ius Princeps cenſetur continuo loqui. ſcio verò alios *DD.* docere ad introducendam conſuetudinem requiri conſenſum Principis, & præcipuè ad inducendam conſuetudinem abrogantem legem canonicam quam ſententiam ego etiam amplector. Sufficit verò conſenſus tacitus Papæ ad abrogandum legem canonicam vigore conſuetudinis. eſt autem conſenſus tacitus permiſſio quia ſcilicet ſcit quod agitur, & non reprimit, ſed fieri patitur.

PETES XIX.

Quantum tempus neceſſarium ſit, vt conſuetudo dicatur præſcripta ad effectum abrogandi legem.

Reſpondent communiter *DD.* idem tempus ſufficere ad legem ciuilem abrogandum, quod ad introducendam hoc autem eſt decennium, vt ſupra dictum eſt. ergo.

SED

Difficultas eſt quoad legem canonicam, ſeu Eccleſiaſticam, ſcilicet quantum tempus requiratur.

Reſpondetur ex communiſſima *DD.* ſententia in legibus Eccleſiaſticis, requiri tempus quadraginta annorum, vt conſuetudo contra illas cenſeatur præſcripta, & conſequenter eas abroget. & hoc eſt verum vt obſeruat *Merolla tom.3. diſp.5. c.4. num.71.* etiam quoad leges Epiſcoporum, nempè eſſe neceſſarium tempus quatraginta annorum ad eas abrogandas vigore conſuetudinis.

Scio verò alios *DD.* docere ſufficere decem annos ad abrogandam etiam legẽ canonicam ex vi conſuetudinis. vt præcipuè ait *Caſtrus, tom.1. diſp.3 tract.3. punct.2. §.2. num.9.* ſed vt benè ait *Merolla loc.cit.* quod licèt in iure canonico non ſit cautum quod tempus ſit neceſſarium adhoc, vt conſuetudo poſſit abroga-

rogare leges canonicas, tamen conſuetudine introductum eſt, non abrogari leges eccleſiaſticas ex vi conſuetudinis, niſi ſpatio quatraginta annorum.

PETES XX.

Vtrum aliquando conſuetudo non præſcripta, poſſit ſufficere ad effectum reuocandi legem, ſaltem interueniente ſcientia Principis?

RESpondetur affirmatiuè, nempè poſſe reuocari legem ex vi conſuetudinis, etiam ſi non ſit præſcripta, & etiam ſi antea recepta fuerit, & vt dicatur eſſe conſuetudo contraria, ſufficit bis, aut ter contra actum eſſe. ita *DD.* teſte *Leſſio lib. 2. cap. 6. dub. 14. nu. 46. in fine.*

PETES XXI.

Quinam poſſint conſuetudinem introducere?

RESpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *Diana par. 6. tract. 5. reſol. 14.* eſſe opus, vt à maiori parte communitatis introducatur.

SED

Difficultas eſt, an mulieres poſſint introducere conſuetudinem?

RESpondetur ex *DD.* quos citat *Diana 6. part. tract. 5. reſol. 15.* negatiuè, nempè non poſſe introducere conſuetudinem. idem dicitur de pueris ebrijs, & amentibus.

Sed Pater *Diana* cum *Monteſino ab ipſo cit.* putat quod ſi in aliquo loco, puta conſeruatorio mulierum, vel conuentu monialium eſſet conſuetudo, quod mulieres audirent Sacrum in Sabbatho, vel ieiunarent feria ſexta in honorem paſſionis, hæc conſuetudo ligaret tantum fœminas ad eius obſeruationem. prius docuit *Suarez de legibus lib. 7. ca. 9. num. 8.* & citat *Bart. in l. quib.*

PETES XXII.

An non vſus poſſit introducere conſuetudinem.

RESpondetur ex *DD.* quos citat, & ſequitur *Diana loc. cit. reſol. 18.* negatiuè, nempè merum non vſum nõ poſſe inferre conſuetudine, quæ vim legis habeat, nec merus non vſus, ſi præciſè non vſus ſit, & non æquiualeat contrario vſui, atq; illum inuoluat, nulla temporis diuturnitate ſufficientem eſſe, vt legi deroget, quia conſuetudo vſus eſt, & in non vſu conſiſtere non poteſt, inuoluit autem non vſus vſum contrarium, quãdo lex præcipit aliquid fieri, puta præceptum affirmatiuum, & præualet non vſus eius. tunc. n. ceſſatio ab opere, & nõ vſus, vſus quidem eſt. hoc intelligitur quando ceſſat vſus præcepti occurrentibus occaſionibus, & materia agendi; nam ſi materia rarò occurrat non vſus inſufficiens eſt, vt legem abroget, v. g. lex diſponit, vt hermaphroditus deputetur ſexui præualenti, huius legis non vſus, qui prouenit ex rarò euentu, ei derogare non poteſt, vt benè aduertit *Diana* ſimul cum *Lorca ab ipſo cit.*

PETES XXIII.

An conſuetudo vnius familiæ poſſit inducere legem pro illa familia.

RESpondetur affirmatiuè, nempè poſſe conſuetudinem vnius familiæ inducere legem pro illa familia. ita multi *DD.* docet quos refert *Tiraquel. de iure primog. q. 16.* ſed contradicit *Suarez de legibus lib. 7. cap. 9. num. 11.* vbi expreſsè docet eſſe falſam opinionem aſſerẽtem quod priuata familia poſſit inducere conſuetudinem, quia per ſe ſola non eſt capax legis, etiam paſſiuè tantum.

QVÆRITVR CCXXXVI.

Quid faciendum eſt, quando dubium eſt, an caſus comprehendatur ſub lege.

RESpondetur ex communi *DD.* ſententia, teſte *Bonacina tom. 2. tract. d. legibus diſp. 1. q. 1. propoſit. 2. num. 10. §.* ſi verò, quod conſulendus eſt, Superior ſi ad ipſum pateat aditus. Si verò Superior conſuli nequeat, ſeu ad ipſum non pateat aditus, quia periculum eſt in mora, vel quia ſuperior conſuli non poſſit ob vrgentem aliquem caſum, iudicandum eſt, caſum non comprehendi ſub lege. ita *Sanchez & Henriquez cit. à Bonacina* quos ipſe ſequitur. Sed multi alij *DD.* oppoſitum docent.

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆRITVR CCXXXVII.

An qui petit Sacramentum ab excommunicato non denunciato, nec publico clerici percuſſore peccet?

RESPONDETUR ex communi *DD.* ſentẽtia teſte *Sanchez de matrimonio lib. 7. diſp. 9. num. 8.* negatiuè, & ſic ait petentem Sacramenta à miniſtro quocunq; etiam non parato excommunicato, dũ non ſit denunciatus, nec notorius clerici percuſſor, abſq; quauis neceſsitate, immunem eſſe culpæ, ſi nullum aliud obſtaculum dempta excommunicatione, interueniat, nec ipſum excommunicatum præuentum miniſtrantem peccare, & ſubinde, nec irregularem eſſe.

Vndè concludit *Sanchez cum DD. à ſe citis* nullam culpam committere nõ excommunicatum ſi contrahat matrimonium cum excommunicato tolerato, nec ipſe excommunicatus dum ad inſtantiam non excommunicati contrahit. quia cõcilium Conſtanſienſe induiſit non excommunicatis, vt non teneantur vitare huiuſmodi excommunicatos.

Secus ſi excommunicatus toleratus induceret non excommunicatum ad contrahendum matrimonium, nam tunc ſecundum eundem *Sanchez* peccaret mortaliter dictus excommunicatus toleratus.

SED PETES I.

An non excommunicatus, poſſit inducere excommunicatum toleratum ad faciendum ſacrum, vel vt ſacrificio Miſſæ aſſiſtat.

RESPONDETUR ex *Suarez tom. de cenſur. diſp. 11. ſect. 4. nu. 18.* & citat *Nauar.* poſſe in rigore iuris hoc fieri, ſi id neceſsitas expoſcit, nempè poſſe induci à non excommunicato Sacerdotem, etiã ſi non ſit Parochus, ad faciendum ſacrum, etiam ſi ſit excommunicatus modo ſit toleratus, & abſit ſcandalum, & adſit neceſsitas, puta ſi in die feſto non ſit alius Sacerdos qui celebret, niſi aliter conſuetudo quæ eſt optima legum interpres præſcripſerit.

Idem dicendum eſt, quando Sacerdos non excommunicatus, vult celebrare, & non eſt alius niſi excommunicatus toleratus, vt inſeruiat Miſſæ, nempè poſſe ab non excommunicato induci illum, ad inſeruiendum Miſſæ, vt colligitur ex doctrina *Suarez.* hoc intelligitur ſecluſo ſcandalo, &c. iuxta ſupradicta.

PETES II.

Quid dicendum ſit quando vterq; contrahens eſt excommunicatus, & ambo intendunt contrahere matrimonium, an peccent?

RESPONDETUR ex *Sanchez loc. cit. nu. 11.* quando vterq; contrahẽs eſt excommunicatus toleratus, præueniens alterum, vt ſecum contrahat, ſemper delinquit mortaliter, ſiuè maiori, ſiuè minori excommunicatione teneatur, quia Concilium Conſtancienſe nihil induſſit ad fauorem excommunicati tolerati.

QVÆRITVR CCXXXVIII.

An ſit peccatum imperare, vt ſerui non dum baptizati die feſto exerceant ſeruilia.

RESPONDETUR ex *Layman lib. 4. tract. 4. cap. 10 nu. 3.* non eſſe peccatum, quia homines non dum baptizati non ſubijciuntur legibus Eccleſiaſticis: ſed obſeruatio feſtorum eſt præceptum Eccleſiaſticum ergo.

Merolla tom. 2. diſp. 4 dub 40. num. 467. docet quod ſi quis conſuleret dictis nondum baptizatis, vt ſeruilia agerent die feſto non peccaret, ſecus videtur dicere ſi eis imperaret, vt exercerent ſeruilia, nam tunc dicit operari ſeruilia non dũ baptizatum, vt inſtrumentum principalis agentis, nempè imperantis. Pulchra eſt ſpeculatio, ſed non omnino ſatisfacit. Neq; *Merolæ*, neq; mihi, ac proindè arbitror opinionem *Layman* eſſe probabilem, quia imperat rem in ſe non malam, ſed malam quia prohibitam, vt eſt labor, in die feſto; ſed executori non eſt mala, quia non eſt ſubiectus legibus Eccleſiaſticis. dũ caret baptiſmo ergo.

Neq; mihi arridet quod aſſerit *Merolla* quod conſulens non peccat, & imperãs peccat imperando ſeruilia non dum baptizatis, nam vel vterq; peccat, vel neuter, quia verè conſulens eſt cauſa moralis operis, ſicut imperans, quandoquidem *DD.* in materia reſtitutionis ratione damni illati, conſulentem, inter cauſas moraliter influentes annumerãt.

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆRITVR CCXXXIX.

An poſſit quis licitè accipere aliquid ab vſurario, vel à fure etiam titulo gratuito?

RESpondetur affirmatiuè, nempè poſſe licitè accipi dono ab vſurario, vel à fure res eas quarum ipſe Dominium habet. ita *DD.* communiter docent teſte *Leſſio lib.2.cap.20.dub.19 nu.167.*

SED

Difficultas eſt, quid ſi per eam donationem, vel alienationem fiat impotens ad ſoluendum?

REſpondent multi *DD.* teſte eodem *Leſſio loc.cit.* docent eum, qui aliquid accepit, teneri ad reſtitutionem: quia accepit in fraudem creditorum, ac proindè iniuſtè.

Sed *Petrus Nauarr.* quem citat, & ſequitur *Leſſ loc. cit.* ſic diſtinguit. ſi non inducis illum ad donandum, vel alienandũ, ſed ipſe ſpontè tibi donat, vel vendit, aut emit, non teneris ad reſtitutionem in foro conſcientiæ etiam ſi ſcias ipſum per hoc fieri impotentem ad ſoluendũ. colligitur apertè ex *l vltima* §. 4. *Quæ in fraudem creditorum*. quia illæ res nemini ſunt obſtrictæ, & ipſe eſt earum Dominus. & nulla lege eſt inhabilis ad transferendum earum dominium. Nec obſtat quod ipſe peccat donando, quatenus per hoc reddit ſe impotentem ad ſoluendum creditoribus, quia tu non es cauſa cur velit donare; ſed ſuppoſito quod ipſe ſpontè velit, tu acceptas, vtẽs iure tuo. iure autem Ciuili ſi titulo gratuito accepiſti concedi creditoribus actionem, qua poſſunt illud à te repetere, & quidem ſi ſciuiſti illum ea donatione fieri impotentem, cogeris reſtituere, etiam ſi res neq; extet, neq; ex ea factus es locupletior. ſi verò neſciſti, ſolum teneberis quatenus extat, vel ex ea factus es locupletior, vt patet ex *l. quod autem 6.*§. *Quæ in fraudem creditorum.*

Quod ſi titulo oneroſo accepiſti: ſiquidẽ ſi ſciuiſti illum ſic reddi impotentem, vt ſi venderet domum, vel agrum, vt inſumat in conuiuia, in ludum, cogeris reddere non reſtituto pretio, niſi quatenus inde aliquid extat in bonis debitoris, vt patet ex *l.7.8.& vltima,*§. *quæ in fraudem creditorum*. Si verò neſciſti, non datur actio creditoribus ad reſcindendum, vt expreſsè habetur *d.l. Quod autem. 6. d.tit.* vt benè etiam aduertit *Leſſius loc.cit.*

Notat idem *Leſſius loc. cit. num. 170. cum iuribus à ſe cit.* quod quando datur actio creditoribus ad reſcindendum contractum, conceditur creditoribus ſolum per vnum annum, qui computandus eſt ab eo die quo primùm ſciuerunt alienationem eſſe factam. Vnde ſequitur primò quod poteſt donatarius retinere rem ſpontè datam à fure, vel ab vſurario impotente ad ſoluendum ex alijs bonis licitè acquiſitis, donec condemnetur à iudice, vel fuerit facta inſtantia à creditoribus, vt reſtituat. Elapſo verò anno non datur amplius actio creditoribus, ad repetendum, & conſequenter remanet tutus in conſcientia, & non tenetur donatarius reſtituere rem ſibi donatam ab vſurario, vel à fure. Verum debet donatarius eſſe parato animo, intra ſpheram vnius anni ad reſtituẽdum rem ſibi donatam à fure, inſtantibus creditoribus ipſius furis,

Secundò debet intelligi doctrina ſupra allata dummodo res non extet in ſpecie, nam iura clamant, quod res ſemper clamat ad Dominum, & conſequenter fur non poteſt illius rei acquirere dominium, ac proindè non poteſt transferre in alium media donatione.

Secus dicendum eſt ſi quis induxit vſurarium, vel furem ad donandum, vel alienandum, putans per hoc forè impotentem, nempè teneris ad reſtitutionem, & etiam non inſtantibus creditoribus intra annum ſi hæc impotentia ſit cauſa non ſoluendi, vt rectè docet *Leſſius loc. cit. num.170.*

QVÆRITVR CCXXXX.

An liceat ſponſis de futuro oſculari ſponſam, vel eam tangere in partibus honeſtis cum periculo pollutionis.

REſpondetur ſatis certum eſſe inter *DD.* id eſſe licitum, quando nõ adeſt periculum conſenſus in copulam, vel pollutionem, vt docent *DD.* teſte *Sanchez de matrim.lib.9.diſp.46.num.48.*

Immò addit *Sanchez num.50.* quod ſi ſpõſus in eas anguſtias incideret quod ſi non oſcularetur ſponſam, vel non eam tangeret, vel non amplexaretur, quod exi-

Digitized by Google

exiſtimaretur inurbanus, & auſterus excuſaretur à culpa lethali, etiam ſi præuideat pollutionem.

QVÆRITVR CCXXXXI.

An pollutio præuiſa à coniugibus ſit mortalis.

RESpondetur ex *Sanchez lib. 9. diſp. 45. num. 13.* pollutionem tunc eſſe mortalem quoties cauſa, in qua præuideatur eſt mortalis, ex quo ſequitur quod quando tactus inter coniuges ſunt peccata venialia, etiam pollutio præuiſa ſit venialis, dummodo non ſit intenta, & abſit periculum conſenſus in pollutionem. eſt communis *DD.* ſententia *Sanchez loc. cit. diſp. 45. num 38.* admictit hanc ſententiam ſolum quando adſunt inter coniuges amplexus oſcula, & alij tactus ſoliti, vt exerceantur à coniugibus ad mutuum iudicandum fouendumq; amorem; dummodo ſint in partibus honeſtis; nempè non eſſe illicitos hos actus, etiam ſi præuideatur pollutio, ſed non intenta quando non nimia voluptas adeſt, nec incitat, ſed tamquã indicia amoris exercentur repreſſo exceſſu libidinis inſurgentis; ratio allata à *Sanchez*, quia vrgens cauſa adeſt huiuſmodi actus exercendi, vt mutuus iudicetur, foueaturq; amor inter coniuges, magnaq; auſteritas eſſet, & valdè minuetur amor ſi ab huiuſmodi actibus abſtinerent.

Idem docet *Sanchez loc. cit* nempè non eſſe peccatum ſi amplexus inter ſororẽ, & fratrem foris venientes, admictentur cum periculo pollutionis non intenſæ, ne auſteri, & inurbani videantur.

QVÆRITVR CCXXXXII.

Quidam concubinarius eſt occultus excommunicatus, & vult ducere concubinam in vxorem, & cum Parochus vult aſſiſtere dicto matrimonio, reperit illum innodatum tali cenſura; non habet poteſtatem abſoluendi, nec patet aditus ad ſuperiorem pro facultate abſoluendi, & ſi hic, & nunc non aſſiſtit dicto matrimonio, moraliter perſeuerabit peccatum, an poſſit licitè tunc Parochus aſſiſtere dicto matrimonio?

RESpondetur poſſe Parochum aſsiſtere dicto matrimonio, modo ab contrahentibus occultis excommunicatis faciat elicere actum contritionis, ad finem, vt rectè diſpoſiti poſsint recipere Sacramentum matrimonij. & ratio mihi eſt, quia ſolo iure Eccleſiaſtico eſt prohibitum hoc, nempè vt non poſsint excommunicati recipere Sacramenta, vt docui cum *Molina à me citat. in 1. tom. Miſcell. q 249 fol. 149.* ſed ius Eccleſiaſticum non obligat quando timetur mors, vel infamia, ergo à fortiori non debet obligare quando timetur probabile periculum peccati, vt etiam docui *in tom. de Miſcell. loc. cit.* debet verò præſtare iuramentum, vt quam primum ſe præſentet Superiori ad finem obtinendi abſolutionem.

Nunc addo *DD* quos citat, & ſequitur *Filiuccius tom. 1. tract. 12. c. 3. num. 56* vbi docent, quod ſi eſſet vrgens neceſsitas recipiendi Sacramenta ob euitandam grauem infamiam, ſiuè ſcandalum, ſiuè damnum, vt periculum mortis, vel quid ſimile, tunc poſſet licitè excommunicatus contritus recipere Sacramenta, ergo Parochus, quando videt quod hic, & nunc probabiliter dubitat de perſeuerantia in peccato, ſi non aſsiſtit dicto matrimonio excommunicati contriti, poteſt licitè aſsiſtere dicto matrimonio, vt medio illo, tollatur peccatum concubinatus. aliàs ius Eccleſiaſticum eſſet contra legem diuinam, ac naturalem, vt eſt de euitando peccato proximi, quod abſurdum eſt dicere, nam magis obligat ius diuinum, ac naturale quàm ius Eccleſiaſticum, vt omnes *DD.* docent.

QVÆRITVR CCXXXXIII.

Quidam miles contraxit multa debita, quæ excedunt eius bona, ac proindè non ſunt ſatis ad ſatisfactionem debitorum contractorum. ex alia parte miles eſt creditor Regis in multa quantitate nummorum ratione ſoldi; accidit caſus quod obijt ſupradictus miles, & eius hæredes petunt à Principe cui inſeruiuit ſolutionem dicti ſoldi. Princeps verò non vult ſoluere mercedem debitam ratione ſoldi, ſed ratione remunerationis ob ſeruitia præſtita à milite occaſione belli donauit, conſanguineis hæredibus dicti militis aliquam quantitatem nummorum ſingulis annis in futurum. an teneantur hæredes militis ſoluere debita contracta, ex pecunia donata à Principe intuitu remunerationis ob ſeruitia præſtita occaſione belli.

RESpondetur non teneri hæredes militis ſoluere debita ex nummis donatis à Principe intuitu remunerationis ſeruitiorum præſtitorum à milite, & nõ intuitu ſoldi quem tenebatur ſoluere Rex ex iuſtitia. ratio eſt quia communiter docent *DD apud Vincent. de Frãc. deciſ.101. num.21. & 22.* quoad hoc vt actor, ſeu creditor dicatur habere hypothecam ſuper bonis debitoris oportet probare ſuper quibus hypotheca intentatur eſſe in eius bonis, & per ipsũ poſsidere tempore obligationis, vel poſt, antequam in tertium transferrentur: ſed in caſu noſtro bona donata à Principe non fuerunt in bonis debitoris tempore obligationis, nec poſt, ſed fuerant tranſlatæ in tertium, ergo creditores non poſſunt habere actionẽ hypothecariam ſuper dictis bonis, quæ numquam fuerunt *Poſſeſſa* à debitore.

Neq; ius habuit debitor ad illa bona quæ dependebant à libera voluntate donãdi ipſius Principis, quandoquidem inter Principem, & militem numquam fuit initum pactum de tali donatione facienda intuitu talium ſeruitiorum, ſed tantum fuit initum pactum de ſolutione ſoldi, ergo ſemper tenetur Princeps ex iuſtitia ſoluere ſoldum non obſtante donatione facta à Principe erga conſanguineos hæredes militis intuitu ſeruitiorum præſtitorum à milite cauſa belli.

SED DICES.

Teneri hæredem ſoluere legata defuncti militis, quatenus eſt hæres retributionis facta à Principe intuitu meritorum militis quem hæres repræſentat, nam ius, & actiones tranſeunt ad hæredem.

RESpondeo, non teneri, & ratio mihi eſt quia, & ſi iura, & actiones ſub ſimplici bonorum appellatione contineantur, vt docent iuriſperiti teſte *Vincent. de Franch. deciſ 93.* tamen quæ dependent à libera facultate donantis nõ poſſunt dici iura, neque actiones.

Probatur, nam ius eſt illud, quod debetur alicui ex titulo iuſtitiæ, ius.n. ex iuſtitia oritur, & actio quæ tranſit ad hæredem naſcitur ex contractu, vel quaſi contractu ſecundum *Azor. in ſumma C. eo titu:* ſed retributio facta à Rege non eſt debita defuncto ex contractu vel quaſi contractu, ergo non eſt tranſmiſsibilis ad hæredem. ergo, &c.

Confirmatur, ſi Rex intuitu meritorum militis conferret Epiſcopatum, vel comendam hæredi militis, vtiq; ex fructibus Epiſcopatus, vel comendæ non teneretur ſoluere debita militis defuncti, & nihilominus intuitu meritorum militis comenda, vel Epiſcopatus eſt collatus à Principe, nempè propter merita militis occaſione belli.

Confirmatur deniq; merita militis non ſunt cauſa phyſica, nec moralis retributionis facta à Principe erga hæredem militis defuncti. ergo.

Probatur, quod non ſunt cauſa phyſica, quia merita non influunt aliquid in voluntatem Principis, ita vt neceſſario producant talem effectum, ergo.

Probatur quod non ſint cauſa moralis, quia non ſemper accidit, quod ex meritis alicuius militis ſequatur effectus, nempè retributio, ergo ſolum merita poſſunt dici cauſa moralis per accidẽs non per ſe, quia interdum ex illis ſequitur retributio, quandoq; non, nec tenetur Rex ex iuſtitia donare; cùm vaſſallus teneatur Regi inſeruire ratione, ac vigore iuramẽti ligij. ita *Afflict. deciſ. 307. num. 13.* nec obligatio ad antidora præbet actionem ad agẽdum. ita etiam docent *Bald. Salicet. Paul de Caſtro Iaſon. & alij in l. ſi donatione C. de collat.* ita etiam docet *Ripa in l ſi vnquam, C. de reuocat. donat.* quos ſequitur *del bene de parlam. dub. 7. ſect. 2. num. 4.* vbi docet cũ dictis *DD.* quod donatio facta à Rege ſuis ſubditis ob ſeruitia præſtita eſt pura donatio remuneratoria. quidquid dicant alij in oppoſitum teſte *Taſſone de Antefato fol. 58. num. 89.*

QVÆRITVR CCXXXXIV.

Quod nam ſit iuſtum locationis ſtipendium.

RESpondetur ex *Leſſio de iuſtit. lib. 2. c. 24. num. 23.* illud ſtipendium cenſeri iuſtum, quod paſsim eo loco huiuſmodi operarijs, officialibus, & famulis tali miniſterio occupatis dari ſolet, ita vt non ſit minus infimo, nec maius ſummo. aliàs contra agere teneretur ad reſtitutionem.

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆRITVR CCXXXXV.

Vtrum hermaphroditus poſſit validè matrimonium inire, & iuxta quem ſexum.

RESpondetur ex communi DD. ſententia teſte *Bonacin. tom. 1. titul de matr. q. 3. num. 26. & prius Sanchez lib. 7 diſp. 106.* hermaphroditum, in quo præualet vnus ſexus, poſſe matrimonium inire iuxta ſexum qui in ipſo præualet, vnde ſi præualet ſexus virilis, poteſt contrahere cum fæmina, ſi præualet ſexus fæmineus poteſt contrahere cum viro. ex quo ſequitur ait idem *Bonac. & Sanchez loc. cit.* matrimonium eſſe inualidum ſi celebretur iuxta ſexum inferiorem.

SED

Difficultas eſt, quando æquales eſt ſexus, & neuter præualet, iuxta quem ſexum debet contrahere?

RESpondetur ex communi DD. ſententia teſte *Sanchez loc. cit. num. 6.* quod quando vterq; ſexus eſt æqualis, eſt in optione eius, in quo ſexu vult contrahere. Quare ſi virili deſeruire eligat ducet fæminam, quod ſi fæmineo, nubet viro.

SED PETES I.

An debeat Parochus intereſſe matrimonio hermaphroditi, ſi adhuc non eſt electus ſexus.

RESpondetur ex *Sanchez loc. cit. num. 7.* quod non debet Parochus intereſſe tali matrimonio donec hermaphroditus coram iudice Eccleſiaſtico proteſtetur, quo ſexu vti velit, & ab hoc eſt exigendum iuramentum quo ſexu vti velit, & ſe alio ſexu præterquam ſemel electum non vſurum. ſic etiam docet *Maiolus cit. ab eodem Sanchez.*

PETES II.

An peccet mortaliter hermaphroditus qui vtrumq; ſexum habet æqualem, ſi ſemel electo ſexu alterum ſexum matrimonio copuletur. vt ſi prius inſtar viri duxerit fæminam, poſterius autem inſtar fæminæ nupſerit viro.

RESpondetur ex *Sanchez loc. cit. nu. 8.* peccare mortaliter non ſolum ratione violationis iuramenti, ſed quia committit delictum in re grauiſsima. ita etiam docent DD. teſte *Bonacin. loc. cit. num. 29* ſed ſi de facto contrahit matrimonium validè contrahit, affirmat *Sanchez, & Bonacin. loc. cit.* quia iure naturæ non irritatur, nec ius Pontificium inuenitur, quod id matrimonium irritum reddat, vt rectè docent *DD. ſupra cit.*

PETES III.

Quis debet cognoſcere vter ſexus præualeat?

RESpondetur ex *Sanchez loc. cit. num. 2.* matronarum peritarum, vel medicorum eſſe huius rei iudicium, vt benè docet *Albericus cit. ab eodem Sanchez*, atq; id ex genitalium inſpectione iudicandum eſt ait *Turrecrem. cap. ſi teſtes 5. hermaphroditus 4. q. 3 num. 3.* ſi autem dubitetur, vter ſexus prædominetur, ſtandum eſt ipſius hermaphroditi dicto. cùm nullus valeat id ita ſentire, ac ipſemet, vel iudicio medicorum ſtandum eſt. ita communis ſententia docet. Quod ſi adhuc res eſt dubia conſultis medicis, & in æquilibrio res eſſet, nec iudicari poſſet. vter ſexus præualeat, cenſendum eſt ſexum eſſe æqualem. ita *Sanchez num. 9.*

QVÆRITVR CCXXXXVI.

Quidem habet creditum in monte pietatis v. g. mille aureorum, vult illud vendere an poſſit minoris emi quàm contineat illud creditum, & ſi poteſt quodnam erit iuſtum pretium? difficultas eſt, quando non adeſt moleſtia in exigendo credito, nec concurrit lucrum ceſſans, aut damnum emergens nec ambigua eſt ſolutio.

RESpondent *Panormit. & Innoc. in c. de ciuit. de vſuris Caiet. Nauarr. & alij cit. à Leſſio lib. 2 cap. 21. dub. 8. num. 65. & 66.* poſſe talia iura, ſeu credita minoris emi, quia talia iura dum proponuntur venalia inſtar mercis communi hominum iudicio minoris æſtimantur quam pecunia præſens, & illud cenſetur iuſtũ cuiuſcunq; rei venalis pretium quod communis hominum æſtimatio ſtatuit. Scio verò alios DD. docere talia iura non poſſe minoris emi.

QVÆRITVR CCXXXII.

Quis vouet hoc modo ſi non pecco mortaliter per annum ſe elargiri pauperibus centum ducatos, an teneatur ad votum, ſi ex eius culpa non adimpletur conditio?

RESpondet *Azor.lib.11.cap.10.q.vltima* hunc obligari voto, quando ſciẽter, & ſua ſponte, ſe in peccatum præcipitat, aut periculis objicit, aut peccati occaſiones quærit, ſecus quando ex negligentia: alij verò *DD.* docent teſte *S. Fauſt.de tribus votis lib.1. q.229 num.3.* hunc tunc ſolum teneri votum adimplere, quando data opera, vt voti obligationem effugeret, in illud peccatum præcipitaret.

Suarez verò *tom.2. de Relig. lib.4.cap.17. num.20.vſq; ad num.24.* docet quacunq; ratione; malitia, vel praua intentione non abſtineat, licèt fortè peccet contra votum, poſtea non teneri adimplere votum, quia conditio non fuit impleta. hanc opinionem ſequitur *S. Fauſt.* & dicit eſſe probabiliorem.

QVÆRITVR CCXXXIII.

Quadam fœmina vouit decem miſſas ſi in poſterum ſuus vir perpetuò ſe abſtinebit à ludo, ne ſua bona diſſiparet in detrimentum familiæ, ac filiorũ, an teneatur ſtatim adimplere votum, ſi per aliquot dies non ludet?

RESpondeo ex *Maſcardo concluſ.600. num.14. Aleiat.reg 2.præſumpt.7.Farinac.in praxi q.23 num.26. & deciſ.51. num.10.* vbi agit de ſuſpecto de hæreſi, quod tres anni exiguntur ad emendationem præſumendam. Sed alij *DD.*teſte *Trimarca tract. de ſollicitat. ſect.5. nu.26.* putant remictendum eſſe arbitrio boni viri, qui ſpectata qualitate perſonarum, totum iudicabit cum prudentia, ac proindè colligo ex ſupradicta doctrina, quod non ſtatim ſupradicta fœmina tenetur adimplere votum, ſed quando moraliter non dubitat de reincidentia.

Sed ſi votum eſt continuatum, nempè adimpletio eius, puta quotidiana recitatio Coronæ Beatæ Virginis, & poſt diuturnam abſtinentiam à ludo, iterùm vir eius labitur in hoc vitium; tunc arbitror ceſſare obligationem recitandi coronam. hunc caſum non inueni apud *DD.* idcirco doctiori iudicio me ſubijcio; ſed ſatis mihi probabile videtur eſſe, vt colligo ex doctrina *Maſcardi*, & aliorum *DD.* à me cit. de voto conditionato.

QVÆRIRVR CCXXXIV.

Quidam confeſſarius intra confeſſionarium rem habuit cum quadam fœmina nec ſimulauit confeſſionem, ſed tantum induxit eam ad ſecum peccandum intra illum locum, an teneatur fœmina reuelare dictum confeſſarium Sancto officio; ratio dubitandi eſt, tum quia confeſſarius non ſimulauit confeſſionem, ſed tantum induxit fœminam ad ſecum peccandum, tum quia nemo tenetur detegere ſuam turpitudinem, & oppoſitum eſt contra ius naturale, tum quia eſt cautum in Bulla Gregor.15. contra ſollicitantes vbi præcipit, vt conſenſus mulieris fœminæ ſollicitatæ non ſcribatur, quando fit denunciatio.

RESpondetur teneri fœminam reuelare dictum confeſſarium cum quo peccauit intra confeſſionarium, tacito eius conſenſu, ac peccato, ſed poteſt denunciare hoc modo; tales confeſſarius dum ipſe commorabatur ſedens in confeſſionario oſtendit mihi virilia, vel actus obſcenos voluit intra illum locum mecum exercere; ratio mihi eſt, quia hic modus reuelandi nullo pacto indicat conſenſum, vel peccatum mulieris, ac proindè mihi videtur, vt talis fœmina non poſſit excuſari à reuelatione. & licèt confeſſarius non ſimulauerit confeſſionem, tamen ſic definiuit congregatio Sancti officij habita die decima Iulij 16 4. teſte *Freita, & Diana par.4.tract.5 reſol.28.* vbi declarauit Sacra Congregatio quod ſi tractant confeſſarij in confeſſionali extra confeſſionem, cum mulieribus de rebus obſcenis, eſt caſus pertinens ad S.officium, ac proindè poteſt procedere dictum ſanctum officium contra dictum confeſſarium.

QVÆRITVR CCXXXV.

Quid ſit conſuetudo.

RESpondetur ex *Iſidoro lib.2.origin.cap.10.& lib 5. cap.3.* & alijs quod conſuetudo eſt ius quoddam moribus inſtitutum quod pro lege ſuſcipitur, cùm deficit lex.

SED

SED PETES I.

Quotuplex eſt conſuetudo.

Reſpondetur ex canoniſtis in *cap. vlt. de conſuetudine*, quod conſuetudo diuiditur in eam quæ eſt ſecundum legem, præter legem, & contra legem.

Conſuetudo quæ eſt ſecundum legem non inducit nouum ius, ſed habere poteſt aliquos effectus circa legem præexiſtentem in ordine ad perſeuerantiam illius, & effectus ſubſequentes.

Primus effectus huius conſuetudinis eſt confirmare legem non per ſe, ſed remouendo prohibens, ſcilicèt contrariam conſuetudinem, & abrogationem; ita *Gratian. in §. leges.*

Secundus effectus eſt interpetrari legem, quia conſuetudo iudicat quo ſenſu fuerit lex in principio lata & recepta. ita colligitur *ex cap. cùm dilectus de conſuetud. & l ſi de interpetrat ff. de legibus.*

Diuiditur præterea conſuetudo in rationabilem, & irrationabilem. conſuetudo irrationabilis non inducit obligationem. vt omnes *DD.* docent.

PETES II.

Quando dicatur conſuetudo irrationabilis, & rationabilis.

Reſpondetur ſatis certum eſt illam vocari conſuetudinem irrationabilem, quæ eſt contra legem diuinam naturalem, vel diuinam directè, vel indirectè: ita *DD.* communiter apud *Merollam tom. 3. diſp. 5. cap. 2. num. 13.* dicitur etiam conſuetudo irrationabilis, etiam ſi ex obiecto, ſeu materia mala non ſit, vt patet ſi contingat, materiam eius eſſe indecentem, vel habere aliquid periculi, vel incommodi ſi publicè, & communiter introducatur. vt patet de conſuetudine audiendi miſſam quotidie à toto populo obſeruata, quæ honeſtiſsima eſt: at ſi fieret animo inducendi ius, quo ad id imprudenter fieret, ac ſubinde irrationabilis, ſub ea ratione dici poſſet, ita doctiſsimus *Merolla loc. cit. nu. 19.*

Idem dicitur de conſuetudine non ſeruandi interdictam generale loci quoad aliquas eius circumſtantias, nempè eſſe irrationabilem. idem dicitur quando cõſuetudo eſt contra decentiam.

Econtrario poſſe eſſe conſuetudinem malum ſaltem in fieri, ſeu in actibus per quos introducitur; quia ſcilicèt prohibiti ſunt lege humana, & nihilominus non eſſe irrationabilem: quia ſecluſa lege humana, materia illa non eſt omnino inepta ad conſuetudinem circa illam inducendam.

Præterea docent *DD.* teſte *Merolla num. 29.* vt illa cenſeatur conſuetudo irrationabilis quæ fuerit contra libertatem Eccleſiaſticam, vel quæ licentiam, vel occaſionem peccandi aliquo modo præbuerit, vel communi vtilitati ſit pernicioſa, vel alium ſimilem conditionem habuerit.

Conſuetudo verò rationabilis eſt de re honeſta, & vtili Reipublicæ. ratio eſt, quia ſicut lex non poteſt eſſe niſi de re honeſta, ita & conſuetudo quæ altera lex eſt.

PETES III.

An lex humana interdum prohibeat conſuetudinem.

Reſpondetur ex communi *DD.* ſentẽtia teſte *Merolla loc. cit. num. 33.* legẽ humanam quandoq; abrogare conſuetudinem, interdum etiam prohibere, aliquando vero reprobare.

Quod attinet ad abrogationem quaſi innumeri *DD.* apud eundem *Merollam num. 37.* docent, non ſolum præexiſtentem conſuetudinem, ſed etiam futuram abrogare quando *in lege dicuntur hæc formalia verba, Non obſtante contraria conſuetudine.*

Scio verò multos *DD.* docere, hæc verba non extendi ad futura, ſed ſolum ad præexiſtentem conſuetudinem. Sed vnũ aduerto quod pura abrogatio conſuetudinis, non eſt reprobatio conſuetudinis, quia poteſt abrogari conſuetudo non quia irrationabilis, vel iniqua, ſed quia ita placet legiſlatori quoniam iudicat ita nunc expedire, vt docet *Couar.* quem citat, & ſequitur *Merolla loc. cit. num. 38.* quod eſt verum quando lex abrogat conſuetudinem ſine alia declaratione.

Idem dicitur quando lex prohibet conſuetudinem in contrarium, nempè, etiã extendi ad futurum. tunc dicitur lex prohibere conſuetudinem quando expreſsè vetat, ne contra talem legem conſuetudo aliqua introduci permittatur, vel quando iubet ne inducatur, &c.

Digitized by Google

Quando verò lex prohibet conſuetudinẽ ſimpliciter, non dicitur reprobare conſuetudinem, vt patet ex ſupradictis, & docent *DD.* teſte *Merolla num.*42.

Quod attinet ad conſuetudinem in iure reprobatam, talis reprobatio non ſolum extenditur ad tempus præſens, ſed etiã ad tempus futurum, ſtantibus eiſdem circumſtantijs. ita *DD.* teſte *Merolla num.*43.

Tunc dicitur conſuetudo reprobata à iure quando non ſolum abrogatur à iure, vel prohibetur, ſed etiam per expreſſa verba ſiue in actu ſignato, ſiuè in actu exercitu irrationabilis declaretur: quod varijs modis, ac verbis fieri ſolet à iure, vt patet *ex cap. vnico de cleric. non reſidente in* 6. per illa verba conſuetudinem illam penitus improbantes, *& in cap.*2. *de probat.* Talem conſuetudinem reprobamus.

Quædam conſuetudo irritatur eo quod ex illa diſrumperetur neruus Eccleſiaſticæ diſciplinæ, vt patet *ex cap. cùm inter de conſuetud.*

PETES IV.

An conſuetudo poſſit abrogare legem prohibentem conſuetudinem contrariam.

Reſpondetur ex communi *DD.* ſentẽtia teſte *Diana par* 6. *reſol.*21. quod ſi lex prohibeat conſuetudinem futuram, præſcribi poſſet conſuetudine, & conſequenter lex abrogari poſſet per conſuetudinem. Si verò lex reprobat conſuetudinem contrariam, quamdiù eædem manent rerum circumſtantiæ, non poteſt conſuetudo abrogare legẽ. puta ſi conſuetudo ſit contrà ius naturale, vel diuinum. Si verò lex reprobat conſuetudinem propter aliquam indecentiam, vel propter plura pericula aut grauiora incommoda communitatis, quæ cum tempore poſſint mutari, poteſt conſuetudo abrogare legem, mutatis circumſtantijs rerum, puta quando ex mutatione rerum conſuetudo eſſet rationabilis, quæ alio tempore erat irrationabilis.

PETES V.

An prior conſuetudo maneat abrogata per legem, ſi in ipſa non afficiatur mentio de conſuetudine in contrarium?

Reſpondetur ſic, aut conſuetudo eſt generalis in tota prouincia, aut Regno, aut eſt ſpecialis alicuius oppidi, aut loci, vel determinati ſtatus perſonarum; ſi conſuetudo eſt generalis, abrogatur per legem ſubſequentem, quãuis illius non fiat mentio. quia præſumitur conſuetudo generalis iure nota à legiſlatore. Si autem eſt conſuetudo ſpecialis, poteſt ignorari in particulari, & præſumitur ignorari ſi eius non fiat mentio in lege ſubſequenti, & ac proindè non abrogatur per legem ſubſequẽtem. ita *Monteſinus*, & alij quos tacito nomine citat *Diana par.*6. *tract.*5. *de conſuetudine reſol.*22.

PETES VI.

An ſi lex improbat conſuetudinem per verba generalia, non ſolum de conſuetudine præterita ſed etiam de futura intelligatur.

Reſpondetur ex communi *DD* ſentẽtia teſte *Diana reſol.*23. improbare etiam conſuetudinem futuram.

PETES VII.

An conſuetudo habeat virum interpetrandi legem.

Reſpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *Diana reſol.* 24. affirmatiuè nempè conſuetudinem eſſe optimam legis interpretem, & Doctores frequenter dicunt legem eſſe interpretrandam iuxta cõſuetudinem loci, etiam ſi oporteat, verba legis minus propriè exponere vide *Gloſſam in cap. nonnulli de reſcript.* hoc intelligitur, niſi aliundè de contrario ſenſu legis conſtaret.

Alio modo poteſt conſuetudo interpretari legem, tamquam ſcilicet cauſa conſcuſtrens ad introducendam, & ſtabiliẽdum aliquem ſenſum legis, eiuſq; obſeruationem. ita *DD.* apud *Dianam reſol.*24.

Digitized by Google

PETES VIII.

An conſuetudo poſſit lege abrogari.

RESpondetur affirmatiuè, dummodo lex clarè, & ex *Diametro* contraria ſit conſuetudini: etiam ſi non addatur in lege clauſula derogatoria ita *Suar. de leg. lib. 7. c. 20. num. 6.* nam ſi conſuetudo ſtare ſimul poteſt cum lege, etiam ſi verba legis eſſent reſtringenda, conſuetudo eſt obſeruanda, vt patet ex *cap. 1. de conſtit. & ex cap. cum conſuet.* nam iuris correptio vitanda eſt; & conſuetudo legitimè præſcripta eſt quoddam ius.

PETES IX.

An Epiſcopus poſſit in ſua diœceſi tollere conſuetudinem?

RESpondetur affirmatiuè, quia ſicut poteſt reuocare ſuam legem ita, & tollere propriam conſuetudinem ſuæ diœceſis ita *Granado* quem citat, & ſequitur *Diana par. 6. tract. 5. de conſuetudine reſol. 25. §. notandum.*

PETES X.

Quando intelligitur reuocata conſuetudo per legem?

RESpondetur primò ex communi *DD.* ſententia teſte *Suarez l b. 7 cap. 20. num. 7.* quando conſuetudo erat vniuerſalis v.g. totius Eccleſiæ, & lex contraria fertur pro tota Eccleſia, conſuetudinem omnino abrogari per talem legem, etiam ſi clauſulam derogatoriã nõ habeat, & hoc procedit in vnoquoq; Epiſcopatu pro legibus ſynodalibus, & conſuetudinibus generalibus vniuſcuiuſq; diœceſis. idemq; erit in legibus Ciuilibus ſingulorum Regnorum comparatis ad conſuetudines vniuerſales vniuſcuiuſq. Regni.

Reſpondetur ſecundò ex communi *DD.* ſententia teſte *Suarez loc. cit. num. 9.* per legem vniuerſalem pro tota Eccleſia, non reuocari conſuetudines particulares diœceſum, aut Ciuitatum, vel prouinciarum, niſi addatur clauſula reuocatoria, Non obſtante, vel in ſpeciali, vel ſaltem in generali. idem dicitur cum proportione applicanda ad leges Regnorum, vel Prouinciarum.

PETES XI.

An credendum ſit Doctori atteſtanti de conſuetudine?

RESpondetur ex communi *DD.* ſentẽtia teſte *Diana loc. cit. reſol. 28.* in foro conſcientiæ poſſe quem ſtare aſſertioni vnius præexcelẽtis Doctoris, quãdo oppoſitum apertè non conſtat. Secus dicendum eſt in foro exteriori.

PETES XII.

An conſuetudo immemorialis cenſentur derogata per clauſulam generalem reuocantem conſuetudines?

RESpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *Diana reſol. 32* quidquid dicant alij in oppoſitum, negatiuè, nempè non cenſeri reuocatam conſuetudinem immemorabilem: quia pro conſuetudine immemorabili titulus iuſtus præſumitur, & habet vim priuilegij conceſſi à Principe. ac proindè quando à Trid. dicitur non obſtantibus conſuetudinibus in contrarium, non includitur immemorabilis.

Secus quando conſuetudo immemorabilis eſt iniqua, & irrationabilis, nam tunc cenſetur in dictis verbis damnata, & reprobata. ita *DD.* communiter.

PETES XIII.

Quid ſit conſuetudo immemorialis, ſeu immemorabilis?

RESpondetur eſſe illam, cuius initij non extat memoria. ita colligitur ex *DD.*

PETES XIV.

Quomodo præſcriptio immemorabilis probari poteſt.

RESpondetur ex communiſsima *DD.* ſententia teſte *Merolla tom. 3. diſp. 7. num. 268.* probari poſſe per teſtes, qui teſtificentur ſemper ſe id audiuiſſe, vel vidiſſe contrarium, eamq; eſſe, & fuiſſe communem opinionem, & famam ſuorum maiorum, & neq; extare, neq; extitiſſe apud ſuos maiores memoriam

Aa 2 de

de contrario, aut de initio illius poſſeſſionis.

Huiuſmodi teſtes debent eſſe talis ætatis, vt teſtificentur, ſe ſpatio quatraginta annorum id vidiſſe, vel audiuiſſe. vt docent *DD.* teſte eodem *Merolla loc. cit.* vnde inferunt multi *DD.* vt eorum teſtimonium ea de re ſit legitimum, ſint ætatis annorum quinquaginta quatuor, quidquid dicat *Molina* in oppoſitum.

PETES XV.

Præſcriptio centenaria quomodo probari poſſit.

Reſpondetur dupliciter probari poſſe. Primò publico inſtrumento ex quo de poſſeſsione à tempore centum annorum, vel ante centum annos comparata conſtet. Secundò teſtibus, ſi illorũ ætas totum illud ſpatium octo, vel decẽ annos excedat, ac ea de re, illi ſufficienter recordentur. ita *Panormi. in cap. cum nobis num. 5. & 6. de præſcript. Couarr.* & alij apud *Merollam loc. cit.*

Non tamen ſatis eſt probatio deponentium de auditu, & fama, vt volebat *Decius quia Gloſſa, & DD. in cap. cum nobis de præſcript.* hanc probationem præſcriptionis centenariæ per auditum, & famam expreſsè reprobant.

PETES XVI.

An præſcriptio temporis, immemorialis ſit maior centenaria.

Reſpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *Merolla loc. cit.* præſcriptionem immemorialem eſſe maiorem centenaria. Vnde probata centenaria poſſeſsione non cenſetur probata immemorialis præſcriptio, ſi de initio centenariæ poſſeſsionis conſtet, nam dictum eſt ſupra, immemorialis præſcriptio eſt illa, cuius initium memoria non extat.

Præterea præſcriptio immemorialis eſt magis in iure priuilegiata, quam centenaria, vnde quando præſumptio iuris eſt in contrarium, in centenaria requiritur titulus, in immemoriali non requiritur titulus; Item quando lex derogat cuicunq; cõſuetudini, vel præſcriptioni, non cenſetur derogare immemoriali niſi id exprimat, non autem ſic in præſcriptione centenaria.

Deniq; præſcriptio immemorialis ſemper ſufficit ad præſcribẽdum aduerſus Romanam Eccleſiam, contra quam tempus centum annorum eſt neceſſarium.

Secundum quid poteſt dici maior præſcriptio centenaria, quàm immemorialis, quatenus ſcilicet eſt difficilioris probationis. vt docet *Couarr.*

PETES XVII.

Quanti temporis conſuetudo ad inducendam legem requiritur? & qui actus ſunt neceſſarij.

Reſpondetur primò ex communiſsima *DD.* ſententia, teſte *Merolla tom. 3. diſp. 5. dub. 2. num. 6.* eſſe neceſſarium, & ſufficere tempus decem annorum tam in materia Ciuili, quam Eccleſiaſtica ad inducendam legem ex conſuetudine. ita *Gloſſa in cap. vltim. de conſuetud. in 6. Felin. in cap. ſtatuimus, & quaſi innumeri alij DD.* ratio eſt, quia talis conſuetudo non eſt contra ius, vt ſupponimus, ſed præter ius, in his quæ non ſunt contra ius, non requiritur maius tempus iure Canonico, quàm Ciuili ad præſcriptionem quam in hac temporis conditione.

Si verò hæc conſuetudo decennalis interrumpitur, etiam vnico actu, non obligat ſi à tota communitate, vel à maiori parte contra conſuetudinem agatur. ita *Panormit. in cap vlt. de conſuetud. nu. 19. Salas de legibus diſp. 19. ſect. 11. num 39. Reginald. lib. 10. num. 248.* & alij communiter.

Reſpondetur ſecundò ad ſtabiliendam conſuetudinem requiruntur actus voluntarij, non ex errore, & ignorantia, vnde ſi per vim, aut metum grauem populus aliquid faceret etiam per longũ tempus, talis conſuetudo non erit ſufficienter introducta. ita Sacra Rota in vna Gienienſi die 13. Nouembris 1613. coram *Burato par. 1. deciſ. 19 num. 11.* & alij *DD.* quoad errorem ſi inducta eſt conſuetudo celebrandi feſtum talis Sãcti in aliquo oppido, quia exiſtimabat ibi eſſe ſepultum corpus eius, ita vt hæc fuerit adæquata cauſa celebritatis, ſi conſtaret eam fuiſſe deceptionem, quia ibi ſanctus ille ſepultus non erat, ceſſabit conſuetudinis obligatio.

Præterea ad inducendam conſuetudinem non ſolum requiruntur actus continuati, ſed debent etiam procedere ex intentione introducendi obligationem ſub mor-

Digitized by Google

mortali, nam ſi ſolum ex deuotione incæpti, & continuati ſunt, nullam obligationem inducunt, vt patet ex conſuetudine ſalutandi Virginem ad ſignum campanæ noctis, ſumendi aquam benedictam in ingreſſu Eccleſiæ, cinerum benedictionē primo die quatrageſimæ, & ramum in Dominica Palmarum. ita *Suarez lib.7. de legibus cap 14. num.6. Azor.tom.1 lib. 1 c 18* & alij.

Idem eſt, ſi ex Vrbanitate, aut liberalitate alicui obſequium, vel beneficium præſtaret populus etiam multo tempore, nempè non inducere obligationem, dicū *DD.* communiter affirmant.

S E D

Difficultas eſt quomodo cognoſcatur conſuetudinem eſſe introductam cum animo inducendi obligationem, & quid in dubio.

RESpondent communiter *DD.* & præcipuè *Suarez de legibus lib.7 c.15.nu. 13. & Caſtrus Palao tom 1 tract.3 diſp.3. par 2. § 3. num. 15.* quod poteſt cognoſci. primò ſi conſuetudo ſit rei grauis, difficilis, & communiter ſeruata à populo, quia non ſolet populus vniformiter conuenire in his actibus, niſi quando ſe obligatum ſenſit. Secundò ſi viri timorati malè ſentiant de his qui non ſeruant conſuetudinem, vel communiter populus ſcādalizatur. Tertiò ſi Prælati, & Superiores puniant violantes conſuetudinem. Quartò ſi materia conſuetudinis, & illius obligatio multum conferat Reipublicæ.

In dubio an ſi ſit conſuetudo inducta animo obligandi, cæteris paribus potius eſt inclinandum in eam partem quod conſuetudo ſit deuotionis, vel honeſtatis quam quod ſit iuris, & obligationis, quia generalis eſt regula, quod in dubio nullus præſumitur ſe velle obligare. vt docent communiter *DD.*

P E T E S XVIII.

An ad ſtabiliendam conſuetudinem requiratur expreſſus, vel ſaltem tacitus Principis conſenſus.

RESpondent communiter *DD.* & præcipuè *Suarez de legibus lib.7. cap. 13. num.6.* nullum alium conſenſum requiri, præter traditum *in cap. final. de conſuetud. & in l. de quibus, ff. de legibus in quibus:* habetur conſuetudinem rationabilem, & legitimè præſcriptum legi derogare poſſe, & proindè conſuetudinem legitimè præſcriptam inducere legem ſiuè ſæcularem, ſiuè Eccleſiaſticā, ſine perſonali conſenſu Principis, aut Papæ, & ſufficere conſenſum qui per ipſum ius datur, quia per ius Princeps cenſetur continuo loqui. ſcio verò alios *DD.* docere ad introducendam conſuetudinem requiri conſenſum Principis, & præcipuè ad inducendam conſuetudinem abrogantem legem canonicam quam ſententiam ego etiam ampleãor. Sufficit verò conſenſus tacitus Papæ ad abrogandum legem canonicam vigore conſuetudinis. eſt autem conſenſus tacitus permiſſio quia ſcilicet ſcit quod agitur, & non reprimit, ſed fieri patitur.

P E T E S XIX.

Quantum tempus neceſſarium ſit, vt conſuetudo dicatur præſcripta ad effectum abrogandi legem.

RESpondent communiter *DD.* idem tempus ſufficere ad legem ciuilem abrogandum, quod ad introducendam hoc autem eſt decennium, vt ſupra dictum eſt. ergo.

S E D

Difficultas eſt quoad legem canonicam, ſeu Eccleſiaſticam, ſcilicet quantum tempus requiratur.

RESpondetur ex communiſsima *DD.* ſententia in legibus Eccleſiaſticis, requiri tempus quadraginta annorum, vt conſuetudo contra illas cenſeatur præſcripta, & conſequenter eas abroget. & hoc eſt verum vt obſeruat *Merolla tom. 3. diſp. 5. c. 4. num. 71.* etiam quoad leges Epiſcoporum, nempè eſſe neceſſarium tempus quatraginta annorum ad eas abrogandas vigore conſuetudinis.

Scio verò alios *DD.* docere ſufficere decem annos ad abrogandam etiam legē canonicam ex vi conſuetudinis. vt præcipuè ait *Caſtrus, tom. 1. diſp.3 tract.3. punct.2. §.2. num.9.* ſed vt benè ait *Merolla loc. cit.* quod licèt in iure canonico non ſit cautum quod tempus ſit neceſſarium adhoc, vt conſuetudo poſſit abroga-

rogare leges canonicas, tamen conſuetudine introductum eſt, non abrogari leges eccleſiaſticas ex vi conſuetudinis, niſi ſpatio quatraginta annorum.

PETES XX.

Vtrum aliquando conſuetudo non præſcripta, poſſit ſufficere ad effectum reuocandi legem, ſaltem interueniente ſcientia Principis?

RESpondetur affirmatiuè, nempè poſſe reuocari legem ex vi conſuetudinis, etiam ſi non ſit præſcripta, & etiam ſi antea recepta fuerit, & vt dicatur eſſe conſuetudo contraria, ſufficit bis, aut ter contra actum eſſe. ita *DD.* teſte *Leſſio lib. 2. cap. 6. dub. 14. nu. 46. in fine.*

PETES XXI.

Quinam poſſint conſuetudinem introducere?

RESpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *Diana par. 6. tract. 5. reſol. 14.* eſſe opus, vt à maiori parte communitatis introducatur.

SED

Difficultas eſt, an mulieres poſſint introducere conſuetudinem?

RESpondetur ex *DD.* quos citat *Diana 6. part. tract. 5. reſol. 15.* negatiuè, nempè, non poſſe introducere conſuetudinem. idem dicitur de pueris ebrijs, & amentibus.

Sed Pater *Diana* cum *Monteſino ab ipſo cit.* putat quod ſi in aliquo loco, puta conſeruatorio mulierum, vel conuentu monialium eſſet conſuetudo, quod mulieres audirent Sacrum in Sabbatho, vel ieiunarent feria ſexta in honorem paſſionis, hæc conſuetudo ligaret tantum fœminas ad eius obſeruationem. prius docuit *Suarez de legibus lib. 7. ca. 9. num. 8.* & citat *Bart. in l. quib.*

PETES XXII.

An non vſus poſſit introducere conſuetudinem.

RESpondetur ex *DD.* quos citat, & ſequitur *Diana loc. cit. reſol. 18.* negatiuè, nempè merum non vſum nõ poſſe inferre conſuetudine, quæ vim legis habeat, nec merus non vſus, ſi præcisè non vſus ſit, & non æquiualeat contrario vſui, atq; illum inuoluat, nulla temporis diuturnitate ſufficientem eſſe, vt legi derogет, quia conſuetudo vſus eſt, & in non vſu conſiſtere non poteſt, inuoluit autem non vſus vſum contrarium, quãdo lex præcipit aliquid fieri, puta præceptum affirmatiuum, & præualet non vſus eius, tunc. n. ceſſatio ab opere, & nõ vſus, vſus quidem eſt. hoc intelligitur quando ceſſat vſus præcepti occurrentibus occaſionibus, & materia agendi; nam ſi materia raro occurrat non vſus inſufficiens eſt, vt legem abroget, v. g. lex diſponit, vt hermaphroditus deputetur ſexui præualenti, huius legis non vſus, qui prouenit ex raro euentu, ei derogare non poteſt, vt benè aduertit *Diana* ſimul cum *Lorca ab ipſo cit.*

PETES XXIII.

An conſuetudo vnius familiæ poſſit inducere legem pro illa familia.

RESpondetur affirmatiuè, nempè poſſe conſuetudinem vnius familiæ inducere legem pro illa familia. ita multi *DD.* docet quos refert *Tiraquel. de iure primog. q. 16.* ſed contradicit *Suarez de legibus lib. 7. cap. 9. num. 11.* vbi expreſsè docet eſſe falſam opinionem aſſerẽtem quod priuata familia poſsit inducere conſuetudinem, quia per ſe ſola non eſt capax legis, etiam paſsiuè tantum.

QVÆRITVR CCXXXVI.

Quid faciendum eſt, quando dubium eſt, an caſus comprehendatur ſub lege.

RESpondetur ex communi *DD.* ſententia, teſte *Bonacina tom. 2. tract. de legibus diſp. 1. q. 1. propoſit. 2. num. 10. §.* ſi verò, quod conſulendus eſt, Superior ſi ad ipſum pateat aditus. Si verò Superior conſuli nequeat, ſeu ad ipſum non pateat aditus, quia periculum eſt in mora, vel quia ſuperior conſuli non poſsit ob vrgentem aliquem caſum, iudicandum eſt, caſum non comprehendi ſub lege. ita *Sanchez & Henriquez cit. à Bonacina* quos ipſe ſequitur. Sed multi alij *DD.* oppoſitum docent.

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆRITVR CCXXXVII.

An qui petit Sacramentum ab excommunicato non denunciato, nec publico clerici percuſſore peccet?

RESpondetur ex communi *DD.* ſentẽtia teſte *Sanchez de matrimonio lib.7. diſp.9.num.8.* negatiuè, & ſic ait petentem Sacramēnta à miniſtro quocunq; etiam non parato excommunicato, dũ non ſit denunciatus, nec notorius clerici percuſſor, abſq; quauis neceſsitate, immunem eſſe culpæ, ſi nullum aliud obſtaculum dempta excommunicatione, interueniat, nec ipſum excommunicatum præuentum miniſtrantem peccare,& ſubinde,nec irregularem eſſe.

Vndè concludit *Sanchez cum DD. à ſe citi* nullam culpam committere nõ excommunicatum ſi contrahat matrimonium cum excommunicato tolerato, nec ipſe excommunicatus dum ad inſtantiam non excommunicati contrahit. quia cõcilium Conſtanſienſe induſit non excommunicatis, vt non teneantur vitare huiuſmodi excommunicatos.

Secus ſi excommunicatus toleratus induceret non excommunicatum ad contrahendum matrimonium, nam tunc ſecundum eundem *Sanchez* peccaret mortaliter dictus excommunicatus toleratus.

SED PETES I.

An non excommunicatus, poſſit inducere excommunicatum toleratum ad faciendum ſacrum, vel vt ſacrificio Miſſæ aſſiſtat.

RESpondetur ex *Suarez tom. de cenſur. diſp 11.ſect.4. nu.18.* & citat *Nauar.* poſſe in rigore iuris hoc fieri, ſi id neceſsitas expoſcit, nempè poſſe induci à non excommunicato Sacerdotem, etiã ſi non ſit Parochus, ad faciendum ſacrum, etiam ſi ſit excommunicatus modo ſit toleratus, & abſit ſcandalum, & adſit neceſsitas, puta ſi in die feſto non ſit alius Sacerdos qui celebret, niſi aliter conſuetudo quæ eſt optima legum interpres præſcripſerit.

Idem dicendum eſt,quando Sacerdos non excommunicatus, vult celebrare,& non eſt alius niſi excommunicatus toleratus, vt inſeruiat Miſſæ, nempè poſſe ab non excommunicato induci illum, ad inſeruiendum Miſſæ, vt colligitur ex doctrina *Suarez.* hoc intelligitur ſecluſo ſcandalo,&c.iuxta ſupradicta.

PETES II.

Quid dicendum ſit quando vterq; contrahens eſt excommunicatus, & ambo intendunt contrahere matrimonium, an peccent?

RESpondetur ex *Sanchez loc. cit. nu.11.* quando vterq; contrahẽs eſt excommunicatus toleratus, præueniens alterum,vt ſecum contrahat, ſemper delinquit mortaliter,ſiuè maiori, ſiuè minori excommunicatione teneatur, quia Concilium Conſtantienſe nihil indulſit ad fauorem excommunicati tolerati.

QVÆRITVR CCXXXVIII.

An ſit peccatum imperare, vt ſerui non dum baptizati die feſto exerceant ſeruilia.

RESpondetur ex *Layman lib.4. tract. 4. cap.10 nu.3.* non eſſe peccatum, quia homines non dum baptizati non ſubijciuntur legibus Eccleſiaſticis: ſed obſeruatio feſtorum eſt præceptum Eccleſiaſticum ergo.

Merolla tom.2.diſp.4 dub 40.num.467. docet quod ſi quis conſuleret dictis nondum baptizatis, vt ſeruilia agerent die feſto non peccaret, ſecus videtur dicere ſi eis imperaret,vt exercerent ſeruilia, nam tunc dicit operari ſeruilia non dũ baptizatum,vt inſtrumentum principalis agentis,nempè imperantis. Pulchra eſt ſpeculatio, ſed non omnino ſatisfacit. Neq; *Merolæ*,neq; mihi,ac proindè arbitror opinionem *Layman* eſſe probabilem, quia imperat rem in ſe non malam,ſed malam quia prohibitam, vt eſt labor,in die feſto; ſed executori non eſt mala, quia non eſt ſubiectus legibus Eccleſiaſticis. dũ caret baptiſmo ergo.

Neq; mihi arridet quod aſſerit *Merolla* quod conſulens non peccat, & imperãs peccat imperando ſeruilia non dum baptizatis, nam vel vterq; peccat, vel neuter, quia verè conſulens eſt cauſa moralis operis, ſicut imperans, quandoquidem *DD.* in materia reſtitutionis ratione damni illati, conſulentem,inter cauſas moraliter influentes annumerãt.

Digitized by Google

QVÆRITVR CCXXXIX.

An poſſit quis licitè accipere aliquid ab vſurario, vel à fure etiam titulo gratuito?

RESpondetur affirmatiuè, nempè poſſe licitè accipi dono ab vſurario, vel à fure res eas quarum ipſe Dominium habet. ita *DD.* communiter docent teſte *Leſſio lib.2.cap.20.dub.19 nu.167.*

SED

Difficultas eſt, quid ſi per eam donationem, vel alienationem fiat impotens ad ſoluendum?

RESpondent multi *DD.* teſte eodem *Leſſio loc.cit.* docent eum, qui aliquid accepit, teneri ad reſtitutionem: quia accepit in fraudem creditorum, ac proindè iniuſtè.

Sed *Petrus Nauarr.* quem citat, & ſequitur *Leſſ. loc. cit.* ſic diſtinguit. ſi non inducis illum ad donandum, vel alienandū, ſed ipſe ſpontè tibi donat, vel vendit, aut emit, non teneris ad reſtitutionem in foro conſcientiæ etiam ſi ſcias ipſum per hoc fieri impotentem ad ſoluendū. colligitur apertè ex *l. vltima* §. 4. *Quæ in fraudem creditorum*. quia illæ res nemini ſunt obſtrictæ, & ipſe eſt earum Dominus. & nulla lege eſt inhabilis ad transferendum earum dominium. Nec obſtat quod ipſe peccat donando, quatenus per hoc reddit ſe impotentem ad ſoluendum creditoribus, quia tu non es cauſa cur velit donare; ſed ſuppoſito quod ipſe ſpontè velit, tu acceptas, vtēs iure tuo. iure autem Ciuili ſi titulo gratuito accepiſti concedi creditoribus actionem, qua poſſunt illud à te repetere, & quidem ſi ſciuiſti illum ea donatione fieri impotentem, cogeris reſtituere, etiam ſi res neq; extet, neq; ex ea factus es locupletior. ſi verò neſciſti, ſolum teneberis quatenus extat, vel ex ea factus es locupletior, vt patet ex *l. quod autem 6.*§. *Quæ in fraudem creditorum*.

Quod ſi titulo oneroſo accepiſti: ſiquidē ſi ſciuiſti illum ſic reddi impotentem, vt ſi venderet domum, vel agrum, vt inſumat in conuiuia, in ludum, cogeris reddere non reſtituto pretio, niſi quatenus inde aliquid extat in bonis debitoris, vt patet ex *l.7.8.& vltima,*§. *quæ in fraudem creditorum*. Si verò neſciſti, non datur actio creditoribus ad reſcindendum, vt expreſsè habetur *d.l. Quod autem. 6. d.tit.* vt benè etiam aduertit *Leſſius loc.cit.*

Notat idem *Leſſius loc. cit. num. 170. cum iuribus à ſe cit.* quod quando datur actio creditoribus ad reſcindendum contractum, conceditur creditoribus ſolum per vnum annum, qui computandus eſt ab eo die quo primùm ſciuerunt alienationem eſſe factam. Vnde ſequitur primò quod poteſt donatarius retinere rem ſpontè datam à fure, vel ab vſurario impotente ad ſoluendum ex alijs bonis licitè acquiſitis, donec condemnetur à iudice, vel fuerit facta inſtantia à creditoribus, vt reſtituat. Elapſo verò anno non datur amplius actio creditoribus, ad repetendum, & conſequenter remanet tutus in conſcientia, & non tenetur donatarius reſtituere rem ſibi donatam ab vſurario, vel à fure. Verum debet donatarius eſſe parato animo, intra ſpheram vnius anni ad reſtituēdum rem ſibi donatam à fure, inſtantibus creditoribus ipſius furis,

Secundò debet intelligi doctrina ſupra allata dummodo res non extet in ſpecie, nam iura clamant, quod res ſemper clamat ad Dominum, & conſequenter fur non poteſt illius rei acquirere dominium, ac proindè non poteſt transferre in alium media donatione.

Secus dicendum eſt ſi quis induxit vſurarium, vel furem ad donandum, vel alienandum, putans per hoc forè impotentem, nempè teneris ad reſtitutionem, & etiam non inſtantibus creditoribus intra annum ſi hæc impotentia ſit cauſa non ſoluendi, vt rectè docet *Leſſius loc. cit. num.*170.

QVÆRITVR CCXXXX.

An liceat ſponſis de futuro oſculari ſponſam, vel eam tangere in partibus honeſtis cum periculo pollutionis.

RESpondetur ſatis certum eſſe inter *DD.* id eſſe licitum, quando nō adeſt periculum conſenſus in copulam, vel pollutionem, vt docent *DD.* teſte *Sanchez de matrim. lib.9. diſp.46. num.*48.

Immò addit *Sanchez num.*50. quod ſi ſpōſus in eas anguſtias incideret quod ſi non oſcularetur ſponſam, vel non eam tangeret, vel non amplexaretur, quod exi-

Digitized by Google

exiſtimaretur inurbanus, & auſterus excuſaretur à culpa lethali, etiam ſi præuideat pollutionem.

QVÆRITVR CCXXXXI.

An pollutio præuiſa à coniugibus ſit mortalis.

RESpondetur ex *Sanchez lib. 9. diſp. 45. num. 13.* pollutionem tunc eſſe mortalem quoties cauſa, in qua præuideatur eſt mortalis, ex quo ſequitur quod quando tactus inter coniuges ſunt peccata venialia, etiam pollutio præuiſa ſit venialis, dummodo non ſit intenta, & abſit periculum conſenſus in pollutionem. eſt communis *DD.* ſententia *Sanchez loc. cit. diſp. 45. num. 38.* admictit hanc ſententiam ſolum quando adſunt inter coniuges amplexus oſcula, & alij tactus ſoliti, vt exerceantur à coniugibus ad mutuum iudicandum fouendumq; amorem; dummodo ſint in partibus honeſtis; nempè non eſſe illicitos hos actus, etiam ſi præuideatur pollutio, ſed non intenta quando non nimia voluptas adeſt, nec incitat, ſed tamquã indicia amoris exercentur repreſſo exceſſu libidinis inſurgentis; ratio allata à *Sanchez*, quia vrgens cauſa adeſt huiuſmodi actus exercendi, vt mutuus iudicetur, foueaturq; amor inter coniuges, magnaq; auſteritas eſſet, & valdè minuetur amor ſi ab huiuſmodi actibus abſtinerent.

Idem docet *Sanchez loc. cit.* nempè non eſſe peccatum ſi amplexus inter ſororẽ, & fratrem foris venientes, admictèrentur cum periculo pollutionis non intenſæ, ne auſteri, & inurbani videantur.

QVÆRITVR CCXXXXII.

Quidam concubinarius eſt occultus excommunicatus, & vult ducere concubinam in vxorem, & cum Parochus vult aſſiſtere dicto matrimonio, reperit illum innodatum tali cenſura; non habet poteſtatem abſoluendi, nec patet aditus ad ſuperiorem pro facultate abſoluendi, & ſi hic, & nunc non aſſiſtit dicto matrimonio, moraliter perſeuerabit peccatum, an poſſit licitè tunc Parochus aſſiſtere dicto matrimonio?

RESpondetur poſſe Parochum aſsiſtere dicto matrimonio, modo ab contrahentibus occultis excommunicatis faciat elicere actum contritionis, ad finem, vt rectè diſpoſiti poſsint recipere Sacramentum matrimonij. & ratio mihi eſt, quia ſolo iure Eccleſiaſtico eſt prohibitum hoc. nempè vt non poſsint excommunicati recipere Sacramenta, vt docui cum *Molina à me citat. in 1. tom. Miſcell. q. 249 fol. 149.* ſed ius Eccleſiaſticum non obligat quando timetur mors, vel infamia, ergo à fortiori non debet obligare quando timetur probabile periculum peccati, vt etiam docui *in tom. de Miſcell. loc. cit.* debet verò præſtare iuramentum, vt quam primum ſe præſentet Superiori ad finem obtinendi abſolutionem.

Nunc addo *DD* quos citat, & ſequitur *Filiuccius tom. 1. tract. 12. c. 3. num. 56* vbi docent, quod ſi eſſet vrgens neceſsitas recipiendi Sacramenta ob euitandam grauem infamiam, ſiuè ſcandalum, ſiuè damnum, vt periculum mortis, vel quid ſimile, tunc poſſet licitè excommunicatus contritus recipere Sacramenta, ergo Parochus, quando videt quod hic, & nunc probabiliter dubitat de perſeuerantia in peccato, ſi non aſsiſtit dicto matrimonio excommunicati contriti, poteſt licitè aſsiſtere dicto matrimonio, vt medio illo, tollatur peccatum concubinatus, aliàs ius Eccleſiaſticum eſſet contra legem diuinam, ac naturalem, vt eſt de euitando peccato proximi, quod abſurdum eſt dicere, nam magis obligat ius diuinum, ac naturale quàm ius Eccleſiaſticum, vt omnes *DD.* docent.

QVÆRITVR CCXXXXIII.

Quidam miles contraxit multa debita, quæ excedunt eius bona, ac proindè non ſunt ſatis ad ſatisfactionem debitorum contractorum. ex alia parte miles eſt creditor Regis in multa quantitate nummorum ratione ſoldi; accidit caſus quod obijt ſupradictus miles, & eius hæredes petunt à Principe cui inſeruiuit ſolutionem dicti ſoldi. Princeps verò non vult ſoluere mercedem debitam ratione ſoldi, ſed ratione remunerationis ob ſeruitia præſtita à milite occaſione belli donauit, conſanguineis hæredibus dicti militis aliquam quantitatem nummorum ſingulis annis in futurum, an teneantur hæredes militis ſoluere debita contracta, ex pecunia donata à Principe intuitu remunerationis ob ſeruitia præſtita occaſione belli.

RESpondetur non teneri hæredes militis ſoluere debita ex nummis donatis à Principe intuitu remunerationis ſeruitiorum præſtitorum à milite, & nõ intuitu ſoldi quem tenebatur ſoluere Rex ex iuſtitia. ratio eſt quia communiter docent *DD apud Vincent. de Frãc. deciſ.*101. *num.*21. *&* 22. quoad hoc vt actor, ſeu creditor dicatur habere hypothecam ſuper bonis debitoris oportet probare ſuper quibus hypotheca intentatur eſſe in eius bonis, & per ipsũ poſsidere tempore obligationis, vel poſt, antequam in tertium transferrentur: ſed in caſu noſtro bona donata à Principe non fuerunt in bonis debitoris tempore obligationis, nec poſt, ſed fuerant tranſlatæ in tertium, ergo creditores non poſſunt habere actionẽ hypothecariam ſuper dictis bonis, quæ numquam fuerunt *Poſſeſſa* à debitore.

Neq; ius habuit debitor ad illa bona quæ dependebant à libera voluntate donãdi ipſius Principis, quandoquidem inter Principem, & militem numquam fuit initum pactum de tali donatione facienda intuitu talium ſeruitiorum, ſed tantum fuit initum pactum de ſolutione ſoldi, ergo ſemper tenetur Princeps ex inſtitia ſoluere ſoldum non obſtante donatione facta à Principe erga conſanguineos hæredes militis intuitu ſeruitiorum præſtitorum à milite cauſa belli.

SED DICES.

Teneri hæredem ſoluere legata defuncti militis, quatenus eſt hæres retributionis factæ à Principe intuitu meritorum militis quem hæres repræſentat, nam ius, & actiones tranſeunt ad hæredem.

REſpondeo, non teneri, & ratio mihi eſt quia, & ſi iura, & actiones ſub ſimplici bonorum appellatione contineantur, vt docent iuriſperiti teſte *Vincent. de Franch. deciſ* 93. tamen quæ dependent à libera facultate donantis nõ poſſunt dici iura, neque actiones.

Probatur, nam ius eſt illud, quod debetur alicui ex titulo iuſtitiæ, ius.n. ex iuſtitia oritur, & actio quæ tranſit ad hæredem naſcitur ex contractu, vel quaſi contractu ſecundum *Azor. in ſumma C. eo titu:* ſed retributio facta à Rege non eſt debita defuncto ex contractu vel quaſi contractu, ergo non eſt tranſmiſsibilis ad hæredem. ergo, &c.

Confirmatur, ſi Rex intuitu meritorum militis conferret Epiſcopatum, vel comendam hæredi militis, vtiq; ex fructibus Epiſcopatus, vel comendæ non teneretur ſoluere debita militis defuncti, & nihilominus intuitu meritorum militis comenda, vel Epiſcopatus eſt collatus à Principe, nempè propter merita militis occaſione belli.

Confirmatur deniq; merita militis non ſunt cauſa phyſica, nec moralis retributionis facta à Principe erga hæredem militis defuncti. ergo.

Probatur, quod non ſunt cauſa phyſica, quia merita non influunt aliquid in voluntatem Principis, ita vt neceſſario producant talem effectum, ergo.

Probatur quod non ſint cauſa moralis, quia non ſemper accidit, quod ex meritis alicuius militis ſequatur effectus, nempè retributio, ergo ſolum merita poſſunt dici cauſa moralis per accidẽs non per ſe, quia interdum ex illis ſequitur retributio, quandoq; non, nec tenetur Rex ex iuſtitia donare; cùm vaſſallus teneatur Regi inſeruire ratione ac vigore iuramẽti ligij. ita *Afflict. deciſ.* 307. *num.* 13. nec obligatio ad antidora præbet actionem ad agẽdum. ita etiam docent *Bald. Salicet. Paul de Caſtro Iaſon. & alij in l ſi donatione C. de collat.* ita etiam docet *Ripa in l. ſi vnquam, C. de reuocat. donat.* quos ſequitur *del bene de parlam. dub.* 7. *ſect.* 2. *num.* 4. vbi docet cũ dictis *DD.* quod donatio facta à Rege ſuis ſubditis ob ſeruitia præſtita eſt pura donatio remuneratoria. quidquid dicant alij in oppoſitum teſte *Taſſone de Antefato fol.* 58. *num.* 89.

QVÆRITVR CCXXXXIV.

Quod nam ſit iuſtum locationis ſtipendium.

REſpondetur ex *Leſſio de iuſtit. lib.* 2. *c.* 24. *num.* 23. illud ſtipendium cenſeri iuſtum, quod paſsim eo loco huiuſmodi operarijs, officialibus, & famulis tali miniſterio occupatis dari ſolet, ita vt non ſit minus infimo, nec maius ſummo. aliàs contra agere teneretur ad reſtitutionem.

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆRITVR CCXXXXV.

Vtrum hermaphroditus poſſit validè matrimonium inire, & iuxta quem ſexum.

RESpondetur ex communi DD. ſententia teſte *Bonacin. tom. 1. titul de matr. q. 3. num. 26. & prius Sanchez lib. 7 diſp. 106.* hermaphroditum, in quo præualet vnus ſexus, poſſe matrimonium inire iuxta ſexum qui in ipſo præualet, vnde ſi præualet ſexus virilis, poteſt contrahere cum fæmina, ſi præualet ſexus fæmineus poteſt contrahere cum viro. ex quo ſequitur ait idem *Bonac. & Sanchez loc. cit.* matrimonium eſſe inualidum ſi celebretur iuxta ſexum inferiorem.

SED

Difficultas eſt, quando æquales eſt ſexus, & neuter præualet, iuxta quem ſexum debet contrahere?

RESpondetur ex communi DD. ſententia teſte *Sanchez loc. cit. num. 6.* quod quando vterq; ſexus eſt æqualis, eſt in optione eius, in quo ſexu vult contrahere. Quare ſi virili deſeruire eligat ducet fæminam, quod ſi fæmineo, nubet viro.

SED PETES I.

An debeat Parochus intereſſe matrimonio hermaphroditi, ſi adhuc non eſt electus ſexus.

RESpondetur ex *Sanchez loc. cit. num. 7.* quod non debet Parochus intereſſe tali matrimonio donec hermaphroditus coram iudice Eccleſiaſtico proteſtetur, quo ſexu vti velit, & ab hoc eſt exigendum iuramentum quo ſexu vti velit, & ſe alio ſexu præterquam ſemel electum non vſurum. ſic etiam docet *Maiolus cit. ab eodem Sanchez.*

PETES II.

An peccet mortaliter hermaphroditus qui vtrumq; ſexum habet æqualem, ſi ſemel electo ſexu alterum ſexum matrimonio copuletur. vt ſi prius inſtar viri duxerit fæminam, poſterius autem inſtar fæminæ nupſerit viro.

RESpondetur ex *Sanchez loc. cit. nu. 8.* peccare mortaliter non ſolum ratione violationis iuramenti, ſed quia committit delictum in re grauiſsima. ita etiam docent DD. teſte *Bonacin. loc. cit. num. 29* ſed ſi de facto contrahit matrimonium validè contrahit, affirmat *Sanchez, & Bonacin. loc. cit.* quia iure naturæ non irritatur, nec ius Pontificium inuenitur, quod id matrimonium irritum reddat, vt rectè docent *DD. ſupra cit.*

PETES III.

Quis debet cognoſcere vter ſexus præualeat?

RESpondetur ex *Sanchez loc. cit. num. 2.* matronarum peritarum, vel medicorum eſſe huius rei iudicium, vt benè docet *Albericus cit. ab eodem Sanchez*, atq; id ex genitalium inſpectione iudicandum eſt ait *Turrecrem. cap. ſi teſtes 9. hermaphroditus 4. q. 3 num. 3.* ſi autem dubitetur, vter ſexus prædominetur, ſtandum eſt ipſius hermaphroditi dicto. cùm nullus valeat id ita ſentire, ac ipſemet, vel iudicio medicorum ſtandum eſt. ita communis ſententia docet. Quod ſi adhuc res eſt dubia conſultis medicis, & in æquilibrio res eſſet, nec iudicari poſſet. vter ſexus præualeat, cenſendum eſt ſexum eſſe æqualem. ita *Sanchez num. 9.*

QVÆRITVR CCXXXXVI.

Quidem habet creditum in monte pietatis v. g. mille aureorum, vult illud vendere an poſſit minoris emi quàm contineat illud creditum, & ſi poteſt, quodnam erit iuſtum pretium? difficultas eſt, quando non adeſt moleſtia in exigendo credito, nec concurrit lucrum ceſſans, aut damnum emergens nec ambigua eſt ſolutio.

RESpondent *Panormit. & Innoc. in c. de ciuit. de vſuris Caiet. Nauarr. & alij cit. à Leſſio lib. 2 cap. 21. dub. 8. num. 65. & 66.* poſſe talia iura, ſeu credita minoris emi, quia talia iura dum proponuntur venalia inſtar mercis communi hominum iudicio minoris æſtimantur quam pecunia præſens, & illud cenſetur iuſtū cuiuſcunq; rei venalis pretium quod communis hominum æſtimatio ſtatuit. Scio verò alios DD. docere talia iura non poſſe minoris emi.

Digitized by Google

QVÆRITVR CCXXXXVII.

An Vicarius Epiſcopi ex generali commiſſione abſq; ſpeciali mandato poſſit facere concurſum ad Parochiam, & ſucceſſiuè ex approbatis digniorem eligere.

RESpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *Garzia par.9.cap.2.nu.117.* affirmatiuè. Neq; obſtat *Concilium cit.* ab eodem *Garzia* dicens, ab Epiſcopo debere fieri concurſum, ſiuè eo impedito ab eius Vicario generali, nam per illa verba non tolli quin coram Vicario impoſsit fieri examen, Epiſcopo non impedito, ſed poſita eſſe ad denotandum conuenire quod ab Epiſcopo ceſſante impedimento fiat examen & citat *Sbrozum idem Garzia loc.cit.* Sed non poteſt quantum ad collationem Eccleſiæ Parocchialis Vicarius ex generali mandato id facere, vt docet idem *Garzia par 5. cap.8. num.109.& probat ex Trid. ab ipſo cit.*

SED PETES

An aliquando Eccleſia parochialis conferri poſſit ſine concurſu.

RESpondetur de hac re *Fuſius agit Barboſa de poteſtate Epiſcopi allegat.60. à num.18.vſq; ad num 38. & 39.ſed nu.38. aduertit Barboſa cum DD. à ſe cit.* quod quando Eccleſia parocchialis eſſet exiqui redditus, vt examinis per concurſum operam non ferret, aut nemo eſſet, qui ſe dicto examini velit ſubijcere, aut ob opertas factiones, ſeu diſsidia, quæ in aliquibus locis reperiuntur, facilè grauiores rixæ, aut tumultus poſſent excitari, concurſu non confertur. ita *Trid.ſeſſ.24.c.8.*

QVÆRITVR CCXXXXVIII.

Si quis manuſcriptum alterius euulgat, ſeu edit in lucem tamquam à ſe compoſitum peccet contra iuſtitiam?

RESpondetur affirmatiuè ex innumeris *DD.* quos citat, & ſequitur *Paſqualigo in quaſtion. moralibus q.113. num. 2.* quia vſurpat ſibi excellentiam alterius, ac proindè lædit notabiliter proximũ, & conſequenter non ſolum peccat, ſed etiam tenetur ad reſtitutionem.

Vndè concludunt *DD.* quod manuſcripta militis victi in bello iuſto non cadunt ſub ſpolio militis victoris quia partus ingenij non connumerantur inter bona militis victi, & proindè tenetur victor reſtituere militi victo, alijs peccaret, & teneretur ad reſtitutionem. ita communiter *DD.* apud eundem *Paſqualigo loc. cit.*

QVÆRITVR CCXXXXIX.

An moniales, vel regulares profeſſi deputati ad chorum non dum inſigniti ordine ſacro teneantur perſoluere officium diuinum priuatim, quando abſunt à choro.

RESpondetur ex communiſsima *DD.* ſententia teneri, etiam ſi ex vi regulæ non teneantur, ratione conſuetudinis.

Sed *Ca.et. verb. hora in ſumma* dubitat vt ſit hæc conſuetudo. *Bordonus in reſolut. Regular. reſol 30.* docet hanc conſuetudinem referri ad chorum, non præcisè ad deputatum ad chorum, quando abeſt, & rationem reddit, quia conſuetudo in vim legis obligans non inducitur ex actibus priuatis, ſed publicis, & manifeſtis, vt docent communiter *DD.* cum *Bonacin.tom.2.tract. de conſuetudine diſp. 1.q.1.punct.vlt.num.26.* officium autem extra chorum dicitur occultè, & non manifeſtè, ergo ſignum eſt eam conſuetudinem ad profeſſum non vt ſic, ſed quatenus recitat in choro.

Leſſius de actibus humanis verb hora cap.14. num.34. docet poſſe confeſſarium ſequi in praxi, ac dicere monialibus non teneri dicere ſub mortali officium extra chorum. Neq; obſtat de conſuetudine, quia in primis non conſtat, & ſi ſatis conſtet de conſuetudine publicè horas canere, non tamen ſatis conſtat de conſuetudine qua tantum vinculum ſingulis priuatim ſit impoſitum. deindè hæc conſuetudo non aliter potuit obligationem inducere, quam mediante hominum opinione qui putauerunt ſe obligari ſub mortali, & iudicabant ſe peccare mortaliter ſi omitterent. talis autem obligatio facilè tollitur ſi oſtendatur opinationem illam non ſolido niti fundamento, ſicut.n.ante *Sotum*, communis opinio erat omnem beneficiariũ ſub peccato mortali teneri quotidie perſoluere diuinum officium, etiã ſi beneficium duos, vel tres aureos penderet, & ita conſuetudine, & *DD.* opinione

Digitized by Google

nione tenebantur ſub mortali, ſed poſtquam *Soto* contrarium docuit, paſsim cæpit illa rigida ſententia excoleſcere. idem dicitur de recitatione matutini ante ſacrum. huc vſq; *Leſſius loc.cit.*

Hanc opinionem, tum à principio extrinſeco, ſcilicet ex auctoritate *DD.* tum à principio intrinſeco propter rationem, non audeo dicere eſſe improbabilem. verum quia oppoſita eſt communior, & magis fauet diſciplinæ Regulari, idcirco eſt amplectenda, nec prima opinio eſt proponenda præſertim monialibus niſi in caſu raro, ad tollendos ſcrupulos, vel quando adeſt dubium de legitima cauſa omittendi diuinum officium.

SED PETES I.

An omnes moniales, vel regulares profeſsi, etiam inſigniti ordine ſacro teneantur choro aſsiſtere, ita vt ſine cauſa peccent mortaliter ſi non aſſiſtunt choro cauſa perſoluendi diuinum officium?

Reſpondetur primò ſuperioribus Regularibus in ſpecie mandatur, vt ſollicitam diligentiam adhibeant, vt debitis horis conuenienter diuinum officium in choro celebretur; hoc intelligitur etiam reſpectu Abbatiſſarum, Priorum, &c. vt docet *Tamborinus de iure Abbatiſſarum cum DD. à ſe cit. diſp.* 15. *quæſit.* 2. ac proindè peccant mortaliter dicti Superiores quibus cura Eccleſiæ incumbit, qui ſunt cauſa per ſuã incuriam, vt vno die omittatur totum officium in choro vel aliqua hora quo peccato afficiũtur etiam, qui tali omiſſioni cauſam præbent, vel ad illam cooperantur etiam ſi priuatum officium recitent. ita *DD.* teſte *Tamborino loc. cit.*

Reſpondetur ſecundò cum *Suarez tom.* 2. *de relig. cap.* 10. *num.* 15. quod ex obligatione chori in toto corpore monaſterij exiſtente, non ſufficienter naſcitur obligatio chori in ſingulis, nam moniales, & Religioſi qui chorum profitentur nõ tenentur ex vi legis generalis, ſeu præcepti obligantis ſub culpa mortali ad recitandum officium in choro, niſi fuerit ſpeciali conſtitutione præceptum, vel niſi de hoc proprium votum fieret, quod in nulla religione putat eſſe *Tamberinus loc. cit.* ergo vbi contemptus deeſt, & propter meam abſentiam iam non notabiliter læditur diuini cultus officij, non incurro peccatum mortale. ita *Tamberinus diſp.* 15. *q.* 1. *num.* 3. & *S. Fauſt. de horis canonicis lib.* 2. *q.* 146. §. *ex quo.*

Reſpondetur tertiò, quod Prælati Regulares non tenentur ad perſonalem ſui præſentiam in choro, ſed tenentur habere curam, vt chorus ſicut par eſt, frequentetur; niſi ob exemplum aliorum, id ſit opus, ſed propter plures, & grauiores occupationes ſæpius à frequentatione chori magis Superiores excuſabuntur, quam ſubditi. ita *Rafael. de la Torre*, quem citat, & ſequitur *Diana par.* 1. *de iuris can. reſol.* 38.

PETES II.

An regulares vtriuſq; ſexus teneantur in choro etiam officium B. V. perſoluere.

Reſpondetur ex communi *DD.* ſentẽtia, teſte *Tamborino de iure Abbatiſſarum diſp.* 15. *q.* 2. teneri ſi adeſt conſuetudo, quia Pius V. eandem conſuetudinem confirmauit, ac proindè peccant mortaliter Superiores, & Abbatiſſæ quando permittunt, quod in choro omittatur officium B. V.

PETES III.

An in paruis conuentibus, vbi tres, aut quatuor tantum reſident, teneantur recitare diuinum officium in choro?

Reſpondetur ex *Bordone reſol.* 30. *nu* 8. quod requirantur ad minus quatuor ad Chorum deputati adhoc, vt teneantur dicere officium in choro, & citat *Gloſ. verb. is conuentual. cap. Nobis de iurepatron per cap.* 1. *de elect.* & *gloſſa verb. Eccleſijs extra com. Ne ſede vacant.*

Addit *Bordonus loc cit.* hæc verba, vt plurimum excuſarem etiam, quatuor, aut quinq; reſidentes, cum huiuſmodi obligatio recitandi in choro Regularibus non ſit ita ſtrictior, ſicut beneficiarijs collegiatis mihi placet opinio *Bordoni* circa numerum ſupra quatuor, in caſu quando alij eſſent applicati ad ſeruitiũ eiuſdem monaſterij, ita vt, non poſſent aſsiſtere choro, nec poteſt moraliter relinqui illud ſeruitium monaſterij, puta ſi eſſet exactor, vel procurator monaſterij, aliàs grauiſsimum incomodum pateretur monaſterium, nempè tunc nõ teneri alios Patres recitare officium in choro, licèt eſſent aſsignati pro habitatione

tione

Digitized by Google

tione in illo monaſterio pluſquam quatuor deputati ad chorum. Verum quando poſſent aſsiſtere choro quatuor ex illis Patribus. tunc tenerentur in choro recitare diuinum officium, puta in diebus feſtiuis, vbi nō ſolent eſſe applicati dicti Patres ad negotia monaſterij.

PETES IV.

An qui tenetur dicere officium in choro, teneatur audire partem alterius conſocij?

Reſpondetur primò ſatis certum eſſe non teneri recitantem officium in choro, vt audiat omnes, ſed ſatis eſt, vt vocem vnius audiat. ita communiter affirmant *DD* teſte *S. Fauſto lib. 2. de horis canonicis q. 127.*

SED

Difficultas eſt, quando non audit, nec etiam vocem vnius, an ſatisfaciat obligatus ad chorum, ſi non repetat id quod non audit.

Reſpondetur ex *Emanuel Sà verbo hora num. 9.* quod qui in choro ſuam partem dicit, & alteram etiam non poteſt percipere, non tenetur ſupplere. idem docet *Suarez tom. 2. de religione lib 4. cap. 27. num. 15.* & à fortiori dicere debent ſupradicti *DD* quando qui recitat in choro officium eſt *Surdus, vel Surdaſter.*

Plus addit *Caramuel in Regul. S. Benedicti diſp. 108. art. 3. num. 1387. concluſ. 5.* vbi ſic ait nemo tenetur auſcultare ſocium, ſed ſuos quiſq; verſus correctè legere, & non incipere antequam alter deſierit quia nullum eſt præceptum de auſcultatione, atq; vbi non eſt lex nulla eſt obligatio, ergo nemo tenetur auſcultare ſocium. quod ſi non expectat peccabit mortaliter; aut venialiter iuxta materiæ quantitatem. Sed hæc opinio non mihi arridet, cùm ſit contra communem opinionem, & praxim omnium timoratorum conſcientiæ.

QVÆRITVR CCL.

Quidam pænitens numquam expreſſit numerum, neq; ſpecies peccatorum, putans, inuincibiliter non fuiſſe neceſſarium, & ſemper obtinuit abſolutionem à quodam ignaro confeſſario, qui numquam interrogauit eum neq; de numero, neq; de ſpecie. an ſint reiterandæ confeſsiones, & quid tenetur facere confeſſarius, vel pænitens?

Reſpondetur ex *Nauarro lib. 5. conſil. titul. de pænit. & remiſsione conſ. 11. & 12.* quod in primis non tenetur confeſſarius interrogare pænitentem, ſi in cōfeſsionibus præteritis expreſsit numerum, vel ſpeciem, etiam ſi ſuſpicetur eū non fuiſſe confeſſum numerum modo putet ſe ſatis benè confeſſum fuiſſe. Secus dicendum eſt, quando id pænitens aſſerat numquam in alijs confeſsionibus expreſsiſſe numerum, neq; ſpeciem, nam tunc licèt non ſint repetendæ aliæ confeſsiones, factæ ex ignorantia inuincibili pænitentis, tamen tenetur confiteri numerum veriſimilem, ac ſpeciem peccatorum, vt docet *Nauarr. conſ. 12.*

Sed ſi pænitens putat etiam præuio diligenti examine, non poſſe explicare numerum veriſimilem, tunc non tenetur pænitens præmittere aliud examen peccatorum, ſed ſatis eſt, vt dicat quod in mente habuit, vt docui in *praxi confeſſariorum 2. edit. fol. 223.* vt colligitur etiā ex doctrina *Heniquez lib. 5. de pænit. c. 5. num. 9.* hæc ſunt formalia.

Non eſt à confeſſore plus nimio cogendus ad numeri certi explicationem, quando propter ruditatē, vel conſuetudinem vix poteſt numerare: quia conſilium, & remedium in hoc foro medicinali cum iudicio non quidem cæco, ſed paruo, ſatis adhiberi poteſt, dum ruſticus facta mediocri diligentia, de vniformi vita groſſo modo dicit: id paſsim feci, vel multoties per men ſemper hoc .n. implet præceptum in concilijs expreſſum.

Addo ego, vt ſupra dixi, ſi moraliter creditur quod illa diligentia nihil iuuabit, vt ſciatur certus numerus, puta quia hic error fuit commiſſus à multis annis, neque teneri pænitentem ad hoc, quia nemo tenetur ad opus inutile, & plus poterit recordari ex interrogatione præcedentis, ac docti confeſſarij, quàm ex ſe ſolo.

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆRITVR CCLI.

An ſi Eccleſiaſticus aſſerat coram iudice laico bona introducta in Ciuitatem eſſe ſua, & reipſa non ſunt ſua ad finem, vt non confiſcentur teneatur ad reſtitutionem?

Reſpondetur peccare, ſed non teneri ad reſtitutionem quia non peccat contra iuſtitiam commutatiuam, ſed ſolum contra iuſtitiam legalem. ita *Leſſius lib.2.cap.12.dub.18.num.136* & multi alij *DD.* apud *Paſqualigo q.153. nu.6.* quidquid dicant alij in oppoſitum. nec pœna eſt debita ante ſententiam, ergo licèt iniuſtè ſit impedita, & peccet qui impedit, tamen non tenetur ad reſtitutionem.

QVÆRITVR CCLII.

Quidam ex dicto ſui confeſſarij ſatisfacit rem furatam vero Domino, medijs ſacrificijs Miſſæ pro anima domini rei furatæ. deinde alius confeſſor docet, reſtitutionem eſſe faciendam in eadem ſpecie, an teneatur iterum reſtituere?

Reſpondeo non teneri iterum reſtituere, & ratio mihi eſt, quia pænitens tenetur obedire confeſſario. ergo ſi cōfeſſarius imponit onus, vt ſatisfaciat debitori media applicatione Miſſarum pro anima illius ad nihil amplius tenetur Quod à fortiori ſequitur ex doctrina quæ aſſeritur à *DD.* teſte *Sayro in Claui Regia lib.10. tract.5. cap.9. num.3.* quod confeſſario nō reſtituente ex parte pænitentis pecuniam acceptam ab ipſo, non tenetur iterum reſtituere, etiam ſi ſciat rem non fuiſſe peruentam ad manus proprij Domini: ſed in caſu noſtro iam fuit facta applicatio Miſſarum animæ Domini rei furatæ ergo nō debet iterum reſtituere pænitens, cùm culpa fuerit confeſſarij. non ſua, vt reſtitutio non fuiſſet facta in propria ſpecie.

QVÆRITVR CCLIII.

An monaſteria Regularium ſint loca exempta ratione ſui, an ratione perſonarum.

Reſpondent communiter *DD.* ſolum ratione perſonarum loca regulariū eſſe exempta. ita *Vgolin. Suarez Coninchus*, & alij apud *Paſqualigam in quaſt. canon.q.176.* ex quo ſequitur quod ſi laicus committit aliquod delictum vetitū ſub cenſura intra monaſterium regulare exiſtens in diœceſi Epiſcopi qui tulit cenſuram pro euitando illo peccato incurrit cenſuram.

Sed *Bonacina, & Bordono* quos citat, & ſequitur *Paſqualigo loc cit.* docent Monaſteria exiſtentia intra diœceſim Epiſcopi eſſe exempta ratione ſui non ſolum ratione perſonarum. idem prius docuit *Henriquez l.13. c.26. num.2.* & deindè ſecutus eſt *Bonacin.* cum alijs *DD. à ſe citat. de cenſuris diſp.1 q.1.par.11. nu 8. circa finem*, vbi docent quod violantes ſtatutum Epiſcopi in monaſterio exempto non incurrere excommunicationē ab Epiſcopo lata. & addit, hoc eſt verum iuxta ſententiam Auilæ, & aliorum non ſolum quando cenſura eſt lata per ſtatutum ſed etiam quando eſt lata per ſententiam. Vnde ſequitur quod ſi aliquis ſubditus Epiſcopus ante promulgationē edicti exiſteret intra diœceſim in monaſterio regulari, non incurreret cēſuram ſi tali die nō iret ad proceſsionem, dummodo non exeat à monaſterio regulari tali die. Sed hoc videtur abſurdum ideo non facilè eſt recedendum à ſententia negatiua.

QVÆRITVR CCLIV.

Epiſcopus approbat ad confeſsiones aliquem regularē Sacerdotem, an cenſeatur approbatus etiam in tota diœceſi ita vt poſsit excipere confeſsionem in tota diœceſi abſq; alia licentia.

Reſpondetur ex *Henriquez lib.3. de pænit.cap.6.num.3.* quod ſi nihil exprimat Epiſcopus, cenſetur concedere iuriſdictionem in totam diœceſim.

QVÆRIRVR CCLV.

An Epiſcopus ſine iuſta cauſa poſſit reuocare approbationem ſuis ſubditis quoad confeſſionem?

Reſpondetur ex *Suarez tom.4. 3. par. diſp.28. ſect.8. nu.7.* non poſſe, & probabile eſſe, talem reuocationem eſſe nullam ſic *Suarez*. Quia talis reuocatio ſine cauſa facta, eſt quaſi ablatio iuris acquiſitis, vel quaſi reuocatio ſententiæ ſine iuſta cauſa, ergo non tantum eſt iniuſta, ſed nulla. Ad-

Digitized by Google

Addit præterea *Suarez* licèt ſit hoc probabile non eſt certum.

Vaſquez Turrianus, & Sancius citat. à Diana 2. par. tract. 2. reſol. 22. docent talem reuocationem approbationis ſine iuſta cauſa non eſſe nullam, etiam quoad regulares.

Sed multi DD. quos citat, & ſequitur *Diana loc. cit.* docent reuocationem approbationis ſine iuſta cauſa quoad regulares eſſe nullam ac irritam.

Sed quod mihi ſatis certum eſt, omiſsis alijs opinionibus. Quod ſi ordinarius ſine iuſta cauſa reuocat licentiam excipiendi confeſsionem non ſolum regularibus, ſed etiam ſuis ſubditis peccat mortaliter, quia infert eis grauem infamiam, nec poteſt abſolui niſi reſtituat famam quibus reuocauit licentiam excipiendi confeſsiones ſine iuſta cauſa, quod fit ſi de nouo concedit eis licentiam audiendi confeſsiones.

SED PETES I.

An Epiſcopus ſine aliqua cauſa poſſit approbare Regulares pro confeſſione ad tempus?

Reſpondetur ex vtraq; parte ſunt *DD.* teſte *Ceſpede de exemptione dub.* 108. qui concedunt hanc facultatem Epiſcopis, & qui negant. & præcipuè docet *Portel. in dubijs Regular. verbo confeſſor Regularis præſentatio cum Rodriquez ab ipſo citat.* quod ſi Epiſcopus ſine cauſa, & pro conſuetudine Regulares clarè idoneos non approbet niſi ad tempus vnius anni, & hoc faciat omnibus, poſſunt tales idonei non ſtare illi approbationi annuali ſed habere ſe pro approbatis in perpetuum.

Secus ſi talem approbationem annualem det propter ſufficientiam examinati quoad vſq; plus diſcat.

Sed hæc ſententia non mihi placet, nam ſemper Epiſcopus habet rationem dubitandi an idoneus progreſſu temporis non ſit amplius idoneus pro excipiendis confeſsionibus; nam qui ſemper audit confeſsiones, ſemper opus eſt, vt ſtudeat, ac proindè ſi idoneus confeſſarius intermictit ſtudium, poteſt fieri non idoneus pro tali munere.

Probatur nam ſi Epiſcopus approbaret abſolutè nõ idoneum Regularem abſq; limitatione temporis, poterit vtiq; Epiſcopus reuocare ei licentiam audiendi confeſsiones, dum ei conſtet, non eſſe idoneum, quia tunc, vt delegatus poteſt defectus omnes occurrentes in Sacramentorum adminiſtratione corrigere, vt concedit *Ceſpedes loc. cit.* ergo à fortiori dico ego quando non ſimpliciter ſed ad tempus conceſsit licentiam excipiendi confeſsiones, poterit Epiſcopus reuocare licentiam quando ei conſtet euaſiſſe non idoneum, vel poteſt illum iterum examinare, dum habet dubium, an perſeuerauerit in idoneitate, vt ita dicam.

SED

Dices huic doctrinæ obſtare decretum Sacræ Congregationis emanatum die 20 Nouembris 1615. vbi præcipitur, vt ordinarij non ſuſpendant Regulares ab audiendis confeſſionibus, niſi ex noua cauſa eaq; ad confeſſiones ipſas pertinente. ita ſunt formalia verba decreti.

Reſpondetur decretum Sacræ Congregationis fuit emanatum, ne temere, & indiſcriminatim ordinarij ſuſpendant Regulares ab excipiendis cõfeſsionibus, ſed in caſu noſtro adeſt iuſta cauſa pertinens ad confeſsiones, nec tollitur, vel ſuſpenditur eis licentia audiendi confeſsiones, ſed tantum, vt iterum regulares ſubijciant ſe examini, dum eis non fuit conceſſa approbatio perpetuò, ſed ad tempus.

PETES II.

An ſi Epiſcopus ſine iuſta cauſa non admictat Regulares ad confeſſiones audiendas, poſſint non obſtante diſpoſitione, concilij confeſſiones audire ac ſi eſſent approbati.

Reſpondetur ex communiſsima *DD.* ſententia teſte *Diana 3. par. tract. 2. reſol. 24.* negatiuè, quia concilium ſtatuẽs nullum niſi habentem parochiale beneficium, aut approbatum ab Epiſcopo idoneum eſſe audiendis confeſsionibus, ſatis indicat ad eam idoneitatem requiri approbationem actu datam.

Sed non deſunt grauiſsimi *DD. citat. ab eodem Diana* oppoſitum docentes, & præcipuè *Nauarr. cap 27. num. 264. & Facundez præcept. 2. lib. 7. c. 2. num. 15.* aſſerentes non eſſe derogatum per *Trid.* quod conceſſum eſt Religioſis ordinis mendicantis, nam ex *cap. dudum* § *ſi verò* Prælati dictæ Religionis poſſunt eligere

gere fratres idoneos in numero conuenienti, & Epiſcopo præſentare, quod ſi Epiſcopus ſine iuſta cauſa admittere non vult cenſentur admiſsi, ac approbari ad confeſsiones, itaq; neceſſaria eſt licentia petita, & ſi non obtineatur intelligitur conceſſa. *Fuſius*, tam *Nauarrus*, quam *Facundez ex Trid. non fuiſſe derogatum dicto cap. quũ* cùm ſit inſertum in corpore iuris; ac proindè opus erat ſpeciali derogatione.

Sed non eſt recedendum à prima ſententia negatiua. quæ docet non ſufficere licentiam petitam, & non obtentam ad hoc, vt cenſeantur approbati, ſed eſſe neceſſariam omnino approbationem ordinarij.

P E T E S III.

An nouus Epiſcopus poſsit omnes Regularium licentias ſuſpendere, & de nouo illos examinare?

RESpondetur ex communiſsima *DD.* ſententia teſte *Diana par. 3. tract. 2. reſol. 27.* affirmatiuè, & ita eſt praxis Epiſcoporum contra Regulares, quidquid dicant alij in oppoſitum.

Q V Æ R I T V R C. L V I.

Quidam concubinarius per ſpatium multorum annorum perſeuerauit in concubinatu, an teneatur explicare in confeſsione quoties fuit primus petendo copulam à muliere, & quoties fuit primus petendo oſculum, &c. idem quæritur reſpectu mulieris, nempè an teneatur concubina explicare in confeſsione quoties ipſa fuit prima, petendo copulam, vel incitando ad copulam ſuum concubinum, & quoties fuit prima petẽdo oſculũ ab illo, vel ad deoſculandum concubinum; ratio dubitandi eſt quia videtur committere peccatum ſcandali vltra illud peccatum quod committit, quando quis eſt primus in petitione copulæ, vel oſculi. idem petitur quando quis per diem, vel horas commoratur cum fornicaria, committendo cum illam interpolatè multos actus obſcenos: an ſcilicet teneatur fornicator, vel mulier fornicaria explicare in confeſſione, quis fuit primus in petitione horum actuum.

REſpondeo, ſaluo meliori, ac doctiori iudicio non eſſe opus hoc explicari in confeſsione, nec teneri confeſſarium de hoc interrogare pænitentem, & ratio mihi eſt, tum quia moraliter ſciri hoc non poteſt à ſupradictis, & dato, & non conceſſo, quod poſsit ſciri, nec etiam eſt neceſſarium quia tam cõcubinus quàm concubina Dum Vitam agunt in eadem domu, modo vxorio, ſunt vtriq; expoſiti ad tales actus, nempè copulæ, tactus, & oſculi; & ſicut cõmuniter concedunt *DD.* quod non cõmittitur peccatum ſcandali ab eo qui petit copulam à muliere expoſita ad peccandum cum omnibus generibus perſonarum, ita idem dicendum eſt in caſu noſtro, nam concubinus, & concubina iam ſunt expoſiti ad peccandum quoties vnus ab altero eſt requiſitus, dum ſimul habitant modo vxorio, & communiter tales actus inter eos ſolent exerceri: idem dicitur quando per diẽ, vel horas commoratur cum fornicaria committendo cum illa actus obſcenos, ergo ſatis eſt dicere in confeſsione toties rem habui cum concubina, vel toties eam oſculatus ſum non in ordine ad copulam. Secus mihi dicendum eſt, ſi concubinus, vel concubina fuiſſet primus, vel prima petendo copulam in vaſe præpoſtero, vel pollutionem extra vas, nam in hoc caſu, puto teneri pænitentem explicare vltra peccatum quod commiſit, peccatum ſcandali, nempè ſi fuit primus, vel fuit ab alio requiſitus, quando commiſit peccatum prædictũ: nam hoc nõ eſt de communiter accidentibus, nec communiter cenſentur expoſiti cõcubinarij ad hoc peccatum. idem dico de verbis obſcenis incitantibus ad ſupradicta peccata, nempè teneri pænitentem explicare ſi fuit primus eructando illa verba.

Secus mihi dicendum eſt, ſi protulit verba, tàm concubinus; quàm concubina, incitantia ad copulam naturalem, nempè non teneri explicare pænitentem in confeſsione ſcandali ſi fuit primus, vel incitatus à concubina, nam communiter inter concubinarios ſolent dici huiuſmodi verba, & quaſi vt ita dicam, ſunt quaſi vtriq; parati ad audienda illa verba. hoc intelligendum eſt, etiam ſi illa verba non ſint in ordine ad copulam; nam ſatis certum eſt apud *DD. à me cit. in tom. 1. Miſcellan. q. 216.* oſcula, verba turpia, & tactus etiam per partes inhoneſtas, ante, & poſt copulam completam non eſſe explicanda in confeſſione, quia intelliguntur explicati ex-

plicato actu principali; nempè copula, ac proindè non ſunt interrogandi à confeſſario.

QVÆRITVR CCLVII.

An teneatur Parochus quando aſſiſtit matrimonio, inſtruere contrahentes, non ſolum de Sacramento matrimonij, ſed etiam de annexis dicto matrimonio, an ſciant doctrinā Chriſtianam contrahentes, vel circa educationem pueri, quid tenentur facere, puta vt ediſcant doctrinam chriſtianam, cùm peruenerint ad vſum rationis, vt faciat obſeruare legem chriſtianam, vt non dormiat cum illis in eodem lecto quando ſunt in ætate vnius anni, ne eos occidat, &c.

RESpondeo ſatis mihi certum eſt teneri Parochum quando aſsiſtit matrimonio, procurare, vt contrahentes ſint in gratia, vel media confeſsione Sacramentali, vel media contritione quādo ſunt rei peccati mortalis, quia omnia ſacramenta conferunt gratiam ex opere operato, vt omnes Theologi docent. Sed quando non inueniunt ſubiectum diſpoſitum ad recipiendam gratiam non producunt augmentum gratiæ quando ſunt Sacramentum viuorū, nam primā gratia per ſe ſolum à Sacramento baptiſmi, & pænitentiæ confertur ſubiecto ſaltem attrito; per accidēs verò cætera Sacramenta primam gratiā etiam conferunt, puta quando quis putat eſſe contritus, & à parte rei non eſt niſi attritus ergò peccant mortaliter in caſu noſtro quando contrahentes, ſunt in peccato mortali, & recipiunt Sacramentum matrimonij, & quia ſæpè ſæpiùs laborant ignorantia, proindè tenetur Parochus aſsiſtens matrimonio docere eos hanc obligationem nempè, vt contrahentes ſeſe ponant in gratia.

Circa verò de annexis matrimonio ſolum mihi videtur teneri Parochum docere contrahentes quādo ſunt perſonæ idiotæ, quid ſit hoc Sacramentum quod ſuſcipiunt.

Quoad alia non mihi videtur, vt Parochus teneatur aliud docere, cùm potiùs ſpectet ad confeſſarium contrahentium, quàm ad parochum; nam in primis circa doctrinam chriſtianam, nihil eſt cautum in iure quandoquidē ignorantia eius, non eſt impedimētum dirimens, neq; impediens. circa educationem filiorum non vrget tunc præceptum, quia multoties nō generant filios, & potius, vt dixi, ſpectat ad confeſſariū quam ad Parochum, nec aliud eſt cautum in iure, nec à rituali aliud præcipitur. alias teneretur Parochus inſtruere contrahentes quando peccant circa vſum matrimonij, & quando tenetur debitum reddere coniux ſub mortali alteri coniugi, & quando vxor tenetur præſtare obedientiam ſuo viro, quia eſt caput eius, &c. cùm nullus auctor hoc aſſeruerit.

QVÆRITVR CCLVIII.

An ſemper ſit peccatum murmurationis narrare defectus alicuius?

RESpondetur ex *D. Th.* 2. 2. *q.* 73. *art.* 2. non eſſe intrinſecè malum, reuelare occultum malum alicuius abſq; animo auferendi famam; ſed propter emendationem peccati, vel alium bonū finem, non committitur peccatum, ſed exercetur actus meritorius.

Item quando de peccatis publicis loquitur ſine animo auferendi famam, ac denigrandi, iſta locutio pertinet ad charitatem zeli, aliàs *damnaretur Dauid Pſal.* 118. dicens. *iniquos odio habui, & legem tuam dilexi* ita affirmat *DD.* teſte *Sancio correpto diſp* 4. *nu.* 10. vbi docent ſi aliàs animus auferendi famam deſit, & defectus narrantur coram noſcentibus non erit detractio, cùm id fiat zelo iuſtitiæ, & ex motiuo querelæ, & doloris.

QVÆRITVR CCLIX.

An ſit peccatum mortale detegere peccatum mortale proximi neſcienti illud, quando peccatum fuit publicum illo tempore quo fuit commiſſum?

RESpondetur ex *Leſſio*, quem citat, & ſequitur *S. Fauſt. in ſpeculo confeſſariorum diſp.* 3. *q.* 44. non eſſe peccatum mortale contra iuſtitiam, modo audiētes non intelligant etiam nunc improbum eſſe, ſed eſſe peccatum mortale contra charitatem ſi abſq; iuſta cauſa eius crimen in memoriam aliorum reuocetur.

Dixi abſq; iuſta cauſa; quia ſi ſit ob bonū finem, vt puta iuridicè ad informationem Eccleſiæ, vel collegij ingrediendi, vel matrimonij contrahendi, poteſt tale ſcelus ſine peccato reuelari iis quibus

poteſt

Digitized by Google

poteſt prodeſſe, & alijs non obeſſe.

Addo ego quod ſi quis fuit publicus, ac notorius peccator, & nunc eſt exiſtimatus homo vitæ ſpiritualis, ac non mediocris bonitatis non eſſe peccatum, neq; contra iuſtitiam, neq; charitatem, ſi manifeſtaretur hoc, vt magis elucceret gratia Dei, & opus Dexteræ excelſi; nam dicimus Dauid fuiſſe adulterum, & homicidam Paulum perſecutum eſſe chriſtianos, Petrum negaſſe Chriſtum, & Magdalenam fuiſſe publicam peccatricem, & nemo audet dicere, hoc non poſſe dici, cùm totum hoc cedat in laudem Dei, & honorem proximi, nam ex tali mutatione oſtenditur efficacia gratiæ Dei, ac eius infinita miſericordia, & honor proximi qui cooperatus eſt gratiæ Dei benè, ac virtuosè operando.

QVÆRITVR CCLX.

An peccet habens conſanguineos, ſi extraneo relinquat ſua bona?

Reſpondetur primo, quod habens conſanguineos collaterales ſed non filios nec parentes quibus legitima de iure naturæ debetur poteſt in foro exteriori & interiori relinquere bona ſua cui voluerit inſtituendo extraneos hæredes, & conſanguineos omittendo, nec de eis curando, dummodo extremè non indigeant. vt docet *Nauarr. c. 16 num. 36. & Rodriq. in ſumma par. 2. c. 72. num. 4 & facit cap. 2. de ſucceſſ. ab inteſt. verb. peculium.*

Valerius verò in differentijs vtriuſque fori *verb. hæreditas differentia 9.* videtur ſentire, quod peccat mortaliter qui relinquit bona extraneo, quando habet conſanguineos pauperes licèt non ſint in extrema neceſsitate.

Addit præterea *Valer. loc. cit.* quod ſi quis relinquat bona ſua monaſterio, hoſpitali, vel pauperibus, omittendo conſanguineos pauperes, ſed non extremè indigentes; non peccat, immo opus ſtudioſum exercet. in pari quippè caſu neceſsitatis, bonitas præeminet conſanguinitati.

Rodriquez in ſumma par. 2. cap. 72. num 4. ſic ait. Non tenetur teſtator qui non habet hæredes legitimos, & neceſſarios, qui ſunt Pater, & mater, filij, aut Nepotes, relinquere bona conſanguineis, quamuis ſint pauperes & fratres, niſi ſint in extrema neceſsitate, & non habeant alium conſanguineum proximiorem, qui poſsit, & debeat ſuccurrere illis; quia nulla lex diuina naturalis; aut humana obligat magis quam præceptũ, verum eſt tamen quod debet illis conſuli contrarium, ſi conſanguinei non ſint mali, & indigni: immo putabo ego peccatum non relinquere bona ſua cõſanguineis pauperibus, & dignis, qui non ſunt in extrema neceſsitate es, ſi ex faciendo hoc producatur ſcandalum populo; non erit tamen peccatum mortale, quia hoc ſcandalum magis eſt paſsiuum, quam actiuum, niſi ſint aliquæ circumſtantiæ aggrauantes. hæc *Rodriq.* qui videtur loqui in caſu quo quis relinquit bona ſua extraneo, non autem monaſterio, aut hoſpitali.

QVÆRITVR CCLXI.

An frater teneatur alere alium fratrem, aut ſororem, vel eam dotare.

Reſpondetur ex communi *DD.* ſententia, teſte *Rebello de oblig. it. 2. par. lib 5. q. 4. num. 9.* quod frater tenetur non ſolum alere, ſed etiam dotare ſororem conſanguineam hoc eſt ex eodem Patre, & non eadem matre natum, & à fortiori ex eodem latere coniunctam, & hoc procedit etiam ſi frater non ſit hæres Patris, ſed aliundè habeat bona ex quibus ſorores dotare poſsit; ad id tamen non obligabitur niſi in ſubſidium, nimirum ſi ſoror non habeat, ex quibus ſe dotare poſsit.

Reſpondetur ſecundò ex *DD.* quos citat *Rebell. loc. cit.* quod frater non tenetur dotare ſororem vterinam. Sed *Tiraquel. tract. de primogenijs q. 62. ad finem*, & alij docet quod frater tenetur dotare ſororem vterinam ſi ſit inops. *Molina lib. 2. de primogenijs cap. 15. nu. 62.* docet quod frater non tenetur dotare ſororem vterinam ſecundum perſonæ dignitatem, ſed tantum pro menſura debita alimentorum, eo quod alere teneatur, ſi inops ſit. *Barboſa* citat à *Rebell. loc. cit.* ſic ait, duplici nomine fratrem poſſe conueniri à ſorore vterina, primo, tamquam hæredem matris, vel etiam patris. Secundò tamquam fratrem vterinum præcisè; ſi primo modo conueniatur certum eſt teneri eam dotare, & alere, vt patet ex *l. 2. §. ex his, ff. de verbor.* ſignificat. Si verò ſecundo modo, non teneri eam dotare, cùm id iure cautum

Digitized by Google

non reperiatur, quamuis eam alere teneatur, vt liquet ex *authent. licet C. de naturalibus liberis*.

Valerius in differentijs vtriuſq; fori verbo alimenta differentia 7. docet quod multæ circumſtantiæ conſiderandæ ſunt à cōfeſſario, vt poſsit pænitentem cogere ad alendum fratrem, vel ſororem dotandam. an ſcilicet habeat filios item an patrimonium ſit vtriſq; ſufficiens. Præterea an frater, ſeu ſoror dederint cauſam iuſtam ad ipſos obliuioni tradendam. an deniq; egeſtas ſit magna, nec poſsit aliquo honeſto labore manuum ſubleuari, & quæ ſit qualitas perſonæ pauperis, & alia huiuſmodi.

QVÆRITVR CCLXII.

Qua certitudo habetur quod adultus baptizatus conſequatur remiſſionem non ſolum culpæ peccati mortalis, ſed etiam totius pęnæ, ita vt ſi poſt baptiſmum moreretur adultus ſtatim ad paradiſum volaret.

Reſpondetur ex *Trid. ſeſs.* 14. *cap.* 2. *hæc formalia verba habentur: Per baptiſmum Chriſtum induentes, noua prorſus in illo efficimur creatura plenam, & integram peccatorum omnium remiſſionem conſequentes.*

D. Th. 3. *par. q.* 86 *art.* 4. *ad* 3. clarè docet quod adultus per ſuſceptionem baptiſmi conſequatur remiſsionem totius pęnæ hæc ſunt formalia verba *D. Th.* in baptiſmo homo conſequitur remiſsionem totius reatus pœnæ. patet ex communiſsima *DD.* ſententia, & præcipuè ex *ſacris can cap ſi pænit. de conſecrat. diſt.* 4. *gloſ. memorabilis in cap. gaudemus*. qui aliter verò doceret eſſet temerarius, & eius opinio eſſet digna cenſura. non verò eſſet hæreticus, cùm clarè non ſit definitum à *Trid.* nam illa verba etiā poſſint intelligi quoad remiſsionem ſolius culpæ, non autem totalis pœnæ peccatis debitæ.

QVÆRITVR CCLXIII.

Vxor circa lucra communia coſtante matrimonio acquiſita, & malè per maritum alienata ſiuè conſumpta, quam actionem ſeu ius habeat.

Reſpondetur ex communi *DD.* ſententia, teſte *Valerio in differentijs inter vtrumq; forum verb. vxor differentia* 3. nullam actionem habere contra maritū ſecundum ius commune, nec in foro conſcientiæ tenetur maritus aliquid reſtituere hæredibus vxoris decedentis ſine liberis. quia vxor non habet dominium horum bonorum, & ad maritum ſpectat adminiſtratio horum bonorum.

Aduertit idem *Valerius loc. cit.* quod licèt maritus habeat adminiſtrationem horum bonorum, ita vt poſsit vti benè, vel malè, puta in commeſſationibus, in concubinatu, &c. tamen eſt limitandum in lucris quæ manu, & arte vxoris acquirantur, nam licèt alienatio ob dictam rationem, nempè, quia adminiſtratio ſpectat ad maritum, teneat, non tamen inde manere immunem à ſatisfactione damni quoad vxorem, iniquum quippè videtur, vt quod induſtria, & labore vxor acquiſiuit, liceat viro ſine vlla obligatione reſtitutionis, in malos vſus ſibi benè viſos alienare.

Vbi ius commune non ſeruatur, puta in luſitania, lucra acquiſita, vel ex rebus immobilibus, vel pecunia, medietas lucri ſpectat ad vxorem, & ſi malè conſumit debet maritus reſtituere vxori medietatem valoris lucri.

Vbi ius commune ſeruatur, quando maritus alienat dotem vxoris rei immobilis etiam tenetur reſarcire damnum.

Idem dicitur quando adeſt pactum inter vxorem, & maritum de iſtis lucris nempè etiam ſi obſeruetur ius commune, teneri maritum reſtituere vxori dimidietatem lucri. ita *auth. nos C. de donat. ante nupt. C. de ſecund. nupt. in* §. *& ſi quidem ſub verb. vtrum ſub authent. de non eligend.* an hoc etiam procedat more magnatum, videndus eſt *Taſſonus de Antefato obſeruat.* 4. *num.* 27. *vſq; ad num.* 41. *fol. mihi* 319 & cùm autor ſit Neapolitanus nihil dicit, quod ius commune non ſeruetur in hoc Regno circa acquiſita ex coniugibus titulo lucratiuo, ſicut in luſitania eſt cautum.

QVÆRITVR CCLXIV.

Quidam Sacerdos fuit approbatus ab ordinario quoad certum numerum, vel ſpeciem perſonarum, an poſſit excipere confeſſionem illius perſonæ non incluſæ in licentia audiendi confeſſionem ex ratihabitione de futuro.

Reſpondetur ex communi *DD.* ſententia, teſte *Suarez tom.* 4. 3. *par. diſp.* 26. *ſect.*

Digitized by Google

ſect. 1. & Sanchez lib. 3. de matrim. diſp. 35. à num. 15. vſq; ad num. 20. non ſufficere ratihabitionem de futuro, ſed cum communiſsima DD. ſententia docet idem Sanchez ſufficere ratihabitionem de præſenti, vt eſt quando Prælatus videt audire confeſsionem à non approbato, & dum poteſt facilè impedire, & non impedit, nempè tunc cenſetur conferre iuriſdictionem.

Verum ſumma *Hoſtienſis, Henricus*, & *Iacobus de Cochis citat. à Sanchez loc. cit.* docent ad audiendas confeſsiones requiri licentiam, ex præſumpta ratihabitione de futuro, quando nimirum attentis circumſtantijs; perſonæ, temporis, & loci probabiliter creditur ratum habiturum Superiorem idem ait *Raimundus citat. à Suarez loc. cit.*

Quam ſententiam docent ſupradicti *DD.* eſſe ſequendam etiam reſpectu matrimonij, nempè poſſe Sacerdotem non Parochum aſsiſtere matrimonio ex licentia habita, ex præſumpta, ac probabili ratihabitione de futuro, quando nimirum attentis circumſtantijs perſonę, temporis, & loci probabiliter, creditur ratum habiturum Parochum.

Hæc ſententia communiter eſt à *DD* rejecta, vt poſſunt videri apud *Suarez*, & *Sanchez loc. cit.* Sed ego arbitror, tunc poſſe ſequi hanc ſententiam, tum quoad confeſsionem, tum ad aſsiſtendum matrimonio, quando vrget maxima neceſsitas alicuius grauis periculi euitandi, quod vitatur ſequendo opinionem non apertè falſam, nec omni probabilitate deſtitutam ita *DD. à me cit. q. 129.*

H I N C

PRimo colligo quod ſi quis moraliter non poſſet aliquod peccatum mortale ſubijcere clauibus, niſi Antonius Sacerdos approbatus ad certum numerum perſonarum exciperet eius confeſsionem, tunc poſſet audire eius confeſsionem Antonius etiam ſi non haberet licentiam audiendi cõfeſsionem illius, quando vrget maxima neceſsitas non dico mortis, aut periculi mortis probabilis, quia tunc habet à iure licentiam, ſed quando pænitens habet talem repugnantiam ad manifeſtandũ alij, illud peccatum à ſe commiſſum, quod ſi prędictus Antonius non exciperet eius cõfeſsionem probabiliter multo tempore careret Sacramentis non ſine ſcandalo aliorum, ac ruina ſpiritualis animæ ſuæ ac proindè arbitror in tali caſu concurrente præſumpta, ac probabili ratihabitione de futuro, Superioris conceſſuri talem licentiam, poſſe confeſſorem excipere illius confeſsionem, nimirum quando attentis circumſtantijs loci tẽporis, & perſonæ probabiliter creditur ratum habiturum Superiorem.

Colligo ſecundò, quod ſi concubinarius reperiretur in articulo mortis cohabitans cum concubina, & conſtaret ſtatus liberus, nec hic, & nunc poteſt haberi Parochus, nec licentia ab ordinario, quod poſſet Sacerdos non Parochus aſſiſtere dicto matrimonio, quando nimirum, attentis circumſtantijs loci temporis, & perſonæ probabiliter creditur Superiorem ratum habiturum.

Addo ego, quando Sacerdos excipit confeſsionem ſub ratihabitione de futuro debet monere pænitentem, vt ſe accuſat de peccatis mortalibus aliàs ritè confeſsis, vel de venialibus, ſuper quibus certam habet iuriſdictionem confeſſarius, vndè à ſi parte rei non eſſet vera opinio de ratihabitione de futuro reciperet gratiam ſaltem indirectè reſpectu peccatorum venialium, vel mortalium aliàs ritè confeſſorum.

Q V Æ R I T V R CCLXV.

An votum emiſſum ex metu cadente in virum conſtante n ſit validum?

ANTEQVAM RESPONDEAM:

SCiendum eſt duplicem eſſe metum; quidam eſt incuſſus ab intrinſeco, vel à cauſis naturalibus, vt à morbo, tempeſtate feris animalibus &c. dicitur. n. ab intrinſeco, quia non incutitur per actũ liberum, ſed per modum naturæ, vt rectè docet *Soto*, quem citat, & ſequitur *Sanchez in ſumm. lib. 4. cap. 7. num. 3.* alter verò metus eſt ab extrinſeco, ideſt à cauſa libera, vt dum viuenti comminatur aliquis mortem ad finem, vt emictat votum.

HOC POSITO.

REſpondetur ex *Sanchez loc. cit. nu. 4.* apud omnes eſſe certiſsimum, quod ſi metus non eſt incuſſus gratia extorquendi voti, ſiuè proueniat à cauſa naturali, ideſt ab intrinſeco, ſiuè libera, ſeu

Digitized by Google

ſeu ab extrinſeco, quamuis grauiſſimus ſit non irritat votum.

Addit idem *Sanchez cum Valentia loc. cit. num. 5.* quod ſi animus incutientis metum ſit votum extorquere, eo tamen animo non ſignificato vouenti, nec per ipſum intellecto, is aliquid voueat ad incolumnitatem obtinendam obligabitur voto. quia cùm prauæ illius intentionis ignarus ſit non coactus eſt eo metu ad votum emittendum, ſed ſua ſponte illud tamquam incolumitatis medium eligit: ac proinde idem prorſus eſt, ac ſi quocunq; alio fine metus incuteretur.

H I N C

Colligitur quod tunc metus cadens in virum conſtantem irritat votum quando prouenit ab extrinſeco ideſt à cauſa libera, ad finem, vt quis emittat votum, ſic ab ipſo expreſſum, & intellectum à vouente.

Quando verò dicitur metus cadens in virum coſtantem, legendi ſunt auctores apud *Sanchez de matrim. & in ſumma verb. metus.*

QVÆRITVR CCLXVI.

Quædam fœmina depoſuit falſum in iudicio contra proximum, & pœnitentia ducta accedit ad confeſſarium, & interrogata à confeſſario; an eius depoſitio proximo damnum tulerit, nihil certi potuit confeſſario explicare, cùm ſit ignara, & ex facto manifeſtato ab ipſa nihil poteſt colligi; quomodo ergo ſe gerere debeat confeſſarius erga huiuſmodi pœnitentem; & quod onus debet ei imponere?

Reſpondetur quod in pimis debet cõfeſſarius audire caſum, à pænitente extra turbam hominum qui coram cõfeſſario commorantur pro exhonoratione ſuarum conſcientiarum, ac proinde non debet eam abſoluere; niſi imponat ei onus vt iterum alio tempore commodiori explicet caſum, ad finem, vt poſſit iudicare confeſſarius, an teneatur ad reſtitutionem ratione falſitatis depoſitæ in iudicio, & ſub hac intentione adimplendi, ac ſatisfaciẽdi quidquid ei impoſitum erit à confeſſario, poteſt pænitens recipere abſolutionem; vel ſi ad eundem confeſſarium pænitens redire non poteſt, ſatis eſt, vt promittat confeſſario, adimplere quidquid Theologus, & doctus in moralibus iudicabit.

S E D

Difficultas eſt, ſi factum, ſeu caſus explicatus à pœnitente moraliter à nullo docto, ac in moralibus verſato poteſt percipi, ratione ruſticitatis pœnitentis, qui eſt ita confuſus in explicatione caſus à ſe commiſſi, vt nullo pacto poteſt colligi, an teneatur ad reſtitutionem, an non? quomodo ſe gerere debet confeſſarius erga huiuſmodi pœnitentem?

Reſpondeo debere confeſſarium imponere onus pænitenti, vt adhibeat diligẽtiam, vt ſciat quot teſtes ante eius depoſitionem depoſuerunt, nam ſi ſufficienter erat probatum delictum ipſa non fuit cauſa efficax damni, licèt peccauerit mortaliter, & conſequenter nõ tenetur ad reſtitutionem. ita *DD.* teſte *Bonacin. tom. 2. diſp. q. 3. propoſit. 4. nu. 15.* quia nec fuit cauſa damni, nec grauioris damni, vt ſuppono.

S E D

Maior difficultas eſt ſi nec etiam hoc ſciri poteſt moraliter à dicta pœnitente ignara, ſcilicet, an alij teſtes falſi idem priùs depoſuerint, nempè ante eius depoſitionem falſam nec ipſa habet modum ſciendi hoc ſcilicet an alij teſtes falſi ante eius depoſitionem depoſuerint.

Reſpondeo in hoc caſu non teneri ad reſtitutionem, quia in dubio melior eſt conditio poſſidentis, vt communiſſima *DD.* ſententia docet teſte *Bonacin. tom. 2. tract. de reſtit. diſp. 1. q. 2. par. 4. nu. 1.* vbi clarè docent *DD.* quod ſi quis dubitat, an ſua actione, vel omiſſione efficaciter cooperatus ſit ad damnum alterius, non tenetur ad reſtitutionem.

QVÆRITVR CCLXVII.

An ſit vſura hic contractus, do tibi mutuo mille aureos, vt mihi triticum vendas iuſto pretio?

Reſpondetur ex *Molina* quem citat, & ſequitur *Layman. lib. 3. ſect. 5. tract. 4. cap. 16. num. 3. 5. porro.* non eſſe contractum vſurarium, ſed licitum, cùm ſit contractus emptionis, & venditionis anticipato pretio tradendum triticum

poſt

Digitized by Google

poſt meſſem pretio currenti. idem docet *P. trus Nauarr. lib.3. c.2. num 244.* item eſt licitum. ſi mercator indigenti dicat: Nolo tibi pecuniam mutuare, ſed conduco tuas operas ad futuram meſſem mercede pecuniaria nunc anticipata, quia verè contractus mutui non eſt, ſed conductionis, & locationis. ita *Molina, & Layman loc. cit.*

QVÆRITVR CCLXVIII.

An poſſit procedere Sanctum officium contra eos qui bis recipiunt Sacramentum confirmationis.

RESpondeo affirmatiuè, & ratio mihi eſt quia de fide eſt Sacramentũ confirmationis in eodem homine reiterari non poſſe, vt eſt definitum in concilijs, teſte *Suarez tom 3. 3. par. diſp 34 ſect. 1. §. vltimo ex dicto, & præcipuè patet ex Trid ſeſſ. 7. can 9. expreſſè traditur in cap. dictum eſt de conſecrat. diſt. 5 ex Concil. Cabilonen. 2. cap 27. idem tradit Gregor. 3 in Epiſtola 1. ad Bonifacium* ergo cùm ſit de fide hoc Sacramentum reiterari non poſſe, conſequenter Sanctum officium habet rationem fundatam cõtra bis ſuſcipientem huiuſmodi Sacramentum, nam facto credit poſſe bis ſuſcipi hoc Sacramentum, & ſi per ignorantiam id fecit, Reo incumbit onus probandi, iudex verò ex circumſtantijs perſonæ poteſt aliquid arbitrari in fauorem Rei, nempè an ſit puniendus pęna ordinaria.

Confirmatur hæc doctrina ex praxi Sancti officij, nempè ex libello appellato arſenale del S. officio vbi inter ſuſpectos de hæreſi ponit reiterantes Sacramenta baptiſmi, confirmationis, & ordinis, vt patet ex 1 *par. dicti libelli, cap. de ſuſpectis de hæreſi.*

QVÆRITVR CCLXIX.

An moniales ordinario ſubiectæ ſubiaceant caſibus, & cenſuris quas ipſe ordinarius generaliter reſeruat pro ſua diœceſi, etiam ſi de ijs monialibus non fiat expreſſa mentio in edicto reſeruationis.

RESpondetur affirmatiuè, nempè ſubiacere caſibus, & cenſuris reſeruatis. ita *DD.* quos tacito nomine citat, & ſequitur *Pellizarius tract. de monialibus cap. 10. ſect. 1. num 50.*

SED PETES I.

An Prælatus Regularis poſſit pro monialibus ſibi ſubditis reſeruare caſus, & cenſuras.

RESpondetur affirmatiuè ex communi *DD.* ſententia teſte *Pellizario loc. cit. num. 46.* Neq; eſt opus, vt Prælatus id faciat cum Capitulo, nam moniales nõ habent vſum Capituli, ac proindè ſine oraculo capituli poteſt reſeruare caſus, & cẽſuras reſpectu monialium ſibi ſubditarum, nam ſolum eſt cautum in iure, quando eſt facienda reſeruatio caſuum reſpectu hominem religioſorum, non reſpectu monialium non habentium vſum capituli.

PETES II.

An ordinarius poſſit ſibi reſeruare caſus etiã reſpectu monialiũ exemptarum caſus aliquos concernentes materiam clauſuræ vigore poteſtatis competentis ipſi tamquam delegato Sedis Apoſtolicæ circa cuſtodiam clauſuræ dictarum monialium, v.g. ne prolixius loquantur cum extraneis oſtio monaſterij aperto &c.

RESpondetur affirmatiuè, nempè poſſe id facere, vt ſatis probat *Pellizar. loc. cit. num* 48. & conſequenter in caſu controuentionis eſſe abſoluendas ab ordinario, non autem à Prælato Regulari.

Vnde habes quod extra caſum clauſuræ non poteſt reſeruare caſus, reſpectu monialium exemptarum.

PETES III.

An puellæ manentes in educatione apud moniales exemptas ſubiaceant quamdiù commorantur in dictis monaſterijs reſeruationi caſuum facta ab ordinario loci.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

PRimo ſciendum eſt ex communi *DD.* ſententia *à me citat. in tract. de caſibus ſingularibus caſ 283. §. ſed petes.* quod ſtatutum Epiſcopi non ligat ſubditos extra diœceſim, & etiam excommunicatio lata per ſententiam nõ obligat ſubditos extra diœceſim.

Secundò ſciendum eſt quod monaſteria regularium, licèt ſint intra diœceſim ſunt

Digitized by Google

ſunt loca exempta quoad iuriſdictionē Epiſcopi nam locus exemptus, & locus extra diœceſim æquiparantur ex *Gl ſſ. in Clem r. de foro compet. & expreſſè docet Henriquez lib. 13. cap. 26. num 2.* vbi docet quod non dicitur ſubditus qui intra diœceſim fecit furtum in loco tamen exempto, vt in monaſterio. idem docent *DD* teſte *Sylu verb excom. 2. nu. 12.* ita etiam docent *DD.* teſte *Bonacina tom. 1. diſp. 1. q. 1. punct. 11. num. 8.* Sciò verò alios *DD.* oppoſitum docere.

HIS POSITIS.

RESpondetur ſatis probabile eſt, quod puellæ quamdiù commorantur in monaſterijs monialium exemptarum, non ſubiaceant reſeruationi caſuum factæ ab ordinario loci. ita *Pellizarius tract. de monialibus cap. 5. ſect. 4 nu. 190. & 191.* & alij viri docti conſulti ab eodem *Pellizario*. ratio patet ex ſuppoſitis, quia delictum fuit commiſſum in loco exempto, affert exemplum, & ſic ait *Pellizar. loc. cit.* ſi n. non ſubiacerent caſibus ordinarij Ferrariēſis v.g. ſi exiſterent extra diœceſim Ferrarienſem: ſic nec illis ſubiacebant. ſi exiſtant in loco exempto, cuiuſmodi eſt monaſterium monialium exemptarum, & conſequenter poſſunt dictæ puellæ abſolui à confeſſario deſignato pro monialibus exēptis.

SED PETES

Quid dicendum ſi quis commiſit peccatum reſeruatum in loco exempto puta in monaſterio intra diœceſim, quis poteſt illum abſoluere?

RESpondeo poſſe abſolui à quocunq; approbato confeſſario carente poteſtate ſuper reſeruatis, & ratio mihi eſt, quia dum non incidit in caſum reſeruatum, quia illud fuit commiſſum in loco exempto, conſequenter poteſt abſolui à quocunq; ſimplici confeſſario approbato, vt patet ex ſupra allata doctrina.

QVÆRITVR CCLXX.

Quis cognouit duas ſorores, ſed inuincibiliter ignorauit Antoniam v.g. eſſe ſororem Bertæ, an poſſit Antoniam ducere in matrimonium?

RESpondetur non poſſe abſq; diſpenſatione Sedis Apoſtolicæ. ita ſupponit *Sanchez*, vt certum cum *Orando cit. ab ipſo lib. 9. diſp. 32. num. 43. circa fin.*

SED PETES I.

An affinitas contracta ex illicita copula ſi fuit omnino violenta dirimat matrimonium contrahendum?

RESpondetur ex *Sanchez loc. cit.* dirimere matrimonium contrahendum.

PETES II.

Si quis in caſu neceſſitatis baptizaret filium natum ex ſua concubina an poſſit cum illa contrahere matrimonium abſq; diſpenſatione Summi Pontificis?

RESpondetur ex *Sanchez loc. cit* nō poſſe contrahere cum concubina matrimoniū ſine diſpenſatione Sedis Apoſtolicæ. aliàs eſſet nullum matrimoniū.

PETES III.

An contracto matrimonio copula habita cum conſanguineis viri in primo, vel ſecundo gradu conſanguinitatis, ſi adfuit ignorantia facti, priuetur coniux petitione debiti?

RESpondetur ex communi *DD.* ſententia, teſte *Sanchez loc. cit.* non priuari petitione debiti.

PETES IV.

Si coniux in neceſſitate baptizat ſuum filium, vel patiatur violentam copulam à conſanguineo in ſecundo gradu ſui viri, an priuetur petitione debiti.

RESpondetur ex *Sanchez loc. cit.* non priuari petitione debiti, & citat *cap. diſcretionem*, nec affert doctorem in oppoſitum.

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆRITVR CCLXXI.

An promiſſio gratuita externa, & acceptata obliget ſub mortali?

Reſpondetur ex *Caiet. Armilla, Soto Garzia, & alijs cit. à Bonacina tom. 2. titul. de promiſſione diſp 3. q. 11. punct. 2. num. 4.* promiſsionem prædictam inducere obligationem ſub veniali, modo promiſſarius non incurrat damnum non adimpleta promiſsione.

Sed multi alij *DD* graues quos citat, & ſequitur *Bonacina loc. cit.* docent teneri promiſſorem ſub mortali adimplere promiſsionem acceptatam.

Itaq; ſi promiſsio non ſit acceptata ſemper reuocari poteſt, ſecundum omnes *DD.*

Sed ſi promiſsio, aut donatio facta eſt infanti non requiritur acceptatio. ita *DD.* teſte *Sanchez lib. 1. de matrim. diſp. 6 num. 15.*

Multi alij *DD. cit. ab eodem Sanchez loc. cit.* idem docent quando donatio, vel promiſsio facta eſt cauſæ piæ, nempè non requiri acceptationem, ac proindè eſſe irreuocabilem.

Sed communior *DD.* ſententia, teſte *Sanchez* docet requiri acceptationem ad hoc vt ſit irreuocabilis, & ratio horum *DD.* eſt quia acceptatio non ſolum iure ciuili deſideratur, ſed etiam iure naturali.

Verum ſi fieret illi piæ cauſæ ob Dei honorem, ita vt animus promittentis non feratur in rem creatam, cui promittit, ſed in Deum, vt promitto Deo, me daturum tali hoſpitali, tunc valeret vt votum. Si autem in dubio ſimus an voluerit donare, aut promittere homini, vel Deo, valebit vt votum. ita *Sanchez loc. cit. num. 17.* vbi aduertit quod refert multum, an obliget vt votum, an vt promiſsio facta homini ab ipſoq; acceptata; nam ſi obligat, vt votum poteſt commutari ex iuſta cauſa ſi vt promiſsio facta homini, non poteſt commutari abſq; hominis conſenſu.

SED PETES I.

Vtrum promiſſio facta præſenti, qui tacet valida ſit, & obligationem inducat, & an reuocari poſſit.

Reſpondent *DD.* quos citat, & ſequitur *Tiraquell. l. ſi vnquam verb. libertis num. 68. c. de reuocand. donat. Angles, & Manuel. citat à Sanchez lib. 1. de matrim. diſp. 6 num 11.* non eſſe validam, & reuocari poſſe, cùm moris ſit recipientem beneficium ſtatim gratias agere, nec taciturnitas eſt ſignum conſenſus nec diſſenſus.

Sed communior, ac probabilior opinio *DD.* quam ſequitur *Sanchez loc cit.* docet, non poſſe reuocari, quia cenſetur conſentire, ac acceptare promiſsionē, ac proindè reuocari non poſſe huiuſmodi promiſsionem, vel donationem. nam in fauorabilibus, qui tacet videtur affirmare, ac conſentire, ſecus in oneroſis. ita *Sanchez loc. cit.*

PETES II.

Quando promiſſio acceptata non obligat ſub mortali etiam in opinione quæ docet, ob id promiſſionem acceptatam teneri quemlibet obſeruare ſub mortali.

Reſpondetur multas cauſas aliquando occurrere, quæ excuſant ab obſeruatione promiſsionis. primò excuſatur quis, quando non habuit animum ſe obligandi. ita *DD.* teſte *Sayr. in Claui Regia lib. 6. cap. 6. num. 17.* ſed ſi fictio illa alicui notabiliter nocet, aut nocere intendit, tunc peccabit mortaliter. Secundò quis excuſatur, quando res promiſſa non eſt in eodem ſtatu. Si n. factà ſit magna mutatio in ſtatu perſonæ, negotijſq; contingentibus à tempore promiſsionis, non tenetur quis adimplere, quod ſic promiſit. ita *DD.* teſte *Sayr. loc. cit. num. 19* ratio eſt, quia obligatio promiſsionis oritur ex intentione promittentis. Non eſt autem probabile promittentem in caſu tantæ mutationis ſe obligare voluiſſe; quæ mutatio ad hoc, vt non obliget arbitrio, & prudentis viri relinquenda eſt, habito, ſemper ratione intentionis eius, qui promiſit, an ſcilicet promiſiſſet. ſi mutationem hanc præſciuiſſet, & aduertiſſet.

Addunt *Victoria, & Canus cit. à Sayr.* hoc procedere, etiam ſi iuramento confirmata fuiſſet promiſsio. Sed *Lopez, & Rodriquez* apud eundem *Sayr.* docent ſecurius eſſe in hoc caſu mutationis petere relaxationem iuramenti ab ordinario. immo in dubio an ſi præuidiſſet, ſe obligaſſet, tenetur petere relaxationem iuramenti.

Tertiò non tenetur quis adimplere promiſ-

miſſum, ſi tempore promiſsionis erant amici, & poſtea adimplet onis tempore ſunt inimici, aut is cui promiſsio facta ſit, ſigna ingratitudinis exhibuerit. ita *DD*. teſte *Sayr. loc. ci. num.* 20.

Addunt *Caiet. & Aragon ab eodem cit.* aliã rationem excuſandi à peccato ſaltem mortali, nom adimplentes promiſſa ex loquentium abuſu, deſumptam, quoniam communiter videntur homines ſimplici promiſsione vti, quando non intendunt ſe obligare ad mortale. cuius ſignum eſt, quod nolunt ſuper promiſsione iurare, idq; non ob reuerentiam iuramenti, ſed ne peccent mortaliter, ſi non ſeruent.

Quartò excuſatur quis à ſeruanda promiſsione, quando id quod promittitur, vel ſit inutile, aut nociuum ei, cui promiſsio facta eſt: vt ſi quis promiſiſſet alicui enſem, & interim efficitur furioſus, vel quando promiſsionis obſeruatio facta ſit magis nociua promittenti, quam eſſet vtilis ei, cui fit promiſsio, vt ſi quis promiſiſſet ſe aditurum Aduocatum in cauſa eius cras, & accidit proprij filij infirmitas exigens paternam curam, & præſentiam. ita *Sayr. num.* 20.

Quintò non tenetur quis ſeruare promiſſum, quando promittenti ſit impoſſibile, aut perniciosum, vt ſi quis promiſiſſet alicui dotare hinc ad annum illius filiam, & interim tantò eſt affectus infortunio rerum ſuarum, vt extra ſtatum, & ordinem illum ſit in quo promiſit, conſtat. n. quod non promiſiſſet in tali ſtatu. Et ſimile eſt de his, qui promittunt ire aliquo, vt poſtmodum maiora vrgeat ita *Sayr. loc. cit.*

Sextò per ſimplicem aſſertionem nullus tenetur adimplere aſſertionem quia talis aſſertio futuri non eſt promiſsio, ſed modus quidam exprimẽdi propoſitum animi ſui. ergo ſicut propoſitum non eſt promiſsio, ita neq; ſignificationis huiuſmodi propoſiti erunt promiſsiones. & conſequenter vim obligandi non inducunt. tales ſunt locutiones ille faciam, præſtabo, dicam, &c. Vnde cum quis alteri dicit viſitabo, aut ſalutabo illum, aut illum nomine veſtro crebo Deum pro te, &c. ſuffragabor tibi in iudicio, faciam hoc, aut illud pro vobis, huiuſmodi dici ſolent potius cauſa exprimendi amoris & propoſiti & intentionis, quàm habent ad faciendum ea, quam animo ſe ad ea obligandum. ita *DD*. teſte *Sayr. loc. cit. num.* 21.

QVÆRITVR CCLXXII.

An reſtitutio rei ablatæ neceſſaria ſit ad ſalutem, vt medium ſimpliciter neceſſarium & vnde colligi poſſit ex Scripturis eſſe neceſſarium, neceſſitate medij.

Reſpondeo reſtitutionem rei ablatæ eſſe neceſſariã neceſsitate medij ſaltem in voto, quando actu fieri non poteſt, quia diuina lex non obligat ad impoſsibilia, vt omnes *DD* docent.

Neq; obſtat illud Scripturæ Ezech. 33. vbi dicitur, quod rapina ſit reſtituenda, nã hoc intelligendum eſt, quando res extat in ſpecie, vel in eius valore, non autem, quando nullo modo adeſt, ſed ſufficit, vt habeat animum reſtituendi quando habet vnde reſtituat: ita mecũ ſentiunt multi Theologi, teſte *Sayr. in Claui Regia lib.* 10. *cap.* 4 *num.* 1.

Neq; obſtat dictum *Auguſtini epiſt.* 54. *ad Maced.* non remittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum, nam hoc eſt intelligendum in voto, non in effectu, quando oritur ex impoſsibilitate, puta quia fur rem ablatam diſsipauit, nec habet vnde reſtituat æquiualentem, quia nemo tenear ad impoſſibile.

Alij verò Theologi, teſte eodem *Sayr. loc. cit.* docent quod reſtitutio eſt neceſſaria in neceſsitate præcepti quando ſcilicèt fieri poteſt, & is à quo res accepta eſt, rationabiliter inuitus ea caret.

SED PETES

An præceptum reſtitutionis ſit præceptum negatiuum, an affirmatiuum.

Reſpondetur, multos *DD*. docere principaliter eſſe affirmatiuum, & ſecũdario includere negationem, ita vt primario reſtitutio ſit redditio rei alterius & ſecundariò dicat non retinere alienum. Sic *Caiet. Nauarr. Soto*, & alij apud *Sayr loc. cit. num.* 6.

Sed *D. Th.* 2. 2. *q* 62. *art.* 8. *ad* 1. cum multis alijs *DD*. ſic ait quod præceptum de reſtitutione facienda quamuis ſecundum formam ſit affirmatiuum, implicat tamen in ſe negatiuum præceptum, quo prohibemur rem alterius detinere.

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆRITVR CCLXXIII.

Quidam homo eſt debitor quinquaginta ducatorum famulæ, quæ ei inſeruiuit: ex alia parte tenetur ſingulis annis ex vi legati diſtribuere centum ducatos pro maritandis puellis, an poſſit tuta conſcientia inire hoc pactum cum famula, nempè, vt remittat ei quod debet ratione ſeruitij præſtiti, & ipſe applicabit ei legatum centum ducatorum quando ipſa contrahet matrimonium?

Reſpondeo poſſe tuta conſcientia debitorem quinquaginta ducatorum inire hoc pactum, & recipere donationem dictorum nummorum à dicta famula, ſi ipſe applicabit ei legatum centum ducatorum quando famula contrahet matrimonium, quia nulla iniuſtitia interuenit in hoc contractu. nam ſuppono famulam eſſe verè egenam, & non teneri diſtribuentem potius vniquàm alteri mulieri hoc legatum applicare, ſed eſſe in ſua poteſtate illud deſtribuere cui vult, ergo quod ex applicatione huius legati diſtribuenti oriatur vtilitas, hoc eſt per accidens, & eſt fructus ſuæ induſtriæ, nempè ex re aliena colligere vtile. vt colligitur ex *DD.* quos citat, & ſequitur *Diana par. 1. tract. de contractib. reſol. 32.* vbi docent quod Theſaurarius alicuius Principis, vel procurator, ſeu famulus alicuius Domini, inſcio ipſo, poteſt cum Domini pecunijs, quæ ad expendendas, vel conſeruandas habet negotiari, & lucrũ in ſuam vtilitatem vertere.

Secus dico, quando legatum diſtribuendũ ſingulis annis eſt iam maturatum, nempè non poſſe non ſtatim applicari, ad finem, vt tanto tempore ei inſeruiat famula, vt poſſit recipere legatum; nam tunc iniuſtitia commicteretur ab executore dicti legati ſi mentem teſtatoris non obſeruaret, & retardaret diſtributionem legati prædicti, & iniuriam faceret puellæ, vt ſic quæ habent ius ad illud legatum poſt eius maturationem.

Secus etiam dico, ſi diſtribuens legatum non totum illud diſtribueret, ſed iniret pactum cui vult illud applicari, vt relinquat ei partem legati, nempè non poſſe hoc fieri, cùm ſit manifeſta iniuſtitia, cùm non adimpleat mentem teſtatoris.

QVÆRITVR CCLXXIV.

An Parochus teneatur aſſiſtere moribundo ſub mortali.

Reſpondetur ex *Toledo lib. 5. cap. 5. nu. 6. in fine*, affirmatiuè, & licèt non dicat ſub mortali, tamen quia eſt grauis res in ſe, ergo intelligi debet ſub mortali.

Barboſa de poteſt. Parochi cap. 8. num. 26. ſic ait, quod quando infirmus incipit agonizari, aduertat Parochus maiorem ei incumbere obligationem adiuuandi, ac magnum, & neceſſarium eſſe moribundis opem ferre in eo ſtatu à quo, vel in bono, vel in malo dependat æternitas: citat *Dion. & Homobon.* vnde clarè colligit obligationem eſſe ſub mortali.

Poſſeuin. de officio curati cap. 13. num. 12. dicit tunc teneri ſub mortali Parochum aſſiſtere moribundo, quando moribundus perſeuerauit in mortali, quia tunc indiget magno auxilio.

Sed ego ſimpliciter approbo opinionem *Toleti, & Barboſ. cùm DD. à ſe cit.* quæ opinio intelligenda eſt, modo Parochus poſſit id facere, nam quando tenetur alijs Parochianis adminiſtrare Sacramenta, certum eſt, tunc non teneri, ne alij moriantur ſine Sacramentis, poſito quod ab alijs non poſſint miniſtrari Sacramenta.

QVÆRITVR CCLXXV.

An Parochus teneatur inquirere in ſua Parochia peccatores.

Reſpondetur ex *Tolet. lib. 5. c. 5. num. 9. in fine*, quod Parochus tenetur inquirere in ſua Parochia peccatores publicos, & vitia publica, & corrigere per ſe, & Epiſcopo manifeſtare, & an ſinguli Parocchiani confiteantur, & communicent in Paſchate.

QVÆRITVR CCLXXVI.

An Parochus teneatur cum periculo vitæ adminiſtrare Sacramenta baptiſmi, ac penitentiæ.

Reſpondetur affirmatiuè ex *DD* quos citat, & ſequitur *Diana par. 5 tract. 3. de caſibus occurrentibus tempore mortis reſol. 5.*

Digitized by Google

SED

Difficultas eſt, an Parochus teneatur cum periculo mortis monere infirmum infidelem conſtitutum in articulo mortis, vt recipiat baptiſma, ſi ille non petijt.

RESpondetur non teneri, & ratio mihi eſt quia fructus monitionis non eſt certus, nempè, vt ſit dicta monitio profutura, ac proindè cum tanto periculo non tenemur fratrem noſtrum corripere, cùm obligatio ex charitate non obliget cum tanto periculo.

Neq; dicas quod præferenda eſt vita ſpiritualis proximi vitæ noſtræ corporali, nam tunc eſt verum, quando ſperatur fructus monitionis, nam cùm infidelis non petierit baptiſma dum reperitur conſtitutus in articulo mortis, non apparet ſignum emendationis, & ideo non tenetur Parochus cum tanto periculo corripere proximum. ita clarè colligitur ex *DD.* teſte *Diana par. 7. tit. de corrept. fraterna reſol 27.*

Secus dicerem ſi abeſſet periculum mortis.

QVÆRITVR CCLXXVII.

Quis vouit Religionem an teneatur ex vi talis voti ſeruare caſtitatem?

RESpondetur ex *Suarez tom. 2. de religione lib. 4. cap. 7. num. 8* non obligare ad caſtitatem niſi, ſpecialiter intendatur, & ratio eſt quia votum ingrediẽdi, vel profitendi religionem non habet pro materia caſtitatem, ſed ſtatum in quo vouenda eſt caſtitas. & idem eſt de paupertate, & obedientia, & ita ex natura talis voti non extenditur ad talem materiam. idem docet *Caiet. cit. à Suarez* idem docet *Sanchez in ſumma lib. 4. cap. 16. num.* 113. idem docet *Soto de iuſtit lib. 7. q. 2. art.* 1. vbi addit, quod ſi quis vouit religionem, & deindè contraxit matrimonium non ſolum poteſt reddere debitum, ſed etiam petere debitum. quod intelligendum poſt elapſum bimeſtre, & poſt conſumatum matrimonium.

QVÆRITVR CCLXXVIII.

Quædam fœmina ſic vouit, nempè non ducere virum, & ſumere habitum tertij ordinis D. Franciſci; ſed vitam agere in ſuo domu, & nullo pacto intra monaſterium monialium ingredi, an hoc ſit votum religionis, vel caſtitatis ita vt non poſſit ab ordinario diſpenſari.

AD PRIMVM.

RESpondetur ex communi *DD.* ſentẽtia teſte *S. Fauſt. de iubil. l. 49.* 189. ſatis clarum eſſe non eſſe votum Religionis. nam ſtatus Religionis includit votum paupertatis obedientiæ, & caſtitatis; includit etiam vitam communem Superiorem à quo gubernatur, & alia quæ fiunt à quibus vita regularis obſeruatur, quæ omnia ceſſant in eo qui in ſua domu vult permanere.

AD SECVNDVM.

De voto non nubendi.

RESpondetur ex communi *DD.* ſentẽtia teſte *Sanchez in ſumma lib. 4. cap. 40. num 66. & Nauarr. in ſumma cap. 12. & nu. 76. & Soto de iuſtitia c. 7: q. 2. art. 1.* poſſe ab Epiſcopo diſpenſari, quia eſt ſolius partis caſtitatis votum. ac proindè etiam vigore iubilei poteſt ſupradictum votum non nubendi poteſt à confeſſario commutari, vt docent communiter *DD.* teſte *S. Fauſt. de iubileo lib. 4. q. 174. quidquid dicat Caietan. 2. 2. q. 88. art. 3. & 2 tom. opuſcular. tract 11. q. 1.* qui docet votum non nubendi æquiualere voto caſtitatis quod Papæ reſeruatur nam communis *DD.* ſententia docet non eſſe reſeruatum, vt dixi.

SED

Difficultas eſt, quid dicendum ſi eſt dubium an habuerit vouens intentionem ſeruandi caſtitatem, dum emiſit votum non nubendi.

RESpondetur ex *Suarez tom. 2. de relig. lib. 4. cap. 7. num. 3.* quod ſtandum eſt intentione vouentis: vbi autem ipſe neſcit aliquid ſpeciale declarare de ſua intentione, proprietati verborum ſtandum eſt. Quod ſi verba fuerint ambigua in propria ſignificatione, tunc cõſue-

Digitized by Google

ſuetudo perſonæ vouentis, Regionis,& aliæ circumſtantiæ obſeruandi ſunt ad iudicium ferendum de ſenſu à vouente intento. ita *Suarez loc.cit.* Quod ſi omnibus perſpectis adhuc verba ſint ambigua benignior interpetratio facienda eſt in fauorem vouentis, quia in dubijs vnuſquiſq; præſumitur minus ſe ipſum voluiſſe grauare, quam potuerit. ergo niſi aliundè magna ſit præſumptio,interpetratio facienda eſt in fauorem vouentis, ita vt minus grauetur.ita *DD.*teſte *Suarez loc.cit.num.*8.

Limitatur dummodo materia ſubiecta nõ repugnet verborum reſtrictioni, ſeu interpetrationi.

SED PETES I.

An votum de non tangendo mulierem, vel de non cognoſcendo fæminas carnaliter, poſſit per iubileum commutari, vel ab ordinario.

RESpondetur ex *DD.*quos citat, & ſequitur *Sanchez in ſumma lib.*4. *c.*40. *num.*67.poſſe ab ordinario vel per iubileum commutari in voto non fornicandi,vel abſtinendo à certo actu venereo, quia contra prius non delinquitur ineundo matrimonium. Nec contra poſterius ſe polluendo, abſq; deſiderio coitus cum fæmina,aut habendo copulam Sodomiticam cum viro. ergo non eſt perfectum votum caſtitatis integræ, ergo non eſt Papæ reſeruatum.

PETES II.

An quando ſunt plura vota, quæ vnita faciũt perfectam caſtitatem poſſint virtute iubilei commutari, vel ab etiam ab Epiſcopo, vt cùm vna vice vouit non nubere, alia vice non fornicari, deinde alia peccata venerea cauere.

RESpondetur ex *Sanchez loc cit. nu.*68. poſſe Epiſcopum diſpenſare, quando diuerſis votis varia ad caſtitatem pertinentia ſunt promiſſa,ita vt ex omnibus illis iunctis conſurgat obligatio ad perfectam caſtitatem,vt ſi quis ſemel promiſit ſe non initurum matrimoniũ, & iterum ſe non fornicaturum, & iterũ ſe nullum peccatum venereum admiſſurum. Quia in quælibet eorum,poteſt Epiſcopus diſpẽſare, vt potè quod perfectæ caſtitatis non eſt. ergo poteſt in omnibus ſimul, nam vota priora ſe habent per accidens ad prius. ita etiam docet *Emanuel Sà*,quem citat, & ſequitur *S.Fauſt.de indulgentijs lib* 4.*q* 182.

Limitat verò *Sanchez* id vltimum votum quo caſtitas perfecta completur,conſultò ille fecerit, vt perfecta caſtitatis ligatus maneat. Quippè tunc cenſetur priora cum hoc poſteriori coniungere, & velle perfecto caſtitatis voto ligari.

PETES III.

An poſſit Epiſcopus diſpenſare in voto aſſumendi ordinis ſacri.

RESpondetur ex communi *DD.*ſententia teſte *Sanchez loc.cit. num.*69. poſſe.quia id non eſt votum caſtitatis, ſed aſſumendi ſtatus, in quo eſt caſtitas tacitè promictenda.

PETES IV.

An poſſit Epiſcopus diſpenſare in voto integræ,ac perfectæ caſtitatis ſeruandæ ad tempus, veluti per annum.

RESpondetur ex *Nauarr in ſumma c.*12. *num.*76. *&* *Paludan. ab ipſo cit.* poſſe ab Epiſcopo diſpenſari,quia eſt tantum reſeruatum Summo Pontifici votum integræ,ac perfectæ caſtitatis perpetuò.

PETES V.

An ordinarius poſſit diſpe ſare vota arcta Religionis in laxiorem.

RESpondetur ex communi *DD.* ſententia, teſte *Sanchez in ſumma lib.*4 *cap.* 40. *num.*74 poſſe. quia id non eſt diſpenſare in voto reſeruato, ſed in quadam eius circumſtantia.

PETES VI.

An poſſit ordinarius diſpenſare, vel commutare votum,quo quis Alcanteræ, Calatranæ,vel D.Iacobi,aut S.Stefani, vel Maurity,ſe futurum vouit.

RESpondetur poſſe ex communi *DD.* ſententia, teſte *S.Fauſt. de iubileo lib.* 4 *q.*187.quia ſupradicti ordines nõ ſunt vera Religio.Sed multi grauiſſimi *DD.* docent eſſe verum religionem,& conſequenter non poſſe diſpenſari ab ordinario, nec etiam vigore iubilei.

Quan-

Digitized by Google

Quantum ad votum S. Ioannis Hieroſolymitani ſiuè Melitenſem, cùm ſit vera Religio in omnium opinione, apud *S. Fauſt. loc. cit. q.* 186 conſequenter, neq; poteſt commutari vigore iubilei, neq; ab ordinario poteſt diſpenſari, vel cômutari, cùm ſit Summo Pontifici reſeruatum.

PETES VII.

An poſſit Epiſcopus circa vota reſeruata Sũmo Pontifici, excepto voto caſtitatis, diſpenſare circa dilationem executionis?

RESpondetur ex *Sanchez in ſumma lib. 4. cap. 40. num 76. & S. Fauſt. de iubileo lib. 4. q.* 180. probabilius eſſe quod poſsit, quam quod non poſsit ait *Sanchez*. quidquid dicant alij *DD.* in oppoſitum.

Limitatur à *Sanchez* dummodo non ſit tanta dilatio, vt ſit periculum impotentiæ implendi voti, vt ſi opus eſſet dilatione temporis valdè incerti, & quod moraliter poſſet eſſe diuturnum. quale eſſet pro tempore vitæ parentum, aut ſimile. at quando id periculum moraliter non eſt, poterit Epiſcopus non ſemel tantum, ſed iterum, & iterum diſpenſare, concurrenti iuſta cauſa.

PETES VIII.

An poſſit Epiſcopus diſpenſare in triplicis peregrinationis voto, quando expreſſus vouentis finis fuit, non ad inuiſenda ea loca, ſed ad alium finem, vt ſi quis pro iſtat ire Romam ad inuiſendam imaginem B. Virginis, vel ad oſculandos Pontificis pedes, eumq; recognoſcendum, vel ad impetrandum alicuius peccati abſolutionem ab eo. & ſimiliter de alijs peregrinationibus reſeruatis.

RESpondetur ex *Sanchez in ſumma l 4. cap 40 num.* 77. poſſe Epiſcopum diſpenſare. Secus quando ea vota abſolutè emittantur nullo conſiderato fine, nam tunc ſunt S. Pontifici reſeruata. & tunc non ſunt reſeruata quando adeſt expreſſus finis vouentis, nempè ad inuiſendam B. V. &c.

Ratio *Sanchez* eſt quia *DD ſup. extrauag. & ſi Domınici 1. de pœnit. & remiſſ* enumerant peregrinationes ſupradictas reſeruatas ad viſitãda Romæ limina Apoſtolorum Iacobum compoſtellæ, & loca ſancta hieroſolymæ, & ſic clarè loquuntur de votis ex deuotione prædictos locorum emiſſis. ergo quando non adeſt hic finis non ſunt reſeruatæ peregrinationes Summo Pontifici.

PETES IX.

An poſſit Epiſcopus diſpenſare in qualitate his peregrinationibus adiuncta; vt ſi quis promiſit ſe iturum pedibus, aut mendicando Roma.

RESpondetur ex *Sanchez loc. cit. nu.* 78. *cum Leſſio à ſe citat.* quod poteſt Epiſcopus diſpenſare, vt equo vectus eat, & portans neceſſarias itineris expenſas, quia tunc non diſpenſatur in voto, ſed in circumſtantia per accidens adiuncta.

QVÆRITVR CCLXXIX.

Quidam homo dannis elapſis tacuit peccatum mortale in confeſſione ſine iuſta cauſa, ac proinde fecit confeſſionem peccaminoſam. deinde poſt multos annos elapſos fecit confeſſionem generalem omnium peccatorum, ſed immemor prioris confeſſionis, in qua tacuit peccatum mortale. & ſigillatim, ac cum omnibus circumſtantijs explicauit peccata confeſſario, ſed ob obliuionem non ſubiecit clauibus peccatum mortale nõ dictum in illa confeſſione ex malitia, nec ſe accuſauit egiſſe confeſſionem inualidam, totum hoc fuit non ex malitia, ſed ex naturali obliuione, vt ſupra dictum eſt, an teneatur iterum replicare confeſſionem inualidam quando recordatur illius, an ſolũ ſufficiat, vt manifeſtet confeſſario peccatũ mortale emiſſum ex malitia, ſimul cum alio peccato, nempè confeſſionis ſacrilegæ, abſq; eo quod iterum aperiat confeſſario alia peccata dicta in priori confeſſione in qua tacuit peccatum poſito, quod cum illa in generali confeſſione ſint manifeſtata, ac replicata.

RESpondeo, ſaluo meliori iudicio, non teneri iterum replicare, ac confiteri illa peccata confeſſa in confeſsione inualida, poſito quod ea ſigillatim in confeſsione generali iterum ſubiecerit clauibus, ſed ſufficit, vt ſe accuſet de peccato mortali omiſſo in illa confeſſione ex malitia, & ratio mihi eſt, quia dum pœnitens in confeſſione generali omnia peccata, & quoad numerum, & quoad ſpecies replicauit, virtualiter voluit repli-

plicare confeſsionem inualidam, & vterq; ſi in mentem eius veniſſet hoc cōfeſſario manifeſtaſſet. nam alia pęnam non incurrit pænitens, quando omiſit peccatum mortale in confeſſione niſi, vt doleat de culpa, & iterum ſubijciat clauibus, nedūm peccatum omiſſum, ſed etiam peccata manifeſtata. ſed ipſe iam iterum aperuit in confeſſione illa peccata iam dicta ergo ad aliud non tenetur. nam peccatum omiſſum, & cōfeſſio inualida, non confeſſa in generali confeſſione non fuerunt ex malitia, ſed ex naturali obliuione omiſſa.

QVÆRITVR CCLXXX.

Quædam fæmina orta eſt in ſua patria vbi aderant catholici hæretici, & alij hæretici, qui prohibebant ſuis filijs, vt reciperent baptiſma, niſi quando peruenirent ad ætatem triginta trium annorum. peruenit hic Neapoli in ætate ſeptem annorum, & non recordatur ſe recepiſſe baptiſmum. neq; ab aliquo audiuit ſe eſſe baptizatam, & neſcit à quibus parentibus originem trahit, an ſit baptizanda ſub conditione?

REſpōdeo affirmatiuè, nempè eſſe baptizāndam ſub conditione, quia re vera adeſt certum, ac morale dubium, an ſit baptizata, & ratio mihi eſt quia ſi certo ſciretur non eſſe baptizatam, abſq; conditione ei conferendum eſt baptiſma, ſed quia poteſt eſſe, & non eſſe, vt receperit baptiſma, idcircò conditio adhibenda eſt, quando baptizatur, vt rectè dicitur *in cap. venient de presbytero non baptizato.*

Non intelligitur iteratum, quod ambigitur, eſſe factum. idem dicitur in cap. ſolemnitatis 1. diſt. 1. de conſecrat. Talis trepidatio non facit iterationem: quoniam non monſtratur eſſe iteratum, quod neſcitur eſſe factum. idem dicitur in cap. ſi nulla d. 4. de conſecration. vbi ait Leo non interuenit temeritas præſumptionis, vbi eſt diligentia pietatis.

Addit *Layman. lib. 4. de Sacram baptiſmi. cap. 5. num. 3.* quod in dubio inclinandū eſt in fauorem animæ, ſeu pars tutior præferenda eſt, quandoquidem ſi homo qui verè baptizatus non eſt, in infantia moriatur ſaluari non poteſt: ſin autem adoleſcat nullum aliud Sacramentum validè recipit, quia baptiſmus eſt ianua omnium Sacramentorum.

Marcantius in candelabr. Sacram. qq. Paſtor. tract. 1. de baptiſmo c. 2. q. 4 ſic cit. à Diana par. 5. tract. 13. reſol 85. docet quod infans natus inter catholicos, & repertus in valuis Eccleſiæ, vel alicuius domus eſt rebaptizandus ſub conditione. immo addit quod etiam ſi reperiretur ſchedula in collo pueri, vbi diceretur eſſe baptizatum eſt rebaptizandus ſub conditione, & rationem aſſignat, quia cùm ignoretur à quo, & quomodo, ſiuè an debita forma, & à perſona quæ ſciret baptiſmi ritum eſſentialem conſequenter ſemper manemus intra ſpheram dubij.

Diſplicet hæc opinio *Ochagauiæ de Sacramento baptiſmi q. 11. nu* 8. quando ſchedula reperetur in collo pueri vbi dicitur eſſe baptizatum, & dicit nullo modo eſſe conferendum baptiſma ſub cōditione. Sed admittit, & ſequitur opinionem Mercantij, quando puer eſt natus inter infideles, & iudeos, nam tunc etiam ſi reperiretur ſupradicta ſchedula in qua dicitur eſſe baptizatum puerum, eſſe etiam baptizandum ſub conditione.

Addit *Layman loc. cit.* hæc formalia verba; in quibuſdam locis, vbi experientia cōſtitit, obſtetrices non rarò à Diabolo deceptas, in ipſius nomine baptizare ſolitas, conſuetudo obtinuit, vt omnes infantes, quos mulier affirmat ſe domi baptizaſſe, iterum ſub conditione baptizentur, & hæc conſuetudo eſt approbata in rituali Romano edito *Antuerpiæ anno 1609 pagin. 20. & 31.*

SED PETES I.

An ſufficiat vnus teſtis oculatus, affirmans aliquem eſſe baptizatum? adhæc, vt probetur, vt ſit aliquis baptizatus?

REſpondetur ex *Layman loc. cit.* ſufficere vnum teſtem oculatum ad faciendam fidem de baptiſmo ſi nulla ſuſpicio ſit pernicioſi mendacij, ſicut colligitur ex *ca. paruulos d. ſt. 4. de conſecrat.*

PETES II.

Si homo eſt inter fideles natus, & in fide Chriſti educatus fuit, an præſumatur eſſe baptizatum, ſi nullum aliud teſtimonium adſit?

REſpondetur ex *Layman. loc. cit* præſumendum eſſe, legitimè eſſe baptizatum, donec euidentiſsimis argumentis con-

contrarium probetur, vt ait *Innoc. in c. veniens*.

Addit præterea idem *Layman. loc. cit.* quod interdum etiam adulto inter fideles educato conferendum eſſe baptiſmum ſub conditione, ſi tales coniecturæ adſint, puta quia v.g. à veneficis parentibus natus eſt, à Diabolo valdè infeſtatur, nec fieri poteſt vllo indicio vbi, vel à quo baptizatus fuerit, quæ præſumptionem accepti baptiſmi tollant, & cõtrarium vereſimile efficiant.

Docent *DD* quod quando eſt conferendum baptiſmi ſub conditione adulto cauendum eſt ſcandalum, & clauſis foribus templi.

QVÆRITVR CCXLXXXI.

Quid ſit reſtitutio in integrum, & quibus concedatur.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

Primò ſciendum eſt hoc beneficium reſtitutionis in integrum propriè nõ habere locum, quando contractus fuit omnino irritus: tunc.n communi auxilio, & mero iure munitus es, vt habetur *l. in cauſ. cognit. 16. de minor. & aduertit Leſſius lib. 2 c. 17. dub. 9. num. 63.*

Secundò ſciendum eſt tunc concedi beneficium reſtitutionis in integrum, quando quis eſt læſus ex alio contractu, aliàs non conceditur. ita *Leſſ. loc. cit. verſus finem num. 63.*

HIS POSITIS.

AD PRIMVM.

Reſpondetur ex *Leſſio lib. 2. cap. 6. dub. 18. num. 53.* reſtitutionem in integrũ eſſe quoddam remedium, quod finita præſcriptione relinquitur priore Domino qui rem ſuam amiſit, vt auctoritate iudicis poſsit reſtitui in dominium, & poſſeſſionem rei amiſſæ. Sed non tenetur quis ſi legitimè præſcripſerit ante ſententiam iudicis, reſtituere vt docent *DD.* teſte eodem *Leſſio loc. cit. dub. 17. num. 51.*

AD SECVNDVM.

Reſpondetur ex communi *DD.* ſentẽtia, teſte *Leſſio lib. 2. cap. 68. dub. 18. num. 53.* hoc remedium reſtitutionis in integrum. Primò concedi minoribus a. ætate, ideſt qui non dum 25. annos expleuerunt. Secundò pijs locis, & Eccleſijs, etiam ſi præſcriptio ſit 40. annorũ. vbi aduertit idem *Leſſius*, quod Eccleſijs, & locis pijs, ac minoribus conceditur hoc beneficium reſtitutionis in integrum, quamuis ipſis ſcientibus, & reſiſtere valentibus præſcriptio facta ſit. conceditur verò per quatuor annos poſtquam ſciuerint completam contra ſe præſcriptionem, vt patet ex *l fin. C. de temp. reſtit. in integrum.* Tertiò maioribus ætate conceditur in præſcriptione 10. & 20. annorum, modo tamen probent cum iuſta, & probabili ignorantia ſua, aut omnino ſine ſua negligentia fuiſſe peractam præſcriptionem. patet ex *l 1. § fin. ex quibus cauſis maior. Abbas, & Felinus in cap. vigilanti de præſcript.* & alij, habent, & hi quatuor annos poſtquam ſciuerint completam præſcriptionem. in præſcriptione autem 30. & 40. annorum non conceditur maioribus reſtitutio iuxta *Couarr. cit. à Leſſ. loc. cit. num. 53.* quamuis alij aliter ſentiant. Quartò conceditur Reipublicæ cuiuſuis oppidi, vt patet ex *l. 4. C. quibus ex cauſis*, & aduertit *Leſſius lib 2 cap. 17. dub. 9. num 67.* Quintò conceditur beneficium reſtitutionis in integrum, ſupremis Principibus, quoad bona principatus alienata, quia hæc ad rempublicam pertinent. ita *Leſſius loc. cit.* Sextò etiam vniuerſitati ſtudiorum conceditur beneficium *reſtit. in integrum* iuxta *Panormitanum in cap. 1. de in integrum reſtit.* & alios multos quos tacito nomine refert *Leſſius loc. cit.* Sextò conceditur rudibus, vt ruſticis, & mulieribus, qui ignorant iura. ita *DD.* teſte *Leſſ. loc. cit.*

EX PRÆDICTIS.

Primò colligitur ex *DD.* teſte *Leſſ. loc. cit num. 68.* dupliciter poſſe peti reſtitutionem in integrum. Primò implorãdo officium iudicis citata parte, vt quãdo ſolutio facta eſt, vel res ab altero poſſidetur. Secundò excipiendo contra eum qui petit ſolutionem, vel rem tradi, ſe læſum eo contractu, vel actu fuiſſe. hæc exceptio ſemper durat, quamdiù ſolutio facta non eſt. Poſtquam facta eſt, opus eſt ſententia iudicis, vt recuperetur: nec eſt licita occulta compenſatio, quia lex ſolum concedit hanc recuperationem mediante iudicis ſententia.

Digitized by Google

tia. colligitur ex *l. ſi curatorem 3. C. de in integr. reſtitut minor. & aduertit Leſſius num. 68.*

Secundò colligitur non ex eo cēſeri quempiam læſum quod re ipſius venditæ, præſentet ſe alius, qui plus offerat. ſi. n. iuſto pretio vendita eſt, eoq; tempore, & modo quo prudens venderet, non poteſt minor petere reſtitutionem in integrum, vt colligitur ex *l. verum 11. §. ſciendum de minoribus, & docent DD.* teſte *Leſſio loc. cit. num. 69.*

SED PETES I.

Quanta debeat eſſe læſio ad hoc, vt concedatur in foro externo beneficium reſtitutionis in integrum?

Reſpondetur ex communi *DD.* ſententia, teſte *Regente de Ponte titul 4 § 5. num. 15. & 16. ſic cit. à Thoma de bene tract. de immunit. dub 4. ſect. 2.* requiri quod interceſſerit læſio magna, quæ fuerit in ſexta parte. alij verò *DD.* teſte eodem *Thoma* ſufficit, vt læſio ſit magna ſecundum arbitrium prudentis viri, in foro conſcientiæ ſemper tenetur quis reſtituere id quod accepit vltra iuſtum pretium.

Alij verò *DD* teſte *Couarr. lib. 2. var. reſol. cap 3.* docent debere eſſe læſionem vltra dimidiam adhoc, vt detur actio in foro externo.

PETES II.

Solet in contractibus emptionum, & venditionum ad effugiendam actionem, quæ ex l. 2. competit decepto vltra iuſti pretij dimidium, apponi clauſula quæ huic auxilio deceptus renunciat, an ſit valida hæc renunciatio, ita vt non poſſit deinde agi in iudicio?

Reſpondetur ex communiſsima *DD.* ſententia, teſte *Couarr. loc cit cap. 4. num 2 & 6.* non poſſe agere in foro externo ſi renunciauit huic beneficio *l. 2.* ſi in ſpecie, & expreſſim donetur id quod excedit, vel deeſt ad iuſti pretij donationem, quæcunq; ea quantitas ſit. aliàs nihil operatur quia poteſt intelligi intra dimidiam partem iuſti pretij; hæc concluſio, ait idem *Couarr.* intelligitur in maioribus, qui integro iudicio, & conſilio de proprijs actibus deliberant; in fœminis ruſticis, & minoribus qui facilè decipiuntur, aut ſaltem ignorantia, imprudentia, aut fragilitate labuntur, talis renunciatio læſionis non eis nocet, vt non poſſint ſupradicti agere in foro externo ſi fuerint læſi vltra dimidiam. ita *Bald.* quem citat, & ſequitur *Couarr. loc. cit* qui limitat, niſi ipſa renunciatio à prædictis fœminis, & ruſticis, & minoribus maturo conſilio poſt venditionem ex interuallo fiat.

PETES III.

Læſio vltra dimidiam in grauiſſimo exceſſu contingens, an comprehendatur ſub ſpeciali renunciatione, & quid ſi interceſſerit iuramentum?

Reſpondetur ex *Couarr. lib. 2. var. reſol. cap 4 nu. 5. & alijs DD. à ſe cit.* quod poterit deceptus agere in iudicio pro reſciſſione huius contractus, etiam ſi expreſſim renunciauerit cum iuramento vt non poſſit agere in foro externo, & hoc eſt verum etiā ſi donauerit quantitatem excedentem iuſtum pretium, nempè etiam poſſe agere pro reſciſſione contractus, quandoquidem hæc renunciatio eiq; adhærentes clauſulæ tūc vim habent, cum læſio vltra dimidiam mediocris eſt, non ſic vbi is exceſſus ad grauiſsimam læſionem pertinet. quo quidem caſu læſio ipſa re contingens dolo comparatur. ita *DD. cit. à Couarr.*

QVÆRITVR CCLXXXII.

Quidam homo acquiſiuit multos nummos ex furto, & non habet alia bona, vnde poſſit reſtituere quod iniquè adeptus eſt, an vendentes ei cibum, veſtimenta, &c. poſſit recipere pretium rei venditæ ſi conſtat venditori, emptorem eſſe inhabilem ad ſoluendum, ex alijs bonis licitè acquiſitis, abſq; onere reſtitutionis?

Reſpondetur ex communi *DD.* ſententia, teſte *Rebell. lib. 8 q. 16. ſect. 3. num. 7 & 8.* quod ſi vendas ea quæ ad victū, ac veſtitum pertinent, & alia ſine quibus vita ſeruari nequit poteris recipere iuſtum pretium abſq; obligatione reſtitutionis.

Secus dicendum eſt ſi alium contractum feciſti non neceſſarium ad vitæ ſuſtentationem, nam tunc teneris reſtituere creditoribus ea quæ recepiſti ab huiuſmodi debitoribus. ex quo fit, vt eorum

Digitized by Google

tenſores, & præceptores filiorum, & alij ſimiles tenentur ad reſtitutionem.

Verum ſi quis bona fide, ideſt cum ignorantia talis impotentiæ locauit operas, vel ſimilem alium contractum inijt, licitè poterit ab eo recipere iuſtum pretium, etiam ſi iſtam impotentiam reſciat poſt operas impenſas ante ſolutionem. ita *DD.* teſte *Rebell* quia non minus tibi, quàm cæteris creditoribus cōſtitutus eſt debitori ergo, vt alij, poteris ab eo ſolutionem recipere.

SED PETES I.

An vxor quæ viro non attulit dotem, & filij, poſſint ſine peccato mortali viuere ex bonis patris vſurarij qui non habet alia bona, niſi illa furto acquiſita, etiam ſi filij, & vxor ſua induſtria, vel labore non conſeruant, vel augent bona paterna.

RESpondetur ex *Lopez*, quem citat, & ſequitur *S. Fauſtus à ſpeculo tit. de vſura diſp.6.q.99. § verum dubia num.3.* quod vxores, & liberi conſtituti ſub poteſtate paterna, qui etiam extra caſū extremæ neceſſitatis de rebus alienis, vel reſtitutioni obnoxijs viuunt decenter tamen iuxta ſuum ſtatum non peccant ſaltem mortaliter, ſi id faciant ſolum pro neceſſarijs, & cum animo reſtituendi quando poterunt, quia de hoc creditores debent eſſe rationabiliter contenti, quoniam ſi ipſi in tali reperirentur caſu vellent ſibi ſic fieri, ſicq. ſecum geri. Verum addit *Nauarr cap.17. num.270* & alij quod ſi filij poſſunt acquirere victum inſeruiendo alijs, non poſſunt viuere ex bonis Patris vſurarij, qui non habet alia bona, niſi furto ablata. quod intelligendum eſt, ſi ſine dedecore id poſſunt facere.

PETES II.

An peccet mortaliter, & teneatur ad reſtitutionem, qui accepit aliquid ab vſurario titulo donationis, vel emptionis, ſi res acquiſita per vſuras extat in ſpecie, & vſurarius non habet alia bona, vnde poſſit reſtituere?

RESpondetur, quidquid ſit, an vſurarius acquirat dominium vſurarum, vt vult *Nauarr.* cum communi *DD.* ſententia *cap.17 nu.205* quod non peccat, neq; tenetur ad reſtitutionem quia illa bona habentur pro derelictis, & nō ſolent curare mutuatarij ad quos perueniant, & ſi rogarentur, libenter facerent poteſtatem dono illa accipiendi, vel donandi, vt rectè docet *Thomas del Bene tract. de parlamentis dub.6 ſect.* 1. citat *Petrum Nauarr. lib.4.c.1. num* 58. & eſt ſententia *Leſſi lib.2.c.20. dub 19.nu. 166.* & alios docentes rem haberi pro derelicta, quando Dominus ita eā proijcit, vel relinquit, vt nulla ei, ſicut in caſu noſtro ſpes ſuperſit induſtria, vel aliquo caſu eam recuperandi.

Sententia *Nauarr.* poteſt defendi, quia mutuatarius voluntariè trāsfert dominium in mutuantem. Secus dicendum eſt, quando fur aliquid accipit ab homine, nam tunc eſt omnino inuitus, qui tradit rem; & conſequenter rei furatæ non poteſt acquiri dominium.

PETES III.

An bona omnia vſurarij ſint ipſo iure obligata, ac hypothecata pro ſoluendis vſuris.

RESpondetur ex communi *DD.* ſentētia, teſte *Rebell. lib.8.q.16. ſect.* 1. quod in primis omnia bona præter vſuras acquiſitas non eſſe hypothecata, nec expreſsè, nec tacitè pro ſoluendis vſuris, ea ratio eſt, aiunt *DD.* quia licèt mutuatario competat actio realis, ſiuè in rem circa bona illa quæ ſupra ſortem mutuanti tradidit, quamdiù eadem numero apud quemcunq; perſeuerant, & ab alijs bonis, vt diſtincta cognoſcuntur, nihilominus, quoad alia bona, etiam ſi empta ſint ex pecunia vſuraria, non habet rationem realem, ſed perſonalem contra vſurarium, vt de bonis proprijs ſatisfaciat quamdiù in poteſtate ipſius vſurarij ſunt, nam poſteaquam ea alienauerit non tranſit actio contra perſonam poſſidentem, niſi per vltimam voluntatem fuerint alienata, vel iure hæreditario ad hæredem delata, eo quod ad hæredes, vtpotè perſonam defuncti repræſentantes tranſeant actiones perſonales defuncti, tam actiuæ ad comparandum ea, quàm paſſiuæ, vt pro defuncto debita perſoluant, ſaltem ſecundum vires hæreditatis, vel niſi in fraudem creditorum alienarentur.

Generali tamen quadam ratione, hoc eſt, non reali, ſed perſonali obligatione, ac ſecundariò, ſiuè per accidens bona vſurarij poſſunt dici obligata quatenus obli-

Digitized by Google

obligatio perſonalis ſoluendi vſuras ſecundariò extenditur ad cætera bona, per quæ reſtitutio facienda eſt, ſi vſuræ extantes non ſufficiant. ita *Rebell. loc. cit. num. 2. in fine.*

PETES IV.

An hæredes vſurarij teneantur ad vſurarum reſtitutionem.

RESpondetur ex *Rebell. lib. 8. q. 16. ſect. 2.* affirmatiuè, quia obligatio perſonalis tranſit etiam ad hæredes defuncti, qui vna eademque perſona cum illis reputantur. iuxta *l. hæredem, & iuxta cap. tua nos de vſuris.* ac proindè tenentur non tantum reali obligatione, ſi ad eos peruenerint bona per vſuram extorta, ſed etiam perſonali, quoad alia à defuncto ipſis relicta. Quamuis hoc interſit, quod bona per vſuram extorta à quouis hærede poſſideantur, reſtituenda ſint ſuo Domino; etiam ſi cæteri hæredes nihil illi rependunt, pro ratione ſuarum portionum, quod iure partitionis alioquin facere tenentur, bona autē non per vſuram extorta pro rata erunt in cumulum adducenda, ad reſtitutionem faciendam. ita *Rebell. loc. cit.*

SED PETES V.

Quid ſi vnus hæredum fiat impotens ad ſoluendum, vel portionem ſuam nolit adducere, tenebitur alter in ſolidum vltra portionem hæreditatis? loquimur de bonis relictis non per vſuram extortis?

RESpondent multi iuriſperiti, teſte *Rebell. loc. cit.* teneri reliquos hæredes in ſolidum vltra portionem hæreditatis, quatenus tamen vires hæreditatis patiuntur. Sed *Caiet. Syl. Medina*, & alij apud eundem *Rebell.* docent non teneri, & ratio eſt quia lex Ciuilis diſtribuit ipſo iure debita omnia, & obligationes defuncti inter hæredes proportionibus hæreditarijs, ita vt hæres ſecūdum portionem hæreditariam dumtaxat defunctum repræſentans, in reliquo extraneus omnino cenſeatur. accedit, quia obligatio, quæ ex diuiſione legis vnico hæredi competebat, ſi ſemel in eo extinguatur, quod impotens fiat ad ſoluendum, non poteſt in altero cohærede reuiuiſcere, aut de nouo induci abſq; pacto de voluntate ipſius. iuxtà Regulam qui res, *§. aream, ff. de ſolutionibus.*

PETES VI.

An quis poſſit ab vſurario vel à fure accipere eas res quarum ipſe Dominium habet.

RESpondetur ex *Leſſio lib. 2. cap. 20. dub. 19.* quod in primis non potes ab vſurario, vel à fure accipere vllo titulo res alienas, quæ in ſpecie extant, vt, veſtes, catenas, &c. etiam ſi ipſi eas alienando non fierent impotētiores ad ſoluendum, quia res ſemper clamat ad Dominum dum extat in ſpecie, ac proindè qui eam emit tenetur ad reſtitutionem earum.

Potes verò ab vſurario, & à fure accipere etiam titulo gratuito res eas, quarum ipſe Dominium habet, quia res vſurarij non ſunt expreſſè, neq; tacitè hypothecatæ pro vſuris, ac proindè poſſunt accipi. ita *DD.* teſte *Leſſio loc. cit. num. 167.*

SED

Dubium eſt quid ſi per eam donationem, vel alienationem fiat impotens ad ſoluendum? & hoc ſcit qui eam dono accipit, an ſaltem peccet contra charitatem.

RESpondetur primò ſi non inducis illum ad donandum, vel alienandum, ſed ipſe ſpontè tibi donat, vel vendit, aut emit non teneris in foro conſcientiæ ad reſtitutionem, etiam ſi ſcias ipſū per hoc fieri impotentem ad ſoluēdum. neq; peccas contra charitatem, ſuppoſito quod ipſe ſpontè velit, & tu acceptas vtens iure tuo, nec. n. iuſtitia, vel charitas poſtulat, vt negligas tuum commodum, etiam ſi inde per accidens ſequatur alteri tantundem damni. ita *Petrus Nauarr. lib. 3. c. 4. num. 218 & 220* quem ſequitur *Leſſius lib. 2. cap. 20. dub. 19. nu. 168. S. Fauſtus in ſpeculo diſp. 1. q. 45. nu. 3. & Thomas del bene tract. de parlamentis dub. 6. ſect. 4.* Neq, obſtat quod peccat donans.

Vnde ſequitur quod idem dicendum eſt de beneficiario qui donat ſuperflua parentibus de fructibus beneficij, qui aliàs tenebatur diſtribuere pauperibus, nempè non peccare recipientem ſi non induxit ad donandum, ſed ſpontè beneficiarius illi donauit, quia communiter *DD.* docēt beneficiariū habere dominiū

Digitized by Google

fructuum beneficij, quidquid dicant alij in oppoſitum.

Aduertit idem *Leſſius loc. cit. num.* 169. ſi titulo gratuito accepiſti ab vſurario, vel à fure inhabili ad ſoluendum, quod conceditur actio creditoribus qua poſſint illud à te repetere, & citat leges. Sed notat *num.* 170. hanc actionem concedi creditoribus ſolum per vnum annum, qui computandus eſt ab eo die quo primum ſciuerunt alienationem eſſe factam.

Reſpondetur ſecundò ex *Leſſio loc. cit. nu.* 170 *& Aragon.* quem citat, & ſequitur *S. Fauſtus in ſpeculo diſp* 6. *q.* 96. *num.* 3. quod ſi illum induxiſti ad donandum, vel alienandum, putans eum per hoc forè impotentem teneris ad reſtitutionẽ, ſi hæc impotentia ſit cauſa non ſoluendi, vt *Fuſius* agit *Leſſius loc. cit. de cauſa ipſa.*

PETES VII.

An lucrata per pecunias furtiuas, vel per vſuras acceptas ſint de neceſſitate reſtituenda?

Reſpondetur ex communi *DD.* ſentẽtia teſte *Petro Nauarr. lib.* 4. *c.* 1. *nu.* 58. 59. *&* 60. non eſſe reſtituendas, ſed eſſe fructum induſtriæ, & conſequenter totus eſt vſurarij, vel furis, quia pecunia de ſe non eſt fructifera ſi n. vſui pecuniæ aliquid reſponderet fructus certè vſurarius iuſtè veniret excuſandus. ergo ſolum ratione intereſſe fortaſsè ſi quis hoc paſſus eſt, vel ratione lucri ceſſantis.

QVÆRITVR CCLXXXIII.

Quidam homo in partibus longinquis debebat exigere quamdam quantitatem nummorum, ab aliqua vniuerſitate, & quia aderat in illa, quidam homo inimicus talis vniuerſitatis, vſus fuit ope talis inimici ad hoc, vt potuiſſet exigere quod dicta vniuerſitas illi tenebatur ſoluere, ac proindè conſtituit eum procuratorem ad exigendam quantitatem nummorum ſibi debitam, an peccauerit eligendo procuratorem inimicum talis vniuerſitatis?

Reſpondeo ſi alia via poteſt exigere ſupradictam quantitatem nummorum, & non media opera, ac auxilio inimici vniuerſitatis, [illegible] videtur teneri non vti ope talis inimici, ad finem, vt poſsit exigere quod tenetur ei ſoluere dicta vniuerſitas, ne occaſionem præbeat peccandi dicto inimico, qui facilè non zélo iuſtitiæ, ſed appetitu priuatæ vindictæ id faciet, ac proindè charitas expoſcit, vt euitemus peccatum proximi, quantum poſſumus.

SED

Difficultas eſt, quando moraliter alia via non poſſumus exigere talem quantitatem nummorum niſi media tali perſona inimica vniuerſitatis prædicta, an ſine peccato poſſimus eligere illum, vt procuratorem ad exigendam quantitatem prædictam?

Reſpondeo ſine peccato poſſe eligi procuratorem inimicum vniuerſitatis ad finem, vt poſſit quis exigere quod tenetur ſoluere dicta vniuerſitas; & ratio mihi eſt, quia non concurrit ad opus in ſe peccaminoſum, ſed ad rem licitã, nempè ad exigendum quod ſibi debetur. nec præbet ei occaſionem peccandi, ſed vtitur ipſius miniſterio, vt fideliter gerat ſuum negotium, ne ex præhabita amicitia cum dicta vniuerſitate non cogat eam ad ſoluendam quantitatẽ nummorum ſibi debitam; ſed ſumit occaſionem inimicitiæ procuratoris cum vniuerſitate, non vt pabulum peccati, ſed vt ſuum commodum, & certitudinem exactionis, quandoquidem non poteſt corrumpi procurator ad non fideliter agendum negotium eius qui cõmiſit illud ex amicitia cum dicta vniuerſitate.

Præterea odium ſi perſeuerat, non oritur ex exactione, ſed ex alia cauſa præhabita, ergo non eſt cauſa totalis qui conſtituit eum procuratorem; & iam eſt in ſtatu peccati.

Confirmatur à pari, nam *DD.* concedunt communiter, quod eſt licitum petere pecuniam ab vſurario parato ad tale miniſterium, nempè ad mutuandos nũmos ſub vſuris etiam ſi quis certò ſciat nullo modo aliter mutuaturum, vt docent *Palud. Durand. Anton. & Melchior cano cit à S. Fauſto in ſpeculo diſp.* 6. *titul. de vſuris q.* 111. vbi docent dicti auctores quod eſt licitum petere mutuum ſub vſuris ſtantibus duabus conditionibus. Prima eſt, vt mutuatarius non habeat alium qui velit ei mutuare rem ſine vſuris; altera, vt nullam habeat complacen-

centiam peccati illius. immo addit *Caietan* quem citat, & ſequitur *S.Fauſt.q.* 114. quod non peccat mortaliter, qui petit nummos ſub vſuris non ob aliam cauſam, niſi ob finem venialem.

Præterea ait *S.Fauſt.* defendendo opinionem *Caiet. q.* 113 *num.*4. hæc verba formalia; Non eſt peccatum ſi ego vtar iure meo, etiam quando ſcio te ex malitia peccaturum, non .n. tunc me obligat lex charitatis, vt ego me abſtineã ab eo quod eſt mihi liberum, & honeſtum.

Sed in caſu noſtro ſupradicto adeſt ſatis iuſta cauſa, vt quis vtatur procuratore inimico vniuerſitatis. quia non habet alium, vt benè poſsit agere ſuum negotium, & iam eſt paratus, vt ita dicam ad odium, quia conſeruat odium contra vniuerſitatem, ergo nõ ſum cauſa, neq; occaſio illius peccati, ſed ſolum vtor ſua malitia ad meum commodum non concurrendo ad peccatum formaliter, neq; materialiter, quia petitio eſt de re licita, nempè exactio nummorum debitorum ergo.

QVÆRITVR CCLXXXIV.

Quidam ſurripuit è bibliotheca Regularium quemdam librum hiſtoriarum non ſacrarum qui facilè apud Bibliopolas non reperiretur, an peccauerit ſi habuit animum ſoluendi pretium duplicatum monaſterio?

Reſpondetur non mihi videtur peccaſſe mortaliter, tum quia vtile negotium geſsit monaſterij; tum quia liber hiſtoriarum de rebus non ſacris parum aut nihil vtile affert legentibus, & præcipuè Regularibus, qui debent dare operam Theologiæ, rebus moralibus, ac cognitioni rerum ſacrarum. ergo Superior monaſterij non eſt rationabiliter inuitus.

QVÆRITVR CCLXXXV.

An actuarij ſcribæ poſſint aliquid recipere à negotiantibus vltra ſtipendium taxatum à Principe ſi ſpontè illud præbeat?

Reſpondetur eſſe caſus in quibus actuarij, Scribæ, &c. poſſunt tuta conſcientia plus taxato ſtipendio recipere. Primus eſt, ratione extraordinarij laboris ſupra id quod proprium officium requirit. Secundus eſt ſi recuſato maiori ſtipendio à parte oblato, denuo liberè donetur. Tertius eſt ex temporum variatione; ratione .n. maiorum expenſarum, quæ non ex voluntate, ſed ex ratione, ac veſtium caritate fiunt poteſt in cõſcientia plus taxato pretio recipi. ita *DD.* teſte *Pellicione q.*17.*cap.*4.

Aduertũt *DD.* teſte eodem *Pellicione* quod Princeps taxat ſtipendium, & prohibet, ne recipiatur aliquid vltra ſtipendium etiam à ſponte dantibus, ad tollendas fraudes peccare recipientem, ſed non teneretur ad reſtitutionem, ſi lex Principis non impediret translationem Dominij.

SED PETES I.

Quomodo poteſt cognoſci à ſcriba ſibi gratis non dari?

Reſpondetur ex *Petro Nauarr. lib.*3 *cap.* 3 *num* 13 quod duobus modis agnoſcere poteſt ſcriba. Primum ſi aliquo vim inferret nolens facere Scripturam, vel actum, niſi ei illa quantitas detur. Secundò quando intercederet fraus ex parte ſcribæ, vel ignorantia ex parte negociantis, cum nihil dicente Scriba, putat ipſe deberi quatuor, quæ non daret, ſi veritatem ſciret, ac proindè tenetur ſcriba ad hoc, vt licitè poſsit recipere ſtipendium vltra taxatum, dicere quod ei tenetur ſoluere; & non aliud petere, & ſi vltra hoc vult ei donare, poteſt licitè retinere, ac recipere.

PETES II.

Quomodo agnoſci poteſt maior labor à ſcriba ad finem, vt poſſit recipere maius ſtipendium, quam ſit à Principe taxatum; an verò ratione conſilij, vel ratione Scripturæ melius factæ, vel ratione mediorum quæ ipſe præbet, poſſit aliquid aliud recipere vltra pretium taxatum?

Reſpondetur ex *Petro Nauarr. loc. cit. num.* 18 & 19. quod poteſt aliquid accipere ſcriba vltra pretium taxatum ſi v.g. ſcriba egreditur è Domo, pro negotio expediendo hora incommoda, nempè nocte, aut imbre cadente, aliaue intercedente Cęli in clementia, vel cum prandere eum oportebat. labor .n. ille non eſt annexus Scripturæ, ſed extraordinarius, pretioq; extimabilis. Secus eſſet, ſi labor eſſet ordinariè annexus, vt ire in hieme, vel in æſtate, ob hoc .n. nihil poſſet accipere.

Quo-

Quoad conſilium, vel media ſic diſtinguit *Petrus Nauarr.loc.cit.* ſi conſilium eſt de bene, & firmiter facienda ſcriptura, & ſimilibus, nihil poteſt accipere. hoc.n. ex ratione officij tenetur. Si autem conſilium eſſet in componendis partibus diſcordibus, vel in pretio, vel in tempore, vel aliquo alio & alijs ſimilibus, quæ non ſunt de ratione officij poteſt aliquid accipere, & retinere. idem dicendum eſt quando preces pro reo apud iudicem interponit ſuas. hoc.n. officium ſcribæ non eſt, ſed procuratoris, ac proindè poteſt aliquid accipere, ac retinere vltra pretium taxatum à iudice.

QVÆRITVR CCLXXXVI.

Accedit pænitens ad confeſſarium, & ſe accuſat depoſuiſſe falſum in iudicio ſed dixit plures teſtes ante ipſum fuiſſe examinatos, quomodo ſe gerere debeat confeſſarius erga huiuſmodi pænitentem, & quod onus imponere debet.

RESpondet *Leſſius lib 2. cap. 30. dub. 7. num. 52.* quòd ſi Reus erat per alios teſtes conuictus, & tuum teſtimonium accedens nihil effecit, eo quod pœna propter illud non eſt aucta, nec iudex firmior redditus eſt ad eam irrogandam; te non teneri ad reſtitutionem: quia etſi iniuriam ei facias, non tamen es cauſa efficax damni quod ex prioribus teſtimonijs iam cenſetur illatum: idem docent *DD.* teſte *Bonacina tom. 2. diſp. 10. q. 3. p. 4. propoſit. 5. num. 15.*

SED

Difficultas eſt, quando pænitens, ſcit alios teſtes ante ſe fuiſſe examinatos eodem modo quo ipſe falsò præbuit teſtimonium, an ſimpliciter debeat iudicare confeſſarius, quod iam eſt conuictus Reus, ac proindè nullum damnum intuliſſe tertium teſtimonium cum iam fuerit illatum ab alijs.

ANTEQVAM RESPONDEAM:

SCiendum eſt, quod ad hoc, vt reus dicatur conuictus. Primò requiritur, vt duo teſtes plenè probent, & vt iurati deponant vt patet ex *cap. nuper 51. de teſtibus, cap. tuis q. 39.* & alij, quos adducit *Leſſius lib. 2. c. 30. dub. 4. num. 32.* Secundò requiritur, vt deponant de eodem facto, alioquin nam erunt conteſtes, ſed teſtes ſingulares. vnde debent conuenire in tempore, loco, & delicti ſpecie, nã ex diuerſo tempore, & loco colligitur non eſſe idem factum de quo deponũt, ſi tamen alter exprimat certum diem, alter dicat ſe non meminiſſe diei valet. Secus tamen ſi alium diem exprimeret tunc.n. putaretur aliud factum: niſi ipſum ſit tale, vt non poſſit bis fieri, Vnde ſequitur ſi vnus teſtis deponat de vna propoſitione hæretica aſſerta à reo, & alius de alia, non plenè probari hunc eſſe hæreticum: quia neutra hæreſis eſt plenè probata ſicut nemo poteſt probari eſſe homicida, aut adulter, aut fur, aut ſacrilegus, niſi vnum idemq; factum externum per duos teſtes probetur, ita etiam nemo poteſt probari hæreticus, niſi vna eademq; hæreſis aſſerta per duos teſtes probetur. ita *Leſſius loc. cit.* Sed ait huiuſmodi probationem eſſe pluſquam ſemiplenam, nam vtraq; eſt ſemiplena: ſed quia ſunt de factis diuerſis, non poſſunt vnam plenam conficere. altera tamen addit nouum indiciũ, ſeu ſuſpicionem. Quod ſi duo de eadem hæreſi aſſerta deponant, & ſolum in tẽpore diſcrepent plenè probant; quia in ſubſtantia delicti conueniunt; & quamuis non ſit idem numero ſignificatum, habetur pro eodem actu: imo addit *Leſſius*, quod diſcripantia temporis interdum facit ad maiorem fidem.

Tertiò eſt neceſſarium, vt ſenſu aliquo perceperunt. ita *DD.* teſte eodem *Leſſio loc. cit.*

Quartò, vt ſint teſtes omni exceptione maiores, dicuntur teſtes omni exceptione maiores illi contra quos nihil poteſt iure opponi, cur minus ſit illis fides adhibenda. primum igitur in cauſis criminalibus iure canonico repellitur mulier ob fragilitatem ſexus, & ingenij mutabilitatem. ita *DD.* teſte *Leſſ. loc. cit. dub. 5. num. 36.*

Secundò repellitur minor viginti annis.

Tertiò repellitur Inimicus. Sed debet eſſe inimicitia grauis ſecundum arbitrium iudicis.

Quartò aſcendentes, & deſcendentes accuſatoris. item collaterales, ſed hi tantum vſq; ad quartum gradum. idem dicendum de alijs affinibus. ita *Leſſius loc. cit.*

Quintò domeſticus ipſius producentis.

Sextò infamis infamia iuris; qualis eſt omnis qui de aliquo crimine eſt damnatus.

Septima periurus qui in aliqua cauſa falſum cum iuramento depoſuit.

Octauò ſocius criminis Sed an aliquando admittatur vide *Leſſium loc. cit. lib.* 2. *c.* 2.*cap.* 30.*dub* 7.*num.*39.

Nonò perſona vilis, & inops de qua ſuſpicio eſt, facilè poſſe pecunia corrumpi. Secus ſi ſit honeſta. ita *DD.* teſte *Leſſ. loc.cit.*

An aliquando admittantur teſtes minus idonei quando veritas aliter haberi nõ poteſt, vel ſi minus dignus coniungatur cum alio teſte valdè fide digno vide *Leſſ.loc cit num.*42.& ego ſupra dixi, ſed oportet iterum aperire hanc doctrinam pro explicatione huius caſus.

HIS POSITIS.

RESpondeo non rectè colligere confeſſarium ex priori depoſitione duorũ teſtium tertium teſtem non intuliſſe damnum ex eo quod iam Reus erat cõuictus, nam poſſunt reijci teſtes, vt patet ex ſuppoſito, ac proinde debet confeſſarius imponere onus pœnitenti, vt faciat diligentiam ſi ex ſuo dicto, ſeu depoſitione falſa reipſa damnum tulerit.

QVÆRITVR CCLXXXVII.

In quodam conſeruatorio fæminarum erat in vſu, vt diebus feſtiuis egrederentur ab illo ad finem audiendi ſacrum, & quia aliæ fæminæ gerebant habitum inſtar ſæcularis, & parum honeſtum, licèt ſecundum morem patriæ, idcirco, multi adoleſcentes ſtabant foris expectantes exitum illarum, & proindè fuit prohibitum à gubernatore, illius conſeruatorij, ne exirent è conſeruatorio indutæ veſtimentis ſæcularibus, & parum honeſtis, vt ſupra dictum eſt, aliàs ſi non obedient fuit præceptum Superiori illius conſeruatorij, vt in die feſto non faceret egredi à conſeruatorio ad finem audiendi ſacrum, an hoc ſit licitum.

RESpondetur hoc eſſe licitum, quia, aut docui cum *DD. à me cit. in praxi confeſſariorum* 2. *edit. fol.* 472. §. *petes* 54. quod quis excuſatur ab audiendo ſacro die feſto, propter detrimentum ſpirituale proprium, vel alienum: ſed in caſu noſtro moraliter adeſt damnum ſpirituale alienum, nam ex aſpectu illarum fæminarũ, & ex eo quod apparet quod data opera adoleſcentes moram faciũt iuxta locum prædictum ad finem eas aſpiciendi probabile eſt, vt aliqui eorũ adoleſcentes incidant in peccatum deſiderij: preterquam quod non exẽplum, ſed ſcandalum ſumit populus, qui videt exire loco ſpirituali fæminas ſic indutas; vnde totum peccatum attribuẽdum eſt dictis fæminis nolentibus obedire gubernatori dicti loci, nam ipſe dum commorantur in loco prædicto debent non vti veſtimentis parum honeſtis; nam licèt excuſentur à peccato mortali, quia ſe conformant ad vſum communem patriæ, tamen ſi ita adeſt vſus, in dicto loco, non eſt talis vſus; & tantum extra dictam locum commorantes, poſſunt à peccato mortali excuſari vtentes talibus veſtimentis.

Fateor verò quando ceſſaret ſcandalum puta quia non adſunt tales circumſtantiæ, quæ inducant probabile iudicium ruinæ ſpiritualis alterius, non iudico eſſe iuſtam cauſam non audiendi ſacrũ die feſto ſimpliciter, quia tales fæminæ exeunt conſeruatorium indutæ inſtar ſecularis, & ratio mihi eſt, quia ſcitur, quod tales non illic commorantur ad finem agendi vitam cælibem, ſed contrahendi cauſa matrimonium.

QVÆRITVR CCLXXXVIII.

Vtrum iudex inferior poſſit relaxare pœnam à iure taxatam? v. g. lex determinat, vt qui occidit aliquem morte puniatur, an iudex, poſſit relaxare, vel commutare hanc pœnam?

RESpondetur ex communiſsima *DD.* ſententia, teſte *Bonac. tom.* 2.*diſp.* 10. *par.* 7.*num.* 1. & 5. quod nullus iudex inferior ordinariè loquendo poteſt relaxare pœnam à iure taxatam. Sed quando commune bonum poſtulat relaxationem pœnæ, & aditus ad Superiorem non patet tunc poteſt pœnam relaxare, non quidem omnino, ſed quatenus recta ratio dictabit.

In alijs verò leuioribus, vt in homicidio caſuali, furto leui, & ſimilibus, quando quis non eſt aſſuetus peccare in iſtis, poterit non ſolum Princeps ex ſua clementia, condonare pœnam, ſed etiam iudex inferior ſaltem conſentiẽte accuſatore, poteſt mitigare pœnam legis prout recta ratio dictat, & vſus, & praxis iudicum vbiq; obſeruat. ita *Clauis Regia lib.* 12. *cap.* 12. *num.* 3. quando lex

lex non determinat pœnam delinquenti infligendam, ſed eam arbitrio iudicum relinquit, poteſt eam iudex iuxtà ſuum prudens iudicium imponere. ita *Bonacin.loc.cit.num* 4.

Supremus verò iudex, etiam recuſante parte poteſt pęnã taxatã à iure relaxare, quando ita poſtulat bonum commune. dummodo reſarciatur damnum illatũ parti læſæ. ita *DD.* teſte *Bonacin.loc.cit. num.*3.

HINC

COlligunt *DD.* teſte *Bonacin. num.* 5. iudicem peccare mortaliter liberãdo reum dum commune bonum poſtulat Occidi, & damna quæ obueniũt Reipublicæ ex relaxatione pœnæ factæ à iudice, illata à Reo tenetur, iudex illa reſarcire. ita *DD.cit.à Bonacina*.

SED PETES I.

Vtrum apud iudicem pro liberatione delinquentis intercedere liceat?

REſpondetur ex communi *DD.* ſententia, teſte *Claui Regia loc.cit.* periculoſum quandoq; eſſe pro Reis apud iudicem intercedere in his quæ iudicis ſaltem arbitrio, non relinquuntur, cum exinde nonnumquam illicita pænæ relaxatio petatur. vnde docent *DD* ſecurius eſſe primò remiſsionem iniuriæ à parte petere, qua obtenta non ita frequenter ratio boni communis ſola iudicem obligat ad puniendum.

QVÆRITVR CCLXXXIX.

Quidam homo iniit hunc contractum cum filiofamilias dotibi centum ducatos cum hac conditione, quod ſi ego donans ante mortem tuam ex hac vita migrabo, tu lucreris iſtos centum ducatos, & ſi tu filiusfamilias decedens, ex hac vita ante mortem tui Patris ego amittam iſtos centum ducatos, verum ſi Pater tuus morietur ante tuam mortem, tu mihi reſtituas bis centum ducatos, an hoc pactum ſit licitum?

REſpondeo, ſecluſo omni iure poſitiuo, non video hunc contractum eſſe ille illicitum, cùm vtraq; pars ſit expoſita lucro, & damno, niſi aliæ circumſtantiæ concurrunt, vt rationabiliter, non poſsit iudicari pretio extimabile vita Patris centum ducatis puta ſi eſt morti proximus, vel valdè ſenex, ac ægrotus.

SED

Tota difficultas eſt in iure poſitiuo, vbi videtur eſſe vetitum contrahere cum filijsfamilias?

REſpondetur primò quod filiusfamilias pubes hoc eſt, ætatis ſuæ annorum quatuordecim completorum, ſub patria poteſtate exiſtens non tantum naturaliter, ſed etiam ciuiliter poteſt ſe obligare per promiſſiones, & quæuis alia pacta ſaltem, quæ in Patris, vel alterius pręiudicium non redundant, vt habetur ex *l.tam ex contract.ff.de iudicibus, & l.filiusfamilias,ff.de actionibus,& obligationibus, vide Anton.Gomez 2 reſol c.1. num.2. & Rebell. 2.par. lib.1. q.8 ſect.3. num.30. vbi addit num.31.cum legibus, & DD. à ſe cit.* quod filius familias non debet Patri operas artificiales, ſed eſſe ſub dominio ſuo, niſi cum eo viuat, & ab eo alimenta recipiat, nam in hoc caſu, tenetur dare Patri operas ſuas artificiales, quoad vſum fructum, quoad proprietatem ſpectant ad filium, vt rectè docent *DD.* teſte eodem *Rebell loc. cit. num* 35. nam filius familias habet proprietatem rei quem ſuo ſtipendio, artificio, uel labore acquirit, ſicut etiam cęterorum ferè bonorum, quæ aduentitia dicuntur. Pater uerò habet uſumfructũ ante emancipationem eius, ut *DD.* tradunt, & iura diſponunt.

Dixi *ferè*, quia in his aduentitijs in quibus is qui filio relinquit, uel donat, uetat ne Patri quæratur uſus fructus, ad filium etiam ſpectat uſusfructus.

Ait *Layman tit.de contract.c.8.num* 4 quod filiusfamilias impubes, ne Patre quidem auctore ex contractu, poteſt ſe obligare. Sed circa bona caſtrentia, poteſt ſe obligare etiam impubes naturaliter, & ciuiliter, ut patet ex § *pupillus inſtit. de inutil.ſtipul.* obligatur tamen impubes naturaliter id eſt in foro conſcientię ſi pubertati proximus ſit, ita *DD.* teſte *Layman. loc. cit. cap.9. num.7. Sanchez cum DD à ſe cit.l.b 6.de matrim. diſp.38 nu.* 24. alias ſi nõ eſſet pubertati proximus, nec etiam naturaliter obligatur, & tunc dicitur mas proximus pubertatis quoad contractum, quando eſt ætatis decem annorum cum dimidio, & ſi eſt fæmina quan-

Digitized by Google

quando eſt ætatis nouem annorum cũ dimidio. ita *Leſſius lib. 2. c. 17. num. 60.* & alij *DD. cit. à Sanchez l. 7. d. 104. nu. 37.*

Addunt *DD.* teſte *Rebell. loc. cit. num. 32.* quod filius familias tenetur in conſciẽtia ad cohabitandum cum Patre; ſed limitat *Rebell* ſi opera filij indigeat, aliàs ſi non egeat liberum ei eſſe diſcedere à Patre ad aliud honeſtè vitæ genus quærendum, & contrarium aſſerere, nihil aliud eſſet, niſi cogere hominem liberũ ſeruire contra *l. 2. ff. ſi quis à parente fuerit manumiſſus.*

Reſpondetur ſecundò quod filiusfamilias de iure communi, ex omni contractu tenetur, excepto mutuo, vt patet ex *l. tam contract. §. ff. de iud. cijs, §. item inutilis de inutil. ſtip. l. filius familias 38. ff. de act. & obligat. vt obſeruat Merolla in Theol. morali diſp. 1. c. 3 num. 367.*

Dixi, excepto mutuo, quia contractus mutui dati filiofamilias, prohibitus eſt lege ciuili in odium ipſius creditoris. vt patet ex *l. 1 ff. ad Macedonianum lib. 4. tit. 1. part. 5.* ita vt non poſſit agere in foro externo contra mutuatarium, ad recuperandum mutuum.

Sed tenetur filiusfamilias in foro conſciẽtiæ reſtituere mutuum. ita *DD.* teſte *Couarr. 2. par. relect. §. 3. num. 4* quia lex ciuilis noluit exonorare debitorem, licèt actionem negauerit creditori in pœnam.

Quod ſi lex ciuilis debitorem in pœnam creditoris à debito exonerare voluerit, ac liberauerit, iuſtè etiam in animæ iudicio debitor ipſe liber erit, nec tenetur quidquam creditori in foro conſcientiæ ſoluere. ita *Couarr. loc. cit.*

Reſpondetur tertiò, quod in Regno Neapolitano extat Regia Pragmatica, quæ incipit per excellentem *ſub titul. de Senatusconſult Maced.* per quam ſtatutum fuit, omnes contractus factos à filiofamilias, ſine præſentia, & conſenſu Patris, eſſe nullos, quamuis filius familias aſſeruiſſet cum iuramento, ſe eſſe Patrẽ familias, ſeu viuere ſeorſum à Patre. nã ſi filius familias viueret ſeorſum à Patre obligatio eius valet etiam ſecundum Regiam Pragmaticam. Dicitur viuere ſeorſum à Patre quando ſuis expenſis viuit, licèt habitet cum in eadem domu cum Patre, vt rectè docet *Nouar. in pragm. verb. filijfamilias fol. mihi 519. nu. 19.* & ſic ait fuiſſe deciſum in Magna Curia Vicariæ. & *Rota deciſ. 527. num. 6. par. 1. t. 2. addit. ad Ludou. deciſ. 182.* & notat etiam ſi per momentum habitet filiusfamilias ſeorſum à Patre, eius obligatio tenet. & ita fuit deciſum in Magna Curia Vicariæ. & in Sacro Concilio per *Vrſill. deciſ. 308. num. 17. vſq; ad num. 19.*

Sed hæc conſtitutio ſecundum *Vincentium de Franchis deciſ. 72.* non ſe extendit extra Ciuitatem Neapolis. vt fuit iudicatum per Sacrum Conſilium. ac proindè Regnicola filius familias poteſt ſe obligare ſine conſenſu Patris. & ratio eſt, inquit, *Paſc. in tract. de vir. patr. poteſt p. 1 cap. 6. num. 31 ſic cit. à Merolla in Theologia morali diſp. 1. cap 3. num 382.* quod pragmatica prædicta non inhabilitat ſimpliciter perſonas filiorum familias ad contrahendum ſine præſentia, & cõſenſu Patris, ſed tantum dat formam contractibus à Notarijs obſeruandam, in quo caſu attenditur locus contractus, nec annullat quamlibet obligationem ſcilicet naturalem in foro conſciẽtiæ, vt vidi textum, ac proindè ſequitur quod in foro conſcientiæ filiusfamilias, ſi eſt proximus pubertati tenetur ſoluere mortuo Patre, bis centum ducatos ei qui dedit centum cum hac conditione, vt reſtituat bis centum mortuo Patre, aliàs ſi donans præmoriatur, vel donatarius, cenſeantur amiſſi, ita vt eius hæres non teneatur ſoluere; nam hic contractus potius reducendus eſt ad contractum ludi, quàm mutui.

QVÆRITVR CCLXXXX.

An teneantur confratres ſocietatis alborum Neapolis ieiunare, die quo exercetur iuſtitia, quando occurrit vigilia in illo die quo exeunda eſt iuſtitia; ratio dubitandi eſt quia Neapoli eſt in vſu, vt moribundus antequam moriatur, ambulet per Ciuitatem, quod iter non eſt parui momenti?

RESpondeo regulariter non dictos cõfratres excuſari à ieiunio, quia labor vnus diei, & paucarum horarum nõ eſt ſufficiẽs cauſa, vt eximat quamlibet fratrum ab obſeruatione ieiunij, vt colligo ex *DD* quos citat, & ſequitur *Paſqualigo de ieiunio deciſ. 313.*

Dixi regulariter, nam ſi quis ex dictis cõfratribus eſſet debilis complexionis, & iter eſſet longum, & non eſſet aſſuetus dictis laboribus, excuſarem à mortali, ſi non ieiunaret, vt colligo, etiam ex doctrina *Paſqualig. loc. cit.* nec tenetur ſe

Digitized by Google

abſtinere ab illo opere patrando, vt ſeruet ieiunium quia ieiunium non debet impedire opera vtiliora, vt ait *D.Th.in 4.* vt eſt cooperari, medio ſermone, ſaluti animarum; à fortiori dicendum de confeſſario dicti moribundi, qui valdè laborauit in excipienda cõfeſſione eius multorum annorum, ac proindè multos ſpiritus conſumauit, tum audiendo eius confeſſionem, tum ambulando per Ciuitatem ſimul cum dicto moribundo, & ideo facilius eſt excuſandus à ieiunio dictus confeſſor, quàm ſimplex cõfrater, qui tantum aſſociauit moribundũ per Ciuitatem ad locum patibuli; verum ſi confeſſarius eſſet robuſtæ complexionis, non excuſarem à ieiunio.

QVÆRITVR CCLXXXXI.

Quidam pænitens accedit ad confeſſarium, & bona fide manifeſtat ſua peccata cum circumſtantijs à ſe cognitis neceſſarijs; confeſſarius verò dum vult interrogare de aliqua circumſtantia, pænitens confitetur ita præpropere alia peccata, ita vt confeſſarius non amplius recordatur illius circumſtantiæ, quam ſcire volebat à pænitente, ad quid tenetur confeſſarius, ad quid pænitens.

RESpondeo ſaluo meliori, ac doctiori iudicio quod pænitens ad nihil tenetur dum bona fide confeſſus fuit peccatum cum illa circumſtantia neceſſaria à ſe cognita, nec confeſſarius ad aliud tenetur dum oblitus eſt interrogare pœnitentem ſtatim de illo peccato, cuius ſcire volebat circumſtantiam, & iam nec pænitens, nec confeſſarius recordatur illius peccati, ac proindè cenſendum eſt tamquam peccatum oblitum, nec poteſt differri licitè abſolutio pænitenti à confeſſario, dum pænitens aperuit illud peccatum in confeſsione bona fide, ac ſine malitia, nec data opera noluit circumſtantiam peccati tacere.

SED DICES

Teneri pænitentem reiterare totam confeſſionem, ac ſi non eſſet confeſſus, quia ex tali reiteratione facilè poterit confeſſarius recordari illius peccati, cuius ſcire volebat circumſtantiam, & conſequenter fieri integram confeſſionem?

RESpondetur non teneri pænitentem reiterare confeſſionem, tum quia eſſet magnum onus bis ſua peccata confiteri, tum quia ex parte pænitentis fuit integra confeſſio formaliter, & materialiter quantum fuit ex parte ſua, nec in ea confeſſione peccauit mortaliter, vt ſuppono, nec poteſt illud ſolum peccatum replicare, cùm neſciat quale ex manifeſtatis in confeſſione vult confeſſarius ſcire, ad finẽ, vt poſſit reſpõdere ad interrogationem confeſſarij, & ſupplere id quod ignoranter, & bona fide omiſit; debet verò confeſſarius præmictere aliquam diligentiam antequam impendat abſolutionem, ad finem, ut poſſit recordari circumſtantiam quã ſcire uolebat.

Verum ſi fuerunt dicta pauca peccata, ita vt non eſſet magnum onus pænitenti eadem replicare confeſſario, vt poſſit confeſſarius recordari illius peccati, cuius ſcire volebat circumſtantiam, in hoc caſu mihi videtur teneri pænitentem replicare confeſſionem ad finem, vt fiat integra non ſolum formaliter, ſed etiam materialiter confeſſio. hic caſus euenit, & idcirco exiſtimaui opere pretium eſſe, vt typis mandetur; quia fortè apud *DD.* non inuenietur licèt poſſet deduci ex principijs generalibus.

QVÆRITVR CCLXXXXII.

An vigilia Natiuitatis Domini poſſit ſumi ientaculum in maiori quantitate, quàm in alijs vigilijs.

RESpondetur ex *Sanchez in conſ. lib. 5. dub. 26.* fas eſſe in vigilia Natiuitatis, duplo, vel triplo maiorem excepto pane, collationem facere, quàm in alijs diebus: ſic.n.habet vſus timoratorum etiam Religioſorum. Sic docti Neotericí. ita *Sanchez.* vbi addit quod hæc quantitas collationis debet eſſe ex fructibus herbis, vel electuarijs cum modico pane, quam quantitatem panis explicat *Sanchez dub.25.* eſſe quadrantem panis, ideſt tres vncias panis.

Idem dicitur quando in vigilia Natiuitatis occurrat ieiunium quatuor temporum, quia adhuc eſt vigilia Natiuitatis, nam id quod eſt dignius attrahit ad ſe minus dignum, ac proindè poteſt fieri ientaculum in maiori quantitate. ſic docti Neoterici. teſte *Sanchez.*

Idem dicitur ſi quis vouit ieiunare die qua incidit vigilia Natiuitatis, nempè poſſe ſumere collationem in ea quantitate, ſicut in vigilia Natiuitatis, ſi aliter expreſ

expreſsè in voto non intellexerit ita *Sanchez in ſumma lib.4.cap.11. num.65.* quia votum obligat inſtar pręceptorum eccleſiaſticorum.

SED

Dubitatur, an ex prædictis fructibus in vigilia Natiuitatis ſit licitum ſumere quantumcunq; collationem.

RESPONDENT multi *DD. cit. à Sanchez in conſilijs loc cit.* non eſſe licitum, quia vſus timoratorum id non habet, ſed eſt corruptela.

Sed *Medina*, & alij *DD.* neoterici quos citat, & ſequitur *Sanchez loc cit* docent quod poteſt quis in tali vigilia abſq; fractione ieiunij facere collationem, ex fructibus, & electuarijs, quantuncunq; voluerit, quia ſic obtinuit conſuetudo recepta videntibus, & conſentientibus Prælatis, ac idem facientibus.

Addit *Sanchez* quod ſi ex cauſa iuſta aliquis in hac vigilia vellet collationem in meridie ſumere, & prandium differre, vſq; ad noctem, huic non liceret ſumere in meridie maiorem quantitatem quam eã, quæ ſumi ſolet in alijs diebus ieiunij: quia vſus non obtinuit, niſi in collatione illius noctis, in qua iam incæpit feſtum, non autem quando collatio fit in meridie.

QVÆRITVR CCLXXXXIII.

Quidam pænitens expreſſit in confeſſione bona fide maiorem numerum peccatorum mortalium, quæ commiſit, an teneatur reiterare confeſſionem ac certum numerum explicare in ſecunda confeſſione.

RESPONDETUR ex *DD. à me cit. in praxi confeſſariorum 2.edit.fol 107. & 108.* ſi mala fide id fecit, confeſſio fuit inualida, ac proindè tenetur repetere confeſſionem, & explicare certum numerum. Sed ſi id bona fide, ac inuincibili ignorantia id fecit, confeſſio fuit valida, nec tenetur explicare certum numerum in ſecunda confeſſione, quia potius eſſet excuſatio quam accuſatio illa ſecunda confeſſio, vt docent *DD.*

SED

Difficultas eſt, quando confeſſarius in prima confeſſione ſe animaduertit pænitentem expreſſiſſe maiorem numerum peccatorum mortalium quæ commiſit, ſed id fecit bona fide, & ex ignorantia inuincibili, an teneatur confeſſarius imponere onus pænitenti, antequam ei impendat abſolutionem, vt explicet numerum verum peccatorum quæ commiſit?

RESPONDEO non teneri iuxta doctrinã ſupradictam, nam currit eadem ratio, nempè eſſe potius excuſationem, quàm accuſationem, reiterare peccata confeſſa, nec adeſt ſufficiens ratio, cur poſt impenſam abſolutionem, pænitentem non teneri in ſecunda confeſſione ad explicandum certum numerum, & teneri ad id quando adhuc non recepit abſolutionem. nec eſt aliud cautum à *DD.* Præterquam quod eſſet magnum onus, tum pænitenti, tum confeſſario ſi ad id teneretur pænitens; puta ſi longã cõfeſſionem fecit ſuorum peccatorum, & in fine confeſſionis, confeſſarius ſe animaduertit bona fide, pænitentem maiorem numerum peccatorum mortalium quæ commiſit, aperijſſe in confeſſione.

SED

Quid dicendum ſi pænitens, intelligat verbum in circa quoad numerum peccatorum mortalium, ſe extendi ad plus quam duo, vel tria, vt concedunt DD. ſed putat bona fide ſe extendi etiam ad decem; & de hoc confeſſarius in fine confeſſionis ſe animaduertit, ad quid teneatur pænitens, & ad quid confeſſarius?

RESPONDETUR ſi in principio confeſſionis, docuit confeſſarius pænitentem, verbum in circa ad quem numerum ſe extendit, poteſt confeſſarius iudicare præterita peccata manifeſtata in eadem confeſſione, eſſe expreſſa ſecundum. Quod docuit pænitentem, & ſolum cõmiſiſſe errorem in caſu particulari narrato, puta ſi hoc modo dixit, Pater cõmiſi fornicationem, decies, vel vicies, & ſic tenetur confeſſarius emendare errorem pænitentis, & iterum explicare verbum in circa, ad quot ſe extendit: nam de alijs confeſſis non tenetur am-

Digitized by Google

plius confeſſarius interrogare pænitentem, an explicauerit ſub regula à *DD.* aſſignata, etiam ſi dubitet confeſſarius pænitentem erraſſe, in alijs peccatis ſibi manifeſtatis, vt colligitur ex doctrina *Nauarr. de pænit. & remiſſione conſ.* 11, vbi docet quod confeſſarius non tenetur interrogare confitentem de præteritis confeſſionibus, ſi expreſſit numerum peccatorum mortalium, etiam ſi ſuſpicetur eum non fuiſſe confeſſum numerum, modo putet ſe ſatis bene confeſſum fuiſſe, & niſi confitens interrogaret, an debuiſſet id facere, vel aliqua de cauſa diceret ſe id non feciſſe.

Sed ſi confeſſarius ſe animaduertit pænitentem ſemper id egiſſe in præteritis peccatis confeſſis, vel à principio confeſſionis non docuiſſe pænitentem, ad quem numerum ſe extendit verbum in circa: in hoc caſu puto, teneri pænitentem reiterare totam confeſſionem, & confiteri numerum peccatorum ſub regula quam tradunt *DD.* quod verbum in circa non ſe extendit, niſi ad duo, vel tria.

QVÆRITVR CCLXXXXIV.

Ad quem bona capta in bello pertineant, ad Principem, an ad milites?

RESpondetur ex communiſſima *DD.* ſententia, teſte *Caſtro Palao tom.* 1. *tract.* 6. *diſp.* 5. *par* 4. *num.* 23. ſi bona ſunt immobilia, pertinent ad Principem, ſi mobilia regulariter ſunt capientium, niſi conſuetudo alicubi ſit in contrarium, vel lex Ducis prohibentis damnũ inferre hoſtibus, vt docui cum *Molina à me cit. in caſibus ſingularib. caſ.* 341.

SED

Difficultas eſt, ſi bona quæ ab hoſtibus eripiuntur, ipſorum hoſtium non ſint, ſed furto aut rapina ſublata, vel acquiſita ex bello iniuſto, an fiant capientium, & an ſint reſtituenda veris Dominis.

RESpondetur ex communi *DD.* ſentẽtia teſte *Palao loc. cit.* ſi bona immobilia ſunt, veris Dominis ſunt reſtituenda. Si verò ſunt mobilia, licèt iure naturæ ſint reſtituenda veris Dominis, tamẽ iure ceſareo fiunt capientium ſi hoſtes deportauerunt ad præſidia, vel loca tuta quia tunc reputantur, ac ſi eſſent ipſorum hoſtium propria, ſecus ſi in ea cẽnaſoon deportarunt, aut veri Domini eos fuerunt inſecuti, quia tunc non poſſunt reputari quieti illorum poſſeſſores, vt patet ex *l. ſi quid bello* 18. *iniun* *Ia poſtlim ff. de captiuis. ita Molina, & Coninch. cit à Palao, & prius docuit Couarr.* 2. *par. relect.* §. 11. *verb. poſtremò.* idem docet *Sà verb bellum nu.* 4. vbi ait quod lex poteſt derogari iuri naturæ, & etiam conſuetudo, & citat *Couarr. & Molinam.*

Aduertit *Palao cum DD. à ſe cit. num.* 27. has leges per ſe non extendi ad bona ſublata, ab ijs qui ſubiecti non ſunt iuri Ceſareo; Quare ſi bona quæ hiſpanus vſurpat à Turcis, Turcæ accepiſſent à gallis iniuſtè non videtur ex vi harum legum retinere poſſe. Neq;ècontra Gallus ſi vſurpat bona hiſpanorum à Turcis, quia hiſpanus, & gallus non eidem iuri ſubduntur. Sed credit *Caſtrus Palao loc. cit.* quod ferè in omni natione ius hoc approbante conſuetudine eſſe introductum, nempè fieri capientium bona capta à Turcis, vel à gerente bellum iniuſtum, ſi ea bona fuerunt acquiſita, vel ex furto, vel ex bello iniuſto. idẽ docet *Diana par.* 6. *tract* 4. *reſol.* 23. *idem docet S. Fauſtus in ſpeculo confeſſar. diſp.* 1. *q.* 48. vbi docet, quod vſu, & more receptum eſt, vt bona mobilia capta in bello iuſto vel iniuſto fiant capientium, citat *Victoriam in relect. de iure belli nu.* 51. *& loquitur S. Fauſt.* de his qui in bello contra Turcas capiunt bona, quæ Turcæ iniuſtè ſurripuerunt à Chriſtianis. nempè fieri capientium, & ſic more & vſu receptum eſſe.

Duallius quem citat, & ſequitur *Diana loc. cit.* docet non fieri capientium dicta bona, ſed eſſe reſtituenda veris Dominis. quæ opinio, ait *Diana*, eſt tutior, & iuſtior ſed contraria eſt probabilis, & ſecura in praxi fatetur idem *Diana*.

SED

Difficultas eſt, quomodo ſe gerere debeat confeſſarius ſequendo opinionem quod bona acquiſita in bello iniuſto, vel ex furto, fiunt capientium, nempè militum, qui gerunt bellum iuſtum, ſi ſciri non poteſt quod illa bona fuerunt poſita in loco tuto apud Turcas, vel iniuſtè gerẽtes bellum, nam dictum eſt ſupra, eatenus fieri capientium illa bona, quatenus fuerunt poſita in loco tuto, & in pacifica, & quieta poſſeſſione Turcarum, vel eorum qui iniuſtè geſſerunt bellum.

Re-

Digitized by Google

Reſpondetur, poſſe retineri à militibus capientibus dicta bona, & ratio mihi eſt, quia non eſt de communiter accidentibus, quod res occupata iniuſtè, non ſit repoſita in loco tuto ab eo qui primò occupauit, alioquin leges cæſareæ fruſtra fuiſſent editæ ſi non poſſint capi bona à milite gerente iuſtum bellum, ſi antequam apprehenderet illa bona à Turcis, vel alio iniuſtè gerente bellum, eſſet opus prius ſcire, an illa bona fuerint repoſita in loco tuto, ac proindè non tollerentur ſcrupuli.

Præterea miles gerens iuſtum bellum, ac capiens bona alterius militis gerentis iniuſtum bellum, eſt reputandus tanquã bonæ fidei poſſeſſor: ſed poſſeſſor bonæ fidei ſi ei ſuperuenit dubium quod res v.g. ſit furto ablata ad aliud non tenetur, niſi ad faciendam moralem diligẽtiam inueniendi verum Dominum, qua facta, & non reperto vero Domino, etiã perſeuerante dubio poteſt retinere illã rem de qua dubitat eſſe alienam. ita quaſi innumeri *DD.* quos citat *Diana par.4. tract. 3. de conſcientia dubia reſol. 25.* Sed in caſu noſtro moraliter talis diligentia, nec adhiberi poteſt antequam à milite gerente iuſtum bellum, capiantur bona iniuſtè gerentis bellum, nec poſtquam accepit bona poſt bellum ſecutum, & tranſactum.

Quod ſi daretur caſus, quod miles antequam capiat illa bona ſcire poſſet, an fuerint in tuta, ac quiete poſſeſſione gerentis bellum iniuſtum, vtiq; teneretur præmittere hanc diligentiam. idem dicendum eſt, poſt tranſactum bellum.

Deniq; addo, quod ſimplex ignorantia rei non inducit verum dubium: dubium verò propriè illud dicitur quãdo adeſt ex vtraq; parte ratio, ſed intellectus, manet ſuſpenſus in æquilibrio in neutram partem potius inclinans. ita *Sanchez de matrimonio lib. 2. diſp. 41. num. 2.* ſed in caſu noſtro nulla ratio dubitandi adeſt, vt res capta à milite gerente iuſtum bellum contra iniuſtè gerentẽ bellum non fuerit repoſita in loco tuto. Quod ſi daretur verum dubium de hoc, credo quod non poſſet miles gerens bellum iuſtum, capere illa bona furto ablata à milite iniuſtè gerente bellum. ita mihi eſt dicendum ſaluo meliori iudicio.

SED PETES I.

An equi, & equæ frenis aſſuetæ, ac muli onerarij poſſint capi à militibus gerentibus iuſtum bellum contra gerentes iniuſtum bellum, vel ſi illi ſunt furto ablati à dictis iniuſtè gerentibus bellum?

Reſpondetur ex *Diana par. 6. tract. 4. de bello reſol. 23. §. puto verſus finem*, quod conſuetudo obtinuit, vt hæc quoq; ſint victoris, quamuis ab antiquis Romanis hæc erant excepta.

PETES II.

An bona acquiſita in bello iniuſto poſſint retineri à militibus.

Reſpondetur negatiuè, nempè teneri ſupradictos milites reſtituere veris Dominis, & ſi neſciuntur, poſt adhibitam diligentiam moralem, pauperibus diſtribuenda ſunt.

QVÆRITVR CCLXXXXV.

Quidam artifex iniјt pactum cum aliquo, vt ſoluat tantam quantitatem nummorũ poſtquam perfecerit tale opus à ſe impoſitum. Sed poſt completum opus, noluit obſeruare pactum, ſed vi extraxit opus completum ab artifice, & ſoluit ei minorem quantitatem nummorum; artifex verò non valens alio modo reſarcire damnum, clam ſurripuit ei pallium, & vendidit illud minori pretio quo fuit emptum, an peccauerit, & an teneatur ad reſtitutionem.

Reſpondeo in primis ſupradictum artificem habuiſſe iuſtam cauſam cõpenſandi ſibi damnatum illatum, ac proindè ſi alio modo, ideſt via iuridica non potuit recuperare illam quantitatem ſibi promiſſam, & nullum interuenit ſcandalum, nec periculum ſuæ famæ non peccauit, ſurripiendo pallium pro ſatisfactione quantitatis nummorum ſibi debitæ ex vi pacti, vt eſt doctrina communis *DD.* & notat *S. Fauſt. in ſpeculo confeſſ. diſp. 3. q. 65.*

Neq; obſtat quod pallium vendidit minori pretio quo fuit emptum & quo nunc extimatur, nam hoc tribuitur Domino pallij, qui iniuſtitiam commiſit erga artificem nolens ſoluere pretium conuẽtum cum ipſo. debet verò artifex, ante-

quam

Digitized by Google

quam vendat pallium, ſi ſine ſcandalo poteſt, notum facere domino pallij; quod ipſe ſurripuit in ſatisfactionem pretij ſui laboris, ac proindè ſi non ſoluet id quod debet exponet venale, ſi recuſabit ſoluere, poterit abſq; onere reſtitutionis illud vendere, & ſibi vindicare pretium pallij dummodo non excedat ſuum debitum, aliàs illud plus teneretur reſtituere Domino pallij; debet præterea adhibere omnem diligentiam, vt vendat illud maiori pretio quo poteſt, alias peccaret. ſi ſtatim abſq; tali diligentia venderet illud. niſi artifex eſſet in extrema, vel tam graui neceſſitate, vt coactus eſſet illud vendere ſtatim, & moraliter hic, & nunc non reperitur aliud pretium, niſi oblatum à tali emptore.

Dixi ſine ſcandalo, nam ſi adeſſet ſcandalum notificando Domino pallij quod ipſe illud ſurripuit, non teneretur manifeſtare illi, quod furatus eſt pallium. debet verò ſi moraliter poteſt ſine ſcandalo per mediam perſonam notificare Domino pallij, quod artifex eſt omnino ſatisfactus, & quatenus opus eſt, donet quod vi abſtulit, non ſeruato pacto æquiuocando intra ſe, nec à Domino pallij, poteſt licitè aliquid recipere intuitu ſuæ donationis quod re vera non eſt donatio, ſed recompenſatio; & ratio mihi eſt cur debet artifex compenſator ſupradictam externam donationem ſui crediti facere Domino pallij adhoc, vt ponat illum in bona fide, & non perſeueret in peccato, nam charitas exigit, vt vitemus peccatum proximè. dixi ſine ſcandalo, nam ſi moraliter non poſſet ſine graui damno id facere artifex, neq; ad id tenetur; nam obligatio ex charitate, cum graui damno non cadit ſub præcepto, vt communiter docent *DD.*

Debet verò artifex animaduertere ſuis hæredibus, vt non accipiant à Domino pallij aliquid tamquam pretium ſui laboris iniquè ſubtractum à Domino pallij. ratio mihi eſt quia ſi moritur artifex, & ſui hæredes neſciunt ſatisfactionem ſui laboris ex ſurreptione pallij; poſſent licitè recipere pretium à Domino pallij, fortaſsè impoſitum tale onus à confeſſario Domini pallij; nam quandoque accidit, quod quando quis accedit ad cõfeſſarium manifeſtando iniuſtitiam, quam commiſit erga artificem, obliget illum ad reſtituendum quod defecit, ſubtraendo partem pretij conuenti inter ipſum, & artificem.

QVÆRITVR CCLXXXXVI.

Caius commodauit veſtem Titio, talem veſtem Titius amiſit, ad quid tenetur; ratio dubitandi eſt quia potuit contingere, vt ſine culpa Titij, id acciderit.

RESpondetur ex communi *DD.* ſententia, teſte *Leſſio de iuſtitia, & iure lib. 2. cap. 7. dub. 8. num. 40.* ſecundum leges poſitiuas ſi res alterius ſit apud ſe per contractum, qui in ſuam ſolam vtilitatem tendat, tenetur, non ſolum ex lata culpa, ſed etiam ex leui, & leuiſſima, v.g. ſi gratis tibi commodaui librum veſtem, &c. teneris in ea re cuſtodienda adhibere non ſolum eam diligentiam, quam homines communiter in ſuis rebus ſimilibus præſtare ſolent, ſed etiam quam diligentiores, & diligentiſſimi: Vnde ſi librum commodatum reliquiſti in cubiculo, & egrediens oſtium attraxiſti, ſed nõ tentaſti, an firmiter clauſum eſſet teneris ad reſtitutionem, vt patet etiam ex *cap. vnico de commodato.*

Si contractus tantum cedat in commodũ Domini, cuius ipſa res eſt, teneris ſolum ex dolo, vel lata culpa, non autem ex leuiſſima, vel leui. ita *Leſſius loc. cit.*

Si contractus cedat in vtilitatem vtriuſq; teneris ex culpa lata, & leui; non autem ex leuiſſima. ita *Leſſius, & patet ex l. contract. 23 de regulis iuris.*

SED PETES

Vtrum hæ leges obligent in conſcientia ante ſententiam.

RESpondetur ſecundum opinionem *Soti* non obligare ante ſententiam iudicis, quæ opinio ait *Leſſius*, non eſt improbabilis; ſed communior opinio docet, & ſequitur *Leſſius loc. cit. nu. 45.* has leges obligare ad reparationem damni ante ſententiam iudicis.

Vnum aduerto quoad in foro conſciẽtiæ, quando quis non commiſit peccatum mortale, ſed ſolum veniale in damno dato, non tenetur ad reſtitutionem. ita *DD.* teſte *Leſſio l. 2. c. 7. dub. 6. num. 27.* ſed in foro exteriori, tàm Eccleſiaſtico, quàm ciuili interdum puniri culpam leuiſſimam, partim ob præſumptionem fraudis, quæ potiùs locum habet in cõmiſſione, partim ne detur locus negligentiæ, vel fraudi. ita *Leſſius loc cit. dub. 6. nu. 30 in fi.*

Secus,

Secus, ait *Leſſius cum DD. à ſe cit. dub 8. num.40.& 45.* quando quis tenetur de leui, vel leuiſsima ex contractu; nam tūc ſupponunt *DD.* non adeſſe culpam læthalem, & tamen ex vi legis poſitiuæ quemlibet teneri ſubire has pęnas, & conſequenter reſarcire damnum etiam non dum ſecuta ſententia iudicis, ſed *Sotus*, vt ſupradictum eſt, requirit ſententiam iudicis, adhoc, vt quis teneatur ad reſtitutionem ex culpa leui, vel leuiſſima.

Præterea intelligit *Soto* culpam non iuridicam, ſed Theologicam in conſcientia, ita etiam docet *Henriquez cum DD. à ſe cit. l. 14. c. 15. num 6. in fine,* vbi dicit quod ſi depoſitum, vel commodatum perit ſine culpa mortali non tenetur ad reſtitutionem commodatarius, quamuis alij *DD. apud Leſſium dub. 8. nu.40.* intelligant culpam iuridicam in hac materia.

SED PETES I.

An commodans poteſt in bono conſcientia petere à commodatario rem ſibi commodatam ſolum in vtilitatem commodatarij, ſi ei non conſtet de culpa amiſſionis rei commodatę.

RESpondetur poſſe, quia petit rem licitam, & incumbit onus probandi commodatario, quod res commodata non perijt abſq; ſua culpa lata, leui vel leuiſſima. Quando moraliter conſtaret commodanti nullam interceſsiſſe culpam, vtiq; eſſet illicita petitio rei amiſſæ per valorem æquiualentem. vt patet ex caſibus fortuitis, nam tunc non tenetur commodatarius ad reſtitutionē, etiam ſi res ſit commodata ſolum in vtilitatem commodatarij.

In tribus verò caſibus tenetur de caſu fortuito, vt docui in *praxi confeſſar. 2. edit. fol. 321.* primo quando ab initio fuit pactum de caſu fortuito.

Secundò ſi mora præcepit caſum fortuitum, hoc eſt ſi tempore præfinito commodatum non eſt redditum, & deinde caſu fortuito perijt apud commodatarium.

Vt autem commodatarius dicatur eſſe in mora in reddenda re commodata ſufficit quod non reddat eam in termino aſsignato tacitè, vel expreſsè, vt quando commodatur liber, vt tranſcribatur, tacitè intelligitur eſſe commodatus pro tanto tempore, quantum exigitur ad tranſcribendum.

Tertiò ſi culpa præceſſit caſum, hoc eſt ſi commodatarius aliter, aut ad aliud, vſus eſt re cōmodata, quàm ad id quod fuit conceſſa, idq; fuit occaſio quod res periret, aut deterior redderetur, v.g. cōmodaui tibi equum, vt equitares per vrbem, tu vero duxiſti in villam ibiq; caſu perijt, vtiq; teneris ad reſtitutionem.

PETES II.

Quid ſit caſus fortuitus.

RESpondeo eſſe euentum inopinatæ rei, qui præuideri etiam per diligētiſſimum non poteſt, vt naufragium, terremotus, grandines, latronum incurſus, & id genus alia, vt docui *in praxi confeſſar. 2. edit. fol* 324.

QVÆRITVR CCXLXXXXVII.

Titius iniit contractum annui cenſus cum Caio, ad rationem ſex, vel ſeptem pro centum, & vltra obligationem hypotechari im ſuper bonis immobilibus dicti Caij, expreſsè Titius, voluit, vt Caius intra ſex menſes feciſſet obligare inſolidum quandam perſonam, aliàs poſſet reſcindere contractum; ſi talis perſona non obligaretur, ita vt Caius teneatur ei reſtituere ſortem principale, ſeu capitale an hic contractus ſit licitus, ſi moraliter Titius ſcit illam talem perſonam non ſe obligaturam.

RESpondeo in foro conſcientiæ non eſſe validum hunc contractum, & virtualiter Titius emptor intendit recipere lucrum ex mutuo, dum moraliter ei conſtét talem perſonam non ſe obligaturam inſolidum puta Ducem Subaudiæ, vel Regem Hiſpaniarum. ratio mihi eſt, quia iuxtà Conſtitutionem Pij V. non poteſt emptor cogere venditorem ad redimendum cenſum; ſed in hoc caſu moraliter cogitur venditor ad redimendum cenſum.

Dixi in foro conſcientiæ, nam in foro exteriori, credo quod poſſet reſcindi contractus, quando non adimplet conditionem appoſitam in contractu, ſaltem quando non haberet emptor ſecuritatem iuxtà Nicol. V. in hoc Regno Neapolit. neceſſariam, nam ſi aliam ſecuritatem haberet per æquipollens, neq; in foro exteriori cogeretur venditor, ad redimēdum cenſum, etiam ſi talis clauſula

ſula fuerit appoſita in contractu, vt patet quaſi à ſimili, vt docent *DD.* teste *Donato Antonio de Marinis c. 195. in quotid. reſol.* volunt n. Doctores quod quando aſſeritur falſum in contractu, non eſt reſcindendus contractus, quando emptor eſt ex alia parte ſecurus.

QVÆRITVR CCLXXXXVIII.

Quidam famulus inſeruit alicui hero, & ſuũ officium eſt, emere cibos pro quotidiano victu Domus, ſed quotidiè ſurripit aliquid à ſuo Domino, occaſione dicti officij, & per multos annos quod exercuit tale officium, ſemper furatus eſt ſcilicet quoties occurrit illi occaſio emendi victum, quomodo confeſſarius ſe debeat gerere erga dictum pænitentem?

RESpondeo in primis ſatis mihi certum eſſe ſupradictum famulum eſſe in occaſione, proxima peccandi, dum vult perſeuerare in dicto officio, vt patet ex quotidiana experientia, quam de ſeipſo habet, nempè ſemper furari, quotiès illi occurrit occaſio emendi victũ pro alimento familiæ Domini cui inſeruit; ac proindè ſine iuſta cauſa, non poteſt confeſſarius impendere illi abſolutionem ex regula cõmuni *DD.* quod primum eſt tollenda occaſio proxima peccandi, & deindè eſt abſolutio impẽdenda. dixi ſine iuſta cauſa; nam ſi adeſt iuſta cauſa perſeuerandi in dicta occaſione proxima, puta ſi hic, & nunc non habet alium modum viuendi, nec poteſt relinquere dictum officium emendi, nempè poſſe excuſari à peccato; & abſolui à peccatis dummodo concurrant conditiones aſsignatæ a *Nauarr. communiter recepto in ſumma c. 3. nu. 14.* ſcilicet pænitudo præteritorum, propoſitum non peccando credulitas; quod Deo adiuuante non peccabit, & aliqua rationabilis cauſa non ſe ſeparandi ab ea.

Quod ſupradictus famulus ſit in occaſione proxima peccandi, patet etiam ex doctrina *Nauarr. loc. cit.* vbi deſcribit quid ſit occaſio proxima peccandi.

SED

Quid dicendum de famula quæ habet clauem, & quotidiè media illa claui, ſurripit nummos ab arca ſuæ heræ, quomodo ſe gerere debeat confeſſarius erga dictam famulam.

REſpondetur non eſſe abſoluendam; niſi frangat illam clauem, ita vt nullo modo poſsit aperire arcam, vbi ſunt bona ſuæ heræ, vt patet ex doctrina ſupra allata, nam famula dũ retinet apud ſe clauem, qua poteſt aperiret ſcrinium, vbi ſunt nummi, vel bona ſuæ heræ eſt ſemper in occaſione proximi peccandi, vt patet ex experientia quam habet famula de ſeipſa, nec facile poteſt reperiri iuſta cauſa, vt confeſſarius poſsit cõcedere licẽtiam quòd retineat clauem apud ſe. Si verò non eſt famulæ dicta clauis, ſed Dominæ, debet vti æquiuoco, & dicere ſe amiſiſſe clauem, & debet procurare, vt non fiat alia ſimilis illi qua aperitur capſa vbi ſunt nummi. debet verò alio modo famula reſarcire pretium clauis dictæ heræ.

Vnum aduerto in caſibus ſupradictis nẽpè quando confeſſarius non poteſt cogere pænitentem ad tollendam occaſionem proximam peccandi, optimum conſilium eſſe ſuſpendere abſolutionẽ, tùm vt corrigatur pænitens, tùm vt pænitens maiorem diligentiam adhibeat ad tollendam dictam occaſionem proximam peccandi, nam tenetur, quamprimum pænitens auferre, ideſt quando moraliter poteſt; niſi concurrat aliqua circumſtantia, vt non poſſit confeſſarius, non abſolutam dimictere pænitentem.

QVÆRITVR CCLXXXXIX.

Epiſcopus excommunicauit ſubditum ob contumaciam an vigore iubilei, poſſit abſolui, non data priùs ſatisfactione Epiſcopo, poſito quod facultas in iubileo concedatur ſatisfacta parte?

REſpondetur ex *S. Fauſto de indulgentijs lib. 4. q. 102.* non poſſe abſolui, niſi prius ſatisfaciat Epiſcopo qui eum excommunicauit ob contumaciam. & rationem aſſignat dictus auctor, quia Romanus Pontifex, non intendit per iubileum lædere, nec facere, vt abſolutio cedat.

Digitized by Google

dat in contemptum iudicis excommunicantis, vt eſſet in caſu noſtro ſi abſolueretur antequam pars ſatisfaceret Epiſcopo.

Idem colligitur ex *Lauorio de indulgentijs par. 2. cap. 28. num.* 46. vbi docet quod nomine partis non intelligitur Epiſcopus qui aliquem excommunicauit, eo quia v. g. ad proceſſionem non iuit quia tunc inconſulto Epiſcopo poteſt abſolui. Secus ſi perſeuerat in peccato ob quod fuit excommunicatus. Sed in caſu noſtro contumax perſeuerat in peccato. ergo.

QVÆRITVR CCC.

Quidam maleficiatus petit à malefico, vt deſtruat ſuum maleficium modo licito, puta diſſoluendo ligaturas, vel eas comburendo, ſed certo agnoſcit, quod maleficus modo illicito diſſoluet ſuum maleficium, an hoc poſſit petere ſine peccato.

Reſpondetur primò ex communiſſima *DD.* ſententia teſte *Sanchez in ſumm. lib. 2. cap. 41. num. 6. & 7.* non licere petere à malefico, vt ſoluat maleficium, quando conſtat modum licitum diſſoluendi ab eo ignorari, vel dubium eſt, an ſciat modum licitum diſſoluendi illud, quo dubio perſeuerante non eſt licitum petere talem diſſolutionem maleficij.

Aduertit *Martinus del Rio cit. ab eodem Sanchez* rariſsimè licere eam diſſolutionem petere ab alio malefico, niſi de loco, & modo maleficij ab ipſo auctore, vel ab alio ſit factus certior.

Reſpondetur ſecundò ex *Sanchez, Suarez, & Leſſius lib. 2 c. 44 dub. 6. num. 46. ab ipſo cit.* quod ſi maleficiatus ſcit maleficũ ſcire modum licitum deſtruendi illud maleficium, ſed petens eſt certus fore, vt medio illicito ſoluat maleficus nõ peccat, licèt alij doceant oppoſitum; quia petit rem licitam, eſto maleficus peccet ex ſua malitia, potens vti medio licito; ſicut qui petit mutuum ab vſurario nolenti dare, niſi ſub vſuris, poteſt acceptare mutuum acceptata conditione dãdi ſub vſuris iuxta communem *DD.* ſententiam, adhoc, vt conſulatur ſuæ neceſsitati.

Sed primò Aduertit *Sanchez nu.* 15. quod ſi nolit maleficus mederi abſq; alia cooperatione petentis, aut maleficiati, ad maleficium illud deſtruendum, vt ſi velit mederi aliqua medicina vana, & ſuperſtitioſa nullatenus licet id admittere, quia cooperaretur medio vano, ac ſuperſtitioſo.

Secundò, quando ſpes eſſet fore, ut petito determinato modo licito, aut monito malefico, non vteretur modo illicito, teneretur petens lege charitatis ad id; ſicut tenetur ad vitandum quodcunq; proximi peccatum. at ceſſante ea ſpe non tenetur. ita *Sanchez num. 16. & citat Suarez.*

Tertiò, addo ego, quod maleficiatus, debet diligentiam adhibere, vt inueniat aliquem ut medio licito diſſoluat ſuum maleficium ſine periculo, vt vtatur medio illicito: quod ſi facta diligentia, non reperit alium, niſi illum qui ſcit mediũ licitum, & illicitum ſed certo ſcit vſurum eſſe medio illicito, tunc excuſatur à peccato id permittẽs, quia adeſt cauſa vrgẽns, nempè, vt conſulat ſuæ ſaluti.

QVÆRITVR CCCI.

Quædam fæmina coniugata rem habuit cum viro vxurato, an teneatur explicare fæmina in confeſſione, vel vir vltra ſpeciem duplicis adulterij, circumſtantiam, nempè illam inductionis ad talem ſpeciem peccati, puta ſi fæmina, vel vir ante copulam explicet ſuum ſtatum, nempè quod eſt vxoratus, Sacerdos, &c. & an teneatur confeſſarius interrogare de hac circumſtantia.

AD PRIMVM.

Reſpondeo per ſe teneri pænitentem hanc circumſtantiam manifeſtare confeſſario, quia re vera eſt cauſa maioris peccati, ac diuerſæ ſpeciei dum ante copulam explicet ſuum ſtatum, ſed quia communiter id non aduertunt, idcirco poſſunt excuſari, ac proindè non tenentur hanc circumſtantiam patefacere confeſſario, quando ſcient fuiſſe opus, vt hæc circumſtantia inductionis ad talem ſpeciem peccati, ſubijceretur clauibus; & ratio mihi eſt, quia ignorãtia inuincibilis excuſet à peccato, vt eſt communiſsima *DD.* ſententia. ſed de hoc poteſt dari ignorantia inuincibilis, ergo ex tali ignorantia non fuit cõmiſſum peccatum, ergo non cadit obligatio ſubijciendi illud clauibus. & ratio Theologalis eſt, quia ad hoc, vt aliquid ſit peccatum neceſſum eſt, vt ſit voluntarium, ergo debet præcedere co-

gnitio, non ſimpliciter adhoc, vt ſit ſufficiens ad peccatum, ſed cognitio ſub ratione rei illicitæ, ac malæ. Sed ex cõmuniter accidentibus, numquam peccantes aduertunt aliud peccatum committere, dum ante copulam explicant ſtatum, ergo ſatis eſt, ſi dicant, & confiteantur hoc modo. Pater cum eſſem vxoratus, rem habui cum alia vxorata, vel neſciui ſtatum eius, &c.

AD SECVNDVM.

Reſpondeo quod confeſſarius non tenetur ordinariè de ſupradicta circumſtantia interrogare, cum ſæpèſępius id pænitentes non aduertunt, & conſequenter non peccant vltra illud quod committant. nec confeſſarius tenetur interrogare pænitentem de omnibus peccatis quæ potuerunt committi à pęnitente, eorumq; circumſtantijs ſed tantum de his peccatis, & circumſtantijs quę ordinariè contingere ſolẽt, inſpecta qualitate pænitentis, vt docui cum *Merolla à me cit. in libello de modo interrogandi pænitentem fol. 147. num. 39.* aliàs eſſet onus excipiendi confeſsiones intolerabile.

QVÆRITVR CCCII.

Quædam fæmina ſe accuſat poſt primam confeſſionem nempè ab vno anno in lupanari fuiſſe expoſitam ad peccandum cum omnibus perſonis, an teneatur confeſſarius interrogare quando incæpit, & ceſſauit à peccato.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

Sciendum eſt, quod numerus peccatorum, quando ſciri moraliter poteſt, eſt neceſſarium ad hoc, vt confeſſarius poſſit rectè iudicare ſtatum pænitentis, & condignam ei pænitentiam imponere; nam paucitas, vel multitudo peccatorũ variat ſatis iudicium confeſſarij.

HIS POSITIS.

Reſpondeo, quod quando moraliter haberi non poteſt certus, vel veriſimilis numerus peccatum docent *DD.* ſatis eſt, explicare tempus in quo pænitens fuit verſatus in committendis illis peccatis, & conſuetudinem peccandi, neq; aliud eſt cautum à *DD.* & ad calum propoſitum, quando intercapedo temporis peccandi, & non peccandi nõ variat notabiliter iudicium confeſſarij, non mihi videtur neceſſarium, ſaluo meliori, ac doctiori iudicio, aliud interrogari à confeſſario, puta ſi poſt confeſsionem primam factam, pænitens incæpit peccare à paucis diebus, nempè poſt peractam primam confeſsionem & ceſſauit à peccato à paucis diebus.

Secus mihi dicendum eſt, ſi fuit tempus notabile à prima confeſsione puta quãdo incæpit peccare, & finiuit peccare; nam tunc tenetur pænitens hoc explicare, & confeſſarius de hoc interrogare nempè à quanto tempore incæpit, & finiuit peccare. quantum ad praxim credo ſufficere quando confeſſarius interrogat pænitentem à quanto tempore perſeuerauit in tali peccato, & reſpondet pænitens ab anno v. g. nõ eſſe aliam interrogationem faciendam à confeſſario, etiam ſi adamuſsim non fuit à pænitente explicatum tempus; quia paucitas dierum non variat iudicium confeſſarij quando, nec certus, neq; veriſimilis numerus moraliter haberi poteſt peccatorum.

QVÆRITVR CCCIII.

Quædam famula iuſſu ſuæ heræ, occultum fecit adulterium ſuo viro hoc modo; noctis tempore intrauit cubiculum amaſius heræ, & ex ingreſſus motu vir excitatus eſt à ſomno, & dubius de maleficio vocauit famulam, vt diceret ei quid fuit ille rumor quem ipſe audiuit, ipſa reſpondit ad inſtantiam heræ, quod non fuit aliud, niſi ipſamet quæ extra cubiculum iuit ad claudendum hoſtium. an peccauerit; ratio dubitandi eſt, quia hera maiorem facilitatem habet ad peccandum, quando non timet ſuum maleficium eſſe reuelatum, imo tectum à ſuis famulabus, & cõſequẽter videtur quoddamodo famulam fuiſſe cooperatam peccato ſuæ heræ.

Reſpondeo, non peccaſſe mortaliter dictam famulam, neq; venialiter ſi vſa fuit æquiuoco ad euitandum mendacium; & ratio mihi eſt, quia hoc non eſt cooperari peccato, ſed ſuppoſito peccato, eſt euitare aliud peccatum inter virum, & vxorem, & adulterum, nam ſi vir ſciuiſſet adulterum fuiſſe ingreſſum ſuam domum vxor, vel adulter ſubijſſet periculum mortis quandoquidem ex

com-

Digitized by Google

communiter accidẽtibus timetur mors tam vxoris,quàm adulteri, quando hoc delictum ſcitur à viro . eo magis quando actu committitur , vel ex propinquo eſt committendum.

Teneretur dicta famula dicere ſuæ heræ quod in poſterum non excuſabit eam, hoc modo,ne fiat animoſior ad peccandum, & adhoc,vt ſe abſtineat à peccato ob metum ſui viri, debet verò famula prædicta curare, vt quamprimum exeat à Domo adulter ne perſeueretur peccatum, & etiam debet vti æquiuoco,vt foras egrediatur , nempè quod vir vult diligentiam adhibere,ſi intra ſuam domum aliquis fuerit ingreſſus.

QVÆRITVR CCCIV.

In quadam Diœceſi non erat in vſu,vt qui ſuſciperent Sacramentum confirmationis ſcriberentur in libro , accidit caſus quod quis vult ſuſcipere ordines , & non recordatur ſe ſuſcepiſſe Sacramentum confirmationis, nec adſunt,nec haberi poſſunt teſtes,vt poſſint deponere ſuſcepiſſe illud Sacramentum. an ſit ordinando conferendum ſub cõditione Sacramentum confirmationis ?

RESpondeo nullo modo poſſe ſub conditione conferri hoc Sacramentum ordinando, cùm ſimplex non recordatio non dicatur verum dubium, adhoc, vt poſsit ſub conditione conferri Sacramentum confirmationis; nam dubiũ dicitur illud quando adſunt rationes probabiles hinc inde, & intellectus manet in æquilibrio, in neutro partem potius inclinans , vt docui in praxi *confeſſariorum 2.edit. fol.296.*

Præterea hæc doctrina clarè colligitur ex Rubrica Miſſalis, vbi dicitur quod quãdo celebrans non recordetur ſe dixiſſe ea quæ in conſecratione communiter dicuntur,non debet propterea turbari. Si autem certo ei conſtet,ſe omiſiſſe aliquid eorum , quæ ſunt de neceſsitate Sacramenti,reſumat ipſam formam . Si verò valdè probabiliter dubitat ſe aliquid eſſentiale omiſiſſe , iteret formam ſaltem ſub tacita conditione.

Idem aduertit , & docet *Pinellus de ſacrificio miſſæ cap.17.fol.mihi* 188. nam ait ipſe, aliud eſt non recordari , & aliud recordari,vel habere dubium . vbi cõcludit quod ſimplex non recordatio nõ eſt cauſa ſufficiens, vt reiteretur conſecratio ſub conditione . ergo idem dicendũ eſt in caſu noſtro , nempè non eſſe conferendum Sacramentum confirmationis ordinando , qui non ſe recordatur ſuſcepiſſe prædictum Sacramentum. ita etiam docet *Suarez 3.par. tom. 3. diſp. 85.ſect.1.*

QVÆRITVR CCCV.

Quidam medicus tempore quatrageſimæ conceſſit licentiam cuidam perſonæ , vt veſceretur carnibus ne incurrat graue damnum ſuæ ſalutis , an intelligatur conceſſa licentia comedendi carnes in feria quarta ſecundæ hebdomodæ quatrageſimæ in qua ſemper accidunt quatuor temporum ieiunia , idem petitur de duobus alijs diebus , nempè feria ſexta , & ſabbatho , an ſaltem liceat comedere oua, ac lacticinia. difficultas eſt, quando in licentia medici comedendi carnes nihil eſt cautum, quoad quatuor tempora ; nam ſi iudicaret medicus graue damnũ incurrere , ſi quis his tribus diebus non veſceretur cibis paſcalibus, vtiq; eſſet licitum his prædictis diebus veſci cibis paſchalibus.

REſpõdeo,ſaluo meliori iudicio , cum in *DD.* nihil inuenerim, quod non poteſt comedere carnes in feria quarta quatuor temporum , nec in feria ſexta , & ſabbatho comedere oua , ac lacticinia,niſi ſpecialem , ac expreſſam licentiam habuerit à medico , vt prædictis diebus veſcatur cibis paſchalibus,& ratio mihi eſt,quia ex licentia comedẽdi carnes conceſſa à medico tempore quatrageſimæ nemo audet vti extra tempus prædictum, puta intra annum, & ſic eſt vſu receptum ab omnibus timoratæ conſcientiæ;nec differunt quatuor tempora quatrageſimæ, ab alijs quatuor temporibus extra tempus quatrageſimale . ergo ſicut non eſt licitum ex vi prioris licẽtiæ comedere carnes in alijs quatuor temporibus extra tempus quatrageſimale,ita etiam non eſt licitum in quatuor temporibus occurrentibus, tẽpore quatrageſimæ .

Aduertit *Tolet.lib.6.c.4 num 9.* quod medici cautè debent perpendere cauſas,& non quauis leui cauſa concedere facultatem , ſeu declarare cauſam ſufficientem, ad ſoluendum ieiunium , aut vtendum cibis prohibitis.

Digitized by Google

SED

Quid dicendum ſi medicus eſt dubius, nempè, an cibi quatrageſimales afferant graue dãnum ſalutis alicui, an ſtante hoc dubio, poſſit concedere licentiam, comedendi carnes die vetito.

RESpondetur ex *Paſqualigo tract. de ieiunio deciſ. 378. num. 4.* affirmatiuè, nempè poſſe medicum in ſupradicto caſu concedere licentiam comedendi carnes, quia in dubio tutior pars eſt eligenda, & fauorabilior, nec ille, de quo dubium eſt, an indigeat, eſt periculo exponendus. hæc ſententia mihi arridet; addo rationem, quia Sancta Mater Eccleſia non obligat fideles ſuis *praeceptis rigoroſè, ſed ſuaui modo; iuxtà illud Scripturæ iugum .n. meum ſuaue eſt, & onus meum leue.*

QVÆRITVR CCCVI.

Quis rem habuit cum quadam fœminam, & promiſit eam ducere in matrimonium, & ipſa acceptauit promiſſionem, & deindè etiam vouit quod ſi eam non ducet in matrimonium velle ingredi religionem, accidit caſus quod dum vult dictum matrimonium contrahere ſe opponunt eius conſanguinei, ita vt ſi ſequatur matrimonium, probabile eſt ſcandala grauia oritura ad quid tenetur an Epiſcopus, vel Papa poſſit diſpenſare, vt non contrahatur dictum matrimonium, & ad quid tenetur qui emiſit hoc votum.

RESpõdetur primò ex communi *DD.* ſententia, teſte *Suarez tom. 2. de religion. lib. 6 cap. 15.* quod Epiſcopus non poteſt diſpenſare in voto emiſſo in tertiæ perſonæ fauorem, quando ab illa eſt acceptatum, aliàs ſi non eſſet acceptatum, vtiq; Epiſcopus poſſet diſpenſare, aut commutare intercedente iuſta cauſa. Secus quando eſt acceptatum, nam tunc etiam intercedente iuſta cauſa, & etiam ſi non eſſet Papæ reſeruatũ, Epiſcopus non poteſt commutare, aut diſpenſare, ſine conſenſu tertij, in cuius fauorem votum eſt emiſſum, vt ait *Suarez loc. cit. num 7.* ſed ſolum Papa poteſt diſpenſare in voto emiſſo in fauorem tertij, & ab ipſo acceptato, quoties vrget iuſta cauſa, nam tunc poteſt Papa cogere priuatum, vt cedat iuri ſuo, vel illum inuitum priuare propter bonum commune. vt rectè docet *Suarez loc. cit.*

Reſpondetur ſecundò, quod ſic vouens non poteſt licitè ingredi religionem abſq; conſenſu cuius promiſit contrahere matrimonium, ac proindè debet per aliquod tempus non eligere ſtatũ, & expectare, ſi mutantur circumſtantiæ, ita vt in aliquo tempore ceſſet ſcãdalum ad finem, vt poſsit contrahere matrimonium, & ſi diu eſt perſeueraturum ſcandalum, ſi contrahetur dictum matrimonium, debet adire Summum Pontificem pro diſpenſatione talis voti.

QVÆRITVR CCCVII.

Quis in tormentis falsò alicui impoſuit crimen, an peccauerit, & teneatur ad reſtitutionem.

RESpondetur ex *Sylu. verb. detractio q. 3.* quod non peccat ſed extra tormenta debet retractare, & rationem afferri *Sylu.* quia talis non infamat efficaciter, nec valet. Vnde *in c ſi quando 16. q. 6. ait Alexand. Papa* omnis confeſſio quæ fit ex neceſsitate, fides non eſt. hanc ſententiam ſequitur *Petrus Nauarr. lib. 2. cap. 3. num. 131. & 134. in fine.* vbi ait, quod dicta de alio falſa tenetur retractare, ſed ſi poſt retractionem timet ſibi renouari tormenta non poteſt alicui falſum crimen imponere, niſi incipiantur tormenta, nam tunc eſt licitum ex opinione *Sylu. & Petr. Nauarr.* debet verò ſemper retractare poſt tormenta, & in tormentis debet æquiuocare ad euitandum mendacium, quando crimen alium falſum imponit cauſa euitandi tormenta.

Addunt *DD.* teſte *Petro Nauarr. loc. cit.* quod quando quis ſibi impoſuit crimẽ quod non fecit in tormentis, & deinde extra tormenta ſe retractauit, ſi timet ſibi renouari tormenta, poteſt præeligere mortem ad euitanda tormenta ſi proxima ſigna viderit talis renouationis tormentorum, puta ſi fuit ligatus, &c.

An teneatur in fine mortis, ſe retractare, multi *DD.* docent teneri, *Petrus Nauar. loc. cit.* docet non teneri, *S. Fauſt. in ſpeculo confeſſar. diſp. 21. q. 8.* docet tunc teneri, quando ſe infamauit de peccato enormiſsimo, vt de peccato hæreſis, vitij nefandi, &c.

DE

Digitized by Google

DE OBLIGATIONE SACERDOTIS,

Quoad bonitatem, ac ſcientiam, nec non de ſacrificio Miſſæ.

Autore

CAROLO DE BAVCIO

SACERDOTE CAPVANO.

DISPVTATIO I.

De præſtantia dignitatis Sacerdotalis.

QVÆSTIO I.

Quid ſit dignitas Sacerdotalis Noui Teſtamenti.

REſpondetur, eſſe poteſtatem tranſubſtãtiandi panem, & vinum in Corpus, & Sanguinem Chriſti Domini noſtri: & eſſe poteſtatem remittendi peccata, iuxta
Matth. Ioann. illud Scripturæ, *Math*.18.*Ioann*.20. [Quæcunq; ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta, & in cælo: & quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis,] vt colligitur ex *Trid. ſeſſ* 13. *c*.4. *&* *ſeſſ*.14.*cap*.6 Dixi tranſubſtantiandi, quia loco ſubſtantiæ panis, & vini, ex vi verborum conſecrationis, venit primariò ſubſtãtia Corporis, & ſubſtantia Sanguinis eius per conuerſionem ſubſtantialem, ſeu tranſubſtantiationem: Dixi primariò venire ſubſtantiam Corporis Chriſti, & ſubſtãtiam Sanguinis eius: quandoquidem etiam per concomitantiam, vt loquũtur Theologi, venit ſub illis verbis conſecrationis Anima Chriſti, eius diuinitas, etiam Pater, & Spiritus ſan
Suarez. ctus, aliter tamen, ac Verbum, ex *Suarez ad* 3.*par*.*q*.76.*ar* 1.*diſput*.52. *in fi*.
Explicatur: Corpus Chriſti eſt corpus viuens, & conſequenter eſt corpus animatum; ergo, dum Corpus Chriſti eſt corpus animatum, habet etiam ſanguinem, & ſuam ſubſiſtentiam; Sed ſubſiſtentia Corporis Chriſti eſt ſubſiſtentia Verbi, vt fides catholica docet; ergo ſub verbis conſecrationis panis venit etiam Verbum per concomitantiam. Et quia Verbũ habet eandem numero naturam cum Patre, & Spiritu ſancto, conſequenter veniunt etiam Pater, & Spiritus ſanctus ex naturali connexione cum Verbo mediante diuina natura, vt explicat idem *Suarez*.

Idem dicitur de conſecratione vini; nã ex vi verborum conſecrationis vini venit ſubſtantia Sanguinis primariò, & ex vi verborum. Sed quia Sanguis Chriſti eſt Sanguis viuus, conſequenter eſt ex corpore viuo, & animato; & quia anima, & Corpus Chriſti ſubſiſtunt ſubſiſtentia Verbi, conſequẽter ex concomitantia venit etiam anima, & Verbum; & quia Verbum habet

habet eandem numero naturam cum Patre, & Spiritu ſancto: conſequenter veniunt etiam Pater, & Spiritus ſanctus, vt explicatum eſt. Et hæc dicta ſint in gratiam eorum, qui non ſunt Theologi; nam Theologus non indiget hac declaratione. Sed

PETES I.

An accidentia panis, & vini ſubiectentur in corpore Chriſti.

RESpondetur negatiuè, ſed à Deo ſuppletur concurſus ſubſtantiæ panis, & vini, non in genere cauſæ materialis, quia hoc dicit imperfectionem; ſed in genere cauſæ efficientis.

PETES II.

An deſitio ſubſtantiæ panis, & vini, ex præſentia corporis, & ſanguinis Chriſti ſub ſpeciebus Sacramentalibus dicatur annihilatio.

RESpondetur negatiuè. Et ratio eſt, quia ex vi annihilationis nullus terminus ſuccedere debet; ſed hic ſuccedit præſentia corporis, & ſanguinis Chriſti; ergo potiùs dici debet conuerſio ſubſtantialis, ſeù tranſubſtātiatio, quàm annihilatio; quia fit tranſitus de vna ſubſtantia in aliā loco prioris ſubſtantiæ ex vi verborum conſecrationis. Ita colligitur ex *D.Tho.3.par.q.76.art.6. & eius interpetribus.* *D.Thom.*

PETES III.

An verba conſecrationis prolata à Sacerdote, habeant vim productiuam, an adductiuam, an vtrumque ſimul, ita vt ſi corpus Chriſti non exiſteret, adhuc produceretur, ac crearetur adhoc, vt eſſet ſub ſpeciebus panis, & vini.

RESpondent quidam affirmatiuè inter quos *Gabr.4 d.11.quæſt.1. art.3.dub.2.* ſed in rigore non dici poſſe corpus Chriſti creari, vel produci, quia de facto nunc exiſtit, & verbum producendi, vt dicit *Syluius, 3 p.ad q.75.c.4.* propriè connotat rem producendam non exiſtere, & ſic videtur communiter ea verba, habere vim productiuam, & adductiuam verba conſecrationis prolata à Sacerdote; quia Sacerdos gerit vices Chriſti, qui Chriſtus eſt Deus, & homo; & vt Deus, quod dicit facit, iuxtà illud Pſalmi: [Ipſe dixit, & facta ſunt;] ergo verba conſecrationis habent vim productiuam, & adductiuā vbi, ſeù præſentiam Chriſti ſub ſpeciebus Sacramentalibus, & ſequentes Gabrielem ſupponunt non eſſe impoſsibile, vt creatura poſsit eſſe inſtrumentum creationis. Ita colligitur ex *Suar. tom.3. 3.par. q.78.art.6, ſect.1.verſ.Dico tertiò.*

Gabr. *Syluius.* *Pſal.* *Suar.*

PETES IV.

An Chriſtus in Sacramento Euchariſtiæ ſtet modo quantitatiuo, ideſt in ordine ad locum, ita vt vna pars corporis correſpondeat vni parti loci, & altera alteri, vel ſecundum modum proprium quantitatis.

RESpondetur negatiuè; ſed ſtat quātitas corporis Chriſti dimenſiua non ſecundum proprium modum, ſeù modo quantitatiuo in dicto Sacramento, ſed per modum ſubſtantiæ, cuius natura eſt, vt ſit tota in toto, & tota in qualibet parte totius Sacramenti, vt definit *Tridentinum ſeſſ.13. can.3.* declarat *D.Tho. 3.p. q.75. art.4.* Habet tamen dicta quantitas corporis Chriſti partes in ordine ad ſe, quia re vera habet caput, collum, brachia, & cæteras partes dimēſiuas. Sed dictæ partes quantitatis dimenſiuæ corporis Chriſti, nō ſunt in dicto Sacramento ſecundum modum quantitatiuum proprium ipſius quantitatis, vt ſcilicet quantitas ſit tota in toto, & ſingulæ partes in ſingulis partibus ſub ſpeciebus panis, & vini: ſed per modum ſubſtantiæ, cuius natura eſt, vt ſit tota in toto, & tota in qualibet parte, vt dictū eſt, & declarat *S. Thomas d.q.75 art.4 ad 2.* & hoc eſt, quod alij Doctores dicunt partes quantitatis dimenſiuæ corporis Chriſti eſſe in hoc Sacramento in ordine ad totum, & non in ordine ad locum.

Concil. Trid. *D.Th.* *S. Thom.*

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆSTIO II.

In quibus differat Sacerdos Euangelicus ab alijs antiquæ legis.

RESpondetur primò, differre ex parte cauſæ efficientis; Sacerdotes enim in lege naturæ creabantur poteſtate humana, vt docet *Cardinalis Toletus lib. 1. inſtruct. Sacerd. cap. 2. num. 1.* Sacerdotes verò Euangelici creantur poteſtate diuina, non vtcũque, ſed vt deriuata à Chriſto Domino in Apoſtolos, & per hos in Epiſcopos, qui non per generationem, vt Sacerdotes antiquæ legis ſcriptæ creabantur, ſed per diuinam conſecrationem creantur, & ex quauis familia in Sacerdotem poſſunt eligi. Dixi, ex quauis familia, & non per generationem, quandoquidem Sacerdotes legis ſcriptæ, quamuis etiã à Domino fuerint inſtituti: nihilominus Deus dedit poteſtatem populo tantum Iudaico, & non alteri nationi, vt poſſent aſcendere ad Sacerdotium: & præterea præcepit Deus, vt inter duodecim Tribus ex vna ſola, ſcilicet Leuitica, Sacerdotes aſſumerentur; ſicque in hac Tribu reſidebat iſta poteſtas creandi Sacerdotes, quæ diuina erat; Hi verò Sacerdotes adhuc non ex quauis familia huius Tribus præcepit Deus, vt aſſumerentur, ſed tantum ex familia Aaron: ex reliquis verò familijs Leuitici generis miniſtri Tẽpli iuſſit Deus, vt aſſumerentur: Filij autem Sacerdotum eo ipſo, quod filij Sacerdotũ erant, ius ad Sacerdotium habebant, non tamen vſum, niſi poſt conſecrationem, quæ fiebat per olei aſperſionem, nõ per vnctionem: vnctio enim erat ſummi Sacerdotis; idem *Toletus loco ſupra cit. hoc docet.* *Toletus.*

Secundò, differt Sacerdos Euangelicus ab alijs Sacerdotibus antiquæ legis ex parte ipſius inſtitutionis; nõ enim in naturæ ſtatu, aut legis per inſtitutionem Sacerdos ſanctificabatur, nec recipiebat gratiam ex vi ipſius inſtitutionis; at verò Sacerdos Euangelicus gratiam recipit per ipſam inſtitutionem, quæ vnum eſt ex ſeptem Sacramentis conferentibus gratiam ex opere operato; & non ſolum gratiam ex opere operato recipit ordinatus Sacerdos Euangelicus, ſed etiã recipit characterem; qui character eſt quoddam ſignũ ſpirituale, quod imprimitur in anima, quo charactere carebant etiam illi Sacerdotes antiquæ legis.

Tertiò, differt in poteſtate conficiendi corpus, & ſanguinem Chriſti: quam poteſtatem nullus alius Sacerdos habuit, neque Sacerdos ſecundum ordinem Aaronis, neque Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech.

Quartò, differt in ſacrificio; nam illi Sacerdotes antiquæ legis offerebant Deo panem, vinum, & animalia, vt patet ex *Leuit. cap. 9. & Geneſ. 14.* At Sacerdos Euangelicus offert æterno Patri Chriſtum Dominum Dei Filium ſub ſpeciebus panis, & vini. *Leuit. & Geneſ.*

Quintò, differt in poteſtate abſoluendi peccata, nam nullus alius Sacerdos antiquæ legis eiuſmodi poteſtatem habebat.

Sextò, denique differt Sacerdos Euangelicus ab alijs antiquæ legis ratione ſtatus; nam illi coniugati erant, & vxores ducebant, etiam poſt ſuſceptum Sacerdotium: at verò Sacerdos Euangelicus non ducit vxorem ſaltem poſt ſuſceptum Sacerdotium. Dixi, ſaltem poſt ſuſceptum Sacerdotium; Nam licèt Sacerdos Latinus neque ante, neque poſt ſuſceptum Sacerdotium ducat vxorem: tamen Græcus vxoratus poteſt aſcendere ad Sacerdotium, quamuis poſt ſuſceptum Sacerdotium non poſſit ducere vxorem. Ita *Sot. in 4. diſtinct. 34. quæſt. 2.* *Sot.*

QVÆSTIO III.

Quam ſit magna dignitas Sacerdotum legis gratiæ.

RESpondetur, hoc agnoſci poſſe tùm à poſteriori ratione, tùm à priori. Et primò quia Sacerdotes antiquæ legis omnes nationes, teſte *Baronio tom. 1. annal. anno 37.* venerabantur, & ſi veram cognitionem de Deo non habebant. Secundò, quia tempore legis ſcriptæ Deus præcepit, vt Sacerdotes in maxima veneratione haberentur; quapropter cõceſſit eis multa priuilegia, vt patet ex *Exodi 28. & lib. Numer. cap 1* iuſſit Deus, vt numeraretur populus, ſed non *Baron.* *Exod. & Num.*

Digitized by Google

non permiſit, vt *Sacerdotes*, & Leuitæ ſimul cum illo aſſociarentur, ſed ſeorſum ab alijs deſcripti eſſent; Tribum Leui dixit, noli numerare, neq; pones ſummam eorum cum filijs Iſrael, ſed conſtitue eos ſuper tabernaculum teſtimonij; Imò cum peracta fuit diuiſio Terræ promiſſæ, noluit, vt *Sacerdotes*, & Leuitæ haberẽt ſuam portionem ſimul cum alijs Tribubus, ſed voluit ipſe Deus peculiarem eorum protectionem habere. [Eruntque Leuitæ mei, & ego hæreditas eorum.] Ratio eſt, quia dedecet Miniſtros Dei ſe implicare in rebus, ac bonis terrenis. Quapropter Diuina Maieſtas applicauit eis primitias omnium fructuum pro eorũ victu, vt patet ex *Numer. cap.* 18. [Leui dedi omnes decimas Iſraelis in poſſeſsionem pro miniſterio, quo ſeruiunt mihi in tabernaculo fœderis.] *Numer.* Tertiò, patet ex *Deuter.* 27. quàm ſit magna dignitas *Sacerdotalis*, vbi indicat Deus obedientiam, quæ præſtãda eſt *Sacerdotibus*, his verbis: *Deuter.* [Aſcende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, venieſque ad *Sacerdotes* Leuitici generis, quæreſque ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quodcunque dixerint, ſequeriſque ſententiam eorum, nec declinabis ad dextera, neque ad ſiniſtram. Qui autem ſuperbierit, nolẽs obedire *Sacerdotis* imperio morietur homo ille, & auferes malum ab illo, cunctuſque populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia.] In hoc capitulo loquitur Deus cum aliquis electus eſt Rex, & ſedet ſub throno Reali, præcipiens ei, vt è manibus *Sacerdotis* accipiat exemplum legum, adhoc, vt benè ſibi poſſit conſulere; & oriente ex illis legibus aliqua difficultate, recurratur ad *Sacerdotes* pro eorum ſententia, ac determinatione; & ſi quis erit contumax, ac transgreſſor ſententiæ prolatæ à *Sacerdote*, Deus minatur ei mortem. Præterea mandat Deus *Exod.* 17. vt qui negligit præcepta *Sacerdotum*, moriatur; *Exod.* hæc ſunt verba: [Homo quicunque fuerit in ſuperbia, vt non exaudiat *Sacerdotem*, aut Iudicem, quicunq; fuerit in diebus illis, morietur homo ille; & omnis populus timebit cum audierit.] Et *Eccleſ.* 7. *Eccleſ.* hæc verba habentur: [In tota anima tua time Deum, & *Sacerdotes* illius ſanctifica; & immediatè addit; Honora Deum ex tota anima tua, & honorifica *Sacerdotes*;] Et *Pſalm.* 104. *Pſal.* ait Deus, loquens de *Sacerdotibus*; [Nolite tangere Chriſtos meos, & in Prophetis meis nolite malignari;] Et *Zacch.* 2. [Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei.] *Zacch.* 2.

Præterea Chriſtus Dominus noſter, Rex, ac ſummus *Sacerdos*, dum vitam egit inter mortales homines, ſẽper *Sacerdotes* maximè honorauit, vt patet quando fuerunt lepra mundati decem illi viri leproſi; quandoquidem priuſquam Deus faceret eis gratiam, dixit, vt oſtenderent ſeſe *Sacerdotibus*, vt patet ex *Luc.* 17. *his verbis*: [Et cum ingrederetur quoddam Caſtellum, occurrerunt ei decem viri leproſi, qui ſteterunt à longè, & leuauerunt vocem, dicentes: *Luc.* Ieſu præceptor, miſerere noſtri; quos vt vidit, dixit: Ite, oſtendite vos *Sacerdotibus*; & factum eſt, dum irent, mundati ſunt;] & quod mirum eſt, ſciens Chriſtus *Sacerdotes* eſſe hypocritas, ſimoniacos auaros, ſuperbos, ac vitioſos, nihilominus præcepit populo, vt eis obedientiam præſtarent, & venerarentur, vt habetur ex *Matth.* 23. [Omnia quæcunque dixerint vobis, ſeruate, & facite: ſecundum verò opera eorum nolite facere] *Matth.* quod de *Sacerdotibus* intelligitur, vt rectè notat *Molina de inſtruct. Sacerd. tract.* 1. *c.* 3. *in fine*. *Molina.* Præterea Deus vocat *Sacerdotes* Deos, vt patet ex *Exod. cap.* 22. [Non detrahes Dijs,] *Exod.* ideſt *Sacerdotibus* exponit *Gloſ. Interlinearis*; & *Pſal.* 81. [Deus ſtetit in *Synagoga* Deorum.] *Gloſ. Interl.* Et hoc ſatis eſt quantum ad rationes à poſteriori. *Pſal.*

Quantum verò ad rationes à priori, Prima ratio mihi eſt, quia *Sacerdos* offert Deo perſonam infinitè dignã, nimirum Ieſum Chriſtum. *Secunda* ratio eſt, quia Chriſtus ſe obligauit, quotieſcunque à *Sacerdote* proferuntur verba conſecrationis, adeſſe ſub ſpeciebus panis, & vini. Tertia ratio eſt, quia *Sacerdos* gerit vices Chriſti in terra, tum quando conficit *Sacramentum* Euchariſtiæ: tùm quando peccata abſoluit: ergo.

Præterea confirmatur hæc veritas auctori-

Digitized by Google

ctoritate Sanctorum, nempè quòd ſit magna hæc dignitas Sacerdotalis. *Dionyſ.* Et primò, quia *Dionyſ. cap. 1. de celeſt. hierarch.* hæc verba ait: [Qui Sacerdotem dicit, auguſtiorem, prorſuſque diuinum virum inſinuat, totiuſque ſanctæ ſcientiæ peritiſsimum.] *Ignatius Martyr.* Secundò, Ignatius Martyr, ſcribens illis Smyrnæ, ait: [Sacerdotium eſt apex bonorum omnium, quæ ſunt in hominibus; Si quis ergo Sacerdotes inhonorauerit, Deum inhonorat, & Dominum Ieſum Chriſtum primogenitum omnis creaturæ.] Tertiò, *Nazian.* *Gregorius Nazianzenus orat. 2. ad Leu.* hæc verba profert: [Num tibi honoris expers videtur hoc Sacerdotium, quod ipſi quoque Angeli, puriſsimi cultores venerantur, tanquam ipſorum cultui minimè impar.] Quartò, *Ambroſ.* *Ambroſ tract. de dign. Sacerd.* hæc verba ait: [Audite me, dicit ipſe, Beatiſſimi Patres; Audite me ſtirpes Leuitica, germen Sacerdotale, propago ſanctificata, duces, & rectores gregis Chriſti: Audite me, rogantem vos pariter, & timentem, & honorem ſacerdotalem demonſtrare volentem: vt cum honoris vobis prærogatiuas monſtremus, merita etiam congrua requiramus: dignum eſt enim, vt dignitas ſacerdotalis prius noſcatur à nobis, & ſic deinde ſeruetur à nobis, vt Pſalmographi ſententia queat repelli a nobis: Homo, cum in honore eſſet, non intellexit: & comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Honor igitur, & dignitas ſacerdotalis nullis poterit cōparationibus adæquari: ſi Regum fulgori compares, & Principum diademati, longè erit inferius, quàm ſi plumbi metallum ad auri fulgorem compares; quippè cum videas Regū, & Principum colla ſubmitti genibus Sacerdotum, & exoſculatis eorum dextris orationibus eorum credant ſe communiri.] Et infra ait idem *Ambroſius.* *Ambroſ.* [Nihil eſt excellentius ſacerdotibus, ſi, quod ſumus, profeſſione potiùs, quam nomine demonſtremus, vt nomen congruat actioni, actio reſpondeat nomini: nè ſit nomen inane, & crimen immane: nè ſit honor ſublimis, & vita deformis: nè ſit deifica profeſſio, & illicita actio.] *Chryſoſt.* Quintò, *Ioannes Chryſoſtomus lib. 3. de Sacerd.* hæc verba dicit: [Sacerdotium ipſum in terra quidem peragitur, ſed in rerum cæleſtium claſſem, & ordinem referendum eſt: atque id quidem meritò, quippe non mortalis quiſpiam, non Angelus, non alia quæuis creata potencia, ſed Deus ipſe ordinem huiuſmodi diſpoſuit: idcircò neceſſe eſt, Sacerdotem ſic eſſe purum, ac ſi in cœlis ipſis eſſet collocatus, & inter cæleſtes illas virtutes medius ſtaret: terribilia namque, & horrifica ſunt, quæ adminiſtrat; Si quis conſideret quantum ſit id myſterium, is probè intelliget quanto honore, quantaque dignitate Sacerdotes, Spiritus ſancti gratia, dignati fuerint: etenim ijs, qui terram incolunt, atque in ea verſantur, commiſſum eſt, vt ea, quæ in cœlis ſunt, diſpenſent, ijs datum eſt, vt poteſtatem habeant, quam Deus Optimus Maximus, nec Angelis, nec Archangelis datam eſſe voluit; Neque enim ad illos dictum eſt, quæcunque ligaueritis ſuper terram erunt ligata, & in cœlis: & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta, & in cœlis; Etenim quidnam hoc aliud eſſe dicas, niſi omnem rerum cœleſtium poteſtatem, illis à Deo conceſſam? A terra iudicandi principalem auctoritatem ſumit cœlum, ſeruus ſedet iudex in terra, & Dominus ſequitur eius ſententiam, atque confirmat, vt quidquid hic in inferioribus iudicauerit, hoc ille in ſupernis comprobet. Quænam, obſecro, poteſtas hac vna maior eſſe queat? Pater omnium poteſtatem dedit Filio; Cęterùm video eandem ipſam omnifariam poteſtatem à Deo Filio Sacerdotibus traditam; Nam quaſi iam in cœlum tranſlati, ac ſupra humanam naturam poſiti, ſic illi ad Principatum iſtum perducti ſunt.] Et idem *Chryſoſt. homil. 60. ad popul. Antioch.* *Chryſoſt.* ſequentia verba profert: [Quo igitur non oportet eſſe puriorem tali fruētem ſacrificio? quo ſolari ratio non ſplendidiorem manum, carnem hanc diuidentem, os, quod igne ſpirituali repletur, linguam, quæ tremendo nimis ſanguine rubeſcit? cogita quali ſis inſignitus honore, quali menſa fruaris, quod Angeli videntes exhorreſcunt, nec liberè audent intueri propter emicantem inde ſplendorē: hoc nos paſcimur, huic vnimur, &

factі ſumus vnum Christi corpus, & vna caro. Audiamus ergo, & Sacerdotes, & ſubditi, quali eſca facti ſumus digni; audiamus, & horreamus ſanctis carnibus ſuis nos dedit impleri, ſemetipſum appoſuit immolatum. Quænam igitur erit nobis excuſatio, cum talibus pactis, talia peccemus, cum lupi fiamus, Agnum comedentes] Et idem *Chryſoſt. homil.* 5. *in cap.* 6 *Matth.* ſic loquitur: [Sacerdotium eſt ipſo Regno longè maius, ac venerabilius; Nam ſi vis videre quantum abſit Rex à Sacerdote, expende modum poteſtatis vtrique tradita, videbis Sacerdotem multò ſublimiùs Rege ſedentem; quanquam enim nobis admirandus videatur thronus Regius ob gemmas affixas, & aurum, quo cinctus eſt: tamen rerum terrenarum adminiſtrationem ſortitur; verùm Sacerdoti thronus in Cęlo collocatus eſt, & de cęleſtibus negotijs pronũciandi habet auctoritatem.] Sextò, Auguſtinus in Commentarijs ſuper Pſalmos hæc verba eructat: [O veneranda Sacerdotum dignitas in quorum manibus, velut in vtero Virginis Filius Dei incarnatur; O ſacrum, & cęleſte myſteriũ, quod per vos Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus operatur; vno eodemque momento idem Deus, qui præſidet in cęlis, in manibus veſtris eſt in Sacramento Altaris. O venerabilis ſanctitudo manuum, ò fęlix exercitiuum, ò verè mundi gaudium, Chriſtus tractat Chriſtum, ideſt Sacerdos Dei Filium, cuius ſunt delitiæ eſſe cum filijs hominum, & quod datum non eſt Angelis, conceſſum eſt homini; Sacerdos enim hoc ineffabile cõficit myſterium, & Angeli conficienti quaſi famuli aſſiſtunt. Super hoc tam inſigni priuilegio ſtupet cęlum, miratur terra, veretur homo; horret infernus, contremiſcit diabolus, & veneratur quamplurimum Angelica celſitudo. Et idem *Auguſtinus ſerm.* 37. ad fratres de eremo, hæc verba ait: [O Sacerdotes, ſi anima cuiuslibet iuſti ſedes Dei eſt: multò magis ſedes, & templum Dei vos eſſe debetis mundum, & immaculatum; ſi ſepulchrum eius glorioſum eſt, in quo corpus eius iacuit examine, multò glorioſiora, & digniora eſſe debent corpora veſtra, quæ à mortuis ſuſcitatus, quotidie inhabitare dignatur; Si beatus eſt venter, qui nouem menſibus Chriſtum portauit: & beata debent eſſe corda eorum, in quibus hoſpitium quotidie eligit Filius Dei; ſi beata ſunt vbera, quæ paruulus ſuxit: beatum debet eſſe os, quod carnem eius ſumit, & ſanguinem ſugit. Carnes ergo veſtras cum timore eius configite, & vobis diligenter prouidete, nè lingua; quæ vocat de cęlo Filium, contra ipſum Dominum loquatur; & nè manus; quæ intinguntur ſanguine Chriſti, polluantur ſanguine peccatorum.)

Chryſoſt. Matth.

Auguſt.

D. Auguſtinus.

QVÆSTIO IV:

An ſit aliqua ſimilitudo inter dignitatem Deiparæ, & Sacerdotis.

RESpondetur affirmatiuè; Nam beatiſſima Virgo cum eructauit illa dulciſſima verba, *Ecce Ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbũm tuum*, Deus Filius factus eſt homo in vtero eius, Spiritus ſancti virtute; Sacerdos verò cum profert illa verba conſecrationis, *Hoc eſt Corpus meum: & Hic eſt ſanguis meus, &c* pręſente idonea materia, quaſi producat humanitatem Chriſti. Dixi, quaſi producat humanitatem Chriſti, propter dicta ſupra, & ſecundum *Suarez* 3. *par. diſp.* 61. *quæſt* 78. *ſect.* 1. ea verba phyſicè efficiunt corpus Chriſti, ſeù præſentiam Chriſti ſub ſpeciebus Sacramentalibus. *Suarez.*

Imò audeo dicere, ſalua ſanctitate beatiſſimæ Virginis, quandoquidem nõ intendo minuere eius præſtantiam, ſed ſolùm, oſtendere hominibus infinitas gratias, quas Chriſtus largitus eſt ſuæ Eccleſiæ, quòd Sacerdos in aliquibus rebus B. Virginem antecellit, quoad poteſtatem conſecrandi, &c. nam B. Virgo cum præſtitit conſenſum verbis Angeli, non fuit cauſa realis, & efficiens productionis corporis Chriſti in ſuo vtero, ſed ad ſummum fuit cauſa meritoria de congruo; ſed Sacerdos pronunciando verba conſecrationis, præſente idonea materia, eſt cauſa realis & efficiens, vt inſtrumentum Chriſti, vt rectè probat *Suar. tom.* 3. 2 *par. quæſt.* 78. *diſp.* 6 17. *ſect.* 1. *lit. D.* B. Virgo ſemel, medijs ſuis verbis concurrit ad *Suarez.*

hu-

Digitized by Google

humanitatem Chriſti vniẽdam cum ſubſiſtentia verbi: Sacerdos verò non ſemel, ſed quotieſcunque profert verba conſecrationis præſente idonea materia, & cum intentione conſecrādi, producit, ſeù adducit Chriſtum ſub ſpeciebus ſacramentalibus, B. Virgo habuit Chriſtum in vtero ſuo paruulũ: Sacerdos verò habet Chriſtum in ſtomacho magnum, nempè triginta trium annorum, ſicut in cęlo adeſt. In vtero Virginis Chriſtus erat mortalis, & paſſibilis: in ſtomacho Sacerdotis, & eius manibus Chriſtus eſt immortalis, & impaſsibilis. In vtero Virginis Chriſtus recipiebat alimentum à Virgine, medio pretioſiſſimo ſanguine eiuſdem Virginis: in Euchariſtia verò Chriſtus exhibet ſuam diuinitatem & humanitatem Sacerdoti. Quando Deus Filius incarnatus eſt, ſumpſit carnẽ à Virgine: In Euchariſtia Chriſtus, ita ſeſe vnit cum ſumente, vt caro Chriſti, & illa Sacerdotis, media tali vnione fiat vnum ſpiritualiter, & ſacramentaliter, vt colligi poteſt ex varijs locis ſacræ Scripturę, & authoritatibus Sanctorum Patrum; & primò *Ioannis 6.* [Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem in me manet, & ego in illo; Sicut miſit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem.] Secundò, *Galat.2.* [Viuo ego, iam non ego, viuit verò in me Chriſtus] Tertio, ait *Cyrillus Alexandrinus*, citatus à doctiſſimo *Molina tractat. inſtruction. Sacerdot.cap 1*: ſequentia verba: [Sicut ſi quis liquefactæ ceræ aliam ceram inſuderit, alteram cum altera commiſceat neceſſe eſt: ita qui carnem & ſanguinem Domini recipit cum ipſo, ita coniungitur, vt Chriſtus in ipſo, & ipſe in Chriſto inueniatur.] Sed aduertendum eſt, quòd talis ſimilitudo non intelligitur, quòd caro Chriſti & noſtra fiat vna realis, & eſſentialis vnio: quia hoc dedecet: ſed intelligitur hæc vnio quoad effectus, quemadmodũ dicimus, quando ferrum eſt ignitum, eſſe ignem, non quia ſubſtantialiter ſit ignis, ſed quia habet ignis qualitatem, & eius effectus: ita dicimus eſſe corpus Chriſti in Euchariſtia, quando quis dignè, ac deuotè recipit; nam Chriſtus dignè ſuſcipienti communicat qualitates, & effectus ſimilares ſibi ipſi, experientia patet; quapropter, vt benè dicit *Gregorius Nyſſenus orat. catec.cap 37.* [ſicut parum fermenti ſibi aſſimilat totam conſperſionem: ita corpus Chriſti, cum fuerit intra noſtrum, totum ad ſe transmutat, & transfert.] Et *Chryſoſtomus homil.88. in Matthæum* hæc verba profert: [Hos ſecum, vt ita dicam, in vnam maſſam reducit: neque id fide ſolum, ſed rei ipſa nos ſuum corpus efficit.] Et idem *Chryſoſtomus homil 83. ad popul. Antioch.* habet hæc verba: [Ea re nos alimur, quam Angeli videntes tremunt, nec abſque pauore aſpicere poſſunt: & nos in vnam cum illo maſſam reducimur, effecti vnum Chriſti corpus, & vna caro.] *Et homil 60. ad popul Antioch* pariter dicit ſequentia verba: [Vt itaque non tantum per charitatem hoc ſimus, verùm ipſa re in illam miſceamur carnem, hoc per eſcham efficitur, quam largitus eſt nobis, volens oſtendere deſiderium, quod habet erga nos.] Et hæc ſatis quoad præſtantiam dignitatis Sacerdotalis.

Ioannis. *Ad Galat.2.* *Cyrillus Alexan.* *Gregor. Nyſſen.* *Chryſoſ.* *Idem Chryſoſ.* *Idem Chryſoſ.*

DISPVTATIO II.

De bonitate, qua debet eſſe pręditus Sacerdos.

QVAESTIO I.

Quem gradum ſanctitatis exigat officium Sacerdotale.

Reſpondetur, illum gradum ſanctitatis debet habere Sacerdos, qui correſpondere debeat dignitati, qua eſt præditus; vnde ſicut gradus dignitatis Sacerdotalis ſuperat dignitatem Angelicam, & in aliquibus rebus etiam dignitatem Deiparæ, vt ſupra dictum eſt: ita etiã

Digitized by Google

debet ſanctitate antecellere quamcunque aliam dignitatem, vt colligi poteſt ex varijs locis Scripturæ, & Patrum auctoritatibus, & primò ex

Luc. 12. *Luc.* 12. [Cui multum datum eſt, multum requiretur ab eo: & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo.] Secundò

Petr. 12. 1. *Petri* 2 [Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis, vt uirtutes eius annuncietis, qui uos de tenebris uocauit in admirabile lumen ſuum] Tertiò

Apocal. cap. 5. *Apocal cap.* 5. [Quia feciſti nos Deo noſtro regnum, & Sacerdotium, & regnabimus ſuper terram.] Quartò,

1. Cor. 4. 1. *Corinth.* 4. [Sic nos exiſtimet homo, ut miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei.] Et hęc quoad auctoritatem ſacræ Scripturæ. Quo uerò ad Sanctorum auctoritatem. Prima auctoritas eſt

S. Chryſ. *Chryſoſtom. homil.* 3. *operis imperfecti*, [Verè magna cõfuſio Sacerdotum, & Clericorum omnium, quando laici inueniuntur fideliores, ac iuſtiores; quomodo autem non ſit confuſio eſſe illos inferiores laicis, quos etiam eſſe æquales, magna confuſio eſt?) Secunda eſt

S. Hiero. *Hieronymi in c.* 3 *Soph.* [Non dignitas, ſed opus dignitatis ſaluare conſueuit.] Et ſupra citatus

S. Chryſ. *Chryſoſtomus* hæc uerba ait: [Laicus in die iudicij ſtolam ſacerdotalem accipiet, & à Deo chriſmate ungetur in Sacerdotem: Sacerdos autem peccator ſpoliabitur ſacerdotij dignitate.] Tertia eſt

S. Grego. *Gregorij homil.* 9. *in Euangelia*: [Sanctum Euangelium, fratres chariſſimi, ſolicitè conſiderare nos admonet, ne nos, qui plus cæteris in hoc mundo accepiſſe cernimur, ab auctore mundi grauius inde iudicemur; cum enim augentur dona, rationes etiam creſcunt donorũ.

D. Hiero. Et ſupra cit. *Hieron lib.* 3. *in cap.* 43. *Ezech* hæc uerba profert: [Grandis dignitas Sacerdotum, ſed grandis ruina eorum, ſi peccant; lætemur ad aſcenſum, ſed timeamus ad lapſum; non eſt tanti gaudij excelſa tenuiſſe, quanti mœroris de ſublimiori corruiſſe.] Quarta eſt auctoritas

S. Augu. Auguſtini, quam refert *Gratianus epiſt* 148. *capit. ante omnia, diſt.* 40. [Sicut nihil eſt in hac vita beatius presbyteri dignitate, ſi eo modo militetur, quo Imperator noſter Chriſtus iubet: ita nihil eſt apud Deum triſtius, miſerabilius, & dannabilius ſi perfunctoriè, & adulatoriè res agatur.] Et idẽ *Idem Auguſt.*

Auguſtinus cap. 3. *de dignit. Sacerdotalis*, hæc verba eructat: [Sicut nihil eſt Sacerdote excellentius: ſic nihil eſt vita miſerabilius, ſi de ſancta vita periclitetur, ſi Sacerdos in crimine teneatur; quia ut leuius eſt de ſublimi corruere, ſic grauius eſt de ſublimi cadere dignitate; quia ruina, quæ de alto eſt, grauiori caſu colliditur.) Quarta eſt *Ambroſij lib.* 1. *epiſtola ad* *D. Amb.*

Ireneum: (Vides in Sacerdote nihil plebeiũ requiri, nihil populare, nihil commune cum ſtudio, atque uſu, & moribus multitudinis ſobriam à turbis grauitatem ſeriam uitam, ſingulare pondus dignitas ſibi uendicat in Sacerdotibus; quomodo enim poteſt obſeruari à populo, qui nihil habet ſeparatum à populo, diſpar à multitudine? Quid enim in te miretur ſi tua in te recognoſcat? ſi nihil in te aſpiciat, quod ultra ſeſe inueniat? ſi quæ in ſeſe erubeſcit, in te, quem reuerendum arbitratur, offendit? Supergrediamur igitur plebeias opiniones, ac uulgaris ſemitæ ſolum *D. Amb.*

declinemus) Et *D. Ambroſius in epiſ.* 1 *ad Timot.* 3. hæc uerba ait. (Sacerdotes die, ac nocte pro plebe ſibi cõmiſſa oportet orare; mundiores ergo debent eſſe cæteris, quia auctores Dei ſunt; ſi enim plebis hominibus orationis cauſa ad tempus abſtinere præcipitur: quanto magis Sacerdotibus, qui ſemper orationi uacare debent?) Quinta eſt auctoritas ſupracitati *Auguſtini ſerm.* 21. *ſuper* *S. Augu.*

Pſalm 36. (Talem eſſe oportet Dei Sacerdotem, ut quod populus pro ſe apud Dominum non valet, ipſe pro populo mereatur, quod popoſcerit, impetrare; quia ſcriptum eſt: ſi peccauerit populus, orabit pro eo Sacerdos: ſi autem Sacerdos peccauerit, quis orabit pro eo?) Sexta adeſt auctoritas *Tridentini ſeſſ.* 21. *cap.* 1. *de* *Concil. Trid.*

reform. vbi hæc ſequentia verba habentur: (Nihil eſt quod alios magis ad pietatem, & Dei cultum aſſiduè inſtruat, quam eorum vita, & exemplum, qui ſe diuino miniſterio dedicarunt. Cum enim à rebus ſæculi in altiorem ſublati locum conſpiciantur, in eos, tanquam in ſpeculum, reliqui omnes oculos conijciunt, & ex

eis

eis ſumunt quod imitentur.) Quapropter ſic decet omnino Clericos, in Domini ſortem vocatos, vitam, moreſque ſuos omnes componere, vt habitu, geſtu, inceſſu, ſermone, alijſque omnibus rebus nil, niſi graue, moderatum, ac religione plenum, præſeferant; leuia etiam delicta, quæ in ipſis maxima eſſent, effugiant, vt eorum actiones cunctis afferant venerationem. Cum igitur quo maiori in Eccleſia Dei, & vtilitati, & ornamento hæc ſunt: ita etiam diligentiùs ſint ab ipſis obſeruanda) Denique colligitur ex varijs auctoritatibus ſacræ Scripturæ, & Sanctorum Patrum quanta debet eſſe ſanctitas Sacerdotum. Et hoc præſertim colligitur à poſteriori, nempè ab indignatione, quam Deus erga prauos Sacerdotes habere demonſtrat. Et primò patet ex *Malachia cap.* 1. (Filius honorat patrem, & ſeruus dominum ſuum, ſi ergo Pater ego ſum, vbi eſt honor meus? & ſi Dominus ego ſum, vbi eſt timor meus? dicit Dominus exercituum. Ad vos, ò Sacerdotes, qui deſpicitis nomen meũ, & dixiſtis: In quo deſpeximus nomen tuum? offertis ſuper altare meũ panem pollutum & dicitis: In quo polluimus te? In eo, quod dicitis, Menſa Domini deſpecta eſt.) Secundò ex verbis eiuſdem *Malachiæ cap.* 2. quæ de Sacerdotibus intelliguntur: (Vos autem receſſiſtis de via, & ſcandalizaſtis plurimos in lege: irritum feciſtis pactum Leui, dicit Dominus exercituum. Propter quod & ego dedi vos contemptibiles, & humiles omnibus populis; ſicut non ſeruaſtis animas meas, & auertiſtis faciem in lege) Omitto alias auctoritates Scripturæ ſacræ, quæ rectè applicari poſſunt Sacerdotibus; ſed non reticebo apertas auctoritates Sanctorum, qui expreſsè de Sacerdotibus prauis loquuntur. Et primò patet ex *Chryſoſtomo homil.* 41. *in Matthæum.* (Nulla re Deus magis offenditur, quàm quòd indigni, & peccatores ſacerdotij dignitate præfulgeant.) Et idem *Chryſoſtomus* alijs in locis hæc verba eructat; (Si priuatim pecces, nihil tale paſſurus es; ſi in Sacerdotio pecces, perijſti. Dico horribile quoddam, atque tremendum; non eſt ita malum in Eccleſia

Malach.

Malac.

S. Chryſ.

Idem Chryſoſ.

Dei Dæmoniacos eſſe, ſicut Sacerdotes, qui peccatorum ſordibus inquinantur: hoc enim peſſimum eſt, ſicut Paulus ait, Chriſtum conculcare, & ſanguinem eius pollutum ducere, & ſpiritui gratiæ contumeliam facere; multò igitur Dæmoniaco peior eſt, qui peccati ſibi conſcius accedit, quoniam æternis tradetur tormentis. Nullus igitur communicet, niſi ex Diſcipulis ſit: nullus impuro animo, ſicut Iudas, panem cæleſtem aſſumat, nè ſimilia patiatur.) Secundò, patet ex Auguſtino, citato à doctiſſimo *Molina tractat.* 2. *de inſtruction. Sacerdot. cap.* 26 §. 1. (Grauius peccant indignè offerentes Chriſtũ regnantem in cælis, quàm qui eum crucifixerunt ambulãtem in terris.) Tertiò patet ex *Gregorio cit. ab eodem Molina loco ſupra cit.* (Nullum puto, fratres chariſſimi, maius præiudiciũ ab alijs, quam à Sacerdotibus toleret Deus, quando eos, quos ad aliorum correptionem poſuit, dare de ſe exempla prauitatis cernit: quando ipſi peccamus, qui compeſcere peccata debuimus; officium quidem Sacerdotale ſuſcepimus, ſed opus officij non implemus.) Quartò, patet ex *Bernardo in ſerm. comm. S. Pauli:* (Heu heu Domine Deus, quia ipſi ſunt in perſecutione tua primi, qui videntur in Eccleſia tua primatum tenere, gerere principatũ. Arcem Syon occuparunt, apprehenderunt munitiones, & vniuerſam deinceps liberè, & poteſtatiuè tradunt incendio ciuitatem: miſera eorum conuerſatio plebis tuæ miſerabilis ſubuerſio eſt. At verò Saluatori animarum grauior vlla eſſe poterat perſecutio? iniquè agunt, & cæteri contra Chriſtũ; meritò tamen crudeliorem eam cenſent perſecutionem, quam à proprijs ſuſtinent miniſtris; Egreſſa eſt iniquitas à ſenioribus iudicibus Vicarijs tuis, qui videntur regere populum tuum; non enim eſt iam dicere, vt populus ſic eſt Sacerdos, quia nec ſic populus, vt Sacerdos; non enim ita corruptis moribus viuunt ſæculares, vt Eccleſiaſtici.) Quintò, & vltimò, patet quanta debeat eſſe ſanctitas Sacerdotis, nempè ex penitentia, quam antiqui Canones imponebant Sacerdotibus ob peccata ab ipſis commiſſa, & colligitur, ex *Gratiano*

Molina.

Idem Molina.

S. Bern.

Gratia.

no diſtinct.83. hæc ſunt formalia verba: (Presbyter ſi fornicationem fecerit, quanquam, ſecũdùm Canones Apoſtolorum debeat deponi: tamen iuxta auctoritatem B. Syluestri, ſi in vitio non perdurauerit, ſi ſua ſpontè confeſſus adiecerit, vt reſurgat, decem annis in hunc modum pæniteat: tribus quidem menſibus à cęteris remotus, pane, & aqua à veſpere in veſperum vtatur: tantùm autem diebus Dominicis, & præcipuis feſtis modico vino, & piſciculis, atque leguminibus recreetur, ſine carne, & ſagmine, ouis & caſeo: ſacco indutus, humi adhæreat, die, ac nocte miſericordiam Dei omnipotentis imploret. Finitis tribus menſibus continuis exeat, vt tamen in publicum non procedat, nè graue fidelis in eo ſcandalum patiatur: nec enim debet Sacerdos publicè pęnitere, ſicut laicus; Poſteà aliquantiſper viribus reſumptis vnum annum, & dimidium in pane, & aqua expleat, exceptis Dominicis diebus & pręcipuis feſtiuitatibus, in quibus vino, & ſagmine, ouis & caſeo, iuxta canonicam menſurã vti poterit. Finito primo anno, & dimidio, corporis, & ſanguinis Domini, nè indureſcat, particeps fiat, & ad pacem veniatur; pſalmos cum fratribus in choro vltimus canat, ad cornu altaris non accedat, iuxta B. Clementis vocem, minora gerat officia: deindè verò vſque ad expiationem ſeptimi anni, omni quidem tempore, exceptis paſchalibus diebus tres legitimas ferias in vnaquaque hebdomada in pane, & aqua ieiunet. Expleto ſeptimi anni circulo, ſi fratres, apud quos pęnituerit, eius pęnitentiam congruam laudauerint, Epiſcopus in priſtinum honorem, iuxta B. Calixti Papæ auctoritatem, eum reuocare poterit. Sanè ſciendum eſt, quòd ſecũdam feriam vnum pſalterium canendo, aut vnum denarium pauperibus dando ſi opus eſt redimere poterit. Finitis autem ſeptem annis deinde vſque ad finem decimi anni ſextam feriam nulla interueniente redemptione, obſeruabit in pane, & aqua.)

DISPVTATIO III.

De damno, quod cauſat Sacerdos medio ſuo malo exemplo.

QVÆSTIO I.

Cur Sacerdos prauus ſit cauſa peccati alterius?

RESpondetur, & ratio mihi eſt, quia Sacerdos debet eſſe imbutus, ac præditus omni chriſtiana virtute, ratione dignitatis, & officij, quod habet; idcircò quando deſinit ab hac bonitate, cauſat alicui ruinam, & ſcãdalum: Sacerdos enim eſt à Deo conſtitutus caput inter homines; vnde meritò Sancti Patres Sacerdotem peccati populorum auctorem faciunt, vt colligitur primò, ex *Ambroſius de dignit Sacerd. cap.*5. (Sicut in corporalibus morbis capite vitiato, neceſſe eſt, reliquum corpus inundatione ſuperioris morbi lethaliter irrigari: ita & hi, qui caput videntur eſſe Eccleſiæ, morbo ſuo fraternum vitiant corpus, vt nihil ex totius corporis compage inſauciatum poſſit euadere, quod negligentium Sacerdotum vitioſitas non infecerit: vnde populum videmus nugacem, & indoctum, eo quòd tales habeat Sacerdotes.) Secundò, colligitur ex *Gregorio Papa homil.*39 *in Euang. &* 17. (Ruina populi maximè ex culpa Sacerdotum fuit: quantò mundus gladio feriatur aſpicitis; quibus quotidiè percuſſionibus intereat populus, videtis; cuius hoc, niſi Sacerdotum peccato agitur? Nos pereunti populo auctores mortis exiſtimus, qui eſſe debemus duces ad vitam, ex noſtro peccato populi turba proſtrata eſt, quia noſtra faciente negligentia, ad vitam erudita non eſt.) Tertiò, colligitur ex *Bernardo ſerm. in conu. S. Pauli*, his verbis: (Miſera Sacer-

Ambroſ.

S. Greg. Papa.

S. Bern.

ſerdotum conuerſatio plebis Dominicæ miſerabilis ſubuerſio eſt.)Tertiò, colligitur ex *Chryſoſtomo hom. 38. in Matthæum*, (Si verum eſt, quod ipſe ſit Auctor imperfecti operis :] Videte Sacerdotes, quomodo vos componatis in verbo, & opere, quoniam ſi aliquis Chriſtianorum peccauerit, non omnino peccant, & Sacerdotes. Si autem ipſi Sacerdotes fuerint in peccatis, totus populus conuertitur ad peccandum, ideoque vnuſquiſque pro ſuo peccato reddet rationem; Sacerdotes autem non ſolum pro ſuis, ſed etiam pro omnium peccatis rationem redditurì ſunt.] Quartò, colligitur ex *Augustino ſer. 15. in append. de diuerſ.* [Si diligenter attenditis, fratres chariſſimi omnes Sacerdotes Domini, & miniſtros Eccleſiarum, in grandi periculo eſſe cognoſcetis. Nam ſi pro ſe vnuſquiſque vix poteſt in die iudicij rationē reddere, quid de Sacerdotibus futurum eſt, à quibus ſunt omnes animæ exquirendæ?) Quintò, colligitur ex eodem Chryſoſtomo ſupra citato, relato à *Molina tract. 2. de instruction. Sacerdot. cap. 21. §. 2.* (Sicut de templo omne bonum egreditur, ſic, & de templo omne malum procedit; vidit ſtudioſus agricola arborem, pallentibus folijs marcidam, & intellexit, quia læſuram in radicibus haberet. Nam verè, quemadmodum cum viderit arborem pallentibus folijs, intelligit, quia aliquam culpam habet circa radicem: ita cum videris populum indiſciplinatum, & irreligioſum, ſine dubio cognoſce, quia in Sacerdotibus culpa ſit.)

S. Chryſ. | S. Augu. | Molina.

DISPVTATIO IV.

De Ordine.

QVÆSTIO I.

Quid ſit Ordo.

Reſpōdetur, Ordinem eſſe quoddam ſignaculum Eccleſiæ, quo ſpiritualis poteſtas traditur ordinato. Ita docet *Magiſter in 4. diſt. 24.* & eſt communis Theologorum ſententia.

Magiſter.

Dicitur, Ordo, quia per illum in gradu quodam, ac certo ordine Eccleſiaſtico homo conſtituitur.

Dicitur, ſpiritualis poteſtas, quia poteſtas Ordinis primariò verſatur circa ſpiritualia, nempè circa ſacramenta conficienda. *Auguſtinus* verò ſic definit ordinem *lib. 19. de Ciuit. Dei, c. 13.* Eſt ordo parium, diſpariumq; rerum, ſua cuique loca diſtribuens diſpoſitio.

Auguſt.

Confirmatur, nam in Angelorum multitudine tres Hierarchiæ, & nouem Angelorum ordines reperiuntur, teſte *D. Dionyſio cap. 6. de cæleſt hierarc.* & in hominibus, & in quauis ciuili Republica etiam ſeruatur, ac reperitur ordo; quapropter vnus altero Superior, aut inferior eſt, vt eſt Ordo Senatoris, Equeſtris, & Plebeius; ergo etiam in Republica Chriſtiana hic Ordo eſt aſſignandus, nimirum Clericorum, & laicorum, vt patet ex *cap. duo ſunt, 12. q. 10.*

Dionyſ.

QVÆSTIO II.

An ordo ſit Sacramentum.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

Svppono, aliud eſſe Ordinē, & aliud ordinationem. Nam ordo ſignificat gradum poteſtatis, ac miniſterij Eccleſiaſtici, qui ordo non eſt ſacramentum, ſed effectus ſacramenti, videlicet ſacræ ordinationis, per quam eiuſmodi poteſtas confertur. Itaque ſtatus quæſtionis verſatur. An ordinatio ſit Sacramentum.

Reſpondetur, de fide eſſe, quod ſit Sacramentum ordinis, ſeù, quòd ordinatio, per quam ordinis poteſtas cōfertur, ſit verè, & propriè Sacramentum, vt habetur ex *Concilio Florentino in vnione Armen.* & patet ex *Tridentino ſeſſ. 23. can. 3. de ſacram. ordin.* extra decreta Conciliorum.

Concil. Florent. Concil. Trid.

Confirmatur hæc veritas primò, ex ſacra Scriptura, & deinde ex traditione,

ne, & poſtea ex auctoritate Sanctorũ Patrum. Et quod attinet ad auctoritatem ſacræ Scripturæ, hæc verba habentur ex *D. Paulo* 1. *ad Timot.* 4. [Noli negligere gratiam, quæ in te eſt, quæ data eſt tibi à Deo per prophetiam, cum impoſitione manuum presbyterij.] Et 2. *ad Timot.* 1. (Propter quam cauſam admoneo te, vt reſuſcites gratiam Dei, quæ eſt in te, per impoſitionem manuum mearũ: non enim dedit nobis Deus ſpiritum timoris, ſed virtutis, & delectionis, & ſobrietatis.) Quod verò pertinet ad traditionem, teſtatur hoc *Dionyſius de Eccleſiaſt. hierarch cap.* 5. Denique quod attinet ad auctoritatem Sanctorum Patrum primò, probatur ex auctoritate *Theodoreti in hiſtoria Sanctorum Patrum cap.* 15. [Accipe donum ſacerdotij, mea quidem dextera miniſtrante, ſanctiſſimi autem ſpiritus gratia ſuppeditante.] Secundò, probatur ex *D. Ambroſi. de dignit. Sacerdot cap.* 5. [Quis dat Epiſcopalẽ gratiam, Deus, an homo? Reſpondes ſine dubio, Deus, ſed per hominem dat Deus; homo imponit manus, Deus largitur gratiam: Sacerdos imponit ſupplicem dexteram, & Deus benedicit potenti dextera; Epiſcopus initiat ordinem, & Deus tribuit dignitatem.] Omitto alias auctoritates Sanctorum breuitatis cauſa.

1. Tim. 4 — *Tim.* 12. — *Dionyſ.* — *Theod.* — *D. Ambr*

QVÆSTIO III.

Quot ſint Ordines.

RESpondetur, de numero ordinum quatuor eſſe ſententias Doctorũ. Prima aſſerit, eſſe ſeptem ordines, ideſt quatuor minores, nempè Oſtiarij, Lectoris, Exorciſtæ, Acolythi: & tres maiores, ſcilicet Subdiaconatũ, Diaconatum, & Presbyteratum, ſub quo includitur Epiſcopatus. Dicuntur hi tres maiores, quia illis initiati magis accedunt in miniſterio Altaris, quàm qui minoribus ſunt initiati. Hæc eſt opinio *D. Thom. in addit. quæſt.* 37. *art.* 3. *Alenſ.* 4. *par. q.* 79. *mẽb.* 8. *& q.* 80. *memb.* 4. *Abb. in* 4. *diſt.* 24. *art.* 8 *Bonac art.* 1. *q.* 2. *&* 3. & aliorum communiter.

D Tho. — *Alenſ.* — *Abb.* — *Bonac.* — *Nauar.*

Secunda ſententia eſt Canoniſtarum, qui, vt refert *Nauarr. in manual. cap.* 22. *num.* 18. nouem ordines ponunt, nempè ſeptem iam dictos, & præterea Epiſcopatum, & primam tonſuram.

Tertia ſententia ad hos nouem adiungit ordinem Pſalmiſtarum, ſeu Cantorum. Ita *Titelm. lib. de ſacram. cap.* 3. & alij. *Titelm.*

Quarta eſt aliorum, qui octo ordines ponunt, nempè ſeptem dictos in prima ſententia, & præterea Epiſcopatum. Ita *Altiſiod. lib.* 4 *in cap. de ſacra. ordin. q.* 1. *Durand. in* 4. *diſt.* 24. *q.* 6 *Palud. diſt. ead q.* 7. *Val. tom.* 2. *de ſacram. cap.* 116. *Caiet. tom.* 1. *opuſc. tract.* 11. *Michael Medina lib.* 1. *de cælib. cap.* 16. *Nauar. cap.* 22. *num.* 18. *Petrus Soto lect.* 1. *&* 4. *de ſacram. ordin. Bellarm. de ſacram. ord. cap.* 5. *Valen. diſp.* 9. *q.* 1. *punct.* 2. *in fine.* Sed

Altiſio. — *Duran.* — *Palud.* — *Val.* — *Caiet.* — *Michael Medina* — *Naua.* — *Petrus Sot.* — *Bellar.* — *Valen.*

Ego, ſaluo meliori iudicio, dico vtrumque rectè dici poſſe, nempè, & eſſe ſeptẽ ordines, & octo. Et ratio mihi eſt, quia vnuſquiſque ordo, per ſe ſumptus habet peculiare munus; nã officium Oſtiarij eſt excludere ab Eccleſia indignos, & admittere dignos; ſunt autem indigni infideles, apoſtatæ, hæretici, excommunicati, interdicti, & cathecumeni poſt dictũ Euangelium in Miſſa, vt benè docet *Fornar. de ſacram. ord. cap.* 7. *num.* 2. Item officium Oſtiarij eſt percutere cymbalum, & campanam, vt habetur in Pontificali. Officium verò Lectoris eſt legere populo in Eccleſia lectiones ſacras. Ita *Enriquez lib.* 10. *c.* 9. *num.* 2. *Fornar.* — *Enriq.*

Officium Exorciſtæ eſt exorcizare, & imponere manus ſuper Cathecumenos ad fores Eccleſię ante baptiſmũ, & energumenos exorcizare, vt pellãtur ab eis Dæmones; quod tamen nunc præſtare ſolent Sacerdotes.

Acolythi officium eſt duplex. Vnum eſt præſentare vaſa vini, & aquæ, & dare Subdiacono in Miſſa; alterum eſt ferre cereum ante Sacerdotem, & cum legitur Euangelium in Miſſa.

Subdiaconi officium eſt proximè aſſiſtere in ſacrificio Miſſæ & Diacono miniſtrare in his quę ſatis explicitè, & diſtinctè continentur in *Miſſali Romano poſt rubr. tit. de ritu ſeruando in celebrat. Miſſæ*, §. *de offertorio*, *&c.* Cantare item epiſtolam in ſolemni Miſſa, pallas altaris, & corporalia abluere, aliaque ſimilia præſtare; Inſtruere denique cathecumenos ab-

In Miſſ. Roman.

ſen-

ſente, vel impedito Diacono.

Addunt aliqui præcipuum eius munus in Miſſa ſolemni deferre, ſeù tradere calicem vacuum cum patena Diacono, qui appoſito vino, illum porrigit Sacerdoti, & propterea Subdiaconũ in ſui ordinatione accipere ab Epiſcopo calicem vacuum, & patenam. Ita *Gregor. de Valen. diſp.* 9. *q.* 1. *punct.* 3. *D. Tho. in* 4. *diſt.* 24. *q.* 1. Gregor. de Val. D. Thom.

Diaconi officium eſt, in ſacrificio Miſſæ Sacerdoti panem, & vinum in vaſis tradere. Secundò, ſanguinem populis propinare, cum eſſet dandus, ſed nunc non eſt in vſu; imò etiam perferre corpus Chriſti conſecratum in patena, non tangendo illud, at verò illud tangere, aliiſque tradere iuſſu Epiſcopi, vel presbyteri, fuit quidem olim eius munus, vt patet ex *Concil. Cart. c.* 38. ſed in *Concilio Nicano cap.* 18. fuit hæc cõſuetudo ſublata, & habetur in *cap. peruenit, diſt.* 39 Lege *Petrum Sot lect.* 2. *de ordine*, & alios. Tertiò, legere Euangelium in Miſſa cũ ſtola: & antiquitùs illud prædicabat abſque cathedra; legebat etiam homilias Sanctorum, & inſtruebat cathecumenos, vt probat copiosè *Henriq. lib.* 10. *c.* 13. *nu.* 2. Cõc. Car. Concil. Nicæno. Petr. Sol. Henriq.

Sacerdotis officium eſt primò conſecrare corpus & ſanguinem Chriſti. Secundò, abſoluere à peccatis. Tertiò, prædicare populo ex commiſsione Epiſcopi. Quartò, adminiſtrare ſacramẽta, & celebrare diuina officia, ac populum inſtruere.

Ad officium Epiſcopi ſpectat conſecratio Baſilicarum, Vnctio altarum, &c. conſecratio Chriſmatis. impoſitio manuum, ideſt adminiſtratio confirmationis, & ordinis, communis populi benedictio, diſtributio beneficiorum Eccleſiaſticorum, benedictio Virginum, prædicatio Euangelij, ac defenſio fidei, &c.

Eſt autem multiplex ordo Epiſcoporũ; continet enim Patriarchas, Archiepiſcopos, ſeu Metropolitarum, & Epiſcopos, vt docet *Magiſter ſent. in* 4. *diſt.* 24. Magiſt.

Verùm probabiliter etiam dici poteſt Ordinem Epiſcopi non differre ab ordine ſacerdotij, quia intrinſecè Epiſcopatus includit ſacerdotium; quandoquidem nemo poteſt eſſe, aut fieri Epiſcopus, niſi habeat ordinem Presbyteratus, vt benè explicat *Bellarm de ſacram. ordin. cap.* 5. Itaque Epiſcopatus non eſt accipiendus in ſenſum diuiſo, aut incompleto, ſecũdum poteſtatem ordinandi, & confirmandi, quia hæc poteſtas præcisè ſumpta, minor eſt, quàm poteſtas conſecrandi corpus, & ſanguinem: ſed debet accipi in ſenſu compoſito, & completo, quatenus Epiſcopatus neceſſariò ſupponit, & intrinſecè includit acceptum ordinem Presbyteratus, & poteſtatem conficiendi corpus, & ſanguinem Chriſti. Bellarm.

QVÆSTIO IV.

Quorum ordinum collatio ſit verè, ac propriè Sacramentum.

RESpondetur primò de fide eſſe, ordinationem Presbyteri eſſe verè, & propriè ſacramentum, vt rectè probat *Layman. de ſacram. ordin. cap.* 4. Sed notanda ſunt duo ſcitu digna. Primum eſt, quòd poteſtas conficiẽdi corpus, & ſanguinem Chriſti abſolutè confertur nouo Sacerdoti, ita vt ea etiam vti poſsit conſecrando cum Epiſcopo antequam accipiat poteſtatem remittendi peccata: quæ poteſtas remittendi peccata, inualidè alicui confertur, niſi priùs acceperit poteſtatem conſecrãdi, vt apertè conſtat ex facto Chriſti, qui eodẽ tempore vtramque poteſtatem tradit Apoſtolis. Nam in cœna vltima tribuit eis poteſtatem conſecrandi, vt patet ex *Paulo* 1. *Corinth.* 11. Poſt reſurrectionem verò contulit eis poteſtatem remittendi peccata, vt patet ex *Ioan.* 2. Ex quo deducitur, quòd ſi Sacerdos eiuſmodi poteſtatem remittendi peccata non recepiſſet ab Epiſcopo, verè conſecraret, & conficeret corpus Chriſti, ſed non verè, ac realiter remitteret peccata, ſi abſolutionis beneficium impenderet, etiã ſi haberet licentiam ab ordinario excipiendi confeſſiones, vt probat *Bellarm. de ſacram. ordin. cap.* 9. *Henriq. lib.* 10 *c.* 6. *num.* 2. & *Suar. in* 3. *p. to.* 5. *diſp.* 42. *ſect.* 4. *num.* 13. Layman. 1. Cor. 11. Ioan. 2. Bellarm. Henriq. Suarez.

Secundum eſt, quòd licèt partialis illa ordinatio presbyteri, per quã datur poteſtas remittendi peccata, ſacramentalis ſit: non eſt tamen ſacramen tum diuerſum à poteſtate conficiẽdi corpus, & ſanguinem Chriſti: ſed

Digitized by Google

priorem partialem ordinationem in eſſe ſacramenti moraliter perficit, & conſummat per receptionem facultatis remittendi peccata.

SED DICES I.

Quando imprimitur character, cum confertur Sacerdoti *poteſtas conſecrandi, an verò quando tribuitur facultas remittendi peccatum. An verò duplex character imprimatur?*

RESpondetur, imprimi characterem, quando recipitur poteſtas conſecrandi; & perficitur ille, ſeù augetur, quando recipitur poteſtas remittendi peccata, & nouus non imprimitur, vt benè ſenſit *Layman. loc. cit.* ſed *num.* 2. Nec placet quod *Vaſquez* imaginatus eſt, citatus ab eodē Layman, nimirum, quòd tale incrementum poteſtatis non ſit quid reale, ſed tantum denominatio extrinſeca, ſcilicet acceptatio à diuina voluntate ad aliud officium exercendum; Nam cum character ſit ſignum poteſtatis, ideò, ſi poteſtas augetur, conueniens etiam eſt, vt ſignum eius mutetur, & perficiatur. *Layman.*

Reſpondetur ſecundò, Epiſcopatum eſſe propriè, & verè ſacramentum; tum quia in ordinatione Epiſcopi cū impoſitione manuum dicitur. *Accipe ſpiritum ſanctum*; qua ceremonia apertè ſignificatur conferri gratiam ſanctificantem; tùm quia per hanc ordinationem homo deſtinatur ad miniſteria valdè ardua, videlicet confirmandi fideles, ordinandi Clericos, &c. ergò credere oportet, gratiam ei annexam eſſe ad talia munera ritè, & dignè obeunda. Ita affirmant quaſi innumeri Doctores, teſte *Layman citato.* Et licèt ordinatio Epiſcopi, qui ante neceſſariò presbyter eſſe debet, ſacramentalis ſit: non tamen eſt ſacramenta diſtinctum à Presbyteratu, ſed ordinationem Presbyteri in eſſe ſacramenti habitudine morali magis perficit, & cōſummat, eo quòd neque diſtinctum characterem animæ imprimat, ſed characterem ſacerdotalem intrinſecè auget, ac perficit, vt ordinatus iam non tantùm ſanctiſſimam Euchariſtiam conficere, ſed etiam alios ordinare poſſit. Ita *Henriq. lib.* 10. *cap* 7. *nu.* 2. *& alij.* *Layman.* *Henriq.*

Reſpondetur tertiò, valdè probabile, & quaſi certum eſſe, quòd Diaconatus ſit verè, & propriè ſacramentum, à Chriſto inſtitutum. Ita *Bellarm. de ſacram. ordin. cap.* 6. & eſt communis ſententia Theologorum; Tum quia confertur per impoſitionem manuum, dicente Epiſcopo: *Accipe ſpiritum ſanctum, &c.* Tum quia Diaconus ordinatur ad miniſteria valdè ſacra, vt patet quando aſſiſtit ſacrificio Miſſę. *Bellarm.*

Reſpondetur quartò, de ſubdiaconatu non ità certum eſſe, illum eſſe ſacramentum: & adhuc minus certum eſſe de quatuor minoribus ordinibus: eſt tamē probabile, cum ſit communior Doctorum ſententia, teſte *Layman. loc cit. ſed num.* 4. Et hanc ſententiam tenet *D. Thom. in* 4. *diſt.* 24. *q.* 2. *art.* 1. *quæſtiuncula* 3. Verum *Caietanus, & Durand. cit. à Layman ſimul cum Magiſtro ſent. in* 4. *diſt.* 24. & alijs apud *Vaſquez citatum ab eodem Layman:* exiſtimant ſubdiaconatum eſſe ab Eccleſia inſtitutum, ideoque ſacramentum non eſſe, ſed ſacramentale quoddam, idemque multò magis ſentiunt de minoribus ordinibus; quam ſententiam, quoad minores ordines ait eſſe probabiliſſimam *Sanchez lib.* 7. *de matrim diſp.* 31. *num* 11. Sed de ſubdiaconatu, cenſeo ſequendam eſſe communiorem ſententiam. *Layman.* *D. Thom.* *Caietan.* *Duran.* *Layman.* *Magiſter* *Vaſq.* *Sanchez.*

DICES II.

Si ordinatio Diaconi ſacramentum eſt, & quidem diſtinctum ab ordinatione Sacerdotis, & in opinione aliorum Doctorum etiam ſubdiaconatus, & alij quatuor minores ordines ſunt ſacramenta, ſequitur, quod ſacramentum ordinis nō ſit vnum, ſed multiplex.

RESpondetur, eſſe vnum ſacramentum, quia omnes ordines referuntur ad eundem finem principalem, videlicet ad conficiendum corpus Chriſti, & omnes tendunt ad ſacerdotium, vt rectè docet *Henriq. lib.* 10. *cap.* 4 *num.* 1. *Henriq.*

QVÆ-

QVÆSTIO V.

Quæ ſit materia, & forma ſingulorum ordinum: & quando imprimatur character.

REſpondetur, materiam ſingulorũ ordinum eſſe traditionem inſtrumentorum, quibus ſignificatur poteſtas, quæ ſingulis traditur; formam verò eſſe verba, quæ in traditione eiuſmodi materiæ proferantur in ordinatione à miniſtro: quæ habentur in Pontificali. Et vt veniam ad particulares materias, Oſtiario confertur ordo, & imprimitur character in traditione Clauium Eccleſiæ: Lectori in traditione libri, in quo continentur ſacræ lectiones, & præſertim Prophætarum. Exorciſtæ in traditione libri Exorciſmorum; Acolytho in traditione vrceoli, & candelabri cum cereo; ſi autem ſeorſum ei tradantur, imprimitur character in traditione vrceoli vacui, vt docet *D. Thom. in addit. q. 37. art. 3.* quem ſequitur *Sylu. verb. ordo, 2. q. 4. §. 2.* Subdiacono imprimitur character per traditionem calicis vacui, cum patena vacua ſuperpoſita, & per traditionem libri Epiſtolarum; Diacono per traditionem libri Euangeliorum, & per manuum impoſitionem, cum diſtincta forma verborum. Presbytero autem confertur per calicis cum vino, & patenę cum pane porrectionem, cum hac forma: *Accipe poteſtatem offerendi ſacrificium in Eccleſia pro viuis, & mortuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* Poteſtas verò abſoluendi à peccatis confertur per manus impoſitionem, cum hac forma: *Accipe Spiritum ſanctum: quorum remiſeris peccata remittentur eis: & quorum retinueris, retenta erunt;* & ſic de aliorum ordinum formis, vt in Pontificali, vt rectè docet *Martin. Forna. de ordin. cap. 2.*

Pōtificali

D. Thom.
Sylueſter

Martin.
Fornar.

Denique Epiſcopus conſecratur per manus impoſitionem, & per traditionem libri Euangeliorum, & ſecundũ aliquos, per vnctionem capitis ex chriſmate; vel per hæc omnia ſimul; ita tamen, vt in prima cæremonia imprimatur character Epiſcopalis, & per alias perficiatur, & extẽdatur, vt patet ex *Bellarm. de ordin. cap. 9.*

Bellarm.

Ad conſecrationem verò Epiſcopi tres Epiſcopi requiruntur, ſicut habetur apud *Anacletum epiſt. 2. Concil. Carthag. 4. ca. 2. c. ne Epiſcopi, de temp. ordin.* An verò ſit de ſubſtantia ordinationis non conſentiunt Doctores, ſed probabilius eſt per diſpenſationem, vel commiſſionem Summi Pontificis fieri poſſe, vt vnus Epiſcopus alium ordinet, vt colligitur ex *Clem. lib. 8. conſtit. cap. 27.* & docet *Bellarm. de notis Eccleſ. lib. 4. cap. 8.* & alij Doctores.

Anacle.
Concil.
Cartha.

Clemen.
Bellar.

Pro complemento quæſtionis 4. fient aliquæ petitiones ſcitu dignæ, ex quarum reſponſionibus ſcientur multa.

PETES I.

An Chriſtus Dominus inſtituerit omnes materias ordinum.

Bellar.

REſpondetur, ex *Bellarm. de ſacram. ordin. cap. 9 in fi.* affirmatiuè. Hęc ſunt formalia verba Bellarmini. [Credibile eſſe Dominum inſtituiſſe omnes materias ordinum, non quidem in particulari, ſed generatim, monẽdo Apoſtolos, vt ordines conferrent per traditionem inſtrumentorum, quibus ſignificaretur eorum poteſtas.]

PETES II.

An Chriſtus Dominus contulerit ſacerdotium Apoſtolis per impoſitionem manuum ſicut nunc confertur ab Epiſcopis.

REſpondetur, hoc non reperiri ſcriptum, nempè Chriſtum contuliſſe Apoſtolis ſacerdotium per impoſitionem manuum: ſed neque ſcriptũ eſſe contrarium. Neque mirum hoc eſſe debet, quãdoquidem multa fecit Dominus, quæ ſcripta non ſunt. Et quamuis conſtaret Dominum contuliſſe ordinationem Apoſtolis ſine impoſitione manuum, nihilominus non ſequitur, impoſitionem manuũ non eſſe neceſſariam ad conferẽdum ſacerdotium; Nam Dominus, qui ſacramentis alligatus non erat, poterat Apoſtolis dare effectum ſacramenti ſine ſacramento, id eſt ordinare Presbyteros, & Epiſcopos ſine manuum impoſitione; ſicut eoſdem Apoſtolos

Digitized by Google

ſine ſacramento confirmauit: & Magdalenam ſine ſacramento abſoluit, vt benè notat *Bellarm. de ſacram. ord. cap. 2. in fine.* Et ratio eſſe poteſt, quia Chriſtus Dominus erat inſtrumentũ coniunctum diuinitati ſecundum humanitatem, ac proindè habebat poteſtatem excellentiæ, & conſequenter poterat operari effectũ omnium ſacramentorum ad libitum ſuæ voluntatis, ſine exteriori ſacramento.

Bellarm.

PETES III.

An contactus materiæ in ordinatione ſit de eſſentia ſacramenti.

RESpondetur affirmatiuè, ſecũdùm communem ſententiam Theologorum, teſte *Fornario de ordin. cap. 2. num. 4.* ſed *Caiet. ve b. ordinandi*, ait contactum, non eſſe de eſſentia. Verùm neceſſe non eſt, vt contactus ſint ſimul matematicè, & prolatio formę, ſed ſatis eſt, vt ſint ſimul moraliter. Ita *Henriquez lib. 10. cap. 10.* & alij inſignes Doctores. Sed

Fornar. Caiet.

Henriq.

Notandum eſt, in ordinatione Presbyteri eſſe neceſſarium tangere patenã cum hoſtia, ſecundum vſum Eccleſiæ, vt habetur in Pontificali: & hoc tutius eſt, licèt aliqui dicant ſufficere contactum moralem: qui enim tangit vas, videtur etiam tangere materiam contentam.

Notandum denique eſt, quòd ſi in ordinatione vnius Epiſcopus profert formam, & alius tradit materiam, nõ valet, ſed idem Epiſcopus vtrumque præſtare debet Ita *Suar. tom. 5. 3. par. diſp 42. ſect. 3. num 12.* qui addit, ſic ordinatum, non eſſe irregularem, contra Simonem Maiolum. Ratio eſt, quia re vera nullum ordinem accepit. Notat verò idem *Suar. loc. cit.* licèt ſit de ſubſtantia ordinationis, vt ordinans proferat formam, & tradat materiam, etiam in minoribus ordinibus, & in maioribus: non eſt tamen ſemper neceſſarium, vt Epiſcopus per ſe immediatè tradat materiam, vt de Acolythis ſignificatur in *c. Acolythus diſt. 23.* & fatetur *D. Tho. in 4 diſt. 13 q 1. art. 2 ad 2.*

Suarez.

Suarez.

D. Thom.

PETES IV.

An cum multi ſimul ordinantur, & Epiſcopus ſemel prolata forma in plurali, tradit deinde materiam tangendam, ſed non omnes ſimul tangunt illam, ſed bini, vel terni, & ſic deinceps, interiecto aliquo ſpatio temporis, valida ſiat ordinatio.

RESpondetur eſſe validam ordinationem, quia moraliter materia, & forma cenſentur eſſe ſimul; & ita fuit decisum Romę in quadam Congregatione, teſte *Fornario de ordin. cap. 2. num. 5.* Verùm ſeruanda eſt Rubrica Pontificalis & conſuetudo, vt ſcilicet cum traditione materiæ ſtatim proferantur verba formæ ijs ſolùm qui tangunt, & deinceps alijs eodem modo, ac ratione.

Fornar.

PETES V.

An calix, qui porrigitur in ordinatione ſubdiacono, & presbytero, debeat eſſe conſecratus.

RESpondetur, debere eſſe conſecratum, quia ſic eſt in vſu. Ita *Palud. diſt. 24. q. 2.* & alij, teſte *Fornar. de ordi. loc. cit* Scio alios Doctores oppoſitã ſententiam tenere, nempè non eſſe opus, vt calix ſit conſecratus, vt inter alios docet *Henriq. lib. 10. c 5. lit. F. & c. 8. num. 3.*

Palud. Fornar.

Enriq.

PETES VI.

Quid ſit character ordinis?

RESpondetur, ex *Suar. tom. 4. 3 par. q 62. art. 4 diſp. 11. ſect. 2.* characterem eſſe qualitatem ſupernaturalem, realiter ab anima diſtinctam, atque diuinitùs infuſam, vt fusè probat *idem Suar.* qui citat pro ſe Sotum.

Suarez.

Idem Suar.

PETES VII.

In qua ſpecie qualitatis ſit character.

RESpondetur, ex *Suarez loc. cit.* ſed *ſect. 3.* characterem eſſe qualitatẽ, ſeu diſpoſitionem, ſeu habitum difficilè mobilem, cõuenientem ipſi animæ, ac formaliter perficientem illam

Suar.

ſine

Digitized by Google

ſine vllo ordine ad operationes, ſicut pulchritudo, vel ſanitas eſt bona corporis diſpoſitio. Ita ſentit *Alex. Alenſ. 4. par. q. 19. memb. 1. art. 2. & Bonau in 4. diſt. 6. art. 1. quæſt. 1.* Sed aduertendum eſt, quòd iſta qualitas, quam dicit *Suar.* eſſe characterem, eſt habitus fixus, & immobilis, & in rigore phyloſophico non eſt propriè diſpoſitio. *Alexan. Alenſ. Bonac. Suar.*

Neque dicas, habitum præbere facilitatem ad operandum, & conſequenter eſſe operatiuum; Quia falſum eſt, omnes habitus eſſe operatiuos: nam ſanitas dicitur etiam eſſe habitus; & tamen non dicitur eſſe operatiua. Neque dicas, characterem eſſe potētiam phyſicam ſupernaturalem, quia ſaltem in ordinibus minoribus non agnoſcitur talis poteſtas; Nam quãuis vnuſquiſque ordo habeat peculiare munus: non tamen requiritur potentia phyſica ſupernaturalis ad illa exercenda.

SED DICES.

Saltem characterem ordinis ſacerdotalis, & Epiſcopalis eſſe phyſicam potentiam ſupernaturalem, quia verba Sacerdotis concurrunt ad conficiendum ſacramentum, & idem dicitur de poteſtate Epiſcopi quoad ordines conferendos, &c.

Reſpondetur, ex *Suar. loc cit.* ſed *ſect. 3. lit. B. &* C. & primò quoad characterem ſacerdotalem, non eſſe potentiam phyſicam ſupernaturalē, quia medijs verbis Sacerdotis conficitur ſacramentum: quæ verba naturali vi poſſunt dici à Sacerdote. Idem dicitur de Epiſcopo quando confert ordines, & ſacramentum confirmationis; ergo dicendum eſt, characterem eſſe tantùm potentiam moralē, quatenus ad præſentiam verborum, vt ita dicam, ſuppoſitis alijs requiſitis ad hoc, vt conficiatur ſacramentum, concurrit Deus ad tale ſacramentum cōficiendum, quia ſic Deus inſtituit, nempè, vt à Sacerdote inſignito ordine ſacerdotali conficiatur v.g. Euchariſtia. Ex his. *Suar.*

Colligitur clarè, characterem eſſe propriè quoddam ſignaculum, quo aliquid inſignitur, vt ordinatum in aliquem finem; ſicut milites inſigniuntur charactere, quaſi ad militiam deputati; homo autem fidelis ad duo deputatur; primò quidem, & principaliter ad fruitionem gloriæ: & ad hoc inſignitur ſignaculo gratiæ, ſecundùm illud *Ezech. 9. Signa Thau ſuper frontes virorum gementium, & dolentium*; Et *Apoc. 7.* [Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus quoad vſque ſignemus ſeruos Dei noſtri in frontibus eorum.] Secundò, autē deputatur quiſque fidelis ad recipiēdum, vel tradendum alijs ea quæ pertinent ad cultum Dei; & adhoc deputatur propriè character ſacerdotalis. *Ezech. 9. Apoc. 7.*

PETES VIII.

In quo ſubiecto ſit character, nimirum an in ſubſtantia, an in potentia animæ, ſcilicet in intellectu, an in voluntate.

Reſpondetur primò, certum eſſe apud omnes Theologos, teſte *Suar tom. 3. 3. par. q 63. diſp. 11. ſect. 4.* characterem imprimi in anima, & eſſe ſignaculum ſpirituale; & quia eſt qualitas ſpiritualis, oportet vt in ſubiecto ſpirituali inhæreat. *Suar.*

Reſpondetur ſecundò, ex *Alex. Alen. 4. par. q. 19 memb 3. & Bonau. in 4 diſt. 6. art. 1. q. 3.* characterem eſſe in intellectu, & voluntate. Sed hæc ſententia reiecta eſt ab alijs Doctoribus. Sed *Scot. in 4. diſt. 6. q. 11.* ait eſſe in volūtate; Cuius fundamentum eſt, quia character eſt diſpoſitio ad gratiam; ſed gratia, cum ſit idem cum charitate, eſt in voluntate; ergo, & character. *Alex. Alenſ. Bonau. Scotus.*

Præterea, character eſt ſignum obligationis ad Deum; ſed homo proximè obligatur Deo per actum voluntatis; ergo decet, vt talē ſignum ſit in voluntate. *D. Thom.* verò hic, quem defendunt omnes Thomiſtæ, docet characterem eſſe in intellectu. Et ratio eſt, quia character ordinatur ad actus diuini cultus: ad actum autem immediatè ordinatur potentia animæ, & non eſſentia; ergo character immediatè eſt in potentia, non in anima. Rurſus, actus diuini cultus, ad quem character ordinatur, eſt quędam fidei proteſtatio; ergo oportet, vt character ſit in agnoſcitiua potentia, in qua eſt virtus: hæc autem eſt intellectus: ergo. Sed *Marſylius in 4. q. 4.* *D. Thom. Marſyl. Suar.*

artic.

artic 1. quem ſequitur *Suar tom* 3. 3. *par* q. 66. *diſp.* 11. *ſect.* 4. docet, eſſe immediatè in eſſentia animæ. Ratio ſumi poteſt ex munere, ſeu officio ſigni, quando enim aliquid imprimitur alicui rei, vt ſit ſignum manifeſtans rem illam, vt deſtinatam ad aliquod munus, eamque à cæteris diſtinguens, in illa parte poni debet, quæ notior eſt, & aptior ad notificãdam rem illã, & diſtinctionem eius; ſed ſubſtantia animæ ſecundum ſe notior eſt, & prior quàm potentia; ergo cum hoc ſignum ſit ſpirituale, atque adeo proportionatum ipſis rebus, quatenus ſecundum ſe cognoſcibiles ſunt, poni debet in ea re, quę ſecundum ſe notior eſt; ergo debet poni in ſubſtantia eius.

PETES IX.

An Chriſtus, cum ſit ſummus Sacerdos, ſit inſignitus charactere ſacerdotali.

Suar. RESpondetur ex *D. Tho. cit. à Suar. loc cit.* negatiuè. Ratio verò cur Chriſtus non indiguit charactere, eſt, quia ipſe ratione ſuæ diuinitatis excellentiori modo eſt veluti deſignatus in ſupremum Ducem, Principem, & Sacerdotem, & ideò non indiget charactere, qui eſt veluti quędam participatio ſupremi ſacerdotij Chriſti, & ſupponit imperfectionem in ſubiecto quod afficit, ſcilicet, quòd ſit membrum, miles, aut miniſter alterius ſuperioris capitis. Non negatur verò, quòd Angeli ſint capaces characteris, licèt de facto nullo charactere ſint inſigniti, vt rectè docet *Suar. loc. cit.* Suar.

PETES X.

Vtrum character inſit animæ indelebiliter.

RESpondetur affirmatiuè, vt colligitur clarè ex *Tridentino ſeſſ.* 23. *cap.* 4. his verbis: [Quoniam verò in ſacramento ordinis, ſicut & in Baptiſmo, & Confirmatione character imprimitur, qui nec deleri, nec auferri poteſt, &c.] Ratio aſſignari poteſt, quia character ſacramentalis eſt quędam participatio ſacerdotij Chriſti in fidelibus eius; Sed ſacerdotium Chriſti eſt æternum, ſecundum illud *Pſalmi* 109. *Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech*; ergo etiam debet eſſe æternum ſacerdotiũ in fidelibus Chriſti. Præterea, Anima eſt ſubiectum characteris ſacerdotalis, vel ſecundum ſubſtantiam ſuam, vel ſecundum partem intellectiuam, ſecundum varias Doctorum ſententias; ſed anima, vel intellectus eſt perpetuus, & incorruptibilis; ergo etiam debet eſſe character perpetuus, & incorruptibilis qui ſubiectatur in anima, vel in intellectu. (Concil. Trid.; Pſalm.)

Neque dicas, ergo idem dicendum eſt de omnibus alijs qualitatibus ſpiritualibus, quæ inſunt animæ, vt eſt fides, ſpes, & charitas; nam eſt diuerſa ratio; quia hæ poſſunt deſtrui per actum contrarium; at character cum ſit quædam virtus inſtrumentalis dicit ordinem, ad principale agens, ſed principale agens eſt Chriſtus, vt patet in omnibus ſacramentis, & eſt æternus; ergo etiam debet eſſe æterna virtus eius inſtrumentalis.

PETES XI.

Vtrum Chriſtus ſecundum quod homo, habuerit poteſtatem operandi interiorem effectum ſacramentorum.

RESpondetur, ex *D. Thom.* 3. *par.* q. 64. *art.* 3. interiorem ſacramentorum effectum operari Chriſtum, & ſecundum quod eſt Deus & ſecundũ quod eſt homo. Nam ſecundũ quod eſt Deus operatur in ſacramentis per auctoritatem: ſecundum autem quod eſt homo operatur ad interiores effectus ſacramentorum meritoriè, & efficienter, ſed inſtrumentaliter; quãdoquidem Paſſio Chriſti, quæ competit ei ſecundum humanam naturam, cauſa eſt noſtræ iuſtificationis, & meritoriè, & effectiuè, non quidem per modum principalis agentis ſiuè per auctoritatem, ſed per modum inſtrumenti, in quantum humanitas eſt inſtrumentum diuinitatis eius: ſed tamen quia eſt inſtrumentum coniunctum diuinitati in Perſona, habet quandam principalitatem, & cauſalitatem reſpectu inſtrumentorũ extrinſecorum, qui ſunt miniſtri Eccleſiæ; & ideò ſicut Chriſtus, in quãtum Deus, habet poteſtatem auctoritatis in ſacramentis: ita inquantum D. Thom.

homo,

Digitized by Google

homo, habet poteſtatem miniſterij principalis, ſiuè poteſtatem excellētiæ, quę quidem conſiſtit in quatuor. Primò quidem in hoc, quod meritū, & virtus paſſionis eius operatur in sacramentis: & quia virtus Paſſionis copulatur nobis per fidem, ſecundū illud *Rom*. 3. Quem propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius; quam fidem per inuocationē nominis Chriſti proteſtamur; ideò ſecundò ad poteſtatem excellentiæ, quam Chriſtus habet in ſacramentis, pertinet, quòd in eius nomine ſacramenta ſanctificantur; & quia ex eius inſtitutione ſacramenta virtutem obtinent inde eſt, quod tertiò ad excellentiam poteſtatis Chriſti pertinet, quod ipſe, qui dedit virtutem ſacramentis potuit inſtituere ſacramēta; quia cauſa non dependet ab effectu, ſed potius è conuerſo, quartò ad excellentiam poteſtatis Chriſti pertinet, quod ipſe potuit effectum ſacramentorum ſine exteriori ſacramento conferre. Rom 3.

PETES XII.

Vtrum Chriſtus poteſtatem ſuam, quam habuit in ſacramentis potuerit miniſtris communicare.

D. Thom. RESpondetur, ex *D. Thom*. 3 *par. q*. 64 *art*. 4. poteſtatem per auctoritatem, quam habet Chriſtus in ſacramentis in quantum eſt Deus, nulli creaturæ potuit communicare: poteſtatem verò excellentiæ, quam habet Chriſtus inquantum eſt homo, illam potuit Chriſtus miniſtris communicare, dando ſcilicet eis tantam gratiæ plenitudinem, vt eorum meritum operaretur ad ſacramentorum effectus, vt ad inuocationem nominum ipſorum ſanctificarentur ſacramenmenta, & vt ipſi poſſent ſacramenta inſtituere, & ſine ritu ſacramentorū, effectum ſacramentorum conferre, ſolo imperio. Poteſt enim inſtrumētum coniunctum, quantò fuerit fortius, tantò magis virtutem ſuam inſtrumento ſeparato tribuere, ſicut manus baculo; de facto verò eiuſmodi poteſtatem non communicauit Miniſtris Eccleſia propter vtilitatem fidelium, ne in hominem ſpem ponerent, & ne eſſent diuerſa ſacramenta. ex quibus diuiſio in Eccleſia oriretur, ſicut apud illos, qui dicebant. [Ego ſum Pauli: ego autem Apollo: ego verò Cephæ; vt dicitur 1. *Corinth*. 1. 1. *Cor*. 1.

QVÆSTIO VI.

De ſuſcipientibus ordinem.

PETES I.

An ſint capaces ordinum fœmina, hermaphroditus, & maſculus non baptizatus, aut non confirmatus, vel non initiatus prima tonſura.

RESpondetur primò; fœminam non eſſe ſubiectum capax ordinationis; ſed ſolùm maſculum baptizatū. Eſt de fide teſte *Layman. de ordin. tract*. 9. *cap*. 6. *num*. 1. & colligitur ex *D. Thom. in* 4. *diſt* 25. *q*. 2. *art*. 1. & *Bonau. art*. 2. *q*. 1. & hoc patet ex diuina inſtitutione; vt habetur ex *Paul*. 1 *ad Corinth*. 14. [Mulieres in Eccleſijs taceant; non enim permittitur eis loqui; ſed ſubditas eſſe; ſicut lex dicit,] & infra; [Si quid autem volunt diſcere. domi viros ſuos interrogēt; turpe enim eſt mulieri loqui in Eccleſia.] Layma. D. Tho. Bonau. 1. Corin. 14.

HINC

COlligit rectè *Vaſquez diſp*. 245 *c*. 2. non poſſe à Summo Pontifice conſtitui; vt mulier validè prima tonſura initietur; licet prima tonſura ſacramentum non ſit; ſed ſacramentale; ab Eccleſia inſtitutum Ratio eſt; quia prima tonſura eſt deputatio perſonæ ad eum ſtatum, ex quoad Eccleſiaſticos ordines, & gradus aſcendere poſſit: ſed mulier ex diuina inſtitutione eſt incapax huius aſcenſus: ergo. Vaſq.

Reſpondetur ſecundò, ex communi ſētentia Doctorum, teſte *Fornario de ordine, cap*. 3. *num*. 1. hermaphroditū nō eſſe capacem ordinis; niſi vigeat in eo virilis ſexus. Ita ſentit etiam *Tolet. lib*. 1. *c*. 58 *nu*. 5. vbi addit quòd licèt eiuſmodi hermaphroditus non ſit irregularis; nempè quando in eo viget virilis ſexus: nihilominus; quādo vitium eſſet notorium; non eſſet promouendus ad ordines propter ſcan- Fornar. Toletus.

Digitized by Google

Turrecr. Hugo. Toletus.

ſcandalum populi. Ita tenent *Turrecrem.* & *Hugo* citati ab eodem *Tolet.loc.cit.*

Reſpondetur tertiò; maſculū non baptizatum non eſſe capacem ordinis; quia ſacramētum Baptiſmi eſt ianua omnium ſacramentorum; vt patet ex *cap.veniens; de presbyt non baptiz.* *c. veniēs.*

Reſpondetur quartò; Baptizatum: & nō confirmatum eſſe capacem ſacramēti ordinis. Ratio eſt, quia ſacramentum confirmationis non eſt de eſſentia. vt præcedat ſacramentum ordinis. ſed tantum eſt de præcepto. Sed *Henriq.lib.10.cap.14. num.2.* requirit ſacramentum Confirmationis in ordinando tantùm ex congruitate. *Zambranus* verò, *Molfeſius*, & *Reginaldus*, citati à *Diana tom 2. tract.4 de ſacram. reſol.24.* apertè dicunt non eſſe peccatum mortale ſuſcipere ſacramentum ordinis abſque præuia receptione ſacramenti Confirmationis; itaque tantùm erit peccatum veniale. *Henriq. Zambra. Molſeſ. Reginal. Diana.*

Reſpondetur quintò, qui non eſt initiatus prima tonſura, eſt capax ordinis, ſed peccat recipiendo ordines, & eſt ſuſpenſus. Ita tenet *Sacra Congregatio ſeſſ.23.cap.14. de reform.* *Sac. Cōg.*

PETES II.

Quanam ſit ætas legitima ad ſuſcipiendos ordines.

Reſpōdetur ad primam tonſuram, & ordines minores requiri ſaltē ſeptem annos completos: ad ſubdiaconatum viginti duos inchoatos: ad diaconatum viginti tres annos inchoatos: ad Presbyteratum vigintiquinque annos inchoatos. Vnum aduertit *Bonac de ſacram. ordin.diſp.8.q. vnic pun.6 num.12.* quod iſti anni inchoati ad ſuſcipiendum ſubdiaconatum, diaconatum, & Presbyteratum, ſufficit, vt ſint inchoati etiam per medium diem. Itaque ad ſuſcipiendum ordinem ſubdiaconatus ſufficit annus vigeſimusprimus, & vnus dies. Ad ſuſcipiendum diaconatum ſatis ſunt viginti duo anni, & vnus dies. Ad ſuſcipiendum denique Presbyteratum ſufficiunt vigintiquatuor anni, & vnus dies, vt colligitur ex *Bulla Pij II. & cap.nullus, de temp.ordin.* *Bonacin. in punt.* *Bulla Pij II.*

PETES III.

Qua ætas ſit ſatis adhoc, vt aliquis poſſit eſſe Epiſcopus.

Reſpondetur eſſe opus, vt quis ſit ætatis triginta annorum completorum, vt patet ex *c.cum in cunctis de elect.*

PETES IV.

An ſi infans, qui caret vſu rationis, initietur ordinibus, etiam ſacerdotio, ſuſcipiat characterem ordinis.

Reſpondetur, ex communi ſententia Doctorum, teſte *Fornar.de ordin.cap 4.num.3* affirmatiuè. Verùm huiuſmodi infans, ordine ſacro initiatus, ad votum caſtitatis non tenetur, niſi poſt quartum decimum annum ratificet, cognita voti obligatione. *Fornar.*

Aduertunt præterea Doctores, in adulto, cum ordinatur, requiri intentionem: quare ſi quis inuitus ordinetur, non recipit characterem, ſi autem metu coactus, etiam graui, habuit aliquis voluntatem accipiendi ordinē, accipit cum ordine, ſeù characterem executionem illius. At verò ordinatus metu iniuſto, qui cadit in virum conſtantem, ſi nolit vti ordine ſacro, non prohibetur vxorem ducere, iuxtà communem ſententiam Doctorum, teſte *Fornar.loco ſupra cit.* quam ſequitur *Henriq. lib.10 cap.14.nu.3.* *Fornar. Henriq.*

PETES V.

Quibus prohibitum ſit ordines ſuſcipere.

Reſpondetur primò, Bigamis eſſe prohibitum ſuſcipere ordines abſque diſpenſatione Papæ; & eiuſmodi prohibitio nedum intelligitur reſpectu eorum, qui veram bigamiā incurrerunt: ſed etiam reſpectu eorum, qui in bigamiam interpretatiuam, & ſimilitudinariam inciderunt. Dicitur vera bigamia quandoquis duas vxores legitimè duxit, & cognouit carnaliter, ſiuè duxerit ante baptiſmum, ſiuè poſt baptiſmum, vt colligitur ex *cap. acutius, diſt. 26.* & eſt communis ſententia Doctorum. *c. acutius.*

Di-

Digitized by Google

Dicitur interpretatiua quandoquis re vera non contraxit cum duabus: vt ſi quis coniugatus de nouo contrahit cum alia, & cum ea copulam habet; Vel quando vnam vxorem legitimam habuit, & poſtea aliam inualidè duxit cum impedimento dirimẽte, vt patet ex *cap. nuper, de bigam.* tunc enim ſi cum ea copulam conſumet, fit bigamus non realiter, ſed interpretatiuè; quia præſumitur bis contraxiſſe matrimonium, ob affectum, & intentionem contrahendi cũ duabus, copula ſubſecuta animo maritali. Dico, Animo maritali; quia qui vnum matrimonium contrahit cum ficto conſenſu, vt extorqueat copulã, non dicitur bigamus in foro conſcientiæ, vt *Griſald. Viuald. & Henriquez* citati à *Suar. diſp. 49. tom. de cenſur. ſect. 2.* affirmant. Quia non habẽt maritalem affectum, qui requiritur ad bigamiam. Et ob eandem rationem non dicitur bigamus vir coniugatus qui adulteratur cum alijs.

Griſald. Viuald. Henriq. Suar.

Præterea contingit bigamia interpretatiua quandoquis contrahit, vel cũ vidua, quæ conſummauerat matrimonium cum priore viro: vel cũ alia, quæ fuerit carnaliter cognita, vt patet ex *cap. maritum, diſt. 23. & cap. curandum, diſt. 24.*

c. maritũ. & c. curandum.

Dixi, cum vidua, quæ conſummauerat matrimonium; quia ducens viduam, non cognitam à priore viro, non eſt bigamus; Sicut neque eſt bigamus ducens fæminam, quæ ab alio ſponſo carnaliter non fuerit cognita, licèt fuerit à ſeipſo cognita ante matrimonium; Tunc enim non ſeparatur caro, eo quòd matrimonium ſubſequens retrotrahatur, & reputetur quaſi factum cum illa ante primam copulam, atque cenſeatur contractũ cum Virgine. Ita *Sayr. lib. 5. de cenſura cap. 4. num. 17. & Bonac. diſp. 7 pun. 5. num. 3.* & eſt communis ſententia Doctorum.

Sayr. Bonac.

Contingit denique bigamia interpretatiua quandoquis contraxit matrimonium cum virgine, eamque cognouit poſtquam ipſa adulterata cum alio: ſiuè volens adulterata fuerit, ſiuè per vim, aut metum, vt patet ex *c. ſi cuius, & cap. ſi laici, diſt 34.* Secus dicendum eſt quandoquis contraxit matrimonium cum virgine, ſed eam non cognouit poſtquã adulterata eſt, vt communiter affirmant Doctores, & præcipuè *Suar. diſp. 49. de cenſur ſect. 3 num 7.*

c. ſi cuius, & ſi laici.

Suarez.

Dicitur Bigamia ſimilitudinaria, quandoquis poſt votum ſolemne caſtitatis emiſſum in profeſſione Religionis, vel in ſuſceptione ſacrorum ordinum, matrimonium celebrat cum aliqua virgine, vel corrupta, eamque carnaliter cognoſcit, vt patet ex *cap. quotquot, diſt. 27. q. 1. & cap. nuper, de bigam.*

c. quotquot, & c. nuper

SED PETES I.

Cur Eccleſia ſtatuerit, illum eſſe bigamum, vel irregularem, qui contraxit cum fœmina ab alio cognita: non verò ſit bigamus, qui contrahit matrimonium cum virgine, licèt ipſe ſæpius fornicatus ſit.

RESpondetur, quia defectus virginitatis in fęmina arguit maiorem defectum, quam in viro. Quapropter, ſi quis contrahit matrimonium cum virgine mima, ideſt publica fabularum actrice, eſt etiam irregularis, vt affirmat *Suar. de cenſur diſp. 49 ſect. 3. Reginald.* & alij citati à *Bonac. diſp. 7. q. 2. pun. 4. num. 7.*

Suar. Reginal. Bonacin.

PETES II.

An incurrat bigamiam, qui cum fæmina corrupta contraxit matrimonium inualidum ob aliquod impedimentum dirimens.

RESpondetur negatiuè, nempè non incurrere bigamiam, & conſequenter non incurrere irregularitatem, Hoc intelligitur, modo cum ea non conſummauerit matrimonium, alioqui dicetur bigamus, atque irregularis. Ita *Henriq. lib. 14. cap. 4. Nauarr cap. 27. num. 195.* & alij inſignes Doctores.

Henriq. Nauarr.

PETES III.

An ad irregularitatem bigamiæ ſufficiat copula nefanda.

RESpondetur negatiuè, quia hæc nõ ſignificat coniunctionem Chriſti cum Eccleſia, vt affirmant communiter Doctorum, teſte *Bonac. loc. cit. num 9.*

Bonac.

PETES IV.

An dicatur bigamus, qui contrahit cum corrupta, quamuis ipſe virginem eſſe credidit.

Respondetur, ex *Sayr. lib.6. cap.4. num.19.* affirmatiuè, dummodò eam poſtea cognoſcat. Sayr.

PETES V.

An dicatur bigamus ille, qui poſt ſeparationem à ſua vxore adultera, reconciliationem cum ea init, eamque poſt reconciliationem, carnaliter cognouit.

Sayr. Respondetur, ex *Sayr. lib.6. cap.4. num.20.* & alijs Doctoribus, eſſe bigamum; ſecus eſt ſi tantùm admitteret vxorem quoad habitationem, nempè non eſſe bigamum.

PETES VI.

An maritus accuſans vxorem de adulterio, & pendente accuſatione, & matrimonio, ita litigioſo, ad mandatum Iudicis ſoluit debitum vxori corruptæ, ſit bigamus, & irregularis.

Respondetur, ex communi ſententia Doctorum, apud *Sayr. lib.6. cap 4 num.10* affirmatiuè, nempè eſſe bigamum, atque irregularem. Sed oppoſitum idem *Sayrus* cenſet eſſe probabile. Sayr. Idem Sayr.

PETES VII.

Vtrum infidelis, qui in infidelitate ſæpius contraxit ſit bigamus, & irregularis.

Respondetur affirmatiuè; Quia bigamia non tollitur per baptiſmũ. Ita communiter affirmant Doctores, teſte *Bonac. loc. cit.* ſed *num. 12.* Bonac.

Neque obſtat quòd infidelis non ſit ſubditus; Quandoquidem hoc reperitur expreſsè in iure.

Verùm per baptiſmum tollitur alia irregularitas, nempè illa quæ prouenit ex homicidio. Vndè ſi infidelis occidit alium iniuſtè, vel iuſtè tempore infidelitatis, non eſt irregularis non ſolum tempore infidelitatis, ſed neque poſt baptiſmum, & conuerſionem ad fidem, vt patet ex *cap. ſi quis viduam, diſt.30. & cap. ſi quis poſt baptiſmum.* c ſi quis.

PETES VIII.

An ſi quis liber ab omni voto, contraxit matrimonium cum fœmina, habente ſolemne votum caſtitatis, ſit irregularis, ſi eam cognoſcat.

Respondetur ſecũdum aliquos Doctores, teſte *Sayr. lib.5. cap.4. num.24.* eſſe irregularem; ſed ipſe oppoſitum tenet cum *Henriq. lib.2. de ſacramento matrim. cap.6. §.10. in fin.* quia hoc non eſt expreſſum in iure. Sayr. Henriq.

PETES IX.

Quas pœnas incurrat bigamus.

Respondetur, ex Doctoribus, citatis à *Sayr. lib.6. cap.5.* multas incurrere pęnas bigamum. Sayr.

Prima eſt, quòd bigamus nudatur omni priuilegio Clericali, vt definit *Gregor. 10. in c. vnic. de bigam. in 6.* ita vt nec *Canonis 17. q.4. cap. ſi quis ſuadente Diabolo*, nec fori priuilegio *cap.2. de for comp lib.6* gaudeat. Vnde talis bigamus vexari poteſt vexationibus in perſona, & rebus, vt patet ex *C. de Epiſcop. & Cleric. l.1. & 2. & l. generali, & c. vlt. de vita, & honeſt. Cleric.* Hanc pęnam intelligunt Doctores de ſolis Clericis, conſtitutis in minoribus, non autem de conſtitutis in ordine ſacro, nec in Religioſo profeſſo, quamuis non ſit inſignitus ordine ſacro: & conſequens percutiens bigamum ſimilitudinarium, hoc eſt profeſſum, vel in ſacris conſtitutum, excommunicationem incurrit: non autem excommunicationem incurreret, qui bigamum in minoribus exiſtentem percuteret. Vnum aduerto, quòd bigamus in ſacris conſtitutus vel religioſus profeſſus, licèt non amittant priuilegium clericale, non tamen admittuntur ad ordines, vel ad executionem ordinis, vt rectè colligit *Sayr. loc. cit. ex cap. vnic. de bigam. lib 6.* Gregor. Concil. Trid. Sayr.

Secunda pęna eſt, quòd huiuſmodi bigami priuantur tonſura Clericali, vt habetur in *d. c. vnic. de bigam. in 6.* vbi ſub pęna excommunicationis ſentẽtiæ

Digitized by Google

tiæ ferendæ prohibentur tonſuram, vel habitum clericalem deferre. Hoc intelligitur de conſtitutis in minoribus, non autem de conſtituto in ordine ſacro, vel religioſo profeſſo. Quòd ſi bigamus intret Religionem, portare poteſt tõſuram monacalem, quæ non eſt via ad ordinem pluſquã conuerſorum: & eum percutiens eſt excommunicatus: & ſe habet ſolùm, vt conuerſus in Religione approbata. Ita *Sayr. loc. cit.* Tertia pœna eſt, quòd prohibentur deferre habitum clericalem præcisè, & quo vtuntur Clerici, actum ſui ordinis, conſecrationis, aut benedictionis facturi, vt ſuperpelliceo, corona, dalmatica. Vnde *Palud. & Gabr. citati à Sayr. loc. cit.* dicunt, quòd nec Epiſtolam legere poſſunt, etiam ſine ſuperpelliceo. *Sayr.* *Palud.* *Gabriel.* *Sayr.*

Quarta eſt, quòd non poſſunt citra diſpenſationem ad aliquem ordinem promoueri, nec corona ipſis dari poteſt *Sayr. loc. cit.* *Sayr.*

Quinta pœna eſt, quòd bigamus non eſt capax beneficij Eccleſiaſtici, nec ſæcularis, nec regularis. Eſt communis ſententia Doctorum, teſte *Sayr. loc. cit.* Præterea additur, nec Clericus, qui contraxit cum vnica, & virgine eſt capax beneficij, & perdit ipſo facto beneficium quamuis non conſummauerit matrimonium. *Sayr.*

Quod procedit.

Primò, etiam ſi non ſit ſecuta copula, vt notant Doctores in *c. 1. de Cler. coniug.*

Secundò, etiam ſi ſit occultum, eum eſſe vxoratum. Ita Doctores apud *Sayr. loc. cit.* *Sayr.*

Tertiò, etiam ſi matrimonium contractum, ob aliquem defectum extrinſecum, veluti conſanguinitatis, aut affinitatis, non valeat. Ita *Panorm. in c. 1. nu. 7. de Cleric. coniug.* & alij apud *Sayr. loc. cit.* *Panorm.* *Sayr.*

Quartò, etiam ſi vxor monaſterium ingredi vellet, etiam antequam eſſet cognita, & fieri religioſa.

Quintò, Clericum, conſtitutum in minoribus, perdere beneficium ipſo facto poſt matrimonium contractum, vt colligitur ex Doctoribus citatis à *Sayr. loc. cit.* Secus eſt ſi huiuſmodi Clericus tantùm contraxit ſponſalia de futuro, nempè non perdere beneficium ipſo facto. Et hoc eſt verum, ait *Nauar. in manual. c. 25. num. 120.* etiam ſi vxor ante conſummatum matrimonium Religionem ingrediatur: & etiam ſi matrimonium ob aliquem defectum extrinſecum, veluti conſanguinitatis, aut affinitatis, non valeret, modo conſenſus interueniat, nimirũ perdere beneficiũ ipſo facto. *Sayr.* *Nauar.*

Sextò, conſtitutum in ſacris, contrahentem matrimonium per verba de præſenti, non perdere beneficium ipſo facto, ſed priuari poteſt per ſententiam. *Sic gloſ. in c. 1. in verb. dimittere, & Nauar. in manual. cap. 25. num. 120.* Ratio cur conſtitutus in ſacris non amittit beneficium ipſo facto contrahens matrimonium, & Clericus perdit beneficium ipſo facto contrahens matrimonium, eſt, quia matrimonium contractum à conſtituto in minoribus tenet, à conſtituto in ſacris, non tenet. *Gloſſ.* *Nauar.*

PETES X.

Quis in bigamia diſpenſet?

Reſpondetur, certũ eſſe apud Theologos, & Canoniſtas, Papam diſpenſare poſſe in omni ſpecie bigamiæ; Quia bigamia eſt tantùm impedimentum contra ius Canonicum, nempè non ſuſcipiendi ordines, & ſuſceptos non exercendi: non autem contra ius naturæ, aut contra ius diuinum, in quo Papa diſpenſare non poteſt. Sed

DIFFICVLTAS EST,

An poſſit Epiſcopus diſpẽſare in bigamia.

Reſpondetur, in bigamia ſimilitudinaria, vt ſi Clericus in ſacris v. g. contraxerat cum virgine, & aliam vxorem ante in habitu laicali, aut in minoribus non habuerit; poteſt Epiſcopus diſpenſare tùm vt in ſuſceptis miniſtret, tùm etiam vt ad vlteriora promoueatur. Ita *Sayr. de cenſ. lib. 6. c. 6. num. 10.* & plerique alij Doctores ab ipſo citati. *Sayr.*

Quoad ordines minores, poſita rationabili cauſa, ſimpliciter poteſt Epiſcopus diſpenſare eum bigamo, vtcunque ſit bigamus. Ita *D. Thom. in addit. 3. par. q. 66. art. 5.* & alij Doctores, teſte *Sayr. loc. cit.* ſed *num. 14.* contrarium *Bonac. diſp. 7. q. 2. pun. 4. num. 13.* *D. Thom.* *Sayr.* *Bonacin.*

kk 2 oppo-

Digitized by Google

oppoſitam tenet, & hæc verba ait [Epiſcopus hoc tempore non videtur poſſe cum bigamis diſpenſare, non ſolum ad ſuſcipiendos ordines ſacros vel ad vſum ſuſceptorum, verum neque ad minores, vel ad primã tonſuram, vel ad beneficium.] & ita declarauit *Sacra Congregatio*, teſte *Garzia 7.p.c.6.num.5.*

Sac.Cong. Garzia.

PETES XI.

An poſſit Epiſcopus diſpenſare in quauis bigamia, quando eſt occulta, & non deducta ad forum contentioſum.

Concil. Triden.

RESpondetur negatiuè, quia *Tridentinum* non conceſſit facultatẽ Epiſcopis diſpenſandi in irregularitatibus prouenientibus ex defectu, ſed in prouenientibus ex proprio delicto occulto, & non deducto ad forum contentioſum. Ita colligitur ex *Nauar. cap 27. num.* 194 & alijs. Et licet *Nauar.* & alij Doctores hoc dicant de illegitimis: tamen eſt eadem ratio de bigamis.

Nauar.

Reſpondetur ſecundò. Illegitimis prohibitum eſſe ſuſcipere ordines abſque diſpenſatione.

PETES I.

Qui dicantur illegitimi.

RESpondetur, ex communi ſententia Doctorum apud *Sayr. lib. 6. cap. 10. num. 6.* Illegitimos filios diuidi in quatuor ſpecies, ſcilicet naturales, nothos, ſpurios, & manſeres. Naturales ſunt, qui ex viro ſoluto, & concubina vnica domi retenta naſcuntur. Verùm ex iure pontificio requiritur adhoc, vt naturalis filius dicatur, quòd natus ſit ex his parentibus, qui tempore conceptionis, vel natiuitatis matrimonium cõtrahere poterant. Nothi dicuntur ij, qui nati ſunt ex viro coniugato, & quacunque alia concubina, aut fœmina ſoluta: Id autem diſcriminis eſt in iure ciuili inter hos duos, quòd naturalis poteſt ſuccedere in bonis paternis ab inteſtato in duabus vncijs, ſi alij filij non exiſtant, nec coniux legitima. Spurij dicuntur illi, qui incertum patrem habent. Differunt tamen à naturalibus filijs, quòd ſpurij propriè dicuntur illi, qui ex his parentibus nati ſunt, qui natiuitatis, vel cõceptionis tempore matrimonium contrahere non poterant. Manſeres denique dicuntur, qui ex viro ſoluto, & meretrice, vel ex alia quacunque fœmina fornicaria naſcuntur.

Sayr.

PETES II.

An illegitimi poſſint fieri legitimi per ſubſequens matrimonium.

RESpondetur, ex *Sayr. lib.6. cap. 6. num. 21.* affirmatiuè: & citat Couarruuiam. Neque obſtat, quòd parentes ſint impares genere, & diuitijs. Nec etiam obſtat ſi matrimoniũ ſit contractum ab infirmo in articulo mortis, vel in ætate decrepita, cum concubina. Ita *Ioan. Andr. in Reg. ſine culpa, de reg. iur. in 6. Panorm. in c.2. num.2. de frigid.* Præterea ſi à principio matrimonium fuit nullum, vel ex defectu conſenſus, vel ex defectu formæ præſcriptæ à *Trid ſeſſ 24 cap.1. de reform.* & interim generetur filius: ſi poſtea conualident matrimonium, vel ex pleno conſenſu adhibito, vel ex integræ formæ præſcriptæ obſeruatione, filius ille legitimus fit. Idem dicendum eſt ſi furioſus contraxit matrimonium, & genuit filium: & poſtea ceſſante furore perſeuerat in conſenſu. Ita *Sayr. lib 6. cap. 10. nu. 2. & Maiol 1. de irregular. c.4. num.19.*

Sayr. Ioannes Andr. Panorm. Concil. Trid. Sayr. Maiol.

Secus dicendum eſt de eo, qui ex coitu inceſtuoſo, puta ex affinitate, vel cõſanguinitate ſcienter genitus eſt, & poſtea Papa diſpenſat, & per illam diſpenſationem parentes matrimonium contrahunt; Nam tunc filius non fit legitimus per ſubſequẽs matrimonium; quia tempore generationis parentes non erant apti ad legitimum matrimonium contrahendũ. Eſt communis ſententia Doctorum apud *Sayr. l. c. cit.* ſed *num.27.*

Sayr.

Sed duo adhuc inquiri poſſunt. Primũ an ſufficiat matrimonium ratum ad legitimandam prolem. Secundum, quodnam tempus generationis conſiderari debeat, vt filius fiat legitimus per ſubſequens matrimonium, tempus ne conceptionis, an tempus natiuitatis.

AD

Digitized by Google

AD PRIMVM.

RESpondetur, ſufficere matrimonium ratum ad legitimandam prolem. Quia matrimonium ratum eſt verè matrimonium: & Canones abſolutè dicunt filium fieri legitimum per ſubſequens matrimonium. Ita *Sayr. loc. cit.* ſed *num.* 28. *Sayr.*

AD SECVNDVM.

Sayr. RESpondetur, ex communi ſententia Doctorum apud *Sayr. loc. cit.* ſed *num.* 29. ſatis eſſe tempus conceptionis, vel natiuitatis, hoc eſt, quòd vel tempore conceptionis, vel natiuitatis prolis parentes ſint habiles ad contrahendum inter ſe matrimonium.

Præterea inquiri poſſunt duo alia. Primum, an ſi filius natus ſit ex fornicatione, & ante matrimonium ſubſequens promoueatur ad ordines, fiat legitimus ſi poſtea parentes contrahant matrimonium. Secundum, an filij nati ex matrimonio nullo ob aliquod impedimentum dirimens, cenſeantur legitimi.

AD PRIMVM.

RESpondetur. Per ſubſequens matrimonium tolli irregularitatem, ex quòd tempore conceptionis erãt habiles ad matrimonium contrahẽdum, & proinde non indiget diſpenſatione, nec ad ordines ſuſcipiendos, nec ad ſuſceptos exercendos, eo ipſo, quòd matrimonium ſubſecutum ſit. Verùm mortaliter peccauit, qui ante legitimationem ſuſcepit ordines ſine diſpenſatione. Ita *Sayr. loc. cit.* ſed *num.* 30 Et hoc eſt verum etiã ſi pluries celebrauerit; nam illegitimus, promotus ad ordinem, ſi celebret, non incurrit nouam irregularitatem; quia hoc non eſt expreſſum iure; nec incurrit ſuſpenſionem. Ita *Maiol cit. à Sayr. l. b. 6. cap.* 10. *num.* 38. qui *Sayrus* eſt eiuſdem ſententiæ. Verùm peccat mortaliter quoties celebrat, vel ordines exercet. *Sayr.* *Sayr.*

AD SECVNDVM.

RESpondetur, eſſe legitimos non ſolum quando vterque cõiux ignorat impedimentum, ſed etiam quando vnus ſcit impedimentum, alter verò ignorat, dummodo contractum ſit matrimonium in facie Eccleſiæ, Quia concurrit bona fides, quam ſuppono ſaltem ex parte vnius coniugis. Quod ſi ambo coniuges ſciebant impedimentum, & ſi contraxerint in facie Eccleſiæ nemine contradicente, proles erit illegitima, vt ait *Sayr. loc. cit. num.* 31. & eſt communis ſententia Doctorum. Itaque duo debent concurrere, adhoc, vt filij orti ex matrimonio nullo cenſeantur legitimi. Primum eſt bona fides ſaltem vnius coniugis: & alterum eſt, vt matrimonium contractum ſit in facie Eccleſiæ.

Ex quo.

Infertur primò, quòd ſi quis, vel quæ poſt habitam notitiam coniugis demortui, ſecundas nuptias, permiſſu Iudicis, adeat, proles ex ſecũdis nuptijs ſuſcepta, etiam viuente priore coniuge, erit legitima, & promoueri poteſt ſine vlla diſpenſatione. Sic affirmant *Maiol. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 8. *&* *Zabar. cit. à Sayro l. b.* 6. *cap.* 10. *nu.* 32. *Maiol.* *Sayr.*

Infertur ſecundò. Si contingat caſus, quòd quis rem habeat cum concubina, cum qua habuit filios, & deinde contrahat coniugium cum alia, mortua vxore, poſſunt fieri legitimi filij orti ex copula fornicaria, per ſubſequens matrimonium, non obſtantibus nuptijs intermedijs, modo tempore natiuitatis, vel conceptionis inter eos potuerit contrahi matrimonium. Ita affirmat communis ſententia Doctorum apud *Sayrus lib.* 6. *c.* 10 *num.* 29. *Sayr.*

Reſpondetur tertiò, qui laborat morbo, vel graui infirmitate, impediente exercitium ordinis, eſt etiam irregularis.

PETES I.

Qui ſunt huiuſmodi morbi, ac infirmitates, quæ reddunt hominem irregularem.

RESpondetur, ex *D. Thom. in* 4. *diſt.* 9 *art* 4. *q.* 3. *ad* 3. *&* 3. *par. q.* 39 *art.* 6. & *Sayr. lib.* 6. *cap.* 9 *num.* 2. morbus, aut infirmitas, quæ producit horrorem deformitatem, ac ſcandalum, impedit promotionem, & executionem ordinis ſuſcepti. Item ſi morbus *S. Thom.* *Sayr.*

indu-

inducit ineptitudinem, vel impoſſibilitatem ad vſum ordinum, tunc eo morbo laborans, naturali iure ad ordines eſt impeditus, quantumuis in iure nihil expreſſum ſit. Si verò infirmitas non inducit notabilem deformitatem, horrorem aut ſcandalũ: tunc promoueri poteſt quis ad ordines: & ſi ordinibus eſt inſignitus, poteſt eos exercere abſque nota irregularitatis. Quæ res arbitrio Epiſcopi tantùm relinquitur, vt iudicet quando deformitas talis ſit, vt promotionem, vel ſuſceptorum ordinum executionem impediat. Leproſus nullo modo ad ordines aſſumi debet, nec quidem, vt inter leproſos celebrare poſſit: ſi autem promotus ſit non debet coram ſanis celebrare; quamuis, ſi non ſit nimia deformitas, poſſit in occulto priuatim celebrare. Coram leproſis autem, qui habere debent propriam Eccleſiam, & presbyteriũ, poteſt publicè celebrare, & miniſtrare eis ſacramenta; niſi fortè tam grãdis lepra foret, vt vel manus, vel labia corroſa eſſent, aut alia membra impedita haberet, per quę celebrare decenter non poſſet, ita vt vltra horrorem, & deformitatem, periculum ſit maximum effuſionis ſanguinis. Eſt communis ſentẽtia Doctorum apud *Sayr. lib 6. cap. 9. num. 4. & 7.* Addit præterea idem *Sayr. loc. cit.* quòd ſi habenti beneficium parochiale, & promoto ad ſacerdotium, talis morbus lepræ contingat, non eſt priuandus beneficio ſuo, ſed interdicenda illi erit omnis adminiſtratio, ſi hæc duo concurrant, ſcandalum populi, & plebis abhominatio; & dari debet ei coadiutor, aſſignata ei congrua ſubſtentatione, vt patet ex *c. de Rectoribus, de Cleric. ægrot.* Aut, ſi opportunius videatur, remoueri poteſt à beneficio, & alius eius loco inſtituẽdus eſt, reſeruata congrua ſubſtentatione leproſo ad victum, & veſtitum. Si autem beneficium ita tenue ſit, vt vtrique non ſufficiat, tunc *Panorm. in c. de Rectoribus, num. 6 de Cleric. ægrot.* ait, [quòd Prælatus infirmus ex æquitate præferendus eſt: & ad prouidendũ coadiutori compelli debent Parochiani.]

Sayr. *Idem Sayr.* *c. de Rect.* *Panorm.*

Ceſſante autem lepra, & ordines ſuſcipere, & ſuſceptos exercere poteſt. Ex dictis verò colligitur, quòd quando morbus, vel infirmitas non producit notabilem deformitatem, horrorem, aut ſcandalum, vel periculum in exercitio ordinis, non inducit irregularitatem.

Quantum ad morbos peculiares videri poteſt *Sayr. loc. cit.* *Sayr.*

PETES II.

An defectus faciei gignat irregularitatem.

Reſpondetur, ſi talis ſit defectus, qui nimium turpem, & deformẽ reddat irregularitatem efficit. Ita *Syln. verb. homicidium, 3. q. 3. verſ 3.* *Sylu.* *Henriq. lib. 14. cap. 8. num. 2.* & alij. Idẽ *Henriq.* dicitur ſi luſcus ſit nimis, nempè eſſe irregularem, ait idem *Henriq. loc. cit.*

Color autem fuſcus, aut niger in vultu: *Idem* & color eorum, qui morbo regio laborant: *Henriq.* qui morbus croceo colore totum corpus, & præcipuè faciem ſuffundit, non facit irregularem. Ita *Maiol. & Vinald.* citati à *Sayro lib. 6. cap. 8. num. 20.* *Maiol. Vinal. Sayr.*

PETES III.

An defectus dentium faciat irregularem?

Reſpondetur negatiuè; Quia dentes in iure non ſunt membra corporis, vt docẽt Doctores apud *Sayr. lib. 6. cap. 8. num. 16.* ac proindè euellentem pugno dentem alterius, non fieri irregularem. *Sayr.*

PETES IV.

An defectus aurium gignat irregularitatem.

Reſpondetur, ſurdus, qui nullo modo audire poteſt, iure Canonico irregularis eſt: ideò nec promouendus eſt: & promotus deijci debet. Surdaſter verò, qui difficulter audit, non eſt irregularis, dummodo vtrãque aurem habeat, vt docet communis ſententia Doctorum apud *Sayr. loc. cit.* ſed *num* 17. *Sayr.* Qui verò vtraque aure priuatus eſt, vel vna tantùm, aut parte notabili auriculæ, irregularis eſt, quia eſt membro corporis diminutus. Hoc intelligitur quando eam amiſerit dando operam rei illicitæ

in

in duello, aut ſponte ſibi eam præciderit, aut in pœnam culpæ illa priuatus ſit. Secus eſt dicendum eſt ſi quis per vim priuatus ſit auribus, vel vna auricula ab hoſtibus, nam tunc excuſatur ab irregularitate, vt docēt *Henriq. Maiolus, & Viuald.* cit. à *Sayro loc. cit.* ſed *num.* 17.

Henriq. Maiol. Viuald. Sayr.

PETES V.

An carentia alicuius membri occulti, ſi propria culpa contingat, inducat irregularitatem, quamuis ea membri priuatio non impediat vſum ordinis, neq; notabilem afferat deformitatem.

RESpondetur affirmatiuè, nempè inducere irregularitatem, vt patet ex *c. maritum, diſt.* 33 Secus dicendum eſt quando ea membri carentia contingit abſque propria culpa, nec impedit executionem ordinis, neque notabilem deformitatem habet adiuntam, vt patet ex *c qui partem, diſtin.* 53. *ita Nauar. Suar. Sayr. cit. à Bonac. diſp.* 7. *q.* 2. *par.* 2. *num.* 29 *tom.* 1.

Nauarr. Suar. Sayr. Bonac.

HINC

PRimò, ſequitur eum, qui ſibi virilia amputauit, vel permiſit amputari abſque iuſta cauſa irregularem eſſe, & conſequenter non poſſe ordines ſuſcipere, vel ſuſceptus exercere, vt patet ex *c. ſi quis, abſciderit diſp.* 55. Secus dicendum eſt de eo, qui ſibi virilia, aut teſtes amputari permiſit ex iuſta cauſa: hic enim non eſt irregularis, nec tenetur teſtes abſciſſos, vel eorum cineres ſecum deferre, vt falsò putat vulgus, ita *Couarr. in Clem vnica part. num.* 5. *Vgolin. c.* 49. *num.* 5. & alij.

Couarr. Vgolin.

Secundò ſequitur, eum qui per infirmitatem amiſit digitos pedum, aut viriia, aut ea curauit ſibi ob ſanitatem abſcindi non eſſe irrregularem, ſicut neque eſt irregularis qui digitum manus non neceſſarium ad Euchariſtiam eleuandam, vel frangendam, vel ad faciendum ſignum Crucis in infirmitate amiſit, aut paſſus eſt ab inimicis per vim abſcindi facta debita reſiſtentia modo ex ea mutilatione non inducatur notabilis deformitas.

Tertiò ſequitur, illum eſſe irregularem, cui abſciſſa ſunt virilia in pœnam delicti, vt ſi Clerico amputentur virilia à marito adulteræ cum qua turpiter iuuentus eſt: vel ſi amputentur à Iudice: nam eiuſmodi amputatio propria culpa videtur contingere, ita *Vgol n. c.* 51. *num.* 4. *Molin. Nauarr.* & cæteri citati à *Bonac. diſp.* 7. *q.* 2. *p.* 2. *num.* 33. *tom.* 1.

Vgolin. Molin. Nauar. Bonac.

Quartò ſequitur, illum eſſe irregularē, qui ſibi virilia, vel teſtes amputauit, aut permiſit amputari cauſa cantus, vel etiam cauſa caſtitatis: quia eſt etiam illicitum hoc facere propter hunc finem, vt patet ex *c. ſi quis abſciderit, c ſi qui ſe, diſt.* 55.

Quintò ſequitur, illum, qui ſponte ſibi membrum, vel membri partem v.g. digitum, aut partem digiti ex indignatione, vel in patientia abſcidit, eſſe irregularem, etiam ſi ex eiuſmodi abſciſſione non oriatur notabilis deformitas, vel impedimentum ad celebrandum, vt patet ex *c. qui partem* 6. *diſt.* 55. vbi inducta eſt eiuſmodi irregularitas potius ex iniuſta ſeuitia in ſeipſo, ſeu potius ex delicto, quam ex defectu. Verum ad hanc irregularitatem incurrendam requirunt multi Doctores notorietatem abſciſsionis, vt ſcilicet notorium ſit ſibi abſcindiſſe partem membri, vel digiti ex indignatione. ita *Vgolin c.* 51. *nu.* 1. *Nauarr. c.* 27. *num* 196 *Reginald. num.* 47. *Bart. ab Angelo d. alog* 5. §. 158. *Maiolus l. b.* 1. *cap.* 24. & alij apud ipſum, ſed *Suarez de cenſuris diſp.* 51. *ſect.* 2. & alij apud *Garziam de beneſ.* 3. *par. cap.* 12. *num.* 50. volunt non eſſe opus hac notorietate, vt incurratur eiuſmodi irregularitas.

Vgolin. Nauarr. Reginal. Bartol. ab Ang. Maiol. Garzia.

Sextò ſequitur illum non eſſe irregularem, qui ſeipſum ex indignatione vulnerauit, vel dentem ſibi extraxit: quia vulnus nullum inducit corporis defectum, & dens non eſt membrum, aut membri pars, ita *Sayr. lib.* 6. *c.* 7. *num.* 12. & alij graues Doctores.

Sayr.

PETES VI.

An qui caret viſu vnius oculi habet tamen alium oculum integrum, & ſanum, irregularis ſit.

REſpondetur, ex *Nauarr. c.* 27. *num.* 99. *Henriq. lib.* 14. *c.* 8. *nu.* 2. & alijs non eſſe irregularem, modo oculi ſiniſtri

Nauarr. Henriq.

Digitized by Google

niſtri ſit compos: quia hic eſt neceſſarius ad canonem.

PETES VII.

An pertineat ad Summum Pontificem diſpenſare in irregularitate proueniente ex defectu, vel ex deformitate, vel ex infirmitate.

RESpondetur affirmatiuè, vt communiter affirmant Doctores, niſi fortè coniuncta ſint eiuſmodi deformitates cum impedimento iuris naturalis; nam tunc neque Papa poteſt diſpenſare.

Ad Epiſcopum verò pertinet iudicare vtrum defectus, vel deformitas inducat irregularitatem, vt patet ex *cap. 2. de corpore vitiatis.*

PETES VIII.

An Dæmoniacus, & Energamenus ſit irregularis.

Suarez. RESpondetur, ex communi ſententia Doctores apud *Suar. lib. 6. cap. 9. num.* 14. qui ſemel hoc genus vexationis paſſus eſt, ideſt ex dæmonis agitatione in terram illiditur irregularis omninò eſt, & perpetuo à ſumptione ordinum, & executione ſuſceptorum excludit, vt patet ex *c. maritum, & c. Clerici, diſt.* 33. Qui verò poſt promotionem Energamenus factus eſt, ſi perfectè liberatus ſit, poterit Epiſcopus diſpenſare, vt miniſtret in ſuſceptis, vt ait *Sayr. lib 6. c. 9. num.* 14. Qui autem non eſt Energamenus, ſed ſe eſſe ſimulat promoueri non poteſt perinde, ac ſi dæmoniacus eſſet, vt colligitur ex *Synodo Generali Constantinopolitano can* 60. & eſt communis ſententia Doctores. Quantum verò temporis debeat intercedere ad cognoſcendum, an ſit liberatus quis à vexatione Dæmonis, hoc relinquitur arbitrio Epiſcopi, qui penſatis conditionibus morbi, & perſonæ, ac dignitatis, iudicabit an poſſit licitè exercere ordines; verum Epiſcopus in hoc negotio debet ſequi iudicium medicorum, nec opus eſt, vt expectetur annus, vt affirmat communis ſententia Doctores apud *Sayr loc cit.* ſed *num.* 12. Syn. Conſtantin. Sayr.

Sed aduertendum eſt, quod ante promotionem non poteſt Epiſcopus diſpenſare, vt Energamenus, ſeù dæmoniacus ſuſcipiat ordines, ſed ſolus Papa diſpenſare poteſt, quamuis ille liberatus ſit à tali vexatione.

Reſpondetur quarto, Neophitos eſſe irregulares, vt patet ex communi ſententia Doctorum, nè in ſuperbiã elati incidant in laqueum Diaboli, vt habetur ex 1. *ad Timoth.* 3. nimirũ nè putant Neophiti, quod Religio, aut fides Chriſtiana illis indigeat. Et quamuis *D. Paulus* ſolum de Epiſcopo loquatur, tamen in *Concil. Nicæno cap.* 2. æque fit ſermo, ac prohibitio de Epiſcopatu, & Presbyterio, & extenditur etiam ad totum ordinem Clericalem, vt patet ex *Suar. diſp.* 43. *de cenſuris ſect.* 3. *num.* 5. *Tim.* 3. *D. Paul. Ccõ. Nic.* *Suar.*

SED PETES I.

Quis dicatur Neophitus?

RESpondeo, eum dici Neophitum, qui ex lege Iudaica, Maumethica, vel Ethica, nuper conuerſus eſt ad fidem Chriſtianam. Qui verò ab infantia baptiſmum ſuſcepit, non dicitur Neophitus, quamuis deſcendat ab auo, vel patre Neophito, Iudæo, vel Saraceno. Sic nec dicitur ille Neophitus, qui ab hinc decem annis, vel eo amplius baptiſmi ſacramento eſt inſignitus, vt ait *Nauarr. cap.* 27 *num.* 105. ait tamen *Suarez diſp.* 43. *ſect* 3. *num.* 63. in hoc negotio nullam poſſe certam temporis regulam aſsignari ſed prudens iudicium neceſſarium eſſe: quia nec tempus diuturnum ſufficit, ſi alia neceſſaria non concurrant, & tot ſigna fidei, charitatis, doctrinæ, prudentiæ, & aliarum virtutum concurrere poſſunt, vt intra breue tempus poſsit aliquis ordinari. Exiſtimat idem *Suarez loc. cit.* hoc prudens iudiciũ, quoad inferiores Clericos ad Epiſcopum pertinere: nam quoad Epiſcopos proprium eſt Summi Pontificis à quo debent confirmari, hoc iudicare, nempè quod hi ſint idonei ad recipiendum Epiſcopatum. Verum ſi contingeret propter neceſsitatem alicuius Eccleſiæ, & penuriam miniſtrorum expedire aliquem Neophitum, & per ſe, ac abſolutè nõdum ſatis habilem ordinum, ait *Suarez*, Nauarr. Suar. Suarez. Suar.

non

non poſſe hunc arbitrio Epiſcopi ad ordines admitti, nec etiam ad ordines minores, ſed neceſſariam eſſe diſpenſationem Summi Pontificis: quia illa non eſt declaratio finitæ irregularitatis, ſed diſpenſatio in illa; quam diſpenſationem nullus præter Papam concedere poteſt.

Reſpondetur ſecundò, ex infamia oriri irregularitatem, ſiuè ſit infamia iuris, ſiuè facti.

SED PETES I.

Quid ſit infamia iuris.

RESpondetur, infamiam iuris contingere, quando committitur delictum, cui impoſita eſt pęna infamiæ à iure Canonico, vel Ciuili, vt eſt apoſtaſia à fide, raptus mulierum, periurium in iudicio, ſimonia, ſodomia, hæreſis, eiuſque fauor, crimen Læſæ Maieſtatis, perſecutio hoſtilis, crimē, quo vſuræ vſurarum exiguntur, duellum, pugna publica cum feris, matrimonium actuale cum duabus, lenocinium, proſtitutio propriæ perſonę, vel neptis, matrimonium cum meretrice, vel repudiata, vt patet ex *c. ſi quis viduam, diſt. 34 & c. infames, 17. q. 1.* Verum tamen eſt, ad incurrendā eiuſmodi infamiam iuris requiri, vt factum ſit notorium maiori parti viciniæ, vel Collegij, vel loci, in quo quis degit. vt colligitur ex *Suarez diſp. 48. ſect. 1. num. 20. Nauarr. cap. 27. num.* 148. & eſt communis ſententia *DD.* Aduertit tamen *Henriquez lib. 13. cap. 36.* propter vllum crimen occultum, præter homicidium, quemlibet fieri irregularem: quia nullum delictum occultum inducit infamiā iuris, vel facti; hoc etiam probatur ex *c. fin. eodem titulo*; vbi dicitur; quòd propter grauiſsima crimina; vt adulterium: periurium; &c. excepto homicidio; non debet quis poſt pænitentiam ab vſu; vel ſuſceptione ordinum impediri; niſi in iudicio comprobata; vel aliàs notoria fuerit; ita *Henriq. idem lib. 14. c. 5. num. 1. lit. F. Auila de cenſur. par. 7. diſp. 4. dub. 7. concluſ. 7.* & alij teſte *Barboſa: in collect. tom. 2. lib. 5. tit. 31. c. 4. nu. 5.* & alij DD. citati à *doctiſſimo Diana tom. 1. tract. 3. Miſcell. reſol. 69.*

Suar. Nauarr. Henriq.

Enrique. Auila. Barboſa.

Diana.

PETES II.

Quid ſit infamia facti.

RESpondetur; infamiam facti dici illam: quæ oritur ex delicto; quod infame cenſetur apud graues: & honeſtos viros: quod delictum debet eſſe publicum: ſeù notum maiori parti viciniæ: vt communiter affirmant Doctores. Sed

Aduertendum eſt; quod infamia facti facit hominem irregularem ad recipiendos ordines quamdiù delinquēs non fuerit emendatus: nam per emēdationem aufertur infamia facti: & irregularitas ex ea conſurgens: quia res per quas cauſas naſcitur: per eaſdem diſſoluitur. Ita *Nauarr. cap. 27. num.* 104. & *Suarez de cenſuris diſp.* 48 *ſect. 2. num.* 8. Dixi ad recipiendos ordines: quia infamia ipſa præcisè non impedit exercitium ordinum ſuſceptorum, niſi ſit homicidium, mutilatio: &c.

Nauarr. Suarez.

Prædictis addendum eſt: non ſolum per infamiam iuris induci irregularitatem: verùm etiam per ignominioſam profeſsionem alicuius artis: quę reddit hominem vilem: & indignum: qualis eſt ars hiſtrionis: gladiatoris; cytharedi: macellarij: tabernarij, aleatoris, &c. vt patet ex communi ſententia Doctorum apud *Bonacin. diſp. 7. q. 39. tom. 1. fol. mihi* 160.

Bonacin.

Additur denique filium Proditoris Principis eſſe infamem, & conſequēter irregularem, vt patet ex *l. quiſquis, C. ad leg. Iul. Maieſt.* & etiam eſſe irregularem filium eius, qui violentas in Cardinalem manus iniecit.

PETES III.

A quo auferri poſſit infamia iuris Canonici, & Ciuilis.

RESpondetur, à Summo Pontifice poteſt auferri infamia iuris Canonici: & infamia iuris Ciuilis, à Principe, qui eam tulit. vt patet ex *Bonac. loc. cit.* ſed *num. 6.* Neque dicas, laicum poſſe diſpenſare in irregularitate, & impedimento Canonico, cum poſsit infamiam iuris Ciuilis auferre: quia non diſpenſat directè: ſed tātum indirectè: quatenus aufert

Bonac.

infamiam. qua ſublata. tollitur irregularitas. quod nullum abſurdum eſt. vt benè notat *Suarez diſp.38.ſect. 2.num.9 tract.de cenſuris*. Suar.

PETES IV.

An infamis in vno loco remaneat infamis in omni loco: ita vt recipere non poſſit ordines in vllo loco antequam deleta fuerit infamia.

Reſpondetur affirmatiuè, vt ait *Vgol. c.60. & Bonac. loc.* alioqui fruſtaretur finis legum. Vgol. Bonacin.

QVÆSTIO VI.

De potentibus conferre ordines.

PETES I.

An ſolus Epiſcopus poſſit conferre ordines.

Reſpondetur primò, miniſtrum ordinarium ordinis eſſe Epiſcopu. vt patet ex *Tridentino ſeſſ.23. can. 7.* & eſt communis ſententia DD.Catholicorum. vt patet ex *Sylu. verbo ordo 3.& Henriq lib.10 cap.23.* Concil. Trid. Sylu. Henriq.

Reſpondetur ſecundò. ex commiſsione Papæ poſſe ſimplicem Sacerdotem omnes minores ordines conferre, eſt communis *DD.* ſententia teſte *Fornario de ordine cap.5.* & etiam ſubdiaconatum poſſe ſimplicem ſacerdotē conferre ex commiſsione Papæ. vt patet ex communi *DD.* ſententia teſte *Henriquez lib.10. c.23.* vbi ait corepiſcopum contuliſſe ſubdiaconatum, & conſtat non fuiſſe Epiſcopū, ſed gerebat vicem Epiſcopi, vt nunc eſt Vicarius Generalis, ait prætera *Henriq.loc cit.* quod olim ſubdiaconatus non numerabatur inter ordines ſacros. notat *Layman.c.9.de ordine*, quod Cardinalibus Presbyteris conceſſa eſt facultas conferendi primam tonſuram, & ordines minores, & eſt communis *DD.* ſententia. Fornar. Henriq. Henriq. Layman.

Reſpondetur tertiò, ordinem Presbyteratus, & Diaconatus non poſſe cōferri à ſimplici Sacerdote ex Papæ commiſsione quia miniſter ordinis eſt determinatus iure diuino eſt cōmunis *DD.*ſententia, teſte *Fornario cap.5.de ordine*. Nec obſtat quod aliquando corepiſcopi conferabant ordines, nam illi erant Epiſcopi, & Coadiutores ordinariorum, alij verò corepiſcopi, qui ſolum erant Sacerdotes ſimplices non conferebant ordines, vt rectè aduertunt *DD.* teſte eodem *Fornario c.5.de ordine*. Fornar. Fornar.

Reſpondetur quartò, Abbatibus iure communi conceditur facultas conferendi primam tonſuram, & ordines minores quoad ſuos ſubditos; eſt communis *DD.* ſententia, teſte *Layman. loc. cit. num.3.* vnde cenſuit *Congregatio Concilij ſeſſ.23 cap.10. de reform.*non poſſe dictos Abbates etiā benedictos, vel habentes facultatem faciendi omnia, quæ facere poſſunt Abbates benedicti, conferre primam tonſuram, & quatuor ordines minores ſæcularibus, etiam ſi habeant litteras dimiſſorias ſuorum ordinariorum, & contra facere nempè Abbates conferre primam tonſuram, & quatuor ordines minores ſæcularibus, licèt malè faciant, tamen tenet ordinatio, vt *Congregatio Concilij ſeſſ. 23.cap.10.* Reſpondit multi aſſerunt Abbates Regulares habentes ius derendi baculum, & mitram, poſtquam ſacerdotalem ordinem, & munus benedictionis ſuſceperint, poſſunt tonſuram, & ordines minores ſæcularibus Epiſcopi iuriſdictioni ſubditis conferre, ſi modo ipſius Epiſcopi conſenſus accedat, & à dicto Epiſcopo pro ſe quiſq; litteras dimiſſorias impetrauerit, prout fertur declaraſſe eandem *Congreg. Concilij*. Sed ego non vidi declarationem authenticam. Layman. Congreg. Concil. Congreg. Concil. Congreg. Concil.

Dicunt etiam poſſe dictos Abbates ordines conferre alijs regularibus, qui dimiſſorias ſpeciales ſuorum ſuperiorum, nec non ſpecialem conſenſum Epiſcopi loci habuerint in quo ordines huiuſmodi ſuſcipere cupiūt; tonſuratus verò ab Abbate non benedicto, vel non habente hanc poteſtatem ex priuilegio ſedis Apoſtolicæ debet iterum tonſurari, ita fertur declaraſſe *Congregationem Concilij ſeſſ.23.cap.10.* Sed Concil. Trident.

PETES I.

An Epiſcopus hæreticus, nominatim excommunicatus, & degradatus validè ordines conferat.

Reſpondetur, ex *D.Thom. & Bonauent* & alijs *cit.à Layman de ordine cap.9.* D.Thom. Layman.

cap 9. validè ordines conferre; verùm taliter ordinatus nimirum ab hæretico *Epiſcopo*, vel nominatim excõmunicato, vel degradato, in ordine ſuo miniſtrare non permittitur.

PETES II.

A quo Epiſcopo quis debet ordinari, à loco nimirum originis, vel domicilij, vel beneficij.

14

RESpondetur, ex communi *DD.* sẽtentia teſte *Layman. de ordine c 9. num.* 10. triplicem Epiſcopum licitè poſſe ordines conferre primus eſt *Epiſcopus* originis, ideſt cuius diœceſis oriundus eſt: non tamen ſufficit ad originis domicilium acquirẽdum matrem in itinere, aut alicubi negotij cauſa ad breue tempus moratẽm, peperiſſe, ſi alibi domicilium habuerit, ſicut colligitur ex *l. Ciues*, C. *de incolis lib.* 10. & docet *Abb. in cap. Bertoldus de reſcriptis*, alter eſt Epiſcopus domicilij, ideſt in cuius diœceſi aliquis domicilium fixit animo perpetuo manendi: quo quidem domicilio conſtituto habitationis nõ propterea amittitur domicilium originis cum id immutabile ſit, vt patet ex *l.* 1 *l. municeps*, & *l. vlt. ff. ad municipal.* Porrò ſicut non ſufficit ad acquirẽdum domicilium longò, & continuò tempore habitare, ſi animus reuertẽdi in Patriam interim durauit, ita etiam non requiritur, vt quis diù inhabitet: ſed ſatis eſt ſi animum conſtanter inhabitandi habeat, ſicut conſtat *ex l. ciues*.

Tertius denique *Epiſcopus* eſt beneficij, ideſt in cuius diœceſi aliquis beneficium eccleſiaſticum poſsidet dũmodò requirat reſidentiam, vt communiter affirmant *DD.* teſte *Fornario de ordine c.* 5. *de ordine*; verum ipſe citat alios *DD.* tenentes ſufficere ad capiendos ordines ratione beneficij, quodlibet beneficium ſimplex, & nõ requirens actualem reſidentiam, ita etiam tenet quaranta verbo ordo, & *Bonac. de ordine diſp.* 8, *q. vnica nu.* 14. & *Barboſa de poteſtate Epiſcopi allegat.* 4. *num.* 47. quod poteſt procedere quando beneficium ſimplex eſt ſufficiens ad victum. Vnde ſi quiſquis haberet diuerſa beneficia in varijs diœceſibus ab vnoquoque *Epiſcopo* promoueri poteſt, ita communiter aſſirmat *DD.* cit. à *Barboſa loc. cit. num.* 51.

Notant verò *DD.* teſte *Barboſa de poteſt. Epiſcopi loc. cit.* ſed *num.* 57. quod ſi beneficium obtẽtum fuerit in fraudem non iuuat quoad ſuſceptionem ordinum.

PETES III.

An beneficium tenue ſit ſatis adhoc, vt aliquis non ſubditus efficiatur ſubditus, quoad ad ſuſceptionem ordinis? ſi reſidere tenetur.

RESpondetur affirmatiuè, nempè ſufficere ad ſuſceptionem ordinis, ita *Fornar. cap* 5. *de ordine*, & *Henriq. lib.* 10. *c.* 22. *num.* 1.

PETES IV.

An Epiſcopus poſſit ordinare ſuum familiarem, etiam ſi non ſit ei ſubditus, neque ratione originis, neque domicilij, neque beneficij; abſque dimiſſoria ſui ordinarij.

RESpondetur affirmatiuè, ex *Suarez tom.* 5. 3. *par. diſp.* 31. *ſeſt.* 1. *nu.* 16. Si duo concurrant. Primum, vt per triennium ſecum commoratus fuerat, alterum eſt, vt ſtatim ei beneficiũ vacans conferat iuxta *Trid. ſeſſ.* 23. *c.* 9. *de reform* & eſt communis *DD.* ſententia teſte *Henriq. lib.* 10. *c.* 22. *nu.* 2. & id habere locum nedùm in prima tonſura, ſed etiam in minoribus, & in ſacris ordinibus, vt ait idem *Henriq. loc. cit.* & *Fornar. de ordine c.* 5. Verum addit idem *Fornarius loc cit.* poſſe talem ordinari, etiam ad titulum penſionis, vel ad titulum patrimonij ſufficientis: dummodò id fiat pro Eccleſiæ neceſsitate, vel commoditate, vt patet ex *Trident ſeſſ.* 21. *c.* 2. *de reform.* & adſcribatur ſeruitio Eccleſiæ determinatæ. Sed vnũ aducere quod Epiſcopus titularis non poteſt huiuſmodi familiari conferre ordines, ſed tantum hoc poteſt facere Epiſcopus ordinarius, ita *Suarez loc. cit.*

Layman. Abb. Fornar. Ronau. Barboſ. Barboſa. Barboſa. Fornar. Henriq. Suar. Concil. Trid. Henriq. Idem Henriq. Fornar. Idem Fornar. Concil. Trid. Suar.

Digitized by Google

PETES V.

An peccet Epiſcopus conferendo ordines non ſibi ſubdito ſub ſpe ratihabitione proprij Epiſcopi.

Suar.

RESpondetur, ex communi *DD.* ſententia teſte *Suar. loc. cit.* ſed *n.* 16. negatiuè, nempè non peccare, quia illa ratihabitio cenſetur habere vim legitimæ facultatis quod ſumi poteſt ex *cap. vltim. 9. q. 2.* vbi allegatur factum Epiphanij, qui hoc modo ordinauit in diœceſi S. Ioannis Chryſoſtomi abſq; expreſſa eius facultate: quod Sanctus vir facturus non fuiſſet, niſi ſpem ratihabitionis, ſeù conſenſum Chryſoſtomi haberet, & illã ſufficere exiſtimaret.

Suar.

Aduertit verò *Suar. loc. cit.* eiuſmodi ratihabitionem non eſſe facilè, admittendam: ſed vbi tàm perſona ordinantis, quàm ordinati cognita eſt, & extra omnem ſuſpicionem, ob vitę integritatem, ſapientiam, ac prudentiam, quæ maximè expectari debent ex parte ipſius ordinantis; Quod ſi poſtea proprius Epiſcopus nolit ratam habere, poterit forte ſuſpenſionem ferre: ſuſpenſio autem illa, quæ ipſo iure incurritur, non fuit contracta, quia hæc non pendet à futuro euentu; immo etiam ipſa ſuſpenſio ab homine lata, quamuis in foro exteriori timenda ſit, tamen in conſciẽtia non poterit eſſe valida in ratione pœnæ, & cenſuræ, ſi conſtat bona fide proceſſum eſſe, itaut fuerit ſufficiens ad excuſandum à culpa, quamuis in ratione prohibitionis, ſeù denegationis facultatis ad vtendum ordine ſuſcepto, valida eſſe poſſit, quia hæc tunc pendet ex ipſius Epiſcopi voluntate, quam tamen aliqua iuſta ratione fundatam eſſe neceſſe eſt.

PETES VI.

An ordinati ſubdiaconi, vel diaconi à Papa, poſſint ab alio promoueri ad ſuperiores ordines.

Sylu.
Fornar.

RESpondetur negatiuè, ex *Sylu. verbo ordo, & alijs cit. à Fornario c. 4. de ordine num. 5.* nempè non poſſe quemlibet Epiſcopum, præter Papã conferre ordines ſuperiores, abſque licentia Summi Pontificis.

PETES VII.

An character vnius ordinis neceſſariò ſupponat characterem alterius ordinis.

RESpondetur, ex ſententia omnium *DD.* teſte *Sanchez in opuſculo lib. 7 cap. 1. dub. 14. num. 2.* characterem vnius ordinis, non neceſſariò neceſſitate ſacramenti præſupponere characterem alterius, peccare tamen mortaliter, qui per ſaltum promouetur, recipiendo ſcilicet prius ordinem ſuperiorem, quam inferiorem. Sanchez.

Hinc fit, quod Sacerdos, licet alios ordines non ſuſceperit, poteſt omnium ordinum functiones exerceri validè, quia in eo continentur in virtute ſic *Sotus in 4. diſt. 24. q. 1. art. 4.* Sotus.

PETES VIII.

An Capitulum, Sede Vacante, poſſit concedere dimiſſorias ad ſuſcipiendos ordines.

Concil. Trident.

RESpõdetur, ex *Trid. ſeſſ. 7. cap. 10. de reform.* negatiuè nempè nõ poſſe, Capitulum, Sede vacante, infra annũ concedere dimiſſorias ad ordines ſuſcipiendos, modo aliquis occaſione beneficij recepti, ſiuè recipiendi arctatus non fuerit, vnde concurrente tali cauſa poteſt Capitulum concedere literas dimiſſorias, ſeù reuerendas, vt aliqui vocant, ad ordines ſuſcipiendos, & ſi ſine cauſa dicta Capitulum concedit eiuſmodi literas dimiſſorias Capitulum ſubijcit interdicto, & ſic ordinati in minoribus ordinibus conſtituti fuerint, nullo priuilegio præſertim in criminalibus gaudere, in maioribus ſunt ipſo iure ſuſpenſi ab executione ordinum ad beneplacitum futuri Prælati, vt patet ex eodem *Trid. loc. cit.* Concil. Trid.

Aduertunt *Henriq. lib. 13. c. 39. num. 2. & Suarez de cenſuris diſp. 31. ſect. 1. nu. 20.* quod ordinati in minoribus non ſuſpenduntur, ſed priuantur priuilegio clericali, præſertim in criminalibus. Henriq. Suar.

Præterea aduertunt *Nauarr. conſ. 44. de tem. p. ordin. & Tolet. lib. 1. c. 49. num. 2.* quod transacto anno vacationis, ſi durat vacatio poteſt Capitulum, ſeù eius Vicarius concedere dimiſſorias Nauar. Tolet.

ad

Digitized by Google

ad ordines, & licentiam Epiſcopo extraneo, vt poſsit exercere pontificalia in diœceſi.

QVÆSTIO V.

De interſtitijs, circa ordines ſuſcipiendos.

PETES I.

Quæ intercapedo temporis debet intercedere inter ſuſceptionem vnius ordinis ad ſuperiorem ſuſcipiendum.

Reſpõdetur, ex communi *DD.* ſententia teſte *Bonacin. de ordine tom. 1. diſp.* 8. *q. vnica num.* 32. *fol. mihi* 291. interſtitia ſacrorum ordinum nõ eſſe computanda mathematicè, ſed eccleſiaſticè hoc eſt attendendum eſſe curſu quatuor interſtitiorum, non autem tempus duodecim menſium completorum, puta à Quatrageſima ad Quatrageſimam: à Pentecoſte ad Pentecoſtē, &c. quæ aliquando propter varietatem feſtorum mobilium occurrunt priuſquam duodecim menſis compleatur. Verum, qui ſuſcipit vltimum minorum ordinum debet per annum expectare modo explicato, donec ad ſacros ordines promoueatur, niſi fortè aliter Epiſcopo expedire viſum fuerit, vt docet *Maiol. c.* 24. *num.* 13. *& Nauarr. Reginald. & Menochius cit. à Bonac. loc. cit.* Sed *Bonac.* *Maiol.* *Nauarr.* *Reginal.* *Menoch.* *Bonacin.*

Primò, notãdum eſt ex communi *DD.* ſententia, teſte eodem *Bonac. loc. cit.* quod ſuſcipientem ordines non ſeruatis interſtitijs nullam incurrere cenſuram, vel irregularitatem, quia non eſt in iure expreſſa. *Bonacin.*

Secundò, notandum eſt de conſenſu Epiſcopi poſſe alicui vna, & eadem die, omnes ordines minores conferri; non verò primam tõſuram, & minores ordines eodem die, præciſa legitima conſuetudine, aut minores cũ aliquo ordine ſacro, aut duos ordines ſacros abſque Summi Pontificis diſpenſatione, & aliter ordinatus remanet ſuſpenſus ab executione ordinum, donec obtineat abſolutionē à Sede Apoſtolica, ita communiter affirmant Doctores, teſte *Bonac loc. cit.* & præcipuè *Suarez tom.* 5. 3. *par. diſp.* 31. *ſect.* 1. *num.* 43. ſed de hac materia plura dicam petitione 9. *Bonac.* *Suar.*

PETES III.

Ad quem titulum quis poſſit ordinari.

Reſpondetur, ex communi *DD.* ſententia, teſte *Bonacin. tom* 1. *diſp.* 8. *q. vnica par.* 5. *num.* 31. titulum ordinandorum triplicem eſſe, primus eſt beneficij. Secundus, patrimonij, tertius profeſsionis in religione approbata ad quam reuocatur titulus Societatis Ieſu poſt biennium probationis. Sed *Bonac.*

Primò, aduertendum eſt, quod qui ſine titulo initiatus ſubdiaconatu, vel diaconatu, non poteſt ſine nouo titulo promoueri ad ſacerdotium, quia iura in omni ſacro ordine id prohibent, & ita reſpondit *Sacra Congregatio* teſte *Fornario de ordine c.* 8. *num.* 10. Propterea, qui aliter ordinatus fuerit incurrit ſuſpẽſionem. *Sacra Congreg.* *Fornar.*

Secundò, aduertendum eſt, quod quantitas patrimonij, vel beneficij ad quod quis promoueri poſsit non taxatur, ſed relinquitur arbitrio ordinarij propter diuerſitatem locorum, cum in vno ſufficiat, quod alibi non erit ſufficiens, vt declarauit *Sacra Congregatio* teſte *Fornar. loc. cit.* ſi quis verò non habet patrimonium, aut beneficium ſeorſum ſufficiens ad promotionem, poſſe promoueri, ſi beneficium, & patrimonium ſimul ſufficiant; ſecus ſi cum beneficio, & patrimonio in ſufficienti coniungãtur eleemoſynæ, & anniuerſaria, hæc enim ſunt incerta, ita declaratio Cardinalium teſte *Bonac. de ordine diſp.* 8. *q. vnica, p.* 5 *nu.* 29. *&* 40. *verb. ordo.* *Fornar.* *Bonacin.*

PETES IV.

An ſine cauſa poſſit quis promoueri ab Epiſcopo ad ſacerdotium ad titulum, dumtaxat patrimonij.

Reſpondetur negatiuè, nempè non poſſe Epiſcopum ordinare aliquem ad titulum patrimonij ſi non extat cauſa præſcripta à *Trid. ſeſſ.* 21. *c.* 2. *de reformatione*, nimirum neceſsitas, vel commoditas Eccleſiæ ſuæ: idem docet *Barboſa de poteſt. Epiſcop. allegat.* 19. *num* 53. citans *Nauar.* & refert ſe *Pinſia*, vidiſſe negatam cui- dam *Concil. Trident.* *Barboſ.* *Pinſiæ.*

dam facultatem aſcendendi ad ſubdiaconatum, ob defectum tituli beneficialis tametſi habuiſſet patrimonium trium millium ſcutorum. Sed

Barboſa. Primò, aduertunt tamen Doctores teſte *Barboſa loc.cit.* ſed *nu.55.& 60.* quod quandoquis eſt promotus ad titulũ patrimonij intercedente iuſta cauſa debet conſtituere patrimonium ſuper re immobili.

Secundò, quod pater non poteſt efficere, vt filius ad ſacros ordines promoueatur, niſi aſsignet ei patrimonium, licèt ſit pater diues, & ſucceſsio filij ad bona paterna infallibilis, ſi verò filius velit promoueri parenſque nolit ei iuſtum patrimonium conſtituere: poteſt filius genitorem conſtringere iuris remedijs, vt illud ſibi aſsignet, & communis Doctorum ſententia teſte eodem *Barboſa loc.cit.* ſed *num.63.* Barboſa.

SED DICES.

An eiuſmodi donatio facta à patre ad filium pro ſuſcipiendis ordinibus amputari debeat in legitimam.

Barboſa. Reſpondetur, ex *Barboſa alleg.19.nu.65.vſque ad numerum 69.* duas extare opiniones plenas *DD.* quos ipſe citat. Prima eſt non amputari dicit, in legitimam donationem factam à patre pro ſuſcipiendis ſacris ordinibus ex eo, quia huiuſmodi bona non erant liberè aſsignata, vt de illis poſſet ad libitum diſponere, quod requiritur in legitima, ſed quod extarent pro alimentis, itaque ſecundum primam opinionem plurimorũ *DD.* teſte *Barboſa loc. cit.* non amputatur in legitimam donatio ſimpliciter facta à patre filio pro ſuſcipiẽdis ſacris ordinibus, quia non eſt alienabilis eiuſmodi donatio. Barboſa.

Barboſa. Secunda, verò opinio *DD.* teſte eodem *Barboſa loc.cit.* ait [amputari in legitimam eiuſmodi donationem factã ſimpliciter à patre filio pro ſuſcipiẽdis ordinibus, ex eo ſcilicèt, quod donatum filio non conſumitur in adeptione ordinum, & quamuis non ſit alienabilis eiuſmodi donatio, tamen eſt tranſmiſsibilis ad hæredes ſaltem poſt mortem ipſius ordinati.]

PETES V.

An quis poſſit ordinari ad titulum pẽſionis.

Reſpondetur affirmatiuè, vt patet ex *Trid.ſeſſ.21.c.2.* modo adſit neceſsitas, vel commoditas Eccleſiæ Epiſcopi ordinantis, ſicut dictum eſt de eo, qui ordinatur ad titulum dũtaxat patrimonij, ita etiam *Barboſa loc.cit.* ſed *num.74.* Concil. Trident. Barboſa.

Bona hæc ad quorum titulum, quis ordinatus fuit alienari non poſſunt ſine licentia Epiſcopi, vt habetur in *Trid. ſeſſ 21.c.2.* vnde ex communi Doctorum ſententia teſte *Barboſa de poteſtate Epiſcopi alleg.19.num 76.* alienationem patrimonij, aut extenſionem penſionis ſubſequentem promotionem eſſe inualidam ipſo iure. Concil. Trident. Barboſa.

Nec poteſt hypothecare huiuſmodi patrimonium ad quod fuerit promotus. nec poteſt præſcribi dictum patrimonium tempore ordinario, vt docent *DD.* teſte *Barboſa loc. cit.* ſed *num.87.* Barboſa.

PETES VI.

An valeat alienatio, ſeù renuntiatio patrimonij, ad cuius titulum quis ſacris fuit ordinatus, facta ſine licentia Epiſcopi ſi tunc habet beneficium, ſeù aliàs vndè commodè viuere poſſit.

Reſpõdetur, ex *Barboſa loc.cit.* ſed *n.89.* duas extare opiniones Doctorum. Prima, ait [non eſſe opus licentia Epiſcopi propter alienationem rei immobilis ad quam fuit ordinatus, hoc ipſo, quod acquirit beneficium ſufficiens ad ſubſtẽtationem.] Secunda opinio, aſſerit eſſe neceſſariam licentiam Epiſcopi in alienatione rei ad quam quis fuit ordinatus etiam ſi adeptus ſit beneficium ſufficiens ad ſubſtentationem victus, ambæ opiniones ſunt plenæ Doctoribus grauibus. Barboſa.

PETES VII.

An qui ficto patrimonio ſuſcipiat ſacras ordines remaneat ſuſpenſus, & poſtea celebrando irregularis fiat.

Reſpondetur, ex *Sanchez, Nauarr. Bonacin. Suarez, Filyccio, Comit. Regin.* Sanchez. Nauar.

Digitized by Google

Bonacin. Suarez. Filiucc. Comit. Reginal. Suar.

gin. & multis alijs *DD.* teſte *Diana tom.1.tractat.2. Miſcellan. reſol.2.* affirmatiuè, nempè incurrere ſuſpenſionem, & celebrando incurrit irregularitatem, immò *Suarez in 3.par. tom.5.diſp.31.sect.1.num.35.* putat talem clericum incurrere duas ſuſpenſiones alteram, vt ſine ſufficienti titulo eſt ordinatus, alteram quia eſt ordinatus ſine facultate proprij Epiſcopi, nam Epiſcopus cōferens eiuſmodi literas Reuerendas, ſeù dimiſſorias titulo patrimonij, non daret illas ſi ſciret patrimonium eſſe fictū ergo dictæ literæ ſunt ſubreptitiæ, & per conſequens cenſentur nullæ, & nullius effectus; ratio verò, quare incurrat ſuſpenſionem propter patrimonium fictum, eſt quia

Concil. Trid.

Trid.ſeſſ.21. cap. 2. de reform. videtur innouare Canones antiquos contra eos, qui artibus, & fallacijs ſe fingunt habere idoneas facultates, &

Canon.

Canon. ſunt cap. neminem, & cap. ſanctorum, diſt.70. in quibus definitur eſſe ſuſpenſum, qui ordinum ſine beneficio, & patrimonio.

Diana. Gonzal. Hom. Bo. Tolet. Coninch. Auila. Garzias. Sayr. Henriq. Henriq.

Verum adeſt alia opinio aliorum *DD.* grauium, teſte eodem *Dian.loc.cit.* vt ſunt *Gonzales Hom. Bon. Tolet. Coninch. Auila, Garzias, Sayr. & Henriquez, lib.13.cap.37.num.2.* aſſerens eum, qui cum patrimonio ficto eſt ordinatus non incurrere ſuſpenſionem, & conſequenter ſi celebrauit nō incidit in irregularitatem. nam antiqua ſuſpenſio propter fictionem patrimonij eſt ſoblata, ait *Henriquez loc.cit per cap.cum ſecundum cum Apoſtolorum de præbend.* nec innouatur à *Trid.* quod ſolùm intendit innouare pactum ſimoniacum, & prohibet nè Epiſcopus permictat quemquem ſine titulo ordinari, nec qui ob fictum patrimonium initiatur incurrit aliam ſuſpenſionem latam contra eos, qui abſque litteris dimiſſorijs proprij Epiſcopi initiantur, quamuis enim per fraudem licentiam, & Reuerendas obtineat, eſt tamen vera licentia, ita

Henriq.

Henriq loc.cit. vbi addit, quod qui iā eſt Sacerdos factus, & cum peccato renunciauit iuri patrimonij, & alimentorum, nullo iuri impediri poſt pœnitentiam celebrare.

Diana.

Idem *Diana* reſpondet *loc.cit.ad argum.* contrariæ opinionis aſſerentis incurrere ſuſpenſionem, qui cum patrimonio ficto eſt ordinatus. Vnde Clarè colligitur, ex ſecunda opinione, ſi quis cum patrimonio ficto ordinatus eſt, & celebrauit, non incidit neque in ſuſpenſionem, neque in irregularitatem, licèt peccauerit mortaliter, quia non violauit cenſuram, ſecus ſi in aliqua diœceſi ſit cenſura contra eos qui cum ficto patrimonio ad ſubdiaconatum promoueatur, vt eſt Neapoli.

PETES VIII.

Quam pœnam incurrit Epiſcopus ordinans, vel alter præſentans aliquem ad ordinem ſine titulo, vel patrimonio.

Bonac.

Reſpondetur, ex communi *DD.* ſententia teſte *Bonac. de ordine diſp.8. tom.1. q. vnica punct.5. num. 27. fol. mihi 290.* Primò ordinantem eſſe ſuſpenſum à collatione ordinum, præſentantem verò eſſe ſuſpenſum ab executione ordinum per triennium quoties pactum interuenit cum ordinato, vt nullam portionem petat, vt patet ex *c.quis de ſimonia.* Secundò, ordinantem ſine titulo teneri dum viuit, alere ordinatum; ipſo verò mortuo, teneri ipſius ſucceſſorem, donec ordinatus, eccleſiaſticum beneficium habuerit, & hoc procedit etiam ſi Epiſcopus, nullo præuio pacto ordinauerit, vt patet ex *cap.cum ſecundum Apoſtolorum 16. de preb. & dignitatib.* & eſt communi ſententia Doctorum ſententia.

Quarāta.

Idem dicitur, quando aliquis præſentatus fuit ab aliquo patrono, hic enim ali debet primo loco ab ipſo patrono. Idem dicitur de Capitulo Sede vacante, docet *Quaranta verbo ordo verſic. ſecundo extende*, vbi ait [Capitulum Sede vacante, ſeù Vicarium Capitularem teneri ſubminiſtrare alimenta ſi ſine titulo, & cum eius licentia quis ordinatus ſit, idcircò cauti debent eſſe Canonici in commiſſione Vicario facienda, vnde debent apponere clauſulam, quod nequeat licentiam ad ordines concedere abſque expreſſo conſenſu totius Capituli ad id conſultò congregati, cum agatur de eorum præiudicio, & intereſſe, nec enim deſunt *DD.* teſte

Quarāta.

Quaranta verbo ordo, loc.cit. qui aſſerunt Vicarium, ſeù Officialem Genera-

neralem Capituli, Sede vacante, non poſſe literas commendatitias ad ordine dare, niſi ei ſpecialiter concederetur.

PETES IX.

Quo die prima tonſura conferri poteſt, & quatuor ordines minores.

RESpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *Barboſa de poteſt Ep ſc. alleg.* 11. *num.* 19. in prima tonſura non deſignari tempus idem dicit *Armilla verbo ordo, & Tabiena verbo ordo*, & eſt communiſsima ſententia apud omnes Doctores, verum licèt non explicent an ſit licitum die feriali, & poſt prandium conferri primam tonſuram tamen clarè colligitur id eſſe licitum cum ſolum de ordinibus minoribus dicant *DD.* diebus feſtis poſſe conferri, & ante prãdium, quoad primam verò tonſuram omnes dicunt non deſignari tempus quoad eius collationem, vt patet ex ſupradictis *DD.* citatos, & præcipuè ex *Sylu. verbo ordo*, non negatur tamen ex *Syluestro*, quod ſi ordines minores conferantur poſt prandium quod eius collatio ſit valida, & de hoc non eſt dubitandum.

Barboſa. Armilla. Tabiena. Sylu. Syluestr.

PETES X.

An ſimoniacè promotus incurrat aliquam pænam.

RESpondetur, ex communi *DD.* sẽtentia, teſte *Fornario de ordine c.* 8. *num.* 1. incurrere excommunicationem, & ſuſpenſionem ab executione ordinum, neque hoc fuit reuocatum à Clem. VIII.

Fornar.

PETES XI.

An peccet recipiens primam tonſuram, aut ordines minores ſine animo vlterius aſcendendi.

RESpondetur, ex communi *DD.* ſententia, teſte *Sanchez de matrimon. lib.* 7. *diſp.* 31. *num.* 16. non teneri habere animum, eum qui initiatur prima tonſura, aut ordinibus minoribus aſcendendi vlterius puta ad ordines ſacros, quia nullo iure talis intentio petitur in initiando, nec *Trid. ſeſſ.* 23 *c.* 4 huius obligationis meminit immò Epiſcopus diſpenſare poteſt cum illegitimo ad ordines minores, qui tamen ad ordines ſacros aſcendere nequit propter irregularitatem, vt patet ex *cap.* 1. *de filijs presbyt. in* 6. & affirmant *DD. cit. à Sanchez loc. cit.* Quare ſi haberet animũ retrocedendi determinatum, iudicãda eſſet ea voluntas, ſicut, & ipſa retroceſsio: & ſicut retroceſsio numquam eſt culpa mortalis, ſed aliquãdo venialis, & aliquando nulla, ita etiam ipſa voluntas culpa afficietur, aut illa vacabit.

Sanchez. Concil. Triden. Sanchez.

Sed quid dicendum ſi ordines minores, aut primam tonſuram accipiens, ſolum intendat declinare iuriſdictionem fori ſecularis, an peccet mortaliter.

RESpondetur, ex *Petro Ledeſma, Aragon. Manuel*, & *Bannes cit. à Sanchez loc cit.* ſed *num.* 17. peccare mortaliter, quia decipit Eccleſiam in re graui, & Epiſcopus illius intentionis conſcius non poſſet eum abſque peccato mortali ad ordines admittere, contraueniret enim iuſto præcepto *Tridentini ſeſſ.* 23. *c.* 4. vbi ſic ait. [Prima tonſura non initientur, qui ſacramentum confirmationis non ſuſceperint, & fidei rudimenta edocti non fuerint quique legere, & ſcribere neſciant, & de quibus probabilis coniectura non ſit eos non ſecularis iudicij fugiendi fraude, ſed vt Deo fidelem cultum, præſtent hoc vitæ genus elegiſſe.] *Sanchez verò loc. cit.* citans pro ſe *Nauarr. in cap. quando*, dicit non eſſe culpæ mortalis reum, eum qui haberet huiuſmodi animum nempe ad ordines ſuſcipiendos cauſa euitandi forum laicale, quia finis non eſt mortalis, nec peruerſio debiti finis culpam mortalem inducit, nec præceptum Tridentini *cit.* hanc grauem obligationem imponit. Ergo ſecundum *Sanchez* ſolum eſt culpa venialis.

Pet. Led. Aragon. Manuel. & Sanch. Concil. Trident. Sanchez. Nauarr. Sanchez.

PETES XII.

Vtrum irregularitas impediat ſuſceptionem prima tonſura.

RESpondetur, ex communi *DD.* ſententia, teſte *Bonac. diſp.* 7. *q.* 1. *punt.* 1. *nu.*

Bonac.

Digitized by Google

1. *num.4. tom.1.* irregularitatem impedire ſuſceptionem primæ tonſuræ, quia tametſi prima tonſura non ſit ordo ſecundum Theologos, tamen ſecundum Canoniſtas inter ordines numeratur. Verum adeſt contraria opinio, teſte eodem *Bonac.loc.cit.* aſſerens irregularitatem non impedire ſuſceptionem primæ tonſuræ quia ſecundum Theologos prima tonſura non eſt ordo, ſed diſpoſitio ad ordines, quia tonſura nullum habet officium circa ſeruitium, & miniſteriũ altaris ſicuti habent ordines minores, ergo non eſt propriè, ac ſtrictè prima tonſura ordo, & conſequenter irregularitas non impedit ſuſceptionem primæ tonſuræ, vnde mihi videtur illam opinionem eſſe probabilem, ſed contrariam probabiliorem, ac tutiorem. *Bonac.*

PETES XIII.

An poſſit Epiſcopus diſpenſare cum illegitimo.

RESpondetur, ex communi *DD.* ſẽtentia, teſte *Bonac.diſp.7 q.2.pun. 30. num.15.* Epiſcopum non poſſe cũ eo diſpenſare ad maiores ordines, ad dignitatem, & ad beneficium curatum: poſſe verò diſpenſare ad ordines minores, & ad vnum beneficium ſimplex non requirens ordinem ſacrum. *Bonac.*

QVÆSTIO V.

Qua ſcientia debet eſſe præditus Sacerdos adhoc, vt benè poſſit exercere ſuum munus, & quid ſcire teneatur ſub pœna peccati.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

PRimò, ſuppono iuxta probabilem ſententiam *DD.* defectum ſcientiæ facere hominem irregularem. Neque Summus Pontifex poteſt diſpenſare in hoc ſaltem, vt omnino illiteratus ordinetur, vt rectè ait *Sayr.de cenſur. lib.7.c.13. num 9.* cum ſit de iure naturæ, nempè, vt quis vtatur munere cum ſcientia neceſſaria ad debitum vſum. *Sayr.*

Aduertunt *DD.* & præſertim *Suar. to. 5.3.par.diſp.51.ſect.1. nu.9.* defectum ſcientiæ nedum impedire ſuſceptionem ordinum ſed etiam vſum ſuſceptorum, quamdiù durat ignorantia: qua ablata poteſt quis vti ordinibus, abſque diſpenſatione Papæ, neque Epiſcopi: quia ſublata cauſa ceſſat effectus, vt communiter affirmãt Doctores in hoc caſu, & in defectu ætatis proportionatæ ad ordines ſuſcipiendos. Verum *Henriquez lib.10. c.16. num.2.* dicit huiuſmodi illiteratum non eſſe irregularem, idem affirmat *Sayr.de cenſur. lib.7. c.13.n.8.* nempè defectum ſcientiæ requiſitæ à *Trid.ſeſſ.23. cap. 4.* circa ordines ſuſcipiendos non inducere irregularitatem, quia hanc pœnam non imponit tranſgreſſoribus. Tamen addo ego, non ob id ſequitur, promoueri poſſe, vel promotum illiteratum poſſe exercere ordines illicitè, niſi ediſcat neceſſaria ad tales ordines exercendos. *Suar.* *Henriq.* *Sayr.* *Concil. Trid.*

Secundò, ſuppono alia eſſe neceſſaria, vt ſciantur à Sacerdote ſub pœna peccati, alia verò eſſe neceſſaria ad benè eſſe, nec ego intendo maiorem obligationem imponere Sacerdotibus, quam impoſitam à *Trident ſeſſ. 23. c.4.* vbi aſſignat ſcientiam in ſingulis ordinibus, vt infra videbimus, & mox.

HIS POSITIS.

REſpondetur, ex *Trid ſeſſ.23.c.4.& ſeſſ.21.c.13.& 14.* ad primam tõſuram requiri, vt initiandus prima tonſura ſit confirmatus, & calleat rudimenta fidei, ſciatq; legere, & ſcribere ad minores ordines, vt ſciat linguam latinam. Ad ſubdiaconatum, & diaconatum, vt habeat inſtructionem eorum, quæ pertinent ad eos ordines exercendos. Ad Presbyteratũ, vt habeat eam ſcientiam qua poſſit docere populum, & adminiſtrare ſacramenta. Ad Epiſcopatum, vt ſit Doctor, vel licẽtiatus in ſacra Theologia, vel in iure Canonico: vel vt publico teſtimonio conſtet ipſum eſſe aptum ad alios docendos. *Concil. Trident.*

Aduertit *Henriquez lib.10. c.16. num.2.* Epiſcopum poſſe initiare ſacris, & ſacerdotio Regularem, qui benè legit, & cantat, quamuis minus litteratus ſit: ſic enim in aliorum ſocietate, & pro officijs Religionis videtur ido- *Henriq.*

neus mini ſter. Addit præterea hæc verba: [in ijs, qui ſacris initiantur, præceptum eſt, vt tūc, aut paulo poſt diſcant, & ſciant myſteria Miſſæ, & proprij officij obligationem, ac recitare, horas Canonicas]Sed

Mihi videtur eſſe neceſſarium explicare illa verba *Trid. loc. cit.* circa ſcientiam quam debet habere Sacerdos, ſcilicet, vt ſciat docere populum, & adminiſtrare ſacramenta. *Concil. Trid.*

Quoad primum.

Intelligo quod Sacerdos ſcire debet nedum ea, quæ ſunt neceſſaria neceſsitate medij, vt homo adipiſci poſsit beatitudinem, ſed etiam ea, quæ ſunt neceſſaria neceſsitate præcepti; neceſſaria autē neceſsitate medij ſunt quatuor articuli fidei ſecundum probabilem: ac tutiorem ſententiam Doctorum: nempè quod Deus ſit: & quod ſit trinus: & vnus: quod ſecunda perſona Sanctiſſimæ Trinitatis ſit factus homo; & pro nobis ſit mortuus: & quod Chriſtus ſit Deus: & homo: & quod Deus ſit remunerator rerum ſupernaturalium.

Præterea: quod poſt commiſſum læthale peccatum ſit neceſſaria pęnitentia; vel attritio ſimul cum actuali cōfeſsione; vt poſsit redire in gratiam: vel contritio abſque actuali confeſſione; ſed in voto quod includitur in ipſa perfecta contritione; vt rectè ait *Trid. ſeſſ. 14. c. 4.* [Neceſſaria verò neceſsitate præcepti ſunt omnes articuli.] Symboli nimirum; vt explicitè ſciantur: ac eorum declaratio: Oratio Dominicalis; decem præcepta Decalogi; & ſacramenta; ea: quæ actu ſuſcipiuntur ab homine: cætera verò ſacramenta ſatis eſt, vt ſciantur quādo vult quis recipere puta ordinem, extremam vnctionem, ac matrimonium; Præterea oportet, vt quis ſciat obligationem, ieiunij, ac præceptum annuæ confeſsionis, ac communionis, & quod poſt commiſſum peccatum mortale ſit neceſſaria pœnitentia modo ſupra explicato. *Concil. Trident.*

SED PETES

Quid ſit attritio ſufficiens ad recuperandam gratiam ſimul cum Sacramento Confeſſionis, & quid ſit contritio.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

Svppono, cum communi Theologorum ſententia, quod attritio requiſita à *Trident. ſeſſ. 14. c. 4.* debet eſſe ſupernaturalis, adhoc, vt ſit ſufficiēs diſpoſitio ad adipiſcendam gratiam ſimul cum actuali confeſsione, quia diſpoſitio debet eſſe in eodem ordine cum forma ad quam eſt diſpoſitio: ſed forma, quæ eſt gratia eſt ſupernaturalis, ergo etiam diſpoſitio, quæ eſt attritio debet eſſe ſupernaturalem; præter rationem patet ex *Trid. loc. cit.* vbi appellat attritionem donum Dei, & impulſum Spiritus ſancti. *Concil. Trident.* *Concil. Trident.*

HIS POSITIS.

AD PRIMVM.

Reſpondetur, ex *Trid. ſeſſ. 14. cap. 4.* quod attritio ſufficiens ad delendum peccatum ſimul cum Sacramēto Confeſsionis, eſt illa pœnitentia, quæ ſit de peccato, vel ex conſideratione turpitudinis peccati, vel ex gehennæ, & pænarum metu, modo excludat voluntatem peccandi; Neque obſtat quod metus gehennæ ſit finis proximus pęnitentiæ, quandoquidē hic finis non excludit Deum, qui eſt finis, nec verificatur conditionalis, quod ſi non eſſet pęna commicteretur peccatum, quia hæc voluntas, nec explicitè, neque implicitè, aut virtute habetur; immo eſſet repugnantia, quod voluntas ex hoc motiuo efficaciter deteſtans culpam haberet illam voluntatem cōditionatam, quia per illum met actum, culpam, committeret, & efficeretur pęnę reus, vnde ageret contra intentionem vitandi pęnam. Quantum verò ad attritionem propter fœditatem peccati ſi ſit propter fœditatem peccati, non quatenus ſit ille actus contra rationem naturalem, ſed quatenus ſit cōtra rationem naturalem, vt eleuatam ad finem ſupernaturalem, tunc eſt *Concil. Trident.*

ſuf-

Digitized by Google

ſufficiens diſpoſitio ſimul cum ſacramento confeſsionis ad tollendũ peccatum ſi voluntatem excludat non peccandi de cętero.

AD SECVNDVM.

Concil. Trident. Reſpondetur, quod contritio iuxta Trident ſeſſ. 14. cap. eſt dolor de peccato propter Deum finem ſupernaturalem ſummè dilectum, hoc eſt ſuper omnia, & propter ſuam bonitatem cum propoſito non peccandi de cætero.

SED PETES I.

An in contritione ſit opus habere explicitam voluntatem confitendi tempore debito, & an ſit opus habere explicitum propoſitum non peccandi de cætero, & an ſit opus explicitè conſiderare omnia peccata deteſtando ea, vel ſufficiat cogitatio in confuſo, & an formalis actus amoris requiratur, & an propoſitum ſatisfaciendi.

AD PRIMVM.

Suar. Reſpondetur, ex communi DD. ſententia, & practicè certa, teſte *Suarez de pœnit. diſp. 18. ſect. 1. num. 9.* ſufficere voluntatem ac votum implicitum confitendi, quatenus includitur ex natura rei in amore Dei ſuper omnia, & ſeruandi omnia mandata.

AD SECVNDVM.

Suar. Reſpondetur multi DD. antiqui, teſte *Suarez de pænitentia, diſp. 4. ſect. 3. q. 85.* dicunt eſſe neceſſarium propoſitum non peccandi in futuro ad contritionem, alij verò DD. vt *Soto, Nauarr. Medina, Adrianus*, & alij teſte eodem *Suarez loc. cit.* dicunt ſatis eſſe ad contritionem implicitum propoſitum non peccandi de cętero. *Suarez* verò *loc. cit.* admittit has duas opiniones tanquam probabiles, ſed ipſe ſic diſtinguit, per ſe loquendo ad contritionem requiri formale propoſitum non peccandi de cætero, eſt enim hęc pars ſecurior, & populo prædicanda; per accidens verò poteſt ſufficere ſola deteſtatio peccati abſque formali propoſito non peccandi de cætero, puta quãdoquis

Sotus. Nauarr. Medina. Adrian. Suarez. Sanchez.

non aduertit elicere hũc explicitum actum, cum hoc ſit difficile homini, ſimul aduertere ad plures actus, alij verò DD. teſte eodem *Suarez loc. cit.* præter formale propoſitum non peccandi de cætero, requirunt propoſitum ſatisfaciendi ad contritionem, huius opinionis ſunt *Soto, & Canus*, ſed *Vega* ſimul cum *Suarez* meritò negant neceſsitatem huius propoſiti, vt rectè probat *Suarez loc. cit.* Sotus. Canus. Vega. Suar. Suar.

AD TERTIVM.

Reſpondetur, ex communi DD. ſententia, teſte *Suar. de pœnit. q. 85. art. 1. diſp. 4. ſect. 6. num. 7.* ad contritionem ſufficere recogitationem omnium peccatorum, atq; deteſtationem confusè; immo ait *Suarez loc. cit.* cum alijs DD. interdum poſſe hominem habere veram contritionem, & iuſtificari etiam ſi de vno peccato commiſſo actu cogitet, ſi illud ex perfectiſsimo motiuo pœnitentiæ deteſtetur quia eſt illa vniuerſalis deteſtatio virtualis omnium peccatorum. Suar. Suar.

Ad quartum, & vltimum.

Reſpondetur, ex communi DD. ſententia, teſte *Suarez de pænit. diſp. 4. ſect. 2. num. 6. & 8.* formalem amorem per ſe loquendo eſſe neceſſarium ad contritionem, vt colligi poteſt ex varijs locis ſacræ Scripturæ, vt ex *1. Ioan. 3. Qui non diligit manet in morte, & 1. ad Corinth. 13. Sine charitate nihil ſũ, & Deuter. 4. cum quæſieris Dominum inuenies eum; ſi tamen ex toto corde tuo quæſieris eum, & tota perturbatione animæ tuæ. Et Luc. 7. Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum, & Auguſt. lib. de vera, & falſa pænit. c. 9. & c. 17.* Sic ait *Sine amore nemo vnquam gratiam inuenit, nec veniam aſſequutus eſt*, & idem *Auguſtin. ſerm. 7. de tempore*, concludit: *Veram pænitentiam non facit, niſi odium peccati, & amor Dei. & lib. 4. de Ciuit. Dei cap. vlt. & lib. 21. c. 27.* ſic ait, *Si pro vno ſcelere omnia ſua diſtribuant indigentibus, niſi deſiſtant à peccatis habendo charitatem, quæ non agit perperam; nihil eis prodeſſe poteſt.* Suar. Ioan. 3. 1. Cor. 13. Deut. 2. Luc. 7. S. Auguſt. Idem Auguſt.

Per accidens verò poſſe peccatorem iuſtificari abſque formali amore, modo deteſtatio peccati virtute contineat amorem Dei, quia ſic eſt con-

formis ſuauitati diuinæ prouidentiæ,& ſimul humanæ cõditioni: quia non poteſt homo ſine magna difficultate ad plura ſimul aduertere, & circa illa operari, maximè in re tam graui,& ardua.

SED PETES

Quæ ſit deteſtatio peccati, quæ continet virtute amorem Dei.

Suar. REſpondetur, ex communi ſententia Theologorum; teſte *Suarez tom.5.3.par.diſp.4.ſect.2.num.*14. eſſe odium peccati quatenus eſt contra bonum Dei, in ſe, eiuſque diſſoluit amicitiam *Sotus* verò dicit eiuſmodi deteſtationem eſſe formalem amorem,& ideò nullum alium eſſe neceſſarium, etiam per ſe loquendo, ſed oppoſitum tenet *Suarez loc.cit.* & rationem aſsignat, quia ille actus non tendit directè in Deum, vt in obiectum quod, ſed quo, id eſt ſolum reſpicit illum, vt rationem proximam deteſtandi peccatum; præterea ille actus formaliter non eſt actus proſequutionis,ſed fugæ:amor autem formaliter ſumptus eſt quædam proſequutio ſui obiecti, & quaſi virtualis coniunctio ad illud. Vnde, vt actus dicatur formalis amor Dei,non ſatis eſt,quod ſit elicitus à charitate,quia charitas habet vnum obiectum primarium, quod eſt Deus, & alia ſecũdaria obiecta, ex quibus quædam amat propter Deum, vt proximum, alia odio habet,vt peccatum, eſt ergo illa deteſtatio virtualis tantum amor Dei.

AD QVINTVM.

Suar. Vega. REſpondetur, ex *Suarez*, & *Vega* cit. ab eodem *Suarez diſp.4. ſect.3. num.*8. non eſſe neceſſarium propoſitum ſatisfaciendi, & includitur in propoſito non peccandi de cætero, *Soto verò de natura,& gratia lib.*2. *c.*14. & *Cano*.cit. à *Suarez* dicunt eſſe neceſſarium hoc propoſitum ſatisfaciendi ad contritionem. Sotus. Cano.

SED PETES

Quando actus propoſiti, & deteſtationis ſimul concurrunt ad contritionem, ſeù diſpoſitionem ad gratiam quis illorum antecedat ſaltem ordine naturæ.

REſpondetur,ex *Suarez loc.cit.diſp.*4.*ſect.*3.*num.*8. prius debere antecedere deteſtationem peccati, & poſtea propoſitum non peccandi, vt rectè colligitur *Trid.ſeſſ.6.c.6.* Verũ ſimpliciter hoc nõ eſſe neceſſarium, ſed poſſe voluntatem pro libertate ſua,& mota à parato diuino auxilio, quemuis eorum ſine alio, ſeù ante alium elicere,tamen in ordine ad iuſtificationem magis conſentaneum eſt,vt homo incipiat à deteſtatione peccati, quam à propoſito non peccandi,nam ad impetrandam veniam de iniuria commiſſa, nulla eſt moraliter loquendo magis accomodata via, quam diſplicentia de iniuria facta, ad quam ſtatim conſequitur voluntas, & propoſitum nunquam iterum faciendi iniuriam. Suar. Concil. Trident.

Quod ſecundum, quod Sacerdos debeat ſcire adminiſtrare ſacramenta ſecundum Tridentinum loc. cit.

REſpondeo, & intelligo, quod Sacerdos in primis ſcire debet adminiſtrare ſacrificium Miſſæ, & ea, quæ occurrere poſſunt in dicto ſacrificio. Secundò, ſcire debet adminiſtrare ſacramẽtum pænitentiæ ſaltem in articulo mortis cum quiuis Sacerdos in tali articulo poſsit hoc ſacramentum exercere etiam ſi careat approbatione Ordinarij ad excipiendas confeſsiones, quia habet facultatem in tali articulo à Tridentino, poſito quod alius Sacerdos approbatus ad confeſsiones abſit in tali articulo mortis.

SED PETES I.

Quæ poſſunt occurrere in ſacrificio Miſſæ.

REſpondetur,multa accidere poſſe, ac proinde quiuis Sacerdos debet memoria retinere,quæ habentur in *Rubrica Miſſalis*, & ſæpè numero legere debet dictam rubricam,quam mox per extenſum ponam. Rubrica. Miſſalis.

De

Digitized by Google

De defectu panis.

Si panis non ſit triticeus, vel ſi triticeus admixtus ſit granis alterius generis in tanta quantitate, vt non maneat panis triticeus, vel ſit alioquin corruptus non conficitur ſacramentum, ſi ſit confectus de aqua roſacea, vel alterius diſtillationis, dubium eſt an conficiatur, ſi cœperit corrumpi, ſed non ſit corruptus, ſimiliter ſi non ſit azymus, ſecundum morem Eccleſiæ latinæ, conficitur, ſed conficiens grauiter peccat.

Si celebrans ante conſecrationem aduerterit hoſtiam eſſe corruptam, aut non eſſe triticeam, remota illa hoſtia, aliam ponat, & facta oblatione ſaltem mente concepta, proſequatur ab eo loco, vbi deſiuit.

Si id aduerterit poſt conſecrationem, etiam poſt illius hoſtiæ ſumptionẽ, poſita alia faciat oblationem, vt ſupra, & à conſecratione incipiat, ſcilicet ab illis verbis. *Quam pridie quam pateretur*, & illam priorem ſi non ſumpſit ſumat poſt ſumptionem Corporis, & Sanguinis, vel alij ſumendã tradat, vel alicubi reuerenter conſeruet. Si autem ſumpſerat, nihilominus ſumat eam quam conſecrauit: quia præceptum de perfectione ſacramenti maioris eſt ponderis, quã quod à ieiunis ſumatur. Quod ſi hoc contingat poſt ſumptionem Sanguinis, apponi debet rurſus nouus panis, & vinum cum aqua, & facta prius oblatione, vt ſupra Sacerdos conſecret incipiendo ab illis verbis, *Qui pridie*, ac ſtatim ſumat vtrumque, & proſequatur Miſſam: ne Sacramentum remaneat imperfectum, & vt debitus ſeruetur ordo.

Si hoſtia conſecrata diſpareat, vel caſu aliquo, vt vento, aut miraculo, vel ab aliquo animali accepta, & nequeat reperiri, tunc altera conſecretur, ab eo loco incipiendo, *Qui pridie quam pateretur*, facta eius oblatione, vt ſupra.

De defectu vini.

Si vinum ſit factum penitus acetum, vel penitus putridum, vel de vuis acerbis, ſeu non maturis expreſſum, vel ei admixtum tantum aquæ, vt vinum ſit corruptum; non conficitur ſacramentum.

Si vinum cœpit aceſcere, vel corrumpi, vel fuerit aliquantum acre, vel muſtũ de vuis tunc expreſſum, vel non fuerit admixtũ aqua, vel fuerit admixta aqua roſacea, ſeu alterius diſtillationis; conficitur ſacramentum, ſed conficiens grauiter peccat.

Si celebrans ante conſecrationem Sanguinis, quamuis poſt conſecrationẽ Corporis, aduertat, aut vinum, aut aquam, aut vtrumque non eſſe in Calice: debet ſtatim apponere vinũ cum aqua, & facta oblatione, vt ſupra, conſecrare, incipiendo ab illis verbis *Simili modo, &c.*

Si poſt verba conſecrationis aduertat vinum non fuiſſe poſitum, ſed aquã; depoſita aqua in aliquod vas, iterum vinum cum aqua ponat in Calice, & conſecret; reſumendo à verbis prædictis *Simili modo*.

Si hoc aduertat poſt ſumptionem Corporis, vel eiuſmodi aquæ, apponat aliam hoſtiam iterum conſecrandã, & vinum cum aqua in Calice, offerat vtrumque, & conſecret, & ſumat, quãuis non ſit ieiunus. Vel ſi Miſſa celebretur in loco publico, vbi plures adſint ad euitandum ſcandalum, poterit apponere vinum cum aqua, & facta oblatione, vt ſupra conſecrare, ac ſtatim ſumere, & proſequi cętera.

Si quis percipiat ante conſecrationem, vel poſt conſecrationem, totum vinum eſſe acetum, vel aliàs corruptũ, idem ſeruetur, quod ſupra, ac ſi deprehenderet non eſſe poſitum vinũ, vel ſolum aquam fuiſſe appoſitam in Calice.

Si autem celebrans ante conſecrationẽ Calicis aduertat non fuiſſe appoſitã aquam, ſtatim ponat eam, & proferat verba conſecrationis. Si id aduertat poſt conſecrationem Calicis, nullo modo apponat, quia non eſt de neceſſitate ſacramenti.

Si materia, quæ eſſet apponenda ratione defectus, vel panis, vel vini, non poſſet vllo modo haberi; Si id ſit ante cõſecrationem Corporis, vlterius procedi non debet, ſi poſt conſecrationem Corporis, aut etiam vini deprehẽditur defectus alterius ſpeciei, altera iam conſecrata; tunc nullo modo haberi poſſit, procedendum erit, & Miſſa abſoluenda, ita tamen, vt prætermittantur verba, & ſigna, quæ pertinent ad ſpeciem deficientem. Quod ſi expectando aliquandiù haberi poſſit, expectandum erit, nẽ

Digitized by Google

ne ſacrificium remaneat imperfe-ctum.

De defectibus formæ.

Defectus ex parte formæ poſſunt contingere, ſi aliquid deſit ex iis, quæ ad integritatem verborum in ipſa conſecratione requiritur. Verba autem conſecrationis, quæ ſunt forma huius ſunt hæc: *Hoc eſt enim Corpus meum*, & *Hic eſt enim Calix Sanguinis mei noui, & æterni teſtamenti, myſterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.*

Si quis autem aliquid diminuerit, vel immutaret de forma conſecrationis Corporis, & Sanguinis, & in ipſa verborum immutatione verba idem nõ ſignificarent, non conficeret ſacramẽtum. Si verò aliquid adderet quod ſignificationem non mutaret, conficeret quidem, ſed grauiſsimè peccaret.

Si celebrans non recordetur ſe dixiſſe ea, quæ in conſecratione communiter dicuntur non debet propterea turbari. Si tamen certò ei conſtet ſe omiſiſſe aliquid eorum, quæ ſunt de neceſsitate ſacramenti, id eſt formam conſecrationis, ſeù partem reſumat ipſam formam, & cætera proſequatur per ordinem.

Si verò valdè probabiliter dubitat ſe aliquod eſſentiale omiſiſſe; iteret formam ſaltem ſub tacita conditione. Si autem non ſunt de neceſsitate ſacramenti, non reſumat, ſed procedat vlterius.

De defectu intentionis.

Si quis non intendit conficere, ſed deluſoriè aliquid agere. Item ſi aliquæ hoſtiæ ex obliuione remaneant in altari, vel aliqua pars vini, vel aliqua hoſtia lateat, cum non intendat cõſecrare, niſi quas videt. Item ſi quis habet coram ſe vndecim hoſtias, & intendat conſecrare ſolum decem, non determinans quas decem intendit; in his caſibus non cõſecrat quia requiritur intentio. Secus ſi putans quidem eſſe decem, tamen omnes voluit conſecrare quas coram ſe habebat, nam tunc omnes erunt conſecratæ; atque ideò quilibet Sacerdos talem ſemper intentionem habere debet ſcilicet conſecrandi eas omnes, quas ante ſe ad conſecrandas poſitas habet.

Si Sacerdos putans ſe tenere vnam hoſtiam, poſt conſecrationem inuenerit fuiſſe duas ſimul iunctas, in ſumptione ſumat ſimul vtramque. Quod ſi deprehendat poſt ſumptionem Corporis, & Sanguinis, aut etiã poſt ablutionem, reliquias aliquas relictas conſecratas, eas ſumat, ſiuè paruæ ſint, ſiuè magnæ, quia ad idem ſacrificium ſpectant. Si verò relicta ſit hoſtia integra conſecrata, eam in tabernaculo cum aliis reponat: ſi hoc fieri nequit, ſequenti Sacerdoti celebraturo ibi, in altari ſupra corporale decenter opertam, ſumendam vna cum altera quam eſt conſecraturus relinquat: vel ſi neutrum horum fieri poſſit, in ipſo Calice, ſeù patena decenter conſeruet, quouſque, vel in tabernaculo reponatur, vel ab altero ſumatur: quod ſi non habeat quomodo honeſtè conſeruetur, poteſt eam ipſemet ſumere.

Si intentio non ſit actualis in ipſa conſecratione propter euagationem mentis, ſed virtualis; cum accedens ad altare intendat facere quod facit Eccleſia, conficitur ſacramentum, etſi curare debet Sacerdos, vt etiam actualem intentionem adhibeat.

De defectibus diſpoſitionis animæ.

Si quis ſuſpenſus, excommunicatus, degradatus, irregularis, vel aliàs Canonicè impeditus celebret conficit quidem ſacramentum, ſed grauiſsimè peccat, tàm propter communionem, quàm indignè ſumit; quam propter executionem ordinum, quæ ſibi erat interdicta.

Si quis habens copiam confeſſoris celebret in peccato mortali grauiter peccat.

Si quis autem in caſu neceſsitatis non habens copiam Confeſſoris, in peccato mortali abſque contritione celebret grauiter peccat. Secus ſi conteratur: debet autem cum primum poterit confiteri.

Si in ipſa celebratione Miſſæ Sacerdos recordetur ſe eſſe in peccato mortali conteratur cum propoſito confitendi, & ſatisfaciendi.

Si recordetur ſe eſſe excommunicatũ, vel ſuſpenſum, aut locum eſſe interdictum: ſimiliter conteratur cum propoſito petendi abſolutionem. Ante conſecrationem in ſupradictis caſibus, ſi non timetur ſcandalum, debet

debet Miſſam inceptam deſerere.

De defectibus diſpoſitionis Corporis.

Si quis non eſt ieiunus, poſt mediam noctem, etiam poſt ſumptionem ſolius aquæ, vel alterius potus, aut cibi per modum medicinæ, & in quantũcunq; parua quantitate, non poteſt celebrare, nec communicare.

Si autem ante mediam noctem cibum, aut potum ſumpſerit, etiam ſi poſtmodum non dormietur, nec ſit digeſtus, non peccat, ſed ob perturbationem mentis, ex qua deuotio tollitur, cõſulitur aliquando abſtinendũ.

Si reliquiæ cibi remanentes in ore trãſglutiantur, non impediunt communionem, cum non tranſglutiãtur per modum cibi, ſed per modum ſaliuę; idem dicendum ſi lauando os, deglutiatur ſtilla aquæ præter intentionem.

Si plures Miſſas in vna die celebret, vt in Natiuitate Domini, in vnaquaque Miſſa, abluat digitos in aliquo vaſe mundo, & in vltima tantum percipiat purificationem.

Si præceſſerit pollutio nocturna, quæ cauſata fuerit ex præcedenti cogitatione, quæ ſit peccatum mortale, vel euenerit propter nimiam crapulam, abſtinendum eſt à communione, & celebratione, niſi aliud confeſſario videatur. Si dubium eſt, an in præcedenti cogitatione fuerit peccatum mortale, conſulitur abſtinendum, extra tamen caſum neceſsitatis. Si autem certum non fuiſſe in illa cogitatione peccatum mortale, vel nullam fuiſſe cogitationem, ſed eueniſſe ex naturali cauſa, aut ex diabolica illuſione, poteſt communicare, & celebrare, niſi ex illa Corporis commotione tanta euenerit perturbatio mentis, vt abſtinendum videatur.

De defectibus in miniſterio ipſo occurrentibus.

Poſſunt etiam defectus occurrere in miniſterio ipſo, ſi aliquid ex requiſitis ad illud deſit: vt ſi celebratur, in loco non ſacro vel non deputato ab Epiſcopo, vel in altari non conſecrato, vel tribus mappis non cooperto, ſi non adſint luminaria cerea ſi non ſit tempus debitum celebrãdi, quod eſt ab aurora vſque ad meridiem communiter: ſi celebrans ſaltem Matutinum cum Laudibus non dixerit: Si omittat aliquid ex veſtibus ſacerdotalibus: Si veſtes ſacerdotales & mappæ non ſint ab Epiſcopo, vel ab alio hanc habente poteſtatem benedictæ: Si non ſit Clericus, vel alius deſeruiens in Miſſa, vel adſit, qui deſeruire non debet, vt mulier: Si non adſit Calix cum patena conueniens, cuius cuppa debet eſſe aurea, vel argentea, vel ſtannea: non ærea, vel vitrea: Si corporalia non ſint munda, quæ debent eſſe ex lino, nec ſerico in medio ornata, & ab Epiſcopo, vel ab alio hanc habente poteſtatem benedicta, vt etiam ſuperius dictum eſt: Si celebrat capite cooperto ſine diſpenſatione: Si non adſit Miſſale, licèt memoriter ſciret Miſſam, quam intendit dicere.

Si Sacerdote celebrante violetur Eccleſia ante Canonem dimittatur Miſſa: Si poſt Canonem non dimittatur. Si timeatur incurſus hoſtium, vel alluuiones, vel ruina loci: vbi celebratur, ante conſecrationem dimittatur Miſſa, poſt conſecrationem verò Sacerdos accelerare poterit ſumptionẽ ſacramẽti omiſsis omnibus alijs.

Si Sacerdos ante conſecrationem grauiter infirmetur, vel in ſincopen inciderit: aut moriatur prætermittitur Miſſa. Si poſt conſecrationem Corporis tantum ante conſecrationem Sanguinis; vel vtroque conſecrato id accidit; Miſſa per alium Sacerdotem expleatur ab eo loco: vbi deſijt: & in caſu neceſſitas etiam per non ieiunum. Si autem non obierit: ſed fuerit infirmus adeo tamen: vt poſsit communicare: & non adſit alia hoſtia conſecrata Sacerdos: qui Miſſam ſupplet; diuidat hoſtiam: & vnam partem præbeat infirmo aliam ipſe ſumat. Si autem ſemiprolata forma Corporis obijt Sacerdos: quia non eſt facta conſecratio; non eſt neceſſe; vt Miſſa per alium ſuppleatur. Si verò obijerit ſemiprolata forma Sanguinis: tunc alter proſequitur Miſſã; & ſuper eundem Calicem repetat integram formam: ab eo loco. *Simili modo poſtquam cænatum eſt:* vel poſſet ſuper alium Calicem præparatũ integram formam proferre; & hoſtiam primis Sacerdotis; & ſanguinem à ſe conſecratum ſumere; ac deinde Calicem relictum ſemiconſecratum.

Si quis extra huiuſmodi caſus neceſsitatis

tatis integra ſacramenta non ſumpſerit; grauiſsimè peccat.

Si muſca; vel aranea; vel aliquid aliud ceciderit in calicem ante conſecrationem; proijciat vinum in locum decentem: & aliud ponat in calice; miſceat parum aquæ offerat; vt ſupra:& proſequatur Miſſam. Si poſt conſecrationem ceciderit muſca: aut aliquid huiuſmodi;& fiat nauſea Sacerdoti: extrahat eam; & lauet cũ vino; finita Miſſa comburet: & combuſtio: ac lotio eiuſmodi in ſacrarium proijciatur. Si autem non fuerit ei nauſea; nec vllum periculum timeat:ſumat cum ſanguine.

Si aliquod venenoſum ceciderit in calicem;vel quod prouocaret vomitũ; vinum conſecratum reponendum eſt in alio calice,& aliud vinum cum aqua apponendum denuo conſecrãdum: & finita Miſſa ſanguis repoſitus in pano lineo, vel ſtuppa tandiù ſeruetur, donec ſpecies vini fuerint deſiccatæ, & tunc ſtuppa comburatur,& combuſtio in ſacrarium proijciatur, ſi aliquod venenatum contigerit hoſtiam conſecratam, tunc alteram conſecret,& ſumat modo quo dictum eſt, & illa ſeruetur in tabernaculo ſeparato, donec ſpecies corrumpantur, & corruptæ deinde mittantur in ſacrarium.

Si ſumendo ſanguinem, particula remanſerit in calice digito ad labium calicis eam adducat, & ſumat ante purificationem, vel infundat vinum, & ſumat.

Si hoſtia ante conſecrationem inueniatur fracta, niſi populo euidentur appareat,talis hoſtia conſecretur: ſi autem ſcandalum populo eſſe poſsit alia accipiatur,& offeratur: quod ſi illius hoſtiæ iam erat facta oblatio, eam poſt ablutionem ſumat.

Quod ſi ante oblationem hoſtia appareat confracta, accipiatur altera integra,ſi citra ſcandalum,aut longam moram fieri poſsit.

Si propter frigus, vel negligentiam hoſtia conſecrata dilabatur in calicem, propterea nihil eſt reiterandum, ſed Sacerdos Miſſam proſequatur,faciẽdo cæremonias, & ſigna conſueta cũ reſidua parte hoſtiæ,quæ non eſt madefacta ſanguine,ſi commodè poteſt. Si verò tota fuerit madefacta, non extrahat eam, ſed omnia dicat omittenda ſigna, & ſumat pariter corpus, & ſanguinem, ſignans ſe cum calice,& dicens: *Corpus,& Sanguinis Domini noſtri.&c.*

Si in hieme ſanguis congeletur in calice, inuoluatur calix pannis calefactis: ſi id non proficeret, ponatur in feruenti aqua propè altare, dummodo in calicem non intret donec liqueſiat.

Si per negligentiam aliquid de ſanguine Chriſti ceciderit, ſiquidem ſuper terram,ſeù ſuper tabulam,lingua labatur,& locus ipſe radatur quantum ſatis eſt,& abraſio comburatur: cinis verò in ſacrarium recondatur. Si verò ſuper lapidem altaris ceciderit, ſorbeat Sacerdos ſtillam,& locus benè abluatur, & ablutio in ſacrarium proijciatur. Si ſuper linteum altaris, & ad aliud linteum ſtilla peruenerit, ſi vſque ad tertium: linteamina ter abluantur,vbi ſtilla ceciderit.

Calice ſuppoſito, & aqua ablutionis in ſacrarium proijciatur.

Quod ſi in ipſo ſolum corporali, aut ſi in veſtibus ipſis ſacerdotalibus ceciderit,debet ſimiliter ablui,& ablutio in ſacrarium proijci. Si in ſubſtrato pedibus panno, vel tapeto, benè abluatur,vt ſupra.

At ſi contingat totum ſanguinem poſt conſecrationem effundi, ſiquidem aliquid,vel parum remanſit,illud ſumatur, & de effuſo reliquo ſanguine fiat,vt dictum eſt.Si verò nihil omninò remanſit ponat iterum vinum, & aquam,& conſecret ab eo loco *Simili modo poſtquam cænatum eſt*, facta prius tamen calicis oblatione, vt ſupra.

Si Sacerdos euomat Euchariſtiam, ſi ſpecies integræ appareant, reuerenter ſumatur, niſi nauſea fiat: tunc enim ſpecies conſecratæ cautæ ſeparentur, & in aliquo loco ſacro reponantur,donec corrumpantur, & poſtea in ſacrarium proijciantur.Quod ſi ſpecies non appareant, comburatur vomitus, & cineres in ſacrarium mictantur.

Si hoſtia conſecrata,vel aliqua eius particula dilabatur in terram reuerenter accipiatur, & locus, vbi cecidit mundetur, & aliquantulum abradatur,& puluis, ſeù abraſio huiuſmodi in ſacrarium immictatur. Si ceciderit extra corporale in mappa, ſeù

alio

Digitized by Google

alio quouis modo in aliquod linteũ mappa, vel linteum huiuſmodi diligenter lauetur, & loſio ipſa in ſacrarium effundatur.

Poſſunt verò aliquam alia dubia occurrere in ſacrificio Miſſæ, ac proindè operepretium exiſtimo quod ponantur, vt rectè ſcire poſsit Sacerdos reſolutionem eorum ex reſponſionibus, quæ fient.

QVÆRITVR I.

Qua quantitas aquæ ponenda ſit in Calice ante conſecrationem vini.

Bonac. REſpondetur, ex communi *DD.* ſẽtentia, teſte *Bonac. tom. 1. diſp 4. q. 2. punt. 4. fol. mihi* 74. ſufficere quamlibet guttulam aquæ modo ſit ſenſibilis, nam modica quantitas facilius conuertitur in vinum, & ſub qualibet gutta ſaluatur ſignificatio propterquam aqua adhibetur in *Concilio Tribulenſi cap.* 19. habetur, & in *Florentino* dicitur [miſcendum eſſe paululum aquæ, & aquam modicisſimã, cauere debet Sacerdos, ne tantam aquæ copiam adhibeat, quantum eſt vinum. Immo curare debet, nè quantitas aquæ tertium vini partem excedat. *Nauarr.* denique ait in *ſumm. c.* 25. *num.* 85.] peccare mortaliter celebrantem cum vino adeo lymphato, vt ſubſtantiam vini amitteret, & conſecratio eſſet nulla.

Concil. Tribul. & Flor.

Nauarr.

QVÆRITVR II.

Vtrum qualibet parua quantitas panis, vel vini conſecrari poſſit.

Bonacin. REſpondetur, ex communi omniũ ſententia Doctorum, teſte *Bonac. diſp.* 4 *tom.* 1. *q.* 2. *punct.* 5. *num.* 1. *fol. mihi* 74. quamlibet paruam quantitatem panis, modo ſit ſenſibilis poſſe eſſe materiam ſacramenti, nam ſi detur tam parua quantitas panis, quæ non ſit ſenſibilis, nec videri, aut deſignari poſsit non eſt apta materia cõſecrationis, quia humano modo eſt inſenſibilis, nec deſignari, & demonſtrari poteſt per particulam hic, vt communiter docent *DD.* teſte *Bonac. loc. cit.*

Bonac.

Henriq. Verum alij *DD.* teſte *Henriquez lib.* 8. *cap.* 14. *num.* 4. quos ipſe ſequitur oppoſitum tenent, nempè poſſe conſecrari partem minimam panis, vel vini; quamuis non ſit ſenſibilis oculo mortali, eſt tamen ſenſibilis oculo beato cum habeat colorem, & quantitatem.

QVÆRITVR III.

An conſecrari poſſit qualibet magna quantitas panis, & vini?

REſpondetur, ex communi *DD.* ſẽtentia, apud *Bonac. tom.* 1. *diſp.* 4. *q.* 2. *p.* 5. *num.* 2. affirmatiuè, nimirum poſſe quamlibet quantitatem panis conſecrari, ſed hoc non eſſe licitum, & grauiter peccaret, qui abſque cauſa vltra modum conſecraret ingentem quantitatem panis; vt rectè docet *Henriquez lib.* 8. *cap.* 14. *num.* 4. & *Bonac. loc. cit.* *Bonacin.* *Henriq.*

QVÆRITVR IV.

Vtrum materia conſecranda debeat eſſe præſens, & quodnam dicatur ſufficiens præſens.

REſpondetur, ex communi *DD.* ſẽtentia, teſte *Bonac. tom.* 1. *diſp.* 4. *q.* 2. *punct.* 6. *num.* 1. & 2. affirmatiuè, nempè materiam conſecrandam debere eſſe præſentẽ moraliter, alioquin falſa redderetur forma conſecrationis cum forma conſecrationis fiat cum his particulis demoſtratiuis hoc, & hic, quæ rei abſenti nequeunt benè accomodari. *Bonacin.*

Vt materia conſecranda dicatur præſens moraliter debet eſſe, ita præſens Sacerdoti conſecranti, vt ſecundum communem loquendi modum poſſit verè, & propriè deſignari, & denotare per particulam hoc, vel hic iuxta prudentis viri iudicium, ita affirmant *DD.* teſte *Bonac. loc. cit.* *Bonacin.*

HINC

PRimò colligi poteſt, non requiri ad validè materiæ conſecrationem, vt ſonus verborum attingat materiã conſecrandam; cum materia poſsit eſſe ſufficienter præſens, etiam ſi ſonus verborum ad ipſam non pertingat, ita *DD.* teſte *Bonac. loc. cit.* *Bonac.*

Secundò, poſſe validè conſecrari vinum

Nn in

in calice cooperto contentum, aut dolio incluſum, aut hoſtias in pixide contentas, aut latentes ſub alijs hoſtijs, vel ſub mappa, vel etiam in Miſſali; modo exiſtant coram Sacerdote, nam poſſunt demoſtrari per particulam, hoc, eſt communis *DD.* ſententia, teſte *Bonac. loc. cit.*

Bonac.

Tertiò, Sacerdotem cœcum validè conſecrare hoſtiam, quam coram ſe habet; quamuis illam non videat, non enim neceſſe eſt, vt materia actu videatur, ſed ſufficit, vt ſit præſens moraliter, & deſignetur per particulam hoc, ita communiter *DD.* teſte eodem *Bonac.*

Quartò, validè conſecrari hoſtiam exiſtentem à tergo, ſi Sacerdos etiam in manibus teneat; nam proprie demoſtrari poteſt per particulam hoc. Secus dicendum videtur, ſi Sacerdos illam præ manibus non habeat, ita communiter affirmant *DD* teſte *Bonac. loc cit.* quidquid maior ſenſerit in oppoſitum, vt dicit & allegat *Bon.*

Quintò, validè eſſe cõſecrationem materiæ exiſtentis coram Sacerdote; quamuis actu non tangatur, aut præ manibus non habeatur, ita *DD. cit.*

Sextò, quando Sacerdos intendit duplicem materiam conſecrare, vnam præſentem, & alteram abſentem, cõſecrationem non eſſe validam reſpectu abſentis, reſpectu verò præſentis videri validam; quia de materia præſenti verificatur forma; contrarium tenet *Nugnus in 3. par. q. 74. art. 2. difficul. 4.* & ſic dicit quando Sacerdos nullam facit diſtinctionem inter materiam abſentem, & præſentem, ſed ſimpliciter propter formam ſuper vtramque materiam nulla eſt conſecratio, quia tunc temporis forma redditur propoſitio falſa, ergo non efficit quod ſignificat quoniã illud pronomen, hoc, tantum ſignificat omne illud, quod Sacerdos intendit conſecrare. Sed non poteſt ſignificare materiam abſentem: ergo ſimpliciter loquendo propoſitio redditur falſa; quia virtualiter eſt vna copulatiua, cuius altera pars eſt falſa.

Nugnus.

Si verò Sacerdos habeat iſtam intentionem, volo conſecrare vtramque materiam, ſi autem fuerit impoſſibile hoc, volo conſecrare poſſibile, tũc temporis dubium eſt, ait *Nugnus loc. cit.* vtrum conſecratio ſit validè, atque adeo talis materia debet ſeruari, & ſumi ſub dubio cum aliqua reuerentia.

Nugnus.

Septimò, non poſſe validè conſecrari hoſtiam exiſtentem poſt parietem, nam humano modo videtur abſens, nec propriè deſignari poteſt per particulam hoc, cum de illa non dicatur hæc hoſtia, ſed illa hoſtia: ita communiter affirmant *DD.* teſte *Bonac. to. 1. diſp. 4. q. 2. pun. 6. num. 9*

Bonacin.

Octauò, non poſſe validè conſecrari materiam diſtantem triginta paſſibus: quia propriè loquendo non videtur poſſe deſignari per particulam hoc, ſed potius per particulam illud. ita *DD.* teſte *Bonac. loc. cit.*

Bonac.

Sed dubium eſt. Vtrum validè ſaltem poſſit conſecrari materia ſaltem diſtans viginti paſſibus.

Reſpõdetur affirmatiuè; cum communi *DD.* ſententia. teſte *Henriquez lib. 8. cap. 14. num. 2.* Sed *Bonac. tom. 1. diſp. 4 q. 2. pun. 6. num. 11.* dicit [hoc ſibi non eſſe certum, cum non conſtet deſignari poſſe per particulam hoc.]

Henriq. Bonac.

QVÆRITVR IV.

Vtrum materia conſecranda debeat eſſe aliquo modo definita, & determinata in mente Sacerdotis conſecrantis.

Reſpondetur, ex communi *DD.* ſẽtentia nemine diſcrepante, teſte *Bonac. loc. cit.* ſed *punct. 5. num. 3.* affirmatiuè, nempè debere eſſe materiam certam in mente Sacerdotis conſecrantis. vnde ſi Sacerdos intenderit hoſtias conſecrare, & non has hoſtias, non validè conſecraret.

Bonac.

Obijcies ſi quis deferat ad altare duas hoſtias, quas credit eſſe vnam tantũ vtramque validè conſecrat, ſed illæ hoſtiæ non ſunt determinatæ, nec præcognitæ in mente conſecrantis: ergo materia conſecranda non debeat eſſe definita: & determinata in mente conſecrantis.

Reſpondetur; ex communi *DD.* ſentẽtia. teſte *Bonac. loc. cit.* vtramque hoſtiam remanere conſecratam: quia error ſpeculatiuus, ſeù priuata deceptio; qua duplex hoſtia creditur vna tantum; non obſtat debitæ intentioni;

Bonac.

ni; quam Sacerdos habere debet; & moraliter habet conſecrandi totam materiam, quam habet præſentem, & in mente determinatam.

Secus dicendum eſt, ſi Sacerdos præciſè velit vnam tantum conſecrare; tūc enim cum Sacerdos non habeat intentionem, & materiam determinatam, nec ſit maior ratio cur vna potius hoſtia, quam alia conſecretur; neutra remanet conſecrata, & in hoc conueniunt omnes DD.

Hinc ſequitur primò nullā hoſtiæ partem remanere conſecratam, quando Sacerdos intendit ſolum quartam hoſtiæ partem; vel medietatem conſecrare, non diſtinguens quam partē conſecrare velit; Secus ſi aliquam hoſtiæ partem determinatam, & deſignatam intendat conſecrare, etiam ſi illa pars deſignata coniuncta ſit cū alijs partibus, nam coniunctio cum alijs partibus non obſtat quin pars illa ſit determinata, & quin verè ſit materia huius Sacramenti: ſicut patet à ſimili de vino conſecrato, quod miſcetur, & coniungitur cum non conſecrato, nam conſecratum non deſinit eſſe conſecratum propter admixtionem, & coniunctionem cum conſecrato. ita communiter DD. teſte Bonac. loc. cit. *Bonac.*

Secundò, ſequitur nullam hoſtiam remanere conſecratam, ſi Sacerdos præſentes habeat decem hoſtias, & intendat quatuor tantum cōſecrare non determinando, quas velit conſecrare. Ratio eſt; quia materia non eſt determinata in mente conſecrantis; nec eſt maior ratio: cur vna potius hoſtia; quam alia remaneat conſecrata; ita communiter DD. teſte Bonac. loc. cit. neminem afferens Doctorem in oppoſitum. *Bonacin.*

Tertiò ſequitur. Validam eſſe conſecrationem quoad omnes hoſtias; quando quis plures hoſtias conſecrandas detulit ad altare; & Sacerdos habuit actualem intentionem conſecrandi omnes; licèt in actu conſecrationis recordetur illius tantum hoſtiæ; quā præmanibus habet; quia quamuis nō habeat intentionem actualem eas conſecrandi; habet tamen virtualem manantem ex actuali; quam habuit conſecrandi quando illas accepit conſecrandas. ita communiter DD. teſte Nauar. c. 25. nu. 91. & Bonac. loc. cit. *Nauarr.* *Bonac.*

Quartò; illas hoſtias; quas quis inſcio Sacerdote conſecrandas appoſuit nō remanere conſecratas, quamuis illas appoſuerit in corporale; ratio eſt, quia illæ hoſtiæ non cenſentur determinatæ in mente Sacerdotis, & voluntas non fertur in incognitum, ita DD. teſte Bonac. loc. cit. oppoſitum tenet Nugnus. *Bonac.* *Nugnus.*

Quintò, non eſſe validam conſecrationem, ſi Sacerdos intēdat eas hoſtias, aut illam partem hoſtiæ conſecrare, quam Deus intendit; nam Sacerdos non dicitur habere intentionem, & materiam, humano modo determinatam, nec poteſt diſtinguere materiam conſecratam ab ea, quæ non eſt conſecrata. ita communiter affirmāt DD. teſte Bonac. loc. cit.

Obijcies, ſi quis offerat ſacrificium, & illud applicet animæ Purgatorij, quam Deus elegerit, valida eſt applicatio, & ſacrificium re vera prodeſt illi, quam Deus deſignauerit, ergo etiam valida videtur conſecratio, quando quis intendit hoſtias conſecrare, quas Deus intendit, hanc obiectionem ponit Bonac. tom. 1. diſp. 4. q. 2. punct. 5. num. 10. *Bonac.*

Reſpondetur ab eodem Bonac. loc. cit. negando conſequentiam; ratio diſparitatis eſt, ait Bonac. [quia Sacerdos poteſt offerre ſacrificium pro anima Purgatorij, quam Deus elegerit cum ad Deum pertineat remictere immediatè pœnam animabus debitam, in ſacramento verò, cum Sacerdos immediatè, & proximè agat per intentionem, & verba, requiritur, vt ipſe determinet materiam, & non ſufficit, vt illius determinationem referat in voluntatem, & intentionē Dei.] hæc ſunt formalia verba Bonacinæ. Quod *Bonac.* *Bonac.*

Notandum eſt, quam pretioſus actus ſit charitatis erga Deum, hoc modo, ſacrificium offerre, nempè ſatisfactionem Miſſæ offerre ad quam animam Deus voluerit: Scio ego multos Sacerdotes his temporibus hanc deuotionem habere erga Deiparam, applicant enim valorem ſacrificij ad animam, quā B. Virgo deſignauerit.

Sextò, non poſſe conſecrari materiam abſentem, quæ mente concipitur, nā eiuſmodi materia, quamuis dicatur præſens in intellectu, non tamen eſt præſens humano modo, ita vt deſi-

gnari poſſit per particulam hoc. ita *Bonac loc. cit.* ſed *num.* 12. Bonac.

Septimò, non eſſe validam conſecrationem, ſi inchoata forma conſecrationis, materia nondum erat præſens, quia eiuſmodi materia non fuit demonſtrata per pronomen hoc; ita communis ſententia *DD.* affirmat, teſte *Henriq. lib.* 8. *c.* 14. *num.* 3. Henriq.

QVÆRITVR IV.

Quæ ſit materia remota ſacramenti Corporis.

Reſpondetur, ex communi *DD.* ſententia, teſte *Bonac tom.* 1. *q.* 2. *diſp.* 4. *punct.* 1. *num.* 1. materiam remotam ſacramenti Corporis Chriſti eſſe panem triticeum; ita de fide conſtat ex *Concilio Florentino in decreto vnionis,* & ex *Trident. ſeſſ.* 13. Bonac. Concil. Florent. Concil. Trid.

QVÆRITVR V.

Quando celebrantur tres Miſſæ in die Natalis, ſed interpolatæ, puta vna in media nocte, alia in aurora, alia in meridie, an poſſit abſtergi Calix medio purificatorio, an verò ſpecies vini conſecrati, ſunt exiccandæ in Calice; Ratio eſt, quia non videtur ratio cur ſit licitum, vt ſpecies exiccentur in Calice, & non in purificatorio.

Reſpondetur, ex *Gauante in comment. Rubr. Miſſalis par.* 4. *tit.* 3. *num.* 4. non eſſe tergendum calicem, niſi in fine tertiæ Miſſæ, neque eſſe tergendũ calicem purificatorio; & licèt dictus auctor, non aſsignet rationem; tamẽ ratio poteſt eſſe, quia purificatorium per ſe non eſt deſtinatum ad exiccãdas ſpecies conſecratas, ſed tantum ad tergendum calicẽ poſt ſumptionem purificationis; Calix verò per ſe primò eſt ordinatus ad continendas ſpecies ſacramentales, & idcircò eſt ab Epiſcopo conſecratus & ideo mirum non eſſe debet cur potius exiccandæ ſunt ſpecies ſacramentales in calice, quam in purificatorio. Gauan.

Neque dicas in calice, non remanere ſpecies ſacramentales, poſt ſumptionem factam à Sacerdote, quia illa humiditas relicta ex dicta ſumptione non eſt potabilis, cum ſit minima pars ſpeciei ſacramentalis, quia quælibet parua quãtitas ſenſibilis panis, & vini, poteſt eſſe materia huius ſacramenti, vt docet *D. Th.* 3. *par. q.* 73. *art.* 1. *Vaſquez diſp.* 71. *cap.* 2 & 3. *Suarez diſp.* 43. *in* 3. *par tom.* 3. *ſect.* 7. *Valentia, Coninchο, Henriquez*, & plerique alij cit. à *Bonac. tract. de ſacram. diſp.* 4. *q.* 2. *punct.* 4. *num.* 1. *Valentia verò, & Soto* cit. à *Bonac. & Henriquez lib.* 8. *cap.* 14. *num.* 4. dicunt eſſe etiam validam conſecrationem, quando materia eſt inſenſibilis, oculo mortali, quia ſatis eſt, vt ſit ſenſibilis oculo beato exiſtimat eſſe probabile *Suarez loc. cit.* ſed *ſect.* 8. eam paruam quantitatem panis, & vini, quæ naturaliter videri non poteſt, poſſe validè conſecrari ab eo, cuius oculus per Dei potentiam eleuatur, ad eam videndam, at hic eſſet caſus metaphyſicus. D. Thom. Vaſq. Suar. Valent. Coninch. Henriq. Bonac. Valent. Bonac. Soto. Henriq. Suar.

SED DICES

Baptiſmus non poteſt adminiſtrari ſub qualibet parua quantitate aquæ, quæ non ſit ſufficiens ad abluendum, ergo, neque poteſt Euchariſtia confici ſub qualibet parua materia panis, & vini, quæ non ſit aptà ad vſum.

Reſpondetur negando conſequentiam, quia Baptiſmus eſt ſacramentum conſiſtens in actione, & vſu abluendi conſequenter in eo debet adhiberi tanta quantitas aquæ, quæ ſufficiens ſit ad abluendum.

Sacramentum verò Euchariſtiæ non conſiſtit primariò in vſu, ſed in eſſe permanenti, cum duplex ſit finis materiæ ſacramenti Euchariſtiæ, proximus ſcilicet, & remotus Finis proximus eſt, vt in ea contineatur Chriſti Corpus, conſequenter ea materia ſufficit, ad conſecrationem, quæ ſufficit, vt in ea contineatur corpus, vel ſanguis Chriſti; cum autem ſub qualibet parua quantitate cõtineri poſſit corpus, vel ſanguis Chriſti ſequitur, quamlibet paruam quantitatem ſufficientem eſſe ad Euchariſtiam conficiendam. Finis verò remotus & ſecundarius materiæ Euchariſtiæ, eſt vſus, & ſumptio Euchariſtiæ, ad quẽ finem, licèt aliqua parua quantitas nõ ſit ſufficiens, nihilominus eſt ſufficiens ad primarium finem, & conſequenter ad conficiendum ſacramẽtum.

Digitized by Google

Valent. tum. ita *Valentia tom. 4. diſp. 6. q. 2. punct. 2. verſicul. alter finis, & verſicul. denique*. ita etiam docet *Bonacin. loc. cit.* *Bonac.*

Præterea addo. quod licèt ſpecies ſacramentales non ſint potabiles ex modicitate earum. tamen poſſunt potari. ſaltē lambendo, vel ſuggēdo.

QVÆRITVR VI.

Quænam genera frumenti comprehendātur. & quænam non comprehendantur ſub nomine tritici.

Bonac. RESpondetur; ex communi *DD.* ſētentia: teſte *Bonac. loc cit.* panicū; milium; auenam. lolium; far. & hordeum: non comprehendi ſub nomine tritici: quia ſpecie differunt à tritico. Selica verò; quam nos appellamus ſecalam; comprehenditur ſub nomine tritici; & eſt materia huius ſacramenti; quia non differt ſpecie à tritico; nec aliud eſt ſecala: quam triticum aliquanto inferius ordinario tritico. Grauiter tamen peccaret cōficiens ſacramentum in ſecala: nam vteretur materia dubia; cum ſecala ſecundum aliquis *DD.* teſte eodem *Bonac. loc. cit.* non ſit triticum; & eſt valdè probabile ſecundum *Bonac.* *Bonac.*

QVÆRITVR VII.

Vtrum quilibet panis confectus ex tritico: ſit materia ſufficiens huius ſacramenti?

RESpondetur affirmatiuè; his quatuor concurrentibus.

Primum eſt; vt adhuc denominetur panis; nam ſi alio nomine nuncupetur non præſumitur materia apta; quia videtur aliam induiſſe naturam.

Secundum; vt ſit confectus ex aqua naturali cum panis confectus ex aqua naturali propriè dicatur panis.

Tertium: vt ſit coctus igne per modum aſſationis. vt in furno; aut ſubcinere; aut ferro calido, aut alia ſimili ratione, quia panis, qui non eſt hoc modo coctus non eſt panis, nec propriè dicitur panis.

Quartum, vt ſit præſens moraliter, & poſsit deſignari per particulam hic, & hoc alioqui forma non verificaretur; quantum ad ſupradictas quatuor conditiones ſupra explicatas omnes *DD.* teſte *Bonac. tom. 1. diſp. 4. q. 2. pun. Bona 1. nu. 3.* conueniunt.

HINC

PRimo ſequitur panes dulciarios confectos ſcilicet ex melle, vel lacte, vel aqua roſacea, vel alio ſimili liquore in tanta quantitate, vt non amplius dicatur panis vſualis, ſed dulciarius, mutato odore, & ſapore non eſſe materiam ſufficientem huius ſacramenti. Si verò panis confectus ſit ex aqua naturali, & illi ſit admixta aqua roſacea, vel butyrum, &c. videndum eſt, vtrum aqua roſacea, vel alia res aquę permixta ſit magnæ quantitatis, ita vt æquet, vel ſuperet aquam naturalem, vel vtrum ſit modicæ, & exiguæ quantitatis; ſi eſt modicæ quantitatis, cenſetur adhuc materia ſufficiens, quia modica quantitas trahitur ad naturam aliorum, quæ concurrunt, & non deſtruit rei naturam. Si verò ſit magnæ quantitatis non eſt materia ſufficiēs, quia ex eiuſmodi admixtione reſultat tertium quoddam compoſitum diſtinctum à pane vſuali, ita affirmant cōmuniter *DD.* teſte eodem *Bonac. loc. cit.* neminem in oppoſitum afferente. *Bonac.*

Secundò ſequitur paſtam, laganam, & ſimilia non eſſe materiam ſufficientem huius ſacramenti, ita *DD. cit. à Bonac. loc. cit.* *Bonac.*

Tertiò, ſequitur panem confectum ex farina tritici, & ex farina frumenti alterius ſpeciei eſſe materiam aptā, ſi admixtio alterius farinæ, ſit modica, ita vt triticeum adhuc prædominetur, ſi verò mixtio ſit æqualis, ita vt reddatur medium quid inter panem triticeum, & alium panem, non eſt apta materia huius ſacramenti, vt docent Doctores *cit. à Bonac. loc. cit.* *Bonac.*

Quartò ſequitur Amylon non eſſe materiam aptam huius ſacramenti, nam quamuis amylon conficiatur ex tritico, tamen ſit ſine mola, & conſequenter non redigitur in farinam; vnde ſi in farinam redigeretur, & cōficeretur ex aqua naturali, & igne coquatur, eſſet materia ſufficiens, quia denominaretur panis triticeus, ita communiter affirmant Doctores, teſte *Bonac. loc. cit.* *Bonac.*

Quintò ſequitur, tàm panem fermentatum, quam ayzmum eſſe materiam

aptam huius ſacramenti, & hoc eſſe citra controuerſiam; Sacerdos verò latinus debet, & tenetur conſecrare in azymis Græcus verò in fermentato; Sacerdos latinus in Eccleſia Græca poteſt licitè conficere in fermentato, & Græcus in Eccleſia latinà etiam poteſt licitè conſecrare in azymis, quilibet enim poteſt ſe legitimis conſuetudinibus locorum accomodare, ita *Henriquez. Sanchez, Suarez, & alij cit. à Bonac. loc. cit.* Henriq. Suar.

QVÆRITVR VIII.

Quanam ſit materia remota ſacramenti ſanguinis?

RESpondetur, ex communi *DD.* ſententia, teſte *Bonac tom. 1. diſp. 4. q. 2. punct. 2. num. 1.* materiam remotam ſacramenti ſanguinis eſſe vinum ex vite, & colligitur clarè ex *Matth. c. 2. & Luc. c. 22. & Marc. c. 14.* Bonac. Matth. Luc. Marc.

HINC

PRimò ſequitur ſacramentum ſanguinis confici poſſe, non ſolum in vino nigro, verum etiam in albo, eſt communis doctrina quia vtrumque eſt vinum ex vitæ.

Secundò ſequitur, muſtum eſſe materiã aptam ſacramenti ſanguinis, quia verè eſt vinum, vt patet ex *c. cum omne de conſecrat. diſtin. 2.* Cauendum tamen eſt, ne muſtum ſit fęculentum, aut impurum, alioquin committeretur peccatum ex ſuo genere mortale contra reuerentiam tanto ſacramento debitam.

Vinum verò, ſatis decoctum defrutum, ſiuè ſapa non eſt apta materia, quia mutauit ſpeciem, nec eſt propriè vinum, ita communiter *DD.* teſte *Bonac. loc. cit.* neminem afferrente in oppoſitum. Bonac.

Tertiò, ſacramentum ſanguinis confici poſſe in vino miraculoſo facto, quale fuit in nuptijs Canæ galileæ; nam verè ex aqua factum fuit vinum per vitæ, & vitis autorem, & perindè fuit, ac ſi ex vitæ naturali factum fuiſſet, vt rectè docet *Henriquez lib. 8. cap. 12.* & alij. Henriq.

Quartò, acetum non eſſe aptam materiam huius ſacramenti, nam acetum non eſt propriè vinum; vinum verò accreſcens eſt materia ſufficiens quãuis peccet, qui vino aceſcente, quod ſcilicet eſt in via ad acetum vtitur extra neceſsitatem, & hoc eſt peccatum mortale, ſi vinum, ita vergat ad acetum, vt dubitetur, an ſit verè acetum, vt communiter affirmant *DD.* teſte *Bonacin. loc. cit.* Bonac.

Quintò, agreſtam non eſſe materiam aptam ſacramenti ſanguinis, quia nõ dum eſt vinum: ſed eſt in via generationis ad vinum: vt docent communiter *DD.* teſte eodem *Bonac. loc. cit.* cognoſcitur autem eſſe vinum quãdo id quod exprimitur ex vua eſt dulce: ita *Angles*, & alij *DD. cit. Bonac. loc. cit.* Bonac. Angles.

Sextò: aquam è vitibus effluentem non eſſe materiam aptam; quia non eſt vinum: ita *DD.* teſte *Bonac.* Bonac.

Septimò: vinum ex melo granato expreſſum: aut ceruiſiam non poſſe cõſecrari: quia non eſt vinum vitis: ita communiter *DD.* teſte *Bonac. loc. cit.* Bonac.

Octauò: vuam non poſſe conſecrari: quia eſt ordinata ad comedendum: non autem ad potum: neque de hoc eſt dubitandum: quia in hoc conueniunt omnes Doctores. Bonac.

Nonò: vinum congelatum poſſe validè conſecrari: quia ſi ſpecies uini iam conſecratæ congelarentur; remanet ſub illis ſanguis: ergo etiam poteſt in uino congelato ſacramentum cõſtitui, quia adhuc eſt potabile ſaltem ſi liquefiat: ita communiter *DD.* teſte *Bonac. loc. cit.* Secus dicendum eſt de uuis non dum expreſsis; ut ſupra dictum eſt. Bonac.

QVÆRITVR IX.

Vtrum neceſſe ſit ſub vtraque ſpecie conſecrare.

REſpondetur certiſsimum eſſe apud Doctores non eſſe neceſſarium neceſsitate ſacramẽti ſub utraque ſpecie conſecrare; alioquin Sacerdos qui haberet intentionem cõſecrandi hoſtiam: & non uinum: non conſecraret quod eſt falſum cũ hoſtia ſtatim: ac conſecrata eſt: populo proponatur adoranda antequã fiat calicis conſecratio: ex quo patet: ualidam fore conſecrationem calicis factam ante panis conſecrationem; & è contra; ſed graue ſacrilegium com-

commi&ctilde;teret Sacerdos conficiendo ſub vna tantum ſpecie.

Reſpondetur ſecundò, neceſſarium eſſe neceſsitate præcepti conficere ſub vtraque ſpecie, ſcilicet panis, & vini.

Sed difficultas eſt, quo præcepto teneatur Sacerdos, quoties celebrat conficere ſub vtraque ſpecie diuino, an eccleſiaſtico?

Nauarr. Bonac. Reſpondetur, ex *Nauarr. c.* 25. *num.* 91. & alijs, teſte *Bonac. tom.* 1. *diſp.* 4. *q.* 2. *punct.* 3. *num.* 5. eſſe præceptum eccleſiaſticum quia dicunt iſti Doctores, non extare præceptum diuinũ quod ex ſcriptura colligatur, immo habetur quod Chriſtus communicauit duos Apoſtolos euntes in Emaus ſub vna tantum ſpecie, & ſub vna ſolum ſpecie conſecrauit, vt probabiliter inquiunt *Theophilatus in Lucam*, *Chryſoſtomus*, & alij. Theophi. Chryſoſt.

Bonac. Sed probabilior ſententia, teſte eodem *Bonac. loc. cit.* eſt eorum, qui dicunt conficiendam eſſe ſub vtraque ſpecie ex præcepto diuino, quia verba illa Scripturæ id indicant, nempè hoc facite in meam commemorationem; commemoratio autem perfecta non poteſt fieri ſine ſacrificio, ſacrificium verò, non poteſt fieri ſine conſecratione vtriuſque ſpeciei, nam hoc ſacrificium repreſentat ſacrificium, & mortem Chriſti, in qua ſeparatus, & effuſus fuit ſanguis è corpore, non poteſt autem integrè, & perfectè repreſentari ſacrificium Chriſti, niſi ſub vtraque ſpecie fiat conſecratio, & ſacrificium, nam ſi ſolum fiat in corpore Chriſti, non expreſsè ſignificatur effuſio, & ſeparatio ſanguinis à Chriſto, & quidquid ſit an Chriſtus communicando Apoſtolos euntes in Emaus ſub vna tantum ſpecie, ſolùm conſecrauerit ſpeciem panis, & non vini, nihilominus dici poteſt tũc hoc feciſſe ex poteſtate excellentiæ, quandoquidem etiam Chriſtus ex eiuſmodi poteſtate abſoluit Magdalenam à peccatis, non audiendo ſacramentaliter eius confeſsionem, & tamen conſtat adeſſe præceptum diuinum de confeſsione, iuxta illud Scripturę *Confitemini alteratrum, &c.*

QVÆRITVR X.

Vtrum præceptum conſecrandi ſub vtraque ſpecie ſit affirmatiuum, vel negatiuum, ſeù vtrum ſemper obliget, nam præceptum negatiuum ſemper obligat.

Reſpondetur, præceptum diuinum conſecrandi ſub vtraque ſpecie eſſe affirmatiuum, nam dantur aliqui caſus, in quibus non extat obligatio conficiendi ſub vtraque ſpecie, vt ſi Sacerdos conſecrata hoſtia comperiat vinum in Calice eſſe veneno infectum, nec habeat copiam alterius vini, aut comperiat non eſſe vinum in calice, nec poſsit aliud inuenire, ſaltem ſine magno ſcandalo, aut ſine vitæ periculo, aut ſi Sacerdoti poſt conſecrationem hoſtiæ immineat periculum vitæ proſequendo conſecrationem calicis, nam tunc poteſt deſiſtere à conſecratione calicis, ſtatimque cõſumpta hoſtia, fugere ad præcauendum vitæ periculum. ita communiter affirmant *DD.* teſte *Bonac. loc. cit.* Bonac.

QVÆRITVR XI.

Vtrum Sacerdos poſſit conſecrare ſub vna tantum ſpecie, quando quis comminatur ei mortem, etiam ſi hoc faciat ad communicandum infirmum.

Reſpondetur, ex *Suarez tom.* 3. 3. *par. diſp* 43. *ſect.* 4. *concluſ.* 1. hoc non poſſe fieri à Sacerdote, quia formaliter intenderet mutilum ſacrificium facere, quod eſt intrinſecè malum, & contra præceptum negatiuũ. Quamobrem aliud eſt aliquando derelinquere ſacrificium bona fide inchoatum, aliud eſt inchoare ſacrificium cum intentione derelinquendi, & non perficiendi. Suar.

Primum aliquando eſt licitum, vt ſupra dictum eſt, quia non intenditur violatio ſacrificij, ſed permi&ctilde;titur omiſsio præcepti. Secundum verò non eſt licitum, quia formaliter intenderetur mutilatio ſacrificij, quod eſt peccatum intrinſecè malum. ita etiam affirmant *DD.* teſte *Bonac. loc. cit.* Bonac.

Sed ego teneo hoc poſſe fieri à Sacerdote euadendi cauſa mortem, modo

abſit

Digitized by Google

abſit ſcandalum, & comptẽtus fidei, & religionis, & ratio mihi eſt, quia conſeruatio vitæ eſt de iure naturali diuino præceptum verò conſecrandi ſub vtraque ſpecie, vel eſt Eccleſiaſticum ſecundum multos Doctores à me citatos, vel ſaltem eſt præceptum diuinum purum, ſecundum probabiliorem ſententiam Doctorum, ergo præualere debet præceptum naturale diuinum quod eſt conſeruatio vitæ, illi puro præcepto diuino, quod eſt conſecrare ſub vtraque ſpecie, nec conſecrare ſub vna tantum ſpecie eſt intrinſecè malum, tum quia eſt tãtum malum quia prohibitum, & non eſt ex natura rei, tũm quia formaliter intentio Sacerdotis conſecrantis ſub vna tantum ſpecie non debet tendere ad faciendam illam conſecrationem, quatenus eſt contra præceptum diuinum, ſed quatenus tenetur conſeruare vitam faciendo rem ex natura rei indifferentem, & licitam aliquando, vt ſupra dictum eſt; vt patet ex quæſito 9.

Confirmatur, præuia confeſsio mortalium ante ſuſceptionem Euchariſtię eſt præceptum diuinum, & nihilominus quando illa fieri non poteſt, niſi interueniente graui infamia ſacerdotis, vel ſcandalo graui excuſabitur ab illa, & tantum ſufficit, vt eliciat actum contritionis ergo, &c. non reperi Doctorem pro mea ſententia, tamen ratio ita mihi perſuadet, & idcircò prudentiori, ac doctiori iudicio me ſubijcio, nec intendo contradicere ſenſui Romanæ Eccleſiæ.

QVÆRITVR XII.

Quid faciendum ſit à Sacerdote ſi poſt perfectam conſecrationem vtriuſque ſpeciei appareat mutatio in accidentibus ſacramentalibus, puta ſi appareat caro, vel aliquis puer, & quid agendum ſit quoad vſum.

Suar. Bonac. RESpondetur, ex *Suarez tom.3.3.partis, diſp.55.quæſt.76.ſect.1.* & 4. & alijs *DD.* apud *Bonac.loc.cit.* non eſſe conſumandas, ſed conſeruandas eſſe in loco decenti, & ſacro quamdiù ſunt ſub tali forma; ratio eſt, quia ſub illa forma non poſſunt ſine horrore ſumi, & ita eſt conſuetudo; Dixi quãdiù ſub tali forma ſunt, quia ſi ad priorem formam redeant tunc conſumi poſſunt, & eſt probabile non eſſe factam mutationem in ſpeciebus, ſed in oculis, qua ratione colligit *D. Thom.* cit. à *Suarez* ſi immutatio appareat vni, & non alteri, poſſe ſpecies conſumi: Verum ſi in aliqua parte nihil eſt mutatum, illud conſumi poteſt, & ſatis erit ad perfectionem illius ſacrificij; Si autem nihil conſumi poteſt corporis, & ſanguinis non eſſe neceſſarium ex præcepto iterum conſecrare, quia eſſet inchoare aliud ſacrificium, non perficere, ſed in duobus caſibus opus eſt iterum conſecrare. S.Thom. Suar.

Primus caſus eſt, quando currit præceptum audiendi miſſam, & non adeſt alia Miſſa, vel currit neceſsitas communicandi infirmum conſtitutum in articulo mortis, & non adeſt alia hoſtia conſecrata.

Secundus caſus eſt, quando tantum in vna ſpecie appareret talis immutatio, in hoc caſu ſeruanda eſt illa ſpecies in loco decenti, & alia ſpecies eſſet conſecranda vice illius adhoc, vt perficiatur ſacrificium præuia oblatione ſaltem mente concepta, & deinde incipiendo à *Quampridie*, vel à *Simili modo*, iuxta ſpeciem quam deficit, conſecret Sacerdos.

QVÆRITVR XIII.

Vtrum Summus Pontifex diſpenſare poſſit, vt ſacramentum Euchariſtiæ ſub vna tantum ſpecie conficiatur?

Henriq. RESpondetur, ex *DD.* cit. ab *Henriquez lib.8.c.13.num.1* quos ipſe ſequitur hoc poſſe fieri, immo teſtatur de facto, iuſta cauſa, feciſſe Innocentium VIII. nempè, vt Sacerdos tantum in ſpecie panis conſecraret, ac Miſſam celebraret, & hoc fuit cõceſſum ab *Innocẽtio VIII. anno* 1490. *Nouerianis*, & alij Doctores, teſte eodem *Henriq.loc.cit* id aſſerunt.

Bonac. Sed communior ſententia oppoſitum tenet, teſte *Bonac diſp.4.q.2.pun.3.* & negatur à *Suarez tom.3.3. par. d.43. ſect.4.* aliquando Summum Pontificem diſpenſaſſe, vt ſub vna tantum ſpecie celebraretur.

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆRITVR XIV.

Quanam ſit forma ſacramenti Corporis.

RESpondetur, ex conſenſu omnium Doctorum formam ſacramenti corporis eſſe, *Hoc eſt Corpus meum*, vt inquit *Florentinum in inſtructione armenorum*, neque de hoc eſt dubitãdum, alia verba Canonis non eſſe de eſſentia corporis, ſunt tamen neceſſaria verba Canonis neceſsitate præcepti, non autem ſacramenti. Concil. Florent.

Particula enim non eſt de eſſentia ſacramẽti corporis, cum omiſsio illius particulæ non variet ſenſum, & illa particula fuerit appoſita à Sancto Petro ad continuationem cum præcedentibus, nec Euãgeliſtæ illius meminerint, vt docet *D.Th.3.p.q.78.art.2.ad 5.* & eſt communis Doctorum ſententia, vnde omiſtentem prædictam particulam non grauiter peccare, præciſo contemptu, vt communiter docent Doctores, teſte *Bonac. tom.1.diſp.4.punct.1.fol.mihi* 78. D.Tho. Bonac.

SED PETES I.

An validè conficiatur ſacramentum corporis quando verba conſecrationis variantur.

RESpondetur, ex communi *DD.* ſẽtentia, teſte *Bonac tom.1.diſp.4.q.3.punct.1.* non confici ſacramentum, quoties contingit talis variatio, vt varietur ſenſus formæ, vt ſi dicatur, v.g. Hoc eſt Corpus Chriſti, vel hoc quod eſt panis, vel hic panis eſt corpus meum, nec confici ſacramentum ſi dicatur, hoc ſit corpus meum, vel illud eſt corpus meum, vel hoc corpus Chriſti eſt corpus Chriſti, nec validè etiam conficeret qui prætermiſteret verbum eſt, dicendo accipite, & comedite hoc corpus meum; idem dicitur nempè inualidè confici ſacramentum ab eo qui vteretur hac forma, ecce corpus meum. ita communiter affirmant *DD.* teſte *Bonac. loc.cit.* nullo autore contradicente. Bonac. Bonac.

Verum qui vteretur his ſequentibus formis, validè conficeret ſacramentum corporis, ſed grauiter peccaret, vt ſi quis diceret hic cibus eſt corpus meum, vel hæc res eſt corpus meum, vel iſtud eſt corpus meum, vel hic eſt corpus meum, vel hic eſt corpus meus, vel hic eſt corpũ meus, modò particula hic, non accipiatur aduerbialiter, ſed loco pronominis; ratio eſt, quia ſubſiſtit adhuc eadem ſignificatio quamuis erretur contra præcepta grammaticæ. ita *DD.* cit. à *Bonac.loc.cit.* Similiter validè conficeret ſacramentum corporis, ſi quis diceret hoc eſt caro mea, cum in ſacra Scriptura caro accipiatur pro toto homine, vel pro toto corpore hominis; nam dicitur, *Verbum caro factum eſt*, & alibi *Caro mea requieſcet in ſpe.* Bonac.

PETES II.

An ſolum hæ quatuor voces, hoc eſt Corpus meum, ſint de neceſsitate, & eſſentia ſacramenti Corporis.

RESpondetur affirmatiuè, ex *Suarez to.3.tertiæ partis, diſp.59.ſect.1.* & eſſe citra controuerſiam nempè has quatuor voces, *Hoc eſt Corpus meum*, eſſe de neceſsitate, & eſſentia ſacramenti corporis. Suar.

PETES III.

Quomodo ſint vera verba formæ corporis Chriſti, ſiquidem non ſupponunt conſecrationem factam, nam dicendo, hoc eſt Corpus meum, videtur iam eſſe prius factam eſſe conſecrationem, & verba non eſſe effectiua tranſubſtantiationis panis in Corpus Chriſti, quod eſt falſum.

RESpondetur, ex *Suarez tom.3.3.pa. diſp.58.ſect.5. citant D.Thom. 3.p. q.78.art 5. ad 5.* hanc propoſitionem hoc eſt corpus Chriſti, tunc dici veram quando vltimum verbum quod profertur, abſoluitur, puta meum, itaque illa verba præcedentia, cum ſubſequentibus propoſitionem faciunt veram, & licèt cauſa debeat præcedere effectum, tamen ſufficit, vt prioritate naturæ, non temporis præcedat effectum. Suar. D.Tho.

Præterea illud pronomen meũ eſt quaſi intrinſecum dictæ propoſitioni quia per inſtans in quo conſumatur verbum vltimum meum, verificatur quod ſub accidentibus panis adſit

Oo cor-

Digitized by Google

corpus Chriſti, alioqui falſa eſſet eiuſmodi propoſitio, ſi illud verbum meum, nihil efficeret, vel præſupponeret rem eſſe factam, nam verba cõſecrationis ſunt factiua, non ſignificatiua, vt ait *D.Tho.3.par.q.78.art.5.* D.Tho.

PETES IV.

Quid ſignificet pronomen hoc in conſecratione Corporis, & h.c, in conſecratione ſanguinis.

Bonau. Ocham. Suar. Reſpondetur, pronomen hoc, vel hic, ſecundum *Bonauent. Ocham*, & alios cit.à *Suarez loc.cit.* ſed *nu* 58. deſignare panem; alij Doctores dicunt deſignare accidentia panis, & vini. alij dicunt deſignare pronomen hoc, corpus Chriſti, & hic ſanguinẽ Chriſti *Alenſis maior, Marſilius, Gabriel*, & alij cit.à *Suarez loc.cit.* pronomen hoc demõſtrare corpus Chriſti, prout eſt ſub accidentibus panis in termino prolationis verborum. *D.Thom. verò 3.p q 78. art.5. ad 1.& ad 2.* dicit [quod dictio hoc, demonſtrat ſubſtantiam: ſed abſque determinatione propriæ naturæ, nec demonſtrat accidentia: ſed ſubſtãtiam ſub accidentibus contentam, quæ primò fuit panis, & poſtea eſt corpus Chriſti, quod licet non informetur his accidentibus, tamen ſub eis continetur.]

Alenſis. Marſil. Gabriel.

D.Thom.

PETES V.

Quænam ſit forma ſanguinis.

D.Tho. Reſpondetur, ex *D.Thom.3.par.q.78.art.3.* eſſe ſequentia verba, hic eſt calix ſanguinis mei noui, & æterni teſtamenti, myſterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſsionem peccatorum, vt benè probat, & reſpondet ad argumenta pro contraria opinione, & præcipuè dicit, quod non obſtat quod Euangeliſtę non fecerunt mentionem de eiuſmodi forma, quia Euangeliſtæ non intendebant tradere formas ſacramentorum, quas in primitiua Eccleſia oportebat eſſe occultas, vt dicit *Dionyſ.de cæleſt.hierarch.* ſed intẽderunt hiſtoriam de Chriſto tenere, ſupradicta forma habetur, ex traditione Apoſtolica ſecundum illud 1. *ad Corinth.* 11. *Ego enim accepi à Domino quod, & tradidi vobis.* 1.Cor.11.

D.Dion.

Verum multi Theologi, teſte *Suarez to.3.5.par.diſp.60.art.3.* dicunt ſola illa verba, hic eſt ſanguis meus, vel æquiualens, eſſe eſſentialia, ſubſtantialia, ac neceſſaria, atque adeò in ſolis illis eſſe vim effectricem huius ſacramenti. ita *Magiſter in 3.diſt.8. Bonac. maior, Aureolus, Caiet. Marſilius. Vict.* & alij cit.à *Suarez*, & vrgentiſsimũ argumentum pro hac ſentẽtia ſumitur ex Eccleſiæ conſuetudine, & autoritate: quamquam enim Eccleſia Romana omnia illa verba eodem tenore proponat: quia in eis contineri formam certiſsimam eſt, tamen inde non fit, Eccleſiam Romanam ſentire illa omnia eſſe de neceſsitate formę, nam particula enim, eodem modo proponitur, & profertur, cum tamen certiſsimam ſit non eſſe de ſubſtantia formæ.

Suar. Magiſt. Bon. maior. Aureol. Caiet. Marſil. Vict. Suar.

Præterea omnes liturgiæ Græcorum omictunt particulam æterni, & myſterium fidei, & eandem particulam myſterium fidei omictit *Concilium Colonienſe par.7. cap.14.* Aethyopes in ſua Miſſa hac forma vtuntur, hic eſt Calix ſanguinis mei, qui pro vobis effundetur, & pro redentione multorum: dicere verò quod Græci non conficiunt ſacramentum vtendo forma prædicta eſt pluſquam temerarium, cum Eccleſia Romana nõ permicteret huiuſmodi errorem intolerabilem in magna parte vniuerſalis Eccleſiæ. Sed

Concil. Colon.

PETES VI.

Vtrum grauiter peccet, qui vtitur in conſecratione calicis his ſolum verbis, hic eſt calix ſanguinis mei, omiſſis alijs, quæ in Canone continentur.

Bonac. Reſpondetur affirmatiuè, ex communi *DD.* ſententia, teſte *Bonac. tom.1.diſp.4 q.3.punct.2.* tum quia facit contra præceptum, & ritum conſecrationis in re graui tum, quia exponit periculo nõ conſecrandi propter contrariam opinionem, & in materia ſacramentorum via certior eſt eligenda, ne nos in periculo exponamur inualidè conficiendi ſacramenta.

PE-

Digitized by Google

PETES VII.

Vtrum Sacerdos debeat habere intentionem conſecrandi ijs tantum verbis, hic eſt calix ſanguinis mei, vel etiam alijs conſequentibus.

Bonac. RESpondetur, ex communi *DD.* ſententia, teſte *Bonac. loc. cit.* ad euitandos ſcrupulos in hac materia Sacerdotem debere ſe remittere intentioni Eccleſiæ, & Chriſti, hoc enim pacto validè conficiet, cum nihil deſit ad integritatem ſacramẽti: ex his.

Colligi poteſt ſi detur caſus, vt celebrans moriatur finitis illis verbis, hic eſt calix ſanguinis mei, calicem conſecratum adorandum eſſe ſub conditione. ita *DD. cit. à Bonac. loc. cit.* Bonac.

PETES VIII.

Vtrum valida ſit conſecratio calicis quando contingit variatio in verbis formæ.

RESpondetur, inualidam eſſe quoties ſenſus verborum ſubſtantialiter variatur. Secus ſi accidentaliter varietur. Hinc

Primò, patet validam eſſe conſecrationem, quando quis dicit hic eſt ſanguis meus, ita *DD.* teſte *Bonac. loc. cit.* Bonac.

Secundò, validam eſſe conſecrationem Sacerdos vtatur hac forma hic eſt calix nouum teſtamentum in meo ſanguine. ita DD teſte eodem Bonac. quam formam aliàs adhibitam fuiſſe in Hiſpanijs teſtatur *Henriquez cit. à Bonac.* Bonac. Henriq.

PETES IX.

Quandonam incipiat eſſe corpus Chriſti ſub ſpeciebus, & deſinat eſſe.

D.Tho. Bonac. RESpondetur primò, ex D. *Thom. 3. par. q. 78. art. 6.* & eſt communis DD. ſententia, teſte Bonac. *tom. 1. diſp. 4. quæſt. 3. punct. 6. §. 3. num. 1.* & non citat autorem contradicentem, quod corpus Chriſti incipit eſſe ſub ſpeciebus in eo inſtanti, in quo completur ſignificatio verborum conſecrationis: idem dicendũ eſt de Chriſti ſanguine in conſecratione calicis. ita D. *Thom. 3. par. art. 4. ad 3.* D.Tho.

Reſpondetur ſecundò, ex D. *Thom. 3. p. q. 80. art. 3.* cum omnium DD. ſententia quamdiù conſeruari corpus Chriſti, vel ſanguinem in ſumente, quandiù conſeruaretur panis, vel vinum ſi ſub illis ſpeciebus exiſteret; manifeſtum eſt autem, quod ſubſtantia panis aſſumpta ab homine, non ſtatim eſſe deſinit, ſed manet quandiù per calorem naturalem digeratur, ergo etiam ſpecies ſacramentales manent in homine, & conſequenter corpus, & ſanguis Chriſti, quandiù per calorem naturalem digeriretur ſubſtantia panis, & vini, ſi eſſet ſub illis ſpeciebus panis, & vini. D.Tho.

Ex his.

COlligitur primò corpus Chriſti deſinere quando vermes ex ſpeciebus generantur, ſicut etiam ſanguis Chriſti deſinit eſſe ſub ſpeciebus vini, quando per admiſtionem alterius liquoris, ſpecie diſtinti corrumpuntur, vel quando ſpecies vini permiſcentur cum alio humore, vt poſita tali miſtione, ſubſtantia vini non remaneret, ſi vinum ſub illis ſpeciebus exiſteret. Ex oppoſito ſanguis Chriſti non deſinit eſſe ſub ſpeciebus, quando poſita tali miſtione ſubſtantia vini ſub ſpeciebus adhuc remaneret. Sed

PETES X.

Si gutta ſpecierum vini conſecrata miſceatur cum alio vino non conſecrato, an deſinat ſanguis Chriſti ſub illa gutta.

RESpõdetur, ex communi DD. ſententia; teſte Bonac. loc. cit. ſed *nu. 6.* negatiuè, nempè non deſinere ſanguinem Chriſti eſſe ſub illa gutta conſecrata ſpecierum quia per eiuſmodi miſsionem ſubſtantia vini non corrumperetur, ſed potius conſeruaretur, ſi miſtio fieret cum vino eiuſdem ſpeciei. Bonac.

Sed difficultas eſt, vtrum ſanguis Chriſti deſinat eſſe ſub ſpeciebus, quando ſpecies vini miſcentur cum vino alterius ſpeciei, puta albi cum nigro.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

SCiendum eſſe inter Doctores adeſſe controuerſiam, an vinum album

ſpecie differat à nigro.

His poſitis.

Bonac. Reſpondetur, ex omnium ſententia DD teſte *Bonac loc.cit.* ſiuè vinum album ſpecie differat à nigro, ſiuè nõ, deſinere Chriſtum eſſe ſub ſpeciebus, quando ſpecies, ita miſceantur cum vino alterius ſpeciei, vt noua ſubſtantia producatur, vt accidit quando ſpecies vini conſecrati, miſceatur in magna quantitate vini nõ conſecrati. Sed

Quid faciendum ſit de vino in quod gutta ſpecierum vini conſecratarum immiſſa eſt, puta in dolio eiuſdem ſpeciei vini non conſecrati.

Henriq. Bonac. RESpondetur, ex *Henriquez, Soto*, & alij cit. à *Bonac. loc. cit.* poſſe laicis præberi, quia eiuſmodi gutta haberi poteſt pro non immiſſa, cum ignoretur quænam illa ſit, addo ego tunc præberi poſſe laicis ad bibendum quando moraliter ſpecies vini conſecrati cenſeatur eſſe conuerſa in ſubſtantiam vini non conſecrati,

Suar. Bonac. *Suarez* verò cum alijs DD. à *Bonac. cit.* dicunt huiuſmodi vinum ſeruandum eſſe ad pios vſus alioqui fieret contra reuerentiam ſpeciebus conſecrati debitam.

PETES XI.

An immediatè poſt ſumptionem Eucharistia liceat comedere?

Henriq. Soto. Bonac. RESpondetur, ex *Henriquez Soto*, & alijs cit. à *Bonac. loc. cit.* non extare præceptum cum vſu receptum ſit apud Religioſos, vt qui vltimam Miſſam celebrauit ſtatim accedat cauſa prandij ad menſam, Verum non negatur, quod melius fieret ſi non comederetur à communicante, donec ſpecies alterarentur, & corrumperentur.

Colligitur, quod quando apparet miraculoſè caro, vel puer in ſpeciebus panis, & remanent in ſacramento dimenſiones, quæ prius erant tunc etiam adeſſe, & in eo contineri corpus Chriſti, vt rectè ait D. *Thom.* 3. *p. q.* 76. *art.* 8. quid verò faciendum ſit à Sacerdote celebrante quando eiuſmodi apparitiones contingunt, dictum eſt ſupra quæſito vndecimo. D.Tho.

PETES XII.

An cum generantur vermes ex accidentibus noua materia creetur, an veniat illa prior quæ erat ſub ſpeciebus panis, & deſinuit ex vi verborum cõſecrationis.

RESpondetur, ex *D. Thom.* 3. *p. q.* 77. *artic.* 5. non creari nouam materiam panis, & vini, nec venire priorẽ materiam, quia in hoc ſacramento non eſt aſsignandum aliud miraculum, niſi quod fit ex conſecratione, & idcirco, ait *D. Thom loc. cit.* [quod ſpecies ſacramentales fiunt primum ſubiectum formarum ſubſequentiũ, & ideo quidquid poſſet generari ex materia panis, ſi adeſſet, totum poteſt generari ex quantitate dimenſiua panis, vel vini: non quidem nouo miraculo, ſed ex vi miraculi priùs facti, itaque quantitas dimenſiua ſupplet vicem materiæ, retinent, tamen accidentia panis, & vini naturam propriam, & accipiunt miraculosẽ vim, & proprietatem ſubſtantiæ.] D.Tho. D.Tho.

Hinc

Colligitur, ex *D. Thom. loc. cit.* ſed *arti* 6. quod ſpecies ſacramentales etiam nutrire poſſunt, nam quemadmodũ ex ſpeciebus ſacramẽtalibus aliquid generari poteſt, vt dictum, ita etiam, & nutrire. D.Tho.

QVÆSTIO I.

An in Eccleſia polluta poſſit dici Miſſa, & quot modis polluatur Eccleſia?

RESpondetur primò, non poſſe fieri ſacrum in Eccleſia polluta ſi pollutio ſit publica, iuris, aut facti notitia, ita communiter affirmant DD. teſte *Layman. de ſacrificio Miſſæ tract.* 5. *cap.* 5. *num.* 8. Si verò celebretur Miſſa in Eccleſia polluta quando factũ eſt publicum notitia iuris, aut facti culpa mortalis committitur, quamuis nulla propterea cenſura contrahatur, ita DD. aſſerunt teſte *Layman. loc. cit.* ſed *num.* 6. Layman. Layman.

Reſpondetur ſecundò, quinque modis Eccleſiam violari, primo, per iniurioſam ſanguinis effuſionem, vt patet ex *cap. propoſuiſti, c. vlt. de conſecratione Eccleſiæ.* Neceſſe autem eſt, vt percuſſio, ſeu vulnus infligatur, homini

mini

Digitized by Google

mini exiſtenti in Eccleſia, non ſuper tecto, aut in turri, aut ſubtus ſpeluncam Eccleſiæ. Vnde ſi ſanguis non intus, ſed foris, ſeù extra Eccleſiam, vulneratus in Eccleſia effundat, etiã cenſebitur Eccleſia violata, vt rectè probat *Layman. loc. cit.* quia etiam peccatur contra ſãctitatem loci. Præterea neceſſarium eſt ad hoc, vt violata cenſeatur Eccleſia, vt primo effuſio ſanguinis procedatur à culpa mortali, itaut, qui infligit vulnus mortaliter peccauerit, vt notauit *Hẽriquez lib. 9. c. 25. num. 5. & Suarez tom. 3. part. diſput. 81. ſect. 4.* Vnde colligit idem *Suarez loc. cit.* quod ſi percuſsio nõ pertingat ad culpam mortalem, etiam ſi contingat copiam ſanguinis effundi, non violari Eccleſiam. Sed

Layman.
Henriq.
Suar.
Idem
Suar.

Dices an violetur Eccleſia ſi iudex intus Eccleſiam faciat aliquem ſuſpendere; ratio dubitandi eſt, quia actio non eſt peccaminoſa, quia ſupponimus iudicem iuſtè ad mortem eum damnaſſe.

Suar.

RESpondetur, ex *Suarez loc. cit.* violari Eccleſiam, quia licèt actio ſit iuſta nimirum, quia reus eſt dignus morte, tamen ſit iniuria, tùm reo, tùm Eccleſiæ, reo quia habet ius, vt ne in tali loco patiatur violentiam, Eccleſiæ propter reuerentiam erga quam quiuis exhibere debet. Sed

PETES I.

An violetur Eccleſia ſi factum ſit occultum, & progreſſu temporis ſit publicum, notitia facti, vel iuris.

Suar.

RESpondetur, ex communi *DD.* ſententia, teſte *Suarez loc. cit.* Eccleſiã numquam violari, quamdiù delictũ eſt occultum, vt ſupra dictum eſt, & licèt tradatur hæc doctrina de effuſione ſeminis, quia frequentius in illo accidere poteſt, tamen DD. teſte *Suarez*, extendunt etiam ad effuſionem ſanguinis, & ad omnem aliũ caſum, qui poteſt eſſe occultus; dicitur delictum publicum notitia iuris quando iuridicè delictum probatum eſt per iuridicam confeſsionem, vel ſufficientem probationem, dicitur verò delictum euidentia facti, quando ſufficiens notitia illius communiter in plebe, aut in parochia habeatur: Vnde ſi delictum coram duobus ſit factum in Eccleſia, & illi duo taceant non violatur Eccleſia quamdiù illi taceant, tamen ſi poſt aliquod tempus illi publicè prodant delictũ ex tunc incipere Eccleſiam eſſe pollutam, ex quo delictum incipit eſſe publicum, vt ait *Nauarr. cit. à Suarez loc. cit.* ſufficit ergo publica notitia, vel ſufficiens teſtimonium morale, vel talia indicia, quæ teſtibus æquiualeant, & moralem certitudinem efficere poſsint. Sed notanda eſt celebris doctrina *Suarez tom. 3. 3. par. diſp. 81. ſect. 4.* qui dicit probabile eſſe poſt decretum *Concilij Conſtantienſis*, in præſenti caſu non ſufficere quamcunque notitiam delicti donec per ſententiam iudicis declaratum ſit Eccleſiam illam eſſe pollutam, ſicut Eccleſia nunc non eſt interdicta, vt obligemur abſtinere & interdictã ſeruare, donec per iudicis ſententiã cenſura interdicti publicè denunciata ſit, pollutio verò Eccleſiæ eſt quoddam interdictum, vt ſignificent *Paludan. & Sylu. cit.* ab eodem *Suarez loc. cit.* ergo meritò cenſeri poteſt comprehenſa ſub illo decreto *Concilij Conſtantienſis*, & ita docuit grauis Theologus Dominicanæ familiæ, Salmanticæ. Sed re vera eſt valdè incertum nam Eccleſiæ pollutio impropriiſsimè inter cẽſuras numeratur, non enim eſt propriè interdictum, vt colligitur plane ex *cap. in qui iunto ſ. is verò de ſentent. excom. in 6.* Sed mihi videtur, ſaluo meliori iudicio, eſſe probabilem ſententiam *Suarez*, & in praxi tutam in vno caſu, quando à principio fuit delictum occultum, & progreſſu temporis ſit publicum, nimirum tunc indigere ſententia iudicis ad hoc, vt cenſeatur Eccleſia eſſe polluta, alioqui daretur anſa multis ſcrupulis in iudicando quando delictum fuit factum publicum, & conſequenter numquam in tali Eccleſia celebrari poſſet ſine ſcrupulo, ac morali certitudine, an delictum occultum adhuc ſit occultum, an fuerit factum publicum, quando verò à principio fuit publicum delictum. Dico non eſſe opus declaratione Epiſcopi, nempè quod Eccleſia ſit polluta, quia iam uſu receptum eſt, ſtatim Eccleſiam cenſeri pollutam

Suar.
Nauarr.
Suar.
Suar.
Palud.
Sylu.
Suar.

abſq;

Digitized by Google

abſq; alia declaratione, & ſtatim reconciliari, & hæc eſt quotidiana praxis a qua non eſt recendum, alioqui daretur ſcandalum ſi contra fieret, nempè ſi abſque reconciliatione Eccleſiæ propter delictum commiſſum in Eccleſia cum multa effuſione ſanguinis, &c. ſacrum fieret abſque reconciliatione.

PETES II.

An ſolum Eccleſia conſecrata, vel benedicta poſſit violari.

Henriq. RESpondetur, ex *Henriquez lib. 9. cap. 27. num. 5.* Eccleſia ſi non ſit conſecrata, aut benedicta non violatur, vt eſt oratorium quod eſt ab Epiſcopo deſignatum, vndè, vt benè notat *Sanchez* cum communi *DD.* ſententia *lib. 9. de matrim. diſp. 15. nu. 39.* oratoria fundata in domibus priuatis non eſſe loca religioſa, nec Eccleſiæ nomine comprehendi, quia poſſunt ad nutum fundatoris ad profanos vſus redire, quanquam ex Epiſcopi licentijs celebretur, vt rectè colligitur ex *c. fin. de cenſib.* vbi deciditur oratoria priuata non ſubeſſe Epiſcopi poteſtati quoad ius viſitandi, & benè concludunt *DD.* teſte *Sanchez loc. cit.* oratoria priuata tamquã profana non gaudere immunitate Eccleſiæ, & conſequenter copulam habitam in ſupradictis oratorijs, nõ eſſe ſacrilegam, quamuis ſit fornicaria, nec pollui oratorium ex dicta copula, ita vt ſit opus benedictione, aut reconciliatione, adhoc, vt poſſit iterum celebrari. Sanchez. Sanchez.

Sed difficultas eſt de Eccleſiis Xenodochiorum, atque Eremitariorum, quæ conſecratæ, aut benedicta non ſunt, at autoritate Epiſcopi ſunt erectæ, & ad cultum diuinum deſtinata, an nomine Eccleſiæ, ac loci ſacri comprehendantur.

Sanchez. RESpondetur, ex communi *DD.* ſententia, teſte *Sanchez loc. cit. diſp. 15. num. 39.* dici loca ſacra, & nomine Eccleſiæ comprehendi, quia hæc gaudent immunitate Eccleſiæ, nec ad vſus profanos redire poſſunt, quia ait *Sanchez*, ſemel Deo dicatum ad profanos vſus redire non debet, & conſequenter copulam habitam in illis locis eſſe ſacrilegam, & per illã Eccleſiam violari, ita vt ſine reconciliatione celebrari non poſsit. Sanchez.

Quid dicendum ſi de auctoritate Epiſcopi minimè conſtet, nimirum an ſint erecta auctoritate Epiſcopi, & ad cultum diuinum deſtinata.

RESpondetur, ex communi *DD* ſententia, teſte *Sanchez lib. 9. diſp. 15. num. 39.* non ſufficere, vt hoſpitale vocetur nomine alicuius ſancti, ibique eſſe campanam, & celebretur de licentia Epiſcopi, ſed oportere ibi Cymbalum eſſe ſuper tectum erectũ, publiceque pulſari, id enim in oratorijs priuatis eſſe nequit, vt docent *DD.* teſte eodem *Sanchez loc. cit.* ijdẽ *DD.* dicunt ſi ibi publicè celebretur omnibus indifferenter ad diuina audienda admiſsis, nempè in dubio præſumi eſſe erectum illum locum autoritate Epiſcopi, & conſequenter gaudere immunitate, & copulam fornicariam eſſe ſacrilegam, & per illam Eccleſiam violari. Sanchez. Sanchez.

PETES III.

An cœmeterium ab Epiſcopo benedictum reputetur locus ſacer; ita vt copula in dicto loco ſit ſacrilega, & indigere reconciliatione, antequam aliquis in illo loco ſepeliatur.

RESpondetur, ex communi DD. ſententia, teſte *Sanchez loc. cit.* affirmatiuè, nempè reputari locum ſacrum, & copulam fornicariam eſſe ſacrilegam, & per illam violari cœmeterium, & indigere reconciliatione adhoc, vt aliquis poſsit in illo loco ſepeliri. Sanchez.

Clauſtrum Religioſorum, ideſt ſpatiũ illud inter parietes, & columnas ſub fornicibus conſtitutum, ab atrioque diſiunctum externo ſi benedicta ſint, Religioſiſque ſepeliendis deſtinata, comprehendi nomine loci ſacri, ita *Cordub. cit. & Sanchez loc. cit.* Corduba. Sanchez.

Cætera Religioſorum habitacula, ac officina, quamuis eccleſiaſtica immunitate gaudeant, minimè tamen dici loca ſacra, quæ ſanguinis, aut ſeminis effuſione violentur, aut reconciliatione indigeant, aut hæc ſacrilega reddant, quia nec Epiſcopi bene-

benedictionem, nec ad diuina deputationem habent. Addunt *Corduba*, *& Henriquez cit. à Sanchez loc cit.* id eſſe verum licèt Prior Conuentus ſingulis noctibus benedicebat dormitorium, & aqua luſtrali aſpergebat, & *Corduba* benè ait, dicit *Sanchez*, etiam ſi ſit altare ad celebrandum ibi conſtitutum, quia reputabitur, tunc, vt priuatum oratorium.

Corduba. Henriq. Sanchez. Corduba. Sanchez.

PETES IV.

An ſacreſtia dicatur locus ſacer, ita vt copula in illo loco habita ſit ſacrilega.

Sanchez. RESpondetur, ex *Sanchez lib. 9. de matrim. diſp. 15. num. 30.* negatiuè nempè copulam habitam in ſacreſtia, non eſſe ſacrilegam, quia ſacreſtia non eſt locus deputatus, neque ad perſoluenda diuina officia neque ad celebrandum ſacrum, ſed tantum ad cuſtodiam ſacrarum veſtium. ita etiam affirmat *Layman. tract. 5. c. 5. de ſacrificio Miſſæ.*

Layman.

PETES V.

An cameræ Eccleſiæ adhærentes dicantur ſacræ, ita vt copula in illis habita ſit ſacrilega.

Sanchez. RESpondetur, ex communi DD. ſententia, teſte *Sanchez lib. 9. de matrim. diſp. 15. num. 29. & 30.* non eſſe ſacrilegam copulam habitam in cameris Eccleſiæ adhærentibus, nec in turri, vbi cymbala Eccleſiæ collocantur.

PETES VI.

An copula habita in Eccleſia deſtructa ſit ſacrilega, vel effuſio ſanguinis.

Sanchez. RESpondetur primò, ex communi DD. ſententia. teſte *Sanchez loc. cit.* ſed *num. 37.* non eſſe ſacrilegam copulam habitam in Eccleſia deſtructa ſi auctoritate ſuperioris deſtructa ſit, & tunc poſſe etiam extrahi reum abſque licẽtia ſuperioris, quia iam non gaudet amplius immunitate. Verum ſi diruatur auctoritate ſuperioris adhunc finem, vt iterum edificetur in eodem loco gaudebit immunitate.

Reſpondetur ſecundò, ex communi Doctorum ſententia, teſte *Layman. de ſacrificio Miſſæ tract. 5. cap. 5. nu. 8. tom. 4.* violari Eccleſiam per homicidium iniurioſum notorium, quod vel cuius cauſa intra Eccleſiam perpetratum eſt, quamuis ſine ſanguinis effuſione. Neceſſe enim non eſt, vt homo intra eccleſiam moriatur, immo hoc ad rem non pertinet: quia ſi foris, percuſſus intro ſe reciperet, & moreretur, eccleſia non pollueretur, ſed ſolum requiritur, vt aliquis non ſine iniuria mortali intra eccleſiam plagam acceperit, ex qua poſtea, quamuis pluribus menſibus intercedentibus, mortuus ſit.

Layman.

Reſpondetur tertiò, ex communi DD. ſententia, teſte *Layman. loc. cit.* violari eccleſiam per illicitam, & notoriã effuſionem humani ſeminis intra eccleſiam, vt patet, ex *c. vlt. de conſecr. Eccleſiæ, & c. eccleſiis d. de conſecratione*, ſiuè ea fiat per voluntariam pollutionem, ſiuè per carnalem copulam. Sed

PETES VII.

An per coniugalem copulam polluetur eccleſia, puta ſi publicè ſciatur in eccleſia coniuges exercuiſſe matrimonium.

RESpondetur, ex *DD.* quos citat *Sanchez de matrim lib. 9. diſp. 15. num. 12.* per copulam cõiugalem publicam habitam in Eccleſia non pollui eccleſiam, in hoc ſenſu, nempè quod publicè ſciatur coniuges in eccleſia exercuiſſe matrimonium, ſed occultè, & honeſto modo, dummodo per longum tempus illic morati ſint, & hoc publicè ſciatur; ratio eſt, quia omnes DD. dicunt eſſe licitam copulam coniugalem in eccleſia, quãdo per longum tempus illic habitẽt, & conſequenter non committitur peccatum, ergo non fit iniuria loco ſacro, ergo non debet pollui eccleſia, cum ex communiter accidentibus diù quis non poteſt eſſe continens; Neque obſtat quod in aliquibus cõiugibus non adſit hoc periculum, cum lex tendat ad ea, quæ frequenter accidit, & conſequenter etiam dictis continentibus eſt licita copula coniugalis in eccleſia quando diù morati ſunt in eccleſia, Neque eſt opus,

Sanchez.

opus, vt vterque coniux morentur diù in eccleſia, ſed ſatis eſt, vt vnus coniux habitet in eccleſia. Neque eſt opus, vt expectaretur longum tempus adhoc, vt poſsit eſſe licita copula coniugalis, ſed ſtatim poteſt quis habere rem cum ſua vxorem quando moraliter ſcit in eccleſia per longum tempus moraturum eſſe.

PETES VIII.

Quod ſit longum tempus ad hunc effectũ, nempè ad hoc, vt ſciatur, quando in Eccleſia poteſt eſſe licita copula coniugalis.

Suar. Pet. Led. Sanchez. Reſpondent, *Suarez, & Petrus Ledeſma cit. à Sanchez loc. cit.* breue tempus eſſe ſi vna, vel alia die intra eccleſiam, coniuges maneant, ſed *Sanchez* non credit intentionis eorum eſſe, vt exiſtimant quinque, aut ſex dies reputari longum tempus. Quia non eſt, ita difficilè ſex diebus continere. Vnde ait *Sanchez loc. cit.* quod attenda communi hominum fragilitate, vnum menſem eſſe longũ tempus; ſed hic caſus raró eueniet, quia ſemper ſunt in eccleſijs cubila adherentia, & turres, quæ nomine loci ſacri minimè includuntur, quoad actum coniugalem exercendum.

Addo ego quod dato, quod non ſit alius locus, niſi eccleſia, & licèt ſit breuis habitatio in eccleſia poteſt eſſe licita copula coniugalis in eccleſia, ſtatim quando coniuges, vel alter coniugum, niſi exercerent matrimonium, ſubirent periculum peccandi, vt clarè colligo, ex DD. cit. à *Sanchez de matrimon. lib. 9. diſp. 15. num. 12.* Sanchez

PETES IX.

An quando violatur eccleſia cenſeatur violatum cœmeterium.

Layman. Reſpondetur, ex communi *DD* ſẽtentia, teſte *Layman. de ſacrificio Miſſæ tract. 5. cap. 5 num. 11.* affirmatiuè, nempè cenſeri violatum cœmeterium, ſi contiguum eſt, ac proindè in eo nemo ſepeliri debeat antequã reconciliatum ſit quia principale, quod eſt eccleſia trahit ad ſe acceſſorium quod eſt cœmeterium. Contra verò violato cœmeterio vno ex illis modis in quibus violatur eccleſia, vt ſupra dictum eſt, non ideò eccleſia cenſetur violata, quia minus dignũ, quod eſt cœmeterium, non trahit ad ſe maius dignum, quod eſt eccleſia, vt habetur in *c. vn. de conſecrat. eccleſiæ in 6.* Monet autem *Durandus in rationali lib. 1. cap. 6.* quem ſequitur *Layman loc. cit.* quod ſi cœmeterium per accidens, ſeù acceſſoriè violatur propter eccleſiæ violationem: reconciliata eccleſia, acceſſoriè etiam reconciliatum cenſeri cœmeterium, vt alia reconciliatione non indigeat. Layman.

PETES X.

Quando eccleſia amittit conſecrationem, vel benedictionem, ita vt in ea non poſſint celebrari Miſſa antequam iterum cõſecretur, vel benedicetur ab Epiſcopo.

Reſpondetur, ex communi *DD.* ſententia, teſte *Layman. loc cit.* ſed *n. 14. & 15. & 16.* in duobus modis, amictere eccleſiam conſecrationem; Primus eſt, ſi eccleſiæ parietes incendio, ita abſumantur, vt omnis cruſta, vel ſecundum maiorem partem auferatur: licèt parietes non corruant, quia conſecratio potiſsimum conſiſtit in exterioribus cruſtis: cum fiat per cruces, & linitiones: conſequentur ſi parietes igne abſumantur, & decruſtentur, licèt non corruant, amictitur, conſecratio. Layman.

Alter caſus eſt, ſi eccleſiæ parietes ſecundum maiorem partem deſtructi ſint, ſeù corruerint tunc amictitur conſecratio.

Secus dicendum eſt, ſi minor pars eccleſiæ corruat & reedificetur alia, nã minor pars edificationis eccleſiæ nõ conſecratæ, vnita eccleſiæ conſecratæ, ipſa acceſsione cenſetur acquirere conſecrationem à toto corpore ſicut notatur expreſsè in *Gloſ. marginali ad c. de fabrica diſt. 1. de conſec.*

Eadem eſt ratio ſi eccleſia, ſiuè ſecundum longitudinem, ſiuè ſecundum latitudinem amplietur.

Quare hæc ſolet eſſe praxis epiſcoporum, vt ſi murorum noua acceſsio eccleſiæ alicui facta ſit, metiatur, nũ pars ea, quæ acceſſit, reliquum corpus magnitudine ſuperet, necne: ſi ſuperat, tunc adhibent nouam conſecra-

Digitized by Google

ſecrationem: ſi non ſuperat, aſpergũt eam aqua benedicta, iuxta *Gloſ. in c. propoſuiſti*.

Quid dicendum, ſi minores partes parietum per temporum interualla corruãt, & reficiantur, ita vt numquam maior parietum pars ſimul deſtructa ſit, vtrũ nihilominus eccleſia execrata cenſeri debeat.

Sylu. Suar. Nauarr. Reſpondetur, ex *Gloſ. c. de fabrica Sylu. 5. conſecrat. 2. q. 3 Suarez p. 3. tom 3. diſp. 81. ſect. 4. Nauarr. c. 27. num. 258.* & alijs quod eccleſia ſucceſsiuè reparata non eſt iterum conſecranda, tum quia moraliter cenſetur eadem eccleſia, tum quia ſi hodie vnus paries deſtructus ſit, & intra octo dies, v g. reparatus, nouus paries acceſsione ad totum ſacrabitur: nam ſacrum ſi maius ſit, trahit ad ſe non ſacrum, vt ait *Gloſ. in cap. ſi motum, verb. altare de conſec. Eccleſiæ* itaque ſi tota eccleſia per temporum interualla ſecũdum partes ſuas deiecta, & nouiter ædificata ſit, non ob id eſt iterum conſecranda.

Sed dubium eſt, ſi ex intentione renouandi Eccleſiam, vnus paries poſt alium ſucceſſiuè deſtruatur, & ædificetur, vtrum eccleſia execrata cenſeri debeat.

Nauarr. Reſpondetur ex *Nauarr. cap. 27. nu. 258.* probabilius eſſe, non execrari eccleſiam etſi omnes parietes renouentur: modo non omnes, aut maior pars eorum ſimul deiecti ſint, ſed Panorm. Layman. *Panorm. cit. à Layman. loc. cit.* quem ipſe ſequitur dicit tali caſu eccleſiã iterum conſecrandam eſſe.

Reſpondetur ad ſecundam partem petitionis decimæ, puta quando eccleſia eſt tantum benedicta quomodo amittit benedictionem, & dico quod benedictio templi, aut cœmeterij nõ amittitur deſtructis, aut combuſtis parietibus, cum ea ſolo inherere cẽſeatur quod ſemper idem manet, vt Sylu. Suar. nauit *Sylu. verb. conſecratio 2. q. 4. & Suarez tom. 3 3. par ſect. 4.*

Si tamen eccleſia diruta ſit ſine ſpe reedificationis, amittit priuilegia loco ſacro conceſſa, vt docent Layman. Sanchez. *Layman. loc. cit. & Sanchez de matrim. lib. 9. diſp. 15. num. 37.*

PETES XI.

Quod diſcrimen ſit inter pollutionem eccleſiæ, & execrationem.

Reſpondetur, ex *DD.* citat *Layman tract. 5. de ſacrif. Miſſæ c. 5. nu. 17.* Layman. quod polluta eccleſia polluuntur etiam altaria omnia, quæ in ea fixa ſunt: quemadmodum vice verſa, altare pollui non poteſt, quin etiam corpus eccleſiæ violatum cenſeatur, at verò ſi eccleſia execretur, combuſtis, aut corruentibus parietibus, vt denuo conſecrari debeat: non ideo etiam altaria conſecratione, vel reconciliatione aliqua indigent: ſicuti, & viceuerſa altare per fractionem enormen execratur, ſeù execrationẽ amittit, ſine execratione ipſius eccleſiæ. ita *Abbas in cap. propoſuiſti de cõſecrat. Eccleſiæ, vel Altaris, & Sylu. v. Altare q. 11.* Abbas. Sylu.

QVÆSTIO I.

Quæ ſunt neceſſaria ad celebrandam Miſſam.

Reſpondetur, ex communi *DD* ſẽtentia, teſte *Layman. de ſacrificio Miſſæ tract. 5. cap. 6. tom. 2.* ad offerẽdum Miſſæ ſacrificium. Primò, neceſſarium eſt altare quod ſit lapideum, atque ab Epiſcopo conſecratum: Verum ſufficit, vt ſuperior altaris pars, ſuper qua calix cum patena ponitur lapidea, & conſecrata ſit. Quamuis etiam ſcrupuloſè ſollicitum eſſe non oportet, vt calix, & patena ſecundum omnes ſui partes ſuper lapide ſacrato conſiſtant: ſufficit enim, ſi maior eorum pars poſita ſit, ſicut docet *Suarez cit.* ab eodem *Layman. loc. cit.* Layman. Suar. Layman.

Altare verò lapideum duplex eſt vnum mobile, ſeù portatile, quod etiam viaticum dicitur, vt patet ex *cap. vlt. de priuileg. in 6.* alterum fixum, ac ſtabile, quod alicui loco, ſeù baſi, calce aliouè modo affixum eſt.

Diſcrimen autem eſt inter hæc altaria, quod illud per ſe conſecratur: hoc verò quatenus baſi affixum eſt; Ex quo.

Sequitur, quod mobile altare conſecrationem non amittat, etſi à ligno cui inclu-

opus, vt vterque coniux morentur diù in eccleſia, ſed ſatis eſt, vt vnus coniux habitet in eccleſia. Neque eſt opus, vt expectaretur longum tempus adhoc, vt poſsit eſſe licita copula coniugalis, ſed ſtatim poteſt quis habere rem cum ſua vxorem quando moraliter ſcit in eccleſia per longum tempus moraturum eſſe.

PETES VIII.

Quod ſit longum tempus ad hunc effectū, nempè ad hoc, vt ſciatur, quando in Eccleſia poteſt eſſe licita copula coniugalis.

Suar. *Pet. Led.* *Sanchez.* RESpondent, *Suarez, & Petrus Ledeſma cit. à Sanchez loc. cit.* breue tempus eſſe ſi vna, vel alia die intra eccleſiam, coniuges maneant, ſed *Sanchez* non credit intentionis eorum eſſe, vt exiſtimant quinque, aut ſex dies reputari longum tempus. Quia non eſt, ita difficilè ſex diebus continere. *Sanchez.* Vnde ait *Sanchez loc. cit.* quod attenda communi hominum fragilitate, vnum menſem eſſe longū tempus; ſed hic caſus raro eueniet, quia ſemper ſunt in eccleſijs cubila adherentia, & turres, quæ nomine loci ſacri minimè includuntur, quoad actum coniugalem exercendum.

Addo ego quod dato, quod non ſit alius locus, niſi eccleſia, & licèt ſit breuis habitatio in eccleſia poteſt eſſe licita copula coniugalis in eccleſia, ſtatim quando coniuges, vel alter coniugum, niſi exercerent matrimonium, ſubirent periculum peccandi, vt clarè colligo, ex DD. cit. à *Sanchez de matrimon. lib. 9. diſp. 15. num. 12.* *Sanchez*

PETES IX.

An quando violatur eccleſia cenſeatur violatum cœmeterium.

Layman. REſpondetur, ex communi *DD* ſētentia, teſte *Layman. de ſacrificio Miſſæ tract 5. cap. 5 num. 11.* affirmatiuè, nempè cenſeri violatum cœmeterium, ſi contiguum eſt, ac proindè in eo nemo ſepeliri debeat antequā reconciliatum ſit quia principale, quod eſt eccleſia trahit ad ſe acceſſorium quod eſt cœmeterium. Contra verò violato cœmeterio vno ex illis modis in quibus violatur eccleſia, vt ſupra dictum eſt, non ideò eccleſia cenſetur violata, quia minus dignū, quod eſt cœmeterium, non trahit ad ſe maius dignum, quod eſt eccleſia, vt habetur in *c. vn. de conſecrat. eccleſiæ in 6.* Monet autem *Durandus in rationali lib. 1. cap. 6.* quem ſequitur *Layman loc. cit.* quod ſi cœmeterium per accidens, ſeù acceſſoriè violatur propter eccleſiæ violationem: reconciliata eccleſia, acceſſoriè etiam reconciliatum cenſeri cœmeterium, vt alia reconciliatione non indigeat. *Layman.*

PETES X.

Quando eccleſia amittit conſecrationem, vel benedictionem, ita vt in ea non poſſint celebrari Miſſa antequam iterum cōſecretur, vel benedicetur ab Epiſcopo.

REſpondetur, ex communi *DD.* ſententia, teſte *Layman. loc cit.* ſed *n. 14. & 15. & 16.* in duobus modis, amictere eccleſiam conſecrationem; *Layman.* Primus eſt, ſi eccleſiæ parietes incendio, ita abſumantur, vt omnis cruſta, vel ſecundum maiorem partem auferatur: licèt parietes non corruant, quia conſecratio potiſsimum conſiſtit in exterioribus cruſtis: cum fiat per cruces, & linitiones: conſequentur ſi parietes igne abſumantur, & decruſtentur, licèt non corruant, amictitur, conſecratio.

Alter caſus eſt, ſi eccleſiæ parietes ſecundum maiorem partem deſtructi ſint, ſeù corruerint tunc amictitur conſecratio.

Secus dicendum eſt, ſi minor pars eccleſiæ corruat & reedificetur alia, nā minor pars edificationis eccleſiæ nō conſecratæ, vnita eccleſiæ conſecratæ, ipſa acceſsione cenſetur acquirere conſecrationem à toto corpore, ſicut notatur expreſsè in *Gloſ. marginali ad c. de fabrica diſt. 1. de conſec.*

Eadem eſt ratio ſi eccleſia, ſiuè ſecundum longitudinem, ſiuè ſecundum latitudinem amplietur.

Quare hæc ſolet eſſe praxis epiſcoporum, vt ſi murorum noua acceſsio eccleſiæ alicui facta ſit, metiatur, nū pars ea, quæ acceſsit, reliquum corpus magnitudine ſuperet, necne: ſi ſuperat, tunc adhibent nouam conſecra-

Digitized by Google

ſecrationem: ſi non ſuperat, aſpergũt eam aqua benedicta, iuxta *Gloſ. in c. propoſuiſti.*

Quid dicendum, ſi minores partes parietum per temporum interualla corruãt, & reficiantur, ita vt numquam maior parietum pars ſimul deſtructa ſit, vtrũ nihilominus eccleſia execrata cenſeri debeat.

Sylu. Suar. Nauarr.

Reſpondetur, ex *Gloſ. c. de fabrica Sylu. 5. conſecrat. 2. q. 3 Suarez p. 3. tom. 3. diſp. 81. ſect. 4. Nauarr. c. 27. num. 258.* & alijs quod eccleſia ſucceſsiuè reparata non eſt iterum conſecranda, tum quia moraliter cenſetur eadem eccleſia, tum quia ſi hodie vnus paries deſtructus ſit, & intra octo dies, v.g. reparatus, nouus paries acceſsione ad totum ſacrabitur: nam ſacrum ſi maius ſit, trahit ad ſe non ſacrum, vt ait *Gloſ. in cap. ſi motum, verb. altare de conſec. Eccleſiæ* itaque ſi tota eccleſia per temporum interualla ſecũdum partes ſuas deiecta, & nouiter ædificata ſit, non ob id eſt iterum conſecranda.

Sed dubium eſt, ſi ex intentione renouandi Eccleſiam, vnus paries poſt alium ſucceſſiuè deſtruatur, & ædificetur, vtrum eccleſia execrata cenſeri debeat.

Nauarr.

Reſpondetur ex *Nauarr. cap. 27. nu.* 258. probabilius eſſe, non execrari eccleſiam etſi omnes parietes renouentur: modo non omnes, aut maior pars eorum ſimul deiecti ſint, ſed *Panorm. cit. à Layman. loc. cit.* quem ipſe ſequitur dicit tali caſu eccleſiã iterum conſecrandam eſſe.

Panorm. Layman.

Reſpondetur ad ſecundam partem petitionis decimæ, puta quando eccleſia eſt tantum benedicta quomodo amittit benedictionem, & dico quod benedictio templi, aut cœmeterij nõ amittitur deſtructis, aut combuſtis parietibus, cum ea ſolo inherere cẽſeatur quod ſemper idem manet, vt nauit *Sylu. verb. conſecratio* 2. q. 4. & *Suarez tom.* 3. 3. *par. ſect.* 4.

Sylu. Suar.

Si tamen eccleſia diruta ſit ſine ſpe reedificationis, amittit priuilegia loco ſacro conceſſa, vt docent *Layman. loc. cit. & Sanchez de matrim. lib. 9. diſp. 15. num. 37.*

Layman. Sanchez.

PETES XI.

Quod diſcrimen ſit inter pollutionem eccleſiæ, & execrationem.

Reſpondetur, ex *DD.* citat *Layman tract. 5. de ſacrif. Miſſæ c. 5 nu. 17.* quod polluta eccleſia polluuntur etiam altaria omnia, quæ in ea fixa ſunt: quemadmodum vice verſa, altare pollui non poteſt, quin etiam corpus eccleſiæ violatum cenſeatur, at verò ſi eccleſia execretur, combuſtis, aut corruentibus parietibus, vt denuo conſecrari debeat: non ideo etiam altaria conſecratione, vel reconciliatione aliqua indigent: ſicuti, & viceuerſa altare per fractionem enormen execratur, ſeù execrationẽ amittit, ſine execratione ipſius eccleſiæ. ita *Abbas in cap. propoſuiſti de cõſecrat. Eccleſiæ, vel Altaris, & Sylu. v. Altare q. 11.*

Layman. Abbas. Sylu.

QVÆSTIO I.

Quæ ſunt neceſſaria ad celebrandam Miſſam.

Reſpondetur, ex communi *DD.* sẽtentia, teſte *Layman. de ſacrificio Miſſæ tract. 5. cap. 6. tom. 2.* ad offerẽdum Miſſæ ſacrificium. Primò, neceſſarium eſt altare quod ſit lapideum, atque ab Epiſcopo conſecratum: Verum ſufficit, vt ſuperior altaris pars, ſuper qua calix cum patena ponitur lapidea, & conſecrata ſit. Quamuis etiam ſcrupuloſè ſollicitum eſſe non oportet, vt calix, & patena ſecundum omnes ſui partes ſuper lapide ſacrato conſiſtant: ſufficit enim, ſi maior eorum pars poſita ſit, ſicut docet *Suarez cit.* ab eodem *Layman. loc. cit.*

Layman. Suar. Layman.

Altare verò lapideum duplex eſt vnum mobile, ſeù portatile, quod etiam viaticum dicitur, vt patet ex *cap. vlt. de priuileg. in 6.* alterum fixum, ac ſtabile, quod alicui loco, ſeù baſi, calce alioue modo affixum eſt.

Diſcrimen autem eſt inter hæc altaria, quod illud per ſe conſecratur: hoc verò quatenus baſi affixum eſt; Ex quo.

Sequitur, quod mobile altare conſecrationem non amittat, etſi à ligno cui inclu-

incluſum eſt, ſeparetur, vt docent *DD. & Canoniſtæ*, teſte *Layman.* Layman.

Excipe, niſi in ligno ſigillum, ſeù loculus reliquiarum incluſus ſit: tunc per amotionem ligni à lapide videtur exſecrari altare portatile, altare verò fixum conſecrationem amittit, ſi lapis, ſeù menſa conſecrata ab inferiore ſtructura remoueatur.

Illud verò cõmune eſt tùm altari mobili, tùm fixo conſecrato, vt conſecrationem amittat fractione notabili, ideſt ta..ta, vt in nulla integra parte altaris calix cum patena, moraliter rem æſtimando conſiſtere poſsit, vt docent *DD.* & præcipuè *Henriquez l.b.9.c.28.num.1.* Henriq.

Itaque ſi in altare capere poteſt patena cum corporale etiam ſi in alijs partibus alijs partibus altaris ſit fractura, non ob id amittitur conſecratio.

Layman. Idem dicent *DD* teſte *Layman. tract.5. c.6. in ſumma de ſacrific. Miſſa num.5.* de alijs veſtibus ſacerdotalibus, nam Alba, v.g. benedictionem amittit, ſi per fractionem inepta fiat ad ſacrum vſum: vel ſi cingulum, ita frangatur, vt neutra eius pars ad cingendum ſufficiat. Si tamen ante plenam ſeparationem reficiantur, & partes connectantur ſeruabitur conſecratio ſicuti docet *Sylu. verbo benedictio q.6.* Sylu. *& Emanuel Sà, verbo Miſſa num.12.*

An ſit cingulum neceſſarium infra videbitur.

SImili ratione perditur conſecratio calicis, & patenæ per notabilem fractionem, aut deſtructionem eorũ figuræ: non item per ſolam ſeparationem pedis à cuppa in calice tornatili, vt docent *Armilla ver. calix num.2. Suarez tom.3. 3.par. diſp. 81. ſect.7.* & alij *DD.* quia ſola cuppa in calice tornatili per ſe conſecratur, ergo ſi abſque fractione à pede ſeparatur, retinet conſecrationem. Quare alia ratio eſt de calicibus, qui non habent amobilem pedem. Armilla. Suar.

Non etiam amittitur conſecratio calicis, & patenæ, etſi interior inauratio diuturnitate temporis penitus abſumpta ſit: quia non ſola inauratio, ſed totus calix, & patena conſecrata cenſentur. ita docent communiter *DD.* teſte *Layman. loc. cit.* Layman.

SED PETES I.

Si Calix, vel patena, ea parte qua, corpus, vel ſanguinem contingunt, de nouo inaurentur, an iterum conſecranda ſint.

REſpondetur, ex aliquibus *DD.* eſſe opus noua cõſecratione: ſed alij *DD.* teſte *Layman. loc. cit.* & præſertim *Durand. in rationabili lib. 1. c. 6. num.36.* valdè probabiliter docent non eſſe opus noua conſecratione, quia maior pars ſacra trahit ad ſe minorem non ſacram; ſed deauratio illa, comparatione totius cuppæ cõſecratæ minoris partis proportionem habet ergo. Layman. Durand.

PETES II.

Præterea, an quando polluitur Eccleſia polluantur calix, patena, corporale, atque altare mobile, ita vt indigeant Epiſcopali reconciliatione.

REſpondetur, ex *Layman de ſacrific. Miſſa c.6. num.10.* indigere epiſcopali reconciliatione. Layman.

Sin verò aliter profanentur, v.g. ad cõmunes vſus, tunc propriè non cenſentur violata, quamuis decens ſit ſimplici eas benedictione reconciliare.

PETES III.

Vtrum neceſſe ſit in quolibet altare eſſe loculum, ſeù ſigillum continens ſacras reliquias.

REſpondetur, ex communi *DD.* ſẽtentia, teſte *Layman. de ſacrific. Miſſa tract.5. cap.6. num.8.* non eſſe neceſſarium, vt reliquiæ Sanctorum reponantur in altare alioqui quaſi infinitæ reliquiæ eſſet neceſſariæ, vt inuenirentur, vt in tantis, & quaſi innumeris altaribus celebrarentur. Pertinet verò ad Prælatos eccleſiarum prouidere ſi fieri commodè poſſit, vt pia, & antiqua conſuetudo in omnibus templis, & altaribus ſacras reponẽdi reliquias perſeueret, quod ſignificatur in introitu Miſſæ: *Oramus te Domine per merita ſanctorum tuorum, quorum reliquiæ hic ſunt.* Layman.

Reſpondetur ſecundò in altare dum

Miſſæ

Digitized by Google

Miſſæ ſacrificium peragitur, neceſſaria ſunt ornamenta. Primò, neceſſariæ ſunt duæ mappæ, vel vna mappa dupplicata vt docent *DD*. teſte *Layman. de ſacrificio Miſſæ c.6. num.* 11. non eſt verò neceſſarium, vt totum altare ſit veſtitum, vt rectè docet *Layman*, & *Scortia de ſacrific. Miſſæ lib.2.c.14.num.4.* vnde pannis altaris non eſt neceſſarius. Secundò, eſt neceſſarium corporale repreſentans Syndonem qua Chriſti corpus inuolutum erat. Tertiò eſt neceſſaria palla, quæ calici ſuper imponitur, & vtrumque pari modo lineum eſſe debet: non ſericum, vel auro elaboratum parte ſua interiore: vtrumque etiam benedictum eſſe oportet ab epiſcopo, vel ab alio habente priuilegium Sedis Apoſtolicæ, vt habetur in *c.conſulto d.1 de conſecrat.* & docet *D Thom. cit à Layman. loc. cit.*

Layman. Layman. & Scort. Layman.

Mappæ verò quamuis deceat, vt ſint benedictæ, tamen non eſt neceſſariũ, vt ſint benedictæ, quia nihil in iure ſancitam eſt, vt dicit *Sylu. verbo benedictio, q.5* & *Suarez tom 3. 3 par. diſp.81 ſect 6.* & *Sà*, & *Azzor. cit. à Layman. loc cit.*

Sylu. Suar. Sà: & Azor. Layman.

Quamobrem ſi fortè celebraturo Miſſam, nulla mappa benedicta preſtò ſit, fas erit alia lintea munda corporali ſubſternere, quæ deinde ſicuti prius, vſibus profanis applicari poterunt. Quartò eſt neceſſarium calix, & patena.

PETES IV.

Ex qua materia debeant eſſe, calix, & patena.

Suar.

RESpondetur, ex *Suarez tom.3. 3. part diſput.81. ſect.7.* materiam eorum olim fuiſſe ligneam, poſtea verò Zeferinum Papam, vti cæpiſſe vaſis vitreis; Poſtea verò Vrbanus fecit Argentea, in Concilio autem Rhem. præceptum fuit, vt ſi non ex auro omninò ex argento fiat; additur verò, ſi quis tam pauper eſt ſaltem, vt ſtanneum calicem habeat, ſed quoad neceſsitatem, non eſt neceſſaria paupertas, ſed ſimpliciter ex auro, argento, & ſtanneo permictitur confectio calicis, & patenæ, vt docet *Suarez loc. cit.* & *citat D. Th.* Confectio calicis, & patenæ ex ere, aurichalco, vitreo, ligneo, vel ferreo prohibetur.

Suar. D.Tho.

SED DICES

An oporteat totum calicem eſſe aureum, argenteum, vel ſtanneum, an ſufficiat ſuperiorem cuppam eſſe auream, argenteum, vel ſtanneum, an ſufficiat ſuperiorem cuppam eſſe auream, argenteam, vel ſtanneam, quamuis ex aurichalco, vel ex alia materia ex prohibitis ad conficiendum calicem, ſit alia pars calicis confecta?

REſpondetur probabiliter tenere *Suarez loc. cit.* hoc ſufficere, quia pars illa nempè pes, v.g. non proximè deſeruit ad vſum ſacramenti. ita etiam tenent alij *DD* teſte *Layman. de ſacrific. Miſſæ tract.5. cap.6. nu.12.* Suar. Layman.

Debent autem calix, & patena ab Epiſcopo eſſe conſecrata, & chriſmate vnta. Abbates tamen quidam eadem poteſtate gaudent conſecrandi calices ex conſuetudine immemorabili, vt docet *Armilla verbo calix*: *pixis in qua ſeruatur Euchariſtia*, nõ eſt opus, vt ſit conſecrata aiunt *DD. cit. à Bonac. tom.1. d.4 q. vlt. punct.9. num.22.* ſed *Paludan. cit à Suar. diſp.81. ſect.3.* & *Sylu. ver. Euchariſt.3.q.4.* dicunt, nec etiam eſſe neceſſarium, vt ſit benedicta. & ſi benedictio ſit in Miſſali. Quintò, neceſſarium eſt purificatorium, ex lino factum.

Armilla. Bonac. Palud. Suar. Sylu.

Non eſt tamen neceſſarium, vt ſit purificatorium benedictum, vt patet ex *Suarez tom.3. 3 par. diſp.81 ſect.8 ar. 3. q 83. fol. mihi* 1024. *colum.2.* quem ſequitur *Bonac. diſp.4. q. vltima punc. 9. num.21.* Suar. Bonac.

Sextò, ad ſacrificandum requiritur etiã Crux, quamuis qui ſine Cruce celebraret, mortaliter non peccaret, vt affirmant *DD*. teſte *Bonac. tom. 1. diſp.4. q. vlt. punct.9. num.29. fol. mihi* 133. Bonac.

Septimò, requiritur lumen, quod ex conſuetudine conficitur ex cera, quamuis in neceſsitate ſufficiat cãdela ſebacea, aut etiam lucerna ex oleo; ex conſuetudine duæ candelæ adhibentur, etſi vna ſufficere videatur, vt docēt *DD*. teſte *Bonac. loc. cit.* Bonac.

Octauò, requiritur miniſter, vnde qui ſine miniſtro celebraret peccaret

Digitized by Google

Diana. mortaliter, vt docent *DD.* teſte *Diana tom.1. tract. de celebratione Miſſarum reſol.*43.

Sed in magna neceſsitate, qualis eſt feſti, aut dandi moribundo viaticũ, eſſe licitam celebrationem ſine miniſtro, vt affirmant *DD loc. cit.*

Neque in caſu neceſsitatis poteſt admitti fœmina ad ſeruitium Miſſæ, vt torrentes *DD.* docent, teſte *Diana loc. cit* ſed *reſol.*44. vnde potius celebrandum eſt ſine miniſtro, quam permittere, vt fœmina Miſſæ inſeruiat, vt docet *DD.* & præcipuè *Suar. tom.3.3.par. diſp.*87 *ſect.*1. — Diana. Suar.

Nonò, requiritur liber, quamobrem Sacerdos recitans Miſſam ſine libro, qui ſaltem non contineat Canonem mortaliter peccat per ſe loquendo, cum ſe periculo exponat grauiter errandi, vt docent *DD.* teſte *Bonac. tom.1. diſp.4.q.vlt. punct.9. num.* 29. — Bonac.

SED PETES V.

An Sacerdos debeat eſſe indutus calceis quando vult celebrare.

Reſpondetur de hoc non extare præceptum, ſed requiri tantum ex honeſtate; vt Sacerdos celebret indutus calceis, & ita eſt conſuetudo; nec hæc conſuetudo obligat ſub mortali, vt affirmant *DD.* teſte *Bonac. loc. cit.* ſed *num.*28. — Bonac.

Decimò, requirũtur veſtes ſacræ, ideſt, alba, cingulum, amictus, manipulus, ſtola, planeta, vt docent innumeri *DD.* teſte *Bonac. loc. cit.* ſed *nu.*25. — Bonac.

SED PETES VI.

An qui ſine neceſſitate celebraret ſine cingulo benedicto peccaret mortaliter.

Reſpondetur multos *DD.* tenere, quod peccet mortaliter, qui ſine cingulo benedicto celebraret.

Sed *Paludan. Henriquez Riccard. Scotus, Sylu. Facundez.* & alij teſte *Diana de celebrat. Miſſarum reſol.*68. non peccare mortaliter eum qui ſine cingulo benedicto celebraret, quia cingulum non eſt indumentum, ſed eſt ligatura indumentorum; ergo tantum peccaret venialiter, qui ſine iuſta cauſa celebraret ſine cingulo benedicto, ex cauſa verò iuſta neque peccaret venialiter, iuſta cauſa erit neceſsitas audiendi, vel celebrandi Miſſam ex precepto alicuius feſtiuitatis, feruor magnæ deuotionis, vel neceſsitas ſuperandi tentationes. — Paludan. Henriq. Riccard. Scot. Sylu. Facund. Diana.

PETES VII.

Præterea, an Sacerdos poſſit celebrare in patena, & calice non dum conſecrato, & cum veſtimentis non dum benedictis, ſi alius Sacerdos bona fide, cum ipſis Miſſam antea celebraſſet.

Reſpondetur, ex *Diana tract. de celebratione Miſſarum reſol.*69. poſſe Sacerdotem celebrare Miſſam in patena, & calice, non dum conſecrato, & cum veſtimentis non dum benedictis, ſi alius Sacerdos bona fide, cum ipſis Miſſam antea celebraſſet, nec indigere noua conſecratione, vel benedictione, citat *Auilam, Caſtrum, & Emanuel Sà, verb. Eccleſia,* & hoc dicit *Diana* eſſe probabile, & in praxi tutum; Verum *Auila, Caſtrus, & Sà,* ab ipſo *citat.* dicunt de Eccleſia polluta, nimirum non egere noua recõciliatione ſi in ea bona fide ab alio eo Sacerdote celebratum ſit, non autem de ſupradictis rebus, ſed à pari idem aſſerendum eſt, vt optimè *Diana* colligit, ex doctrina de reconciliatione Eccleſiæ ex celebratione bona fide facta, in Eccleſia polluta. — Diana. Armilla. Caſtrum: & Ema. Sà. Diana.

PETES VIII.

An pannus altaris & color veſtium ſacerdotalium cadant ſub præcepto.

Reſpondetur, ex *Pinello in tract. Miſſæ fol. mihi* 134. & 149. non cadere ſub præcepto, ſed decet, vt in altare ſit pannus, & color ſit iuxta regulas Rubricæ; Sed ego non excuſarem à veniali, qui ſine cauſa celebraret cum colore planetæ non iuxta regulas Rubricæ, ſi commodè id facere poſſet. — Pinellus.

Ad ſecundum.

Reſpondetur, quod debet Sacerdos ſcire, adminiſtrare ſacramentum Pœnitentiæ ſaltem in articulo mortis.

QVÆ-

QVÆSTIO I.

Quæ debet ſcire Sacerdos circa admini-ſtrationem ſacramenti Pænitentiæ in articulo mortis.

RESpondetur primò, ſcire debet Sacerdos formam abſolutionis. Secundò, quæ peccata poteſt abſoluere. Tertiò, quæ ſigna pænitentiæ debeant præcedere ex parte conſtituti in articulo mortis, & quid intelligatur per articulum mortis. Quartò, ſcire debet Sacerdos quos actus Chriſtianos, tenetur elicere moribundus in articulo mortis. Quintò debet ſcire Sacerdos, quæ diſpoſitio ſit neceſſaria, ex parte moribundi, adhoc, vt ipſe benè ei poſsit abſolutionem impendere. Sextò, ſcire debet Sacerdos, an plures homines, vnica abſolutione, poſsit omnes abſoluere. Septimò, an Sacerdos vnica abſolutione poſsit abſoluere moribundum à cenſuris, & à peccatis ſimul. Octauò an coram alijs audiẽtibus confeſsionem poſsit Sacerdos excipere confeſsionem moribundi. Nonò, an coram approbato poſsit ſimplex Sacerdos audire confeſsionem, & quid, ſi cępta ſit confeſsio à ſimplici Sacerdote, & deinde ſuperueniat approbatus confeſſarius. Sed

PETES I.

Quæ ſit forma abſolutionis ſacramenti Pænitentiæ?

RESpondetur, de hac materia varias eſſe opiniones *DD.* vt refert *Suarez tom.4.3.par.diſp.19.ſect.1* ait *Durandus*, præter verba, *Ego te abſoluo ab omnibus peccatis tuis*, eſſe neceſſariam inuocationem ſanctiſsimę Trinitatis, ſcilicet in nomine *Patris*, *& Filij*, *&c.* & videntur in hanc ſententiam inclinare maior, & *Petrus Soto* fundantur præcipuè, quia per illam inuocationem ſignificat Sacerdos ſe operari, vt miniſtrum Trinitatis, non vt cauſam præcipuam. Suar. Durand.

Gabriel putat eſſe neceſſarium dicere, *Ego te abſoluo ab omnibus peccatis tuis*; itaque ſecundum ſuam opinionem ſi quis diceret, *Ego te abſoluo*, non eſſet valida abſolutio. Gabriel.

Concilium verò *Florentinum*, & *Tridentinum ſeſſ.4.cap.3.cit.* à *Suarez loc.cit.* dicunt formam huius ſacramenti eſſe *Ego te abſoluo, &c.* vnde videtur illud pronomen *Ego* eſſe de ſubſtantia formæ, ideoque alia duo verba non ſufficere, ſed *Suarez loc cit.* pronomẽ *Ego*, intrinſecè includi in verbo abſoluo, & conſequenter non eſſe de ſubſtantia formæ explicitè exprimi pronomen *Ego*; Vnde concludit *abſoluo te* eſſe verba ſufficientia ad perficiendam formam ſacramenti pęnitentiæ. Concil. Trid. & Florent. Suar. Suar.

Addit verò *Suarez loc.cit.* hæc ſequentia verba. [Quia verò facillimè adiungi poteſt, ſcilicet pronomen *Ego*, exiſtimo numquam rationabiliter omitti poſſe: quia nec moraliter poteſt accidere cauſa, quæ adhoc cogat: neque in eo eſt aliqua vtilitas: & aliunde adiungendo illud, vitatur qualecunque] periculum, quia oppoſita ſententia improbabilis non eſt, & fortaſsè propter hoc cauſam addiderunt concilia particulã, &c. vel fortè, vt ab opinionibus Theologorum abſtinerent. Suar.

Ego verò ad tollendas omnes opiniones DD. ſemper vtor illa forma, *Ego te abſoluo ab omnibus peccatis tuis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti*, vnde ly, &c. *Tridentini*, dedit cauſam doctoribus, vt varia dicerent circa formam ſacramenti pęnitentiæ. Ex his. Concil. Trident.

Colligitur duo non eſſe de ſubſtantia formæ abſolutionis ſacramenti pęnitentiæ, neque de præcepto, vt eſt Dominus noſter *Ieſus te abſoluat, &c.* & ly *Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti*, licèt laudabiliter adiungentur, vt *Tridentinum loc.cit.* dixit: quare licèt omictantur non erit peccatum graue, vel etiam nullum ſi ex quacunque rationabili cauſa omictantur, & de hoc non eſt dubitandum. idem dicitur de cruce in fine abſolutionis, & de extentione manuum antequam abſoluatur pęnitens, nempè non eſſe de præcepto aiunt DD. teſte *Bonac.d.6 q.7.tom.5. punct. vlt.* Concil. Trident. Bonac.

Digitized by Google

PETES II.

Quæ peccata poteſt Sacerdos abſoluere in articulo mortis.

Reſpondetur, ex omnibus Catholicis *DD.* omnia peccata, reſeruata nedum ordinarijs locorum, ſed etiã Summo Pontifici, etiam ſi ſint reſeruata in Bulla Cœnæ Domini, poſſe ſimplicem Sacerdotem, non approbatum abſoluere, in articulo mortis.

PETES III.

Quæ ſigna debeant præcedere pœnitentiæ, ac doloris de peccatis conſtituti in articulo mortis ad hoc, vt poſſit licitè Sacerdos impendere abſolutionem.

Reſpondetur primò, certiſsimum eſſe apud *DD.* dari poſſe abſolutionem ei qui tantum nutibus quærit à confeſſario abſolutionem, immo tenetur confeſſarius impendere abſolutionem in hoc caſu alioqui peccaret contra charitatem, vt docui ſatis in mea *Praxi confeſſariorum fol.* 205.

Idem dicitur, ſi moribundus non audit, nec loqui poteſt, ſed tantum pugno pulſat ſuum pectus, vel ſuſpirãs oculos in cælum tollit, vel reſpicit aliquam imaginem hoc vidente Sacerdote, vel teſtificantibus, nempè teneri Sacerdotem ſub conditione abſoluere, vt docui cum *DD.* à me citatis in *Praxi Confeſſariorũ fol.* 205.

Additur præterea, ſufficere vnum teſtem, etiam ſi ſit infidelis, aut hæreticus, ad teſtificandum, quod moribũdus elicuerit ſigna contritionis, vel
Sancius. quod petierit confeſsionem, vt rectè
Raym. docet *Sancius in ſelectis diſp.* 4. *nu.* 35.
Graſſ. qui citat *Raimundum, & Graſſium.*

Suar. Additur denique cum DD. à me citatis in *Praxi confeſſariorum fol.* 208. & videri poteſt *Suarez tom.* 4. 3. *p. diſp.* 26. *ſect.* 4. poſſe ſimplicem Sacerdotẽ non approbatum abſoluere ab omnibus peccatis nedum reſeruatis ordinarijs locorum, ſed etiam Summo Pontifici, etiam ſi ſint reſeruata in Bulla Cænæ Domini, non ſolũ quando quis eſt in articulo mortis, ſed etiam quando quis eſt in periculo mortis probabilis, & deeſt copia hic, & nunc confeſſarij approbati.

Periculum probabile mortis, dicitur actuale bellum, longa nauigatio, partus difficilis mulierum, & ſimilia. Sotus.
Sotus, Cano, & Couarr. cit. ab eodem Cano: &
Suarez diſp. 26. *ſect.* 4. dicunt non ap- Couarr.
probatum non poſſe ſimplicem Sacerdotem in periculo mortis abſoluere.

PETES IV.

Quos actus Chriſtianus tenetur conſtitutus in articulo, vel in periculo mortis elicere.

Reſpondetur, ex *Suarez de fide diſp.* Suar.
3. *ſect.* 5. *nu.* 6. *& Fillincc. tract.* 22. Filliucc.
tom. 2 *num.* 293. tres actus teneri elicere conſtitutum in articulo, vel periculo mortis probabilis, nempè actum, fidei, ſpei, ac charitatis etiam ſi quis receperit abſolutionem ſacramentalem.

PETES V.

Quæ diſpoſitio debeat eſſe ex parte moribundi, ad hoc, vt poſſit Sacerdos rectè ei abſolutionem impendere?

Reſpondetur, eſſe neceſſariam ſaltẽ attritionem ſupernaturalem de peccatis, vel ſecundum magis tutam opinionem in hoc articulo, putatam contritionem ad recipiendam abſolutionem, nam vt explicaui alibi, etiã retuli opiniones DD. qui ſcripſerũt poſt Tridentinum, & dixerunt non ſufficere putatam attritionem ad dignè ſuſcipiendam abſolutionem ſacramentalem, *Victoria, Soto, Ledeſma,* Vict.
Vega, Nauarr. & Corduba cit. à Sua- Soto.
rez tom. 4. 3. *par. diſp.* 20. *ſect.* 1. *num.* 7. Ledeſma.
dicunt non ſufficere putatam con- Vega.
tritionem. Nauarr.

Sed D. *Thom. in* 4. *diſt.* 17. *q.* 3. *art.* 5. *q.* 1. & Cord.
& diſt. 18. *q.* 1. *art.* 3. *q.* 1. *Paludan. So-* Suar.
tus, Capreolus, & plerique alij DD. D.Tho.
cit. à *Suarez loc. cit.* ſed *nu.* 9. dicunt Paludan.
ſufficere putatam attritionem ad re- Sotus.
cipiendum abſolutionem, & conſe- Capreol.
quenter dignè diſponitur ad conſe- Suar.
quendam gratiam.

RE-

Digitized by Google

PETES VI.

An Sacerdos poſſit in articulo mortis plures homines abſoluere vnica abſolutione, dicendo Ego vos abſoluo ab omnibus peccatis, &c. Puta in naufragio, graſſante peſte, vel irruente ſubito prelio, &c.

Bonac. RESpondetur, ex communi DD. ſententia teſte *Bonac. tom. 1. diſp. 5. q. 5. ſect. 2. punct. 2. §. 4. num. 17.* & nemine referente autore in oppoſitum, poſſe confeſſarium exiſtentes in periculo naufragij abſoluere etiam ſi non omnia peccata mortalia audierit; immo poteſt audito à ſingulis vno peccato, ſimul omnes abſoluere, dicendo *Ego vos abſoluo, &c.* alta voce, & audiente alta voce peccata hominum contritorum in dicto articulo mortis, vt rectè docet *Henriquez lib. 5. c. 12. nu. 3. lit. L.* Henriq.

PETES VII.

An Sacerdos, qui vnica abſolutione abſoluit moribundos, poſſit etiam vnica abſolutione, abſoluere eos ab excommunicatione, & à peccatis ſimul.

Soto. Nauarr. Henriq. & Suar. Bart. S. Fauſt. RESpondetur, ex *Soto, Nauarr. Henriquez, & Suarez cit. à Bartholomeo de S. Fauſto in Theologia moral. lib. 2. q. 5.* poſſe confeſſarium vnica abſolutione abſoluere moribundos à cenſura, & à peccatis, dummodò intentio confeſſarij ſit velle abſoluere pœnitentes à cenſura, & deinde à peccatis. Ex his.

Primò colligitur, qui dubitat, vt infirmus morte corripiatur, & decedat ſine abſolutione, poſſe talem infirmũ audito vno peccato, antequam perficiat integram confeſsionem, abſoluere, & deinde reliqua audire, vt cõfeſsio fiat integra quantum fieri poteſt: Confeſſarius tamen curet in tali euentu: Primò, vt pœnitens fateatur aliquod peccatum mortale, cũ peccatum mortale ſit materia neceſſaria. Secundò curet pœnitentem fateri peccatum certum. ita *DD.* teſte *Bonac. diſp. 5. q. 5. ſect. 2. punc. 2. §. 4. num. 18.* Bonac.

Henriq. Secundò colligitur, ex *Henriquez lib. 5. cap. 12. num. 3 littera L.* quod ſi ægrotus patiatur paroxiſmos, vt non expectet confeſſarius finiri integram omnium confeſsionem propter periculum abſque abſolutione decedendi: ſed audito vno peccato mox abſoluat, deinde reliqua audiat.

Tertiò colligitur, quando infirmus laborat morbo contagioſo, & confeſſarius non poteſt ipſum etiam à longè abſque periculo audire, diutius immorando in peccatis audiendis, poteſt confeſſarius, auditis aliquibus peccatis abſolutionem ſtatim impẽdere. ita DD teſte *Bonac. diſp. 5. tom. 1. q. 5. ſect. 2. punct. 2. § 4. num. 13.* Bonac.

PETES VIII.

An confeſſarius poſſit audire confeſſionem coram alijs audientibus puta, quando confeſſarius accedit ad audiendam confeſſionem alicuius, qui non poteſt ſolus relinqui, niſi adiuuetur à circumſtantibus; vt ſunt recenter vulnerati; vel mulieres parturientes, & periculum eſt in mora?

RESpondetur, ex communi DD. ſententia teſte *Patre Iacobo Mancino, in ſua practica viſitandi infirmos in prima editione practica 4. fol. mihi 83.* quòd confeſſarius debet relinquere ſolum perſonas neceſſarias, & potius viros, quam mulieres, & debet admonere, vt aures claudant ſi poſſunt, & aduertant oculos à facie confitẽtis & confeſſarij, & ſic omni meliori via illum interroget, & audiat; quandoque per ſigna ſufficientia peccata accipiat, & abſoluat: monendo etiã aſtantes teneri ſub peccato mortali ſecretum ſeruare ſi aliquid obiter audierint; dicũt præterea DD. quod nemo tenetur, ſecluſo articulo mortis, confiteri audiente tertio, ſed poteſt, ſi vult, audiente tertio confiteri peccata extra articulum mortis. Addo ego non poſſe ſi timetur ſcandalum audientium. Mancin.

PE-

Digitized by Google

SED DICES I.

Quid faciendum, ſi confeſſarius tranſiens per plateam videt aliquos occidentes Franciſcum iteratis vicibus petentem confeſſionem, at confeſſario accedere volente ad illum audiendum, ab interfectoribus, conantibus, illum vita priuare, prohibetur acceſſus.

Reſpondetur, quod confeſſarius ab eo loco, in quo reperitur illũ abſoluere debeat ab omnibus peccatis, & cenſuris, antequam ab hac vita diſcedat: illa enim dicitur moralis præſentia. Immò ſi tantum eſſet periculum quod dubitaretur poſſe proferre ambas formas, ſcilicet excommunicationis, & peccatorum diſtintas poterit tantum dicere, *Ego abſoluo te, &c.* ſubintelligendo prius abſolutionem à cenſuris, & deinde à peccatis. ita DD. teſte *Iacobo Mancino in practica viſitandi infirmos practica 4 fol. mihi 84. in prima editione.* Mancin.

SED DICES II.

Ad quid teneatur pænitens abſolutus à cenſuris in articulo mortis, ſi poſtea cõualuerit, ſi fuit abſolutus à Sacerdote alias non habente abſoluendi facultatẽ, & quid tenetur, tunc confeſſarius facere.

Reſpondetur, quod qui in articulo mortis eſt abſolutus à cenſuris à Sacerdote aliàs non habente facultatem abſoluendi, extra mortis articulum, tenetur ſeſe ſublato impedimento non perpetuo, præſentandi quamprimum commodè poterit coram ſuperiore, qui de iure poteſt extra illum articulum abſoluere alioquin reincidit in eandem cenſuram, vt docent DD. cit. à me cit. in *Praxi confeſſariorum fol. 231.* tenetur verò confeſſarius extorquere iuramentũ, à pęnitente ſi fieri poteſt, vt compareat coram ſuperiore, ſi conualuerit.

Dixi ſi fieri poteſt, quia ſi pęnitens deſtitutus ſit ſenſibus, ita vt non poſsit ab eo iuramentum extorqueri, impendenda eſt ſine præuio iuramẽto: idem dicendum eſt, quando mortis articulus, ita inſtat, vt nulli ſatisfactioni, vel cautioni ſit locus, ita *Sayr. de cenſuris lib. 3. c. 25. nu. 4.* & plerique alij. Sayr.

Dixi ſublato impedimento, nam ab habente perpetuum impedimentum ſe præſentandi non eſt exigenda eiuſmodi cautio iuratoria, vt habetur ex *cap. quamuis de ſenten excom.*

Addit *Bonac. de cenſuris diſp. 1. q. 3. pun. 3.* in grauioribus delictis, vt in delictis in Bulla Cęnæ, non ſolum extorquendum eſſe iuramentum, ſed etiã extorquendã eſſe cautionem pignoratitiam, vel fideiuſſoriam quando pęnitens tenetur præſtare ſatisfactionem pecuniariam, quam tunc præſtare non poteſt. Quare à pænitente, qui tenetur pecuniariam ſatisfactionem exhibere, exigenda eſt cautio pignoratia, vel fideiuſſoria, vel ſaltẽ iuratoria, quando præſtari non poteſt pignoratia, vel fideiuſſoria: Quãdo verò pęnitens non tenetur exhibere ſatisfactionem pecuniariam, nõ tenetur præſtare pignoratitiam, vel fideiuſſoriam cautionem, ſed ſatisfacit iurando, ſe præſtiturum ſatisfactionem, ſi quam præſtare tenetur, vt accidit quando quis falſis dogmatibus aliquem decepit, & non dum ſatiſfecit ſuæ obligationi, qua tenetur illum ab illo errore retrahere; ita *Suarez de cenſuris diſp. 21. ſect. 3. nu. 1. & 2.* Bonac. Suar.

SED DICES DENIQVE.

An exiſtens in articulo mortis abſolui poſſit à quocunque confeſſario ab irregularitate, aut ſuſpenſione ab ordine, officio, vel beneficio?

Reſpondetur, ex *Sanchez lib. 2. cap. 13. num. 13. & Bonac. de cenſuris diſp. 1. q. 3. punct. 9.* negatiuè, quia irregularitas, vel ſuſpenſio ab ordine, officio, vel beneficio non retardat à conſecratione gloriæ. Sanchez. Bonac.

PETES IX.

An coram approbato confeſſario, poſſit ſimplex Sacerdos non approbatus, audire confeſſionem, & quid dicendum, ſi cæpta ſit confeſſio à ſimplici Sacerdote, & deinde ſuperueniat approbatus.

Reſpondetur primò, iuxta communem, ac tutiorem ſententiã DD. teſte *Bartholomeo à S. Fauſto in Theologia morali lib. 6. q. 36.* non poſſe Sacer- Barth. à S. Fauſt.

Digitized by Google

ſacerdotem non approbatum audire confeſsionem conſtituti in articulo mortis, præſente Parocho, vel approbato, colligitur hoc à ſimili ex *cap. Presbyter. 26. q. 6 ex Concil. Carthag. 3. can. 33.* immo refert idem *Fauſtus loc. cit.* ſic ſancitum eſſe à Sacra Congregatione Cardinalium.

Concil. Carthag.

Idem Fauſtus.

Reſpondetur ſecundò, ſi conſtitutus in articulo mortis, vel in periculo proximo, ac probabili mortis iuxta probabilem ſententiam, incepit confiteri Sacerdoti non approbato, & ſuperueniat approbatus, tunc poteſt etiam ſimplex Sacerdos non approbatus continuare ad audiendam confeſsionem, & abſolutionem impendere etiam præſente approbato, quia verè habebat iuriſdictionem, quando deficiente approbato cępit audire, nec eius aduentu expirat, quia in nullo iure cauetur facultatē Sacerdotis non approbati in prædicto caſu eſſe, donec veniat confeſſarius legitimus, ſed abſoluta eſt facultas, cum deficit copia legitimi confeſſoris, atque eſſet grauiſsimum onus conſtituti in eo articulo, ipſum cogere, vt confeſsionem legitimè cęptam, repetat, cum vix poſsit vni fateri, ita docet *Sanchez in ſumma lib. 2. c. 13. nu. 15.* qui citat *Henriquez lib. 6. c. 11. num. 8* & dicit ſatis eſſe probabile *Zambranus de caſibus articuli mortis c. 4. dub. 5 num. 4.*

Sanchez. Henriq. Zambr.

Qui autor hoc limitat, dummodo poſt abſolutionem impenſam ab hoc ſimplici Sacerdote non approbato præſente approbato, confiteatur moribundus aliquod veniale legitimo confeſſori ſcilicet approbato, qui ſuperuenit, & denuo elicere debet moribundus nouum dolorem, vt ab eo denuo abſoluatur; Ratio huius doctrinæ eſt dicit *Zambranus loc. cit.* quia in eo euentu articuli mortis tenetur quiſpiam tutam elicere partē. Non eſt autem prior abſolutio tuta data à ſimplici Sacerdote non approbato pręſente approbato confeſſario etiam ſi ſit cępta confeſsio, antequam ſuperueniret approbatus, quia ipſemet *loc citat.* ſed *num. 5.* eſſe ſatis probabile ceſſare iuriſdictionē illius Sacerdotis non approbati, quā do legitimus confeſſarius approbatus aduenit, & ſi incepta ſit confeſſio à Sacerdote non approbato. At *Sanchez loc. cit.* exiſtimat hoc non eſſe neceſſarium, vt aliquo modo fateatur confeſſori approbato ſuperuenienti, tùm quia omnes fatentur aliqua venialia ſimul cum mortalibus, ac proindè reſpectu venialium eſt omnino tuta, & certa abſolutio Sacerdotis non approbati, & mortalia deficienti iuriſdictione ad illa, remictentur indirectè, quia gratia non poteſt eſſe cum peccato: Sed gratia conceditur pęnitenti, media abſolutione ſacramentali, ergo, tum quia etiam exiſtimat *Sanchez loc. cit.* certam eſſe iuriſdictionem in hoc caſu, quandoquidem omnia iura concedunt facultatem abſoluendi in articulo mortis Sacerdoti non approbato ſimpliciter deficiente Sacerdote approbato, & non cum limitatione, niſi ſuperueniat approbatus, etiam ſi cępta confeſsio, ſed mihi ſatis arridet limitatio Zambrani.

Zambr.

Sanchez.

Sanchez.

Si tamen ille moribundus haberet caſum reſeruatum annexum excommunicationi, & ante abſolutionem ſuperueniret ſuperior cui excommunicatio erat reſeruata, non poſſet Sacerdos, qui confeſsionem audire cæpit, ſiuè non approbatus, ſiuè approbatus ſit, abſoluere ab illa excommunicatione, ſed id à ſuperiore ſuperueniente præſtandum eſt, & deinde Sacerdos ille, quicunque ſit, ſiuè non approbatus, ſiuè approbatus, poſſet à peccatis abſoluere. Ratio eſt, quia confeſſarius tenetur illi pęnitenti id onus iniungere, vt quamprimum commodè poſsit ſe legitimo ſuperiori præſentet etiam ſi recepit ab ipſo abſolutionem ab excommunicatione, & à peccatis; verum quando recepit moribundus abſolutionē in articulo mortis à Sacerdote etiam non approbato, tunc debet ſe præſentare ſuperiori, non vt iterum abſoluatur, cum iam ſit abſolutus, ſed vt ſe oſtendat obedientem ad recipiendam debitam medicinam, & ad exigēdam maiorem ſatisfactionem, ſi ſuperior ipſe maiorem iudicauerit imponendam; ita *Suarez tom. 4 3. par. d. ſp. 30. ſect 3.* & alij communiter alioquin reincidet in ſimilem cenſuram reſeruatam, vt docet *Suarez de cenſuris diſp. 22. ſect. 1. num. 61* & plerique alij puta ſi non ſe præſentet ſuperiori cum poteſt. Verum tamen

Suar.

Suar.

Qq eſt,

Digitized by Google

eſt, pœnitentem eximi poſſe ab obligatione adeũdi ſuperiorem; Si adeat confeſſarium habentem facultatem abſoluendi ab illis cenſuris, extra mortis articulum, ab eoque obtineat nouam abſolutionem abſque vllo onere puta ſi adeat confeſſarium, ratione iubilæi, vel alterius priuilegij, habentem poteſtatem abſoluendi extra articulum mortis, vt docui cũ DD. à me citatis in *praxi confeſſariorum fol. 236.*

Quod ſi ſuperior nollet abſoluere moribundum ab excommunicatione, niſi integra ſibi confeſſio repeteretur, exiſtimat *Sanchez loc. cit.* poſſe priorem Sacerdotem abſoluere, quia ſuperior ille Pontifice inferior non poteſt iuriſdictionem perficiendæ confeſſionis in eo articulo captæ concellum cuilibet confeſſario, reuocare, aut limitare, & iam pœnitens obligationi ſuæ ſatisfecit. ita, *Sanchez loc. cit.* Sanchez. Sanchez.

Fatendum tamen eſt cum *Zambrano loc. cit.* ſi iam ſimplex Sacerdos non approbatus in eo articulo à peccatis abſoluat, non poſſe eum ſuperuenięte approbato confeſſore audire peccata oblita: vel quæ æger non potuit fateri tunc, vel exiſtimatum eſt eum non poſſe, & ſic à reliquis abſolutus eſt, ſed ea approbato confeſſori ſuperuenienti aperienda ſunt, quia eſt noua confeſſio, & à priori independens, vt rectè docet *Sanchez loc. cit.* citans *Suarez tom. 4. in 3. par. ſect. 2. num. 3. in fine.* Zambr. Sanchez. Suar.

Quod ſi pœnitens in eo articulo Sacerdoti non approbato mentitus eſt, in ea confeſſione, & ita inualidè abſolutus, & ſuperueniat approbatus cõfeſſarius: adhuc exiſtimat *Sanchez in ſumma lib. 2. c. 13. num 16.* poſſe Sacerdotem non approbatum eum iterum abſoluere, detecto illo mendacio, quia re vera is habuit iuriſdictionem ad priorem illam confeſſionẽ, & dum abſolutio validè non eſt pręſtita, non cenſetur finita. citat *Tiraquell. l. boues, §. hoc ſermone limit. 1. nu. 1. & ſequentibus, ff. de uerbor. ſignif.* vbi latè ex multis probat conceſsionem ſimpliciter prolatam non finiri primo actu irrito, & *limit. 21. num. 4.* vbi ex multis probat poteſtatem delegatam non extingui primo actu, quando delegatus inutiliter abſque ſua culpa per errorem pronunciauit. Sanchez. Tiraque.

QVÆSTIO I.

An Sacerdos, qui in Miſſa omiſit voluntariè, Credo, ſeù Gloria, vel in Canone nomen alicuius Sancti, vel communicantes, vel hanc igitur tempore Paſchali, ea, quæ interponitur, peccet mortaliter.

Reſpondetur, ex *Filiuccio tom. 1. tract. 5. cap. 5. num. 155. & Diana de celebrat. Miſſarum, reſol. 59.* non peccare mortaliter, ſed venialiter ex leuitate materiæ; tanquam indubitatum hoc tenet *Diana loc. cit.* nec ſi paulò poſt recordetur quid relictum eſt in Miſſa regulariter eſt repetendum, quia id commodè fieri non poteſt moraliter, & vt ait *Sylu. cit. à Filiucc. loc. cit.* Filiucc. Diana. Diana. Sylu. Filiucc.

PETES I.

An Sacerdos, qui ex carentia confeſſarij propter ſcandalum celebrauit, teneatur quamprimum confiteri.

Reſpondetur affirmatiuè, ex *Trid. ſeſſ. 13. cap. 7.* verum incertum eſt apud *DD.* quomodo intelligatur ly quamprimum Tridentini, ſed ego ſequor opinionem *DD.* quos citat *Diana de celebratione Miſſarum, reſol. 60.* ly quamprimum *Tridentinum* intelligi debere intra triduum, ita vt intra triduum teneatur Sacerdos confiteri. Concil. Trident. Diana. Concil. Trident.

PETES II.

An Sacerdos qui in ipſa actione celebrandi recordatur alicuius peccati mortalis, licèt tunc eliciat actum contritionis, teneatur poſtea quamprimum confiteri, ſtante ſupradicto præcepto.

Reſpondetur, ex communi *DD.* ſententia. teſte *Diana de celebrat. Miſſar. reſol. 61.* teneri quamprimum confiteri, ſed *Vaſquez in 3. par. tom. 3. diſp. 208. c. 3 nu. 19. & Sayr. & Sylu. cit. à Diana loc. cit.* tenent, non teneri quamprimum confiteri, nam iuxta dictos Doctores præceptum *Trid.* tunc obligare quando quis eſt conſcius Diana. Vaſq. Sayr. & Sylu. Diana. Concil. Trid.

Digitized by Google

ſcius peccati mortalis, & vrget præceptum celebrandi, & non adeſt copia confeſſarij.

Secus eſt quando quis bona fide accedit ad altare abſque conſcientia peccati mortalis, & ibi recordatur alicuius peccati mortalis, nempè non teneri præcepto *Trident.* quamprimum confitendi, ſed ſatis, vt tempore debito confiteatur, nimirum quãdo vrget præceptum confitendi, vel quando vult iterum communicare.

PETES III.

An ſimplex Sacerdos deficiente copia confeſſarij, poſſit celebrare contritus, dum iter facit propter Miſſam præcepti, quã teneatur audire.

Filiucc. Reſpondetur, ex *DD.* quos citat *Filiucc tom. 1. tract. 4. c. 8. nu. 217.* poſſe Sacerdotem celebrare abſque confeſsione peccati mortalis, modo ſit contritus, & modo deficiat Miſſa quam ab alio poſsit audire. *Filiucc.* Alij verò *DD.* graues, teſte eodem *Filiuccio loc. cit.* dicunt non teneri huiuſmodi Sacerdotem ſacrum facere, quando eſt reus peccati mortalis, & nõ adeſt copia confeſſarij, etſi deſit alia Miſſa, ita vt non poſsit audire ad ſatisfaciendum præcepto.

An verò poſsit ſimplex Sacerdos ſine confeſsione peccati mortalis contritus celebrare, dum non adeſt Sacerdos, vt alij Miſſam audiant.

Diana. Reſpondent *DD.* teſte *Diana tract. de celebratione Miſſarum reſol 64.* non poſſe celebrare abſque præuia confeſsione, quia alij non peccabunt, ſi ipſe Miſſam non celebret, ſed *Diana loc. cit.* tanquam probabile tenet poſſe huiuſmodi Sacerdotem celebrare contritum abſque præuia confeſsione peccati mortalis adhoc, vt alij Miſſam de præcepto audiant.

PETES IV.

An Sacerdos, qui habet caſus reſeruatos à quibus præſens confeſſarius illum non poteſt abſoluere, poſſit contritus ſine præuia confeſſione ſacrum facere? Si ſcandalum, vel grauẽ infamiam incurreret Sacerdos, ſi non celebraret?

Reſpondetur, *Armilla, D. Antonin. Palud. Victoria, Syluio, & Filiuccio cit. à Diana de celebratione Miſſarum, reſolut. 65. & ex Riccard. Adriano, & Durando cit. a Sancio in ſelectis diſp. 32. num. 10.* poſſe Sacerdotem ſine præuia confeſsione celebrare, modo eliciat actum contritionis, quia eadẽ peccata bis confiteri graue eſt onus. [*Armilla. D. Anto. Palud. Victoria. Sylu. & Filiucc. Diana. Sancio.*] Idem dicitur, ſi Sacerdos habeat peccatum annexum excommunicationi, nempè poſſe contritum celebrare ſine præuia confeſsione, modo ſit occulta excommunicatio, & adſit ſcandalum, vel grauis infamia ſi non celebret, vel communicet, etiam ſi adeſt confeſſarius, valens abſoluere ab alijs peccatis, ſed à tali peccato cenſuræ annexo non poteſt, vt docẽt *D. Th. Syl. & Henriquez cit. à Iacobo Mancino in practica viſitandi infirmos in ſua prima editione, practica 4. dub. 35. fol. mihi 93.* dummodo non ſit in mora petendi abſolutionem, ſed dictus auctor cum alijs *DD.* à ſe cit. oppoſitum tenet, nempè teneri omnia peccata confiteri reſeruata annexa excommunicationi, & non reſeruata, & ſolum reſeruatum iterum confiteri, vt docet communis DD. ſententia. teſte *Suarez in 3. p. tom 3. diſp. 77. ſect. 4.* [*D. Thom. Sylu & Henriq. Manc. Suar.*]

Hinc

Doctores citati à *Iacobo Mancino loc. cit.* & præſertim *Nauarr. c. 27. num. 239.* docẽt Sacerdotem homicidam licitè poſſe ad euitandum ſcandalũ, vel infamiam celebrare ante diſpẽſationem irregularitatis, præmiſſa debita confeſsione, ſi hic, & nunc poteſt, confiteri, ſi verò nec etiam poteſt confiteri, quia non adeſt confeſſarius, & vrget neceſsitas communicandi, vel faciendi ſacrum, alioqui grauem infamiam incurreret Sacerdos ſi non celebraret, vel laicus, ſi nõ communicaret, vel ſi eſſet ſcandalũ, tunc Sacerdos poteſt, & tenetur elicere actũ contritionis, & ſine præuia confeſsione celebrare, & laicus poteſt etiam ſine confeſsione communicare, modo ſit contritus. idem dicendum eſt de excommunicato Papali, modo habeat animum comparendi coram ſuperiore, quia lex naturalis, & diuina de defendenda fama, vel de euitando ſcandalo, præſtat legi humanæ, de abſtinendo à ſacro in irregularitate, vel excommunicatione. [*Manc. Nauar.*]

Idem dicendum de moniali incidente occultiſsimè in cenſuram Papalem, vt ante moram petendi abſolutionē poſsit communicare, quando aliæ ad id tenentur: poteſtque intereſſe choro,& alijs, à quibus ſi abſtineret, fama eius periclitaretur, & poteſt confiteri, & tenetur dicere omnia peccata reſeruata,& non reſeruata; & reſeruata tantum iterum confiteri habenti poteſtatem abſoluendi, vt rectè docet *Suarez loc.cit.* cum communi DD.ſententia. Suar.

Excommunicatus, extra talem neceſsitatem quantumuis occultus, celebrans efficitur irregularis, vt communiter DD. affirmant. teſte *Bonac. de cenſuris diſp.7.q 1. punct.3. num.8.* & alij apud *Mancium in 1. edit. practica 4 fol. mihi 95.* Bonac. Manc.

SED DICES.

An ſit præceptum diuinum præuia confeſſio peccati mortalis ad ſuſcipiendum Eucharistiam, an præceptum eccleſiaſticum à Tridentino.

Suar. Reſpondetur, ex *Suarez in 3. part. tom 3. diſp.66. ſect. 3. verſic. dico tertio*, cum communi DD.ſententia præceptum præmittendi confeſsionem ante communionem eſſe diuinum poſitiuum à Chriſto Domino ſpecialiter latum,& Apoſtolis,& per eos eccleſiæ traditum.

Filiuc. Sed *Filiuccius tom.1.tract.4.cap.8.num. 222.* probabilius tenet, eſſe præceptum Eccleſiaſticum præuiam confeſſionem peccati mortalis ad ſuſcipiēdam Euchariſtiam, & eſſe latum huiuſmodi præceptum à *Trident. ſeſſ.13. cap.7.* Concil. Trid.

PETES V.

Sacerdos ſi ante Miſſam confeſſus ſit, & poſtea celebrando peccatum mortale in mentem venit, vtrum teneatur in tali caſu elicere actum contritionis de illo peccato.

Medina. Suar. Diana. Reſpondetur, ex *Medina, Suarez*, & alijs DD. cit. à *Diana de celebratione Miſſarum reſol.48.* teneri elicere actum contritionis.

Sed doctiſsimus *Diana loc.cit* probabiliter tenet, non teneri elicere huiuſmodi actum contritionis, quia per accidens fuit remiſſum illud peccatum, nempè ratione aliorum ſuper quibus fuit impenſa abſolutio,& cōſequenter iam Sacerdos recepit gratiam ergo dignè poteſt communicare abſque eo, quod eliciat actum contritionis cauſa dignè recipiendi Euchariſtiam, tenetur tamen confiteri peccatum oblitum,& tunc elicere actum contritionis, vel attritionis, & citat *Vaſquez in 3.par. tom.4. q.86.art.2. dub.2. num.11.* in caſu ſimili. Vaſq.

PETES VI.

An Sacerdos, qui noctu miſit ad raucedinem faucium leniendam ſaccarum in os paulatim deglutiendum, ſi illud durauerit poſt mediam noctem, & dubitat an aliquas partes illius in ſtomachum traiecerit poſſit Miſſam celebrare.

Reſpondetur, ex communi DD.ſententia, teſte *Diana de celebrat. Miſſarum, reſolut.51.* non poſſe celebrare niſi moraliter certus ſit quod ante mediam noctem totum deglutiuerit, vel quod reſiduum erat abſtulerit. Diana.

Sed *Tabiena verbo communicare* §. 49. vt proprijs oculis legi dicit quod non frangit ieiunium naturale, & quod poteſt communicare, etiam ſi poſt mediam noctem deglutiatur id quod in ſero recipit in ore pro voce, vel pro alio quia cibus non peruenit poſt mediam noctem ab extrinſeco,nam dicit ipſe adhoc vt aliquis dicatur frangere ieiunium naturale neceſſarium eſt, vt cibus, vel potus veniat ab extra, vnde id quod ante mediam noctem eſt in ore non frangit,& citat *D.Thom* & refert formalia verba D.Thomæ quæ ſunt ſequētia ieiunium naturæ dicitur per priuationem actus comeſtionis, ſecundum quod comeſtio potionem etiā includit:comeſtio autem principaliter dicitur ab aſſumptione exterioris cibi, quamuis terminetur ad traiectionem cibi in ventrem, & vlterius ad nutritionem,& ideo quæ interius geruntur, ſine exterioris cibi ſumptione, non videntur ſoluere ieiunium naturæ nec impedire Euchariſtiæ ſumptionem,ſicut deglutio ſaliuæ, Tab.

Digitized by Google

lina, & ſimiliter videtur de his, quæ intra dentes remanent, & etiam de eructationibus, tamen propter reuerentiam, niſi neceſsitas incumbat poteſt abſtineri hæc *S. Thom. in 4 diſ. 8. art. 4. in reſp. ad 3.* Hanc ſententiam amplexus eſt etiam *Bartholomeus ab Angelo cit. à Diana de celebrat. Miſſar. reſol 51.*

S. Thom. Bart. ab Ang. Diana.

PETES VII.

Vtrum Sacerdos, qui manè ſolet deglutire aliquid, ex proprijs vnguibus, vel papiris, &c. poſſit celebrare Miſſam?

Henriq. Nugnus. Diana. Summa Corona. Ioa. de la Cruz. Diana. Ioa. de la Cruz.

RESpondent negatiuè, *Henriquez, & Nugnus cit. à Diana de celebrat. Miſſar. reſol. 52.* Sed *Summa Corona par. 4. cap 4. num. 65.* Sic *cit. à Diana,* & *Ioannes de la Cruz cit.* ab eodem *Diana loc. cit.* probabilius tenent non frangere ieiunium, quia non comedit illum per modum cibi, vel medicinæ: ex quo infert *Ioannes de la Cruz,* mulierem terram, aut ſimile comedentem, ſiuè illud comedat ob delectationem; quod eſt comedere per modum cibi, ſiuè comedat vt colorem minuat quod eſt comedere per modum medicinę non poſſe poſt iſtorum ſumptionem, ſumere Eucharistiam.

PETES VIII.

An fragmenta hoſtia conſecrata poſſint ſumi à non ieiunio Sacerdote, puta poſt ſumptam ablutionem.

Facund.

RESpondetur, ex communi DD. ſententia, teſte *Facundez præcept. 3. lib. 3. cap 5. num. 28.* affirmatiuè nempè poſſe Sacerdotem ſumere fragmẽta hoſtiæ conſecratæ poſtquam ſumpſit ablutionem, quia pertinet ad idẽ conuiuium, ac ſacrificium, etiam ſi huiuſmodi fragmenta ſint grandiuſculæ quantitatis. ita *Suarez 3. par. tom. 3. diſp. 66. ſect. 6.*

Suar.

PETES IX.

Intra quod tempus conſumi poſſint, à Sacerdote non ieiuno, an quando Sacerdos eſt in altare ſacris veſtibus indutus, vel etiam poſtea, præſertim, ſi antea nõ vidit reliquiam, quæ in patena adhærebat?

Suar.

RESpondetur, ex *Suarez loc. cit. in reſponſ. ad ſecundum dubium,* ſic reſpondet [non videtur dubitandum quin poſsit Sacerdos, qui poſt peractum ſacrificium multò tempore fuit in altare diſpenſando hoc ſacramentum, purificare poſtea vaſa ſacra, & reliquias ſumere tunc conſecratas, quæ ad præſens ſacrificium pertineãt, quia tota eſt illa vna actio moralis, ſi autem ſint ex præconſecratis conſultius erit eas reſeruare, ſicut antea conſeruabantur.] Poſtquam autem Sacerdos ab altare receſsit, exiſtimat *Suarez* non poſſe reliquias conſumere per ſe loquendo, & in hoc conueniunt omnes DD. quos vidi, quia iam expleuit Sacerdos miniſterium ſuum: ſecus verò eſſet ex accidenti, ſi non poſſunt conſeruari ſine maiore irreuerentia, in ea enim circumſtantia non ſolum reliquiæ præſentis ſacrificij, ſed etiã præteritorum abſumi poſſunt ab ipſo Sacerdote non ieiuno, etiam poſtquam à multo tempore ab altare receſsit, ita *Facundez præcept. 3. lib. 3. cap. 5.* quem ſequitur *Diana tom. 2. tract. 4. de ſacramentis reſol. 45. fol. mihi 154.*

Suar. Facund. Diana.

Addit præterea idem *Diana loc. citato* ſequentia verba, ac formalia verba, [pro praxi dicendũ eſt, quod ſi in eccleſijs, vbi plures ſucceſsiuè celebrantur Miſſæ, aliquis Sacerdos in ſacreſtia inueniat in calice, v.g. aliquod fragmentum, tunc alius Sacerdos ieiunus exiens ad dicendam Miſſam, celebret in illo calice, vt fragmentum illud ieiunus accipiat, ſin verò id accidat in aliqua Eccleſia, vbi vna Miſſa tantum celebratur, & ibi non reſeruatur ſacramentum, tunc Sacerdos non ieiunus poteſt tale fragmentum accipere, quia illud reſeruari ſine maiori irreuerentia, non poteſt;] hæc dicit *Diana,* quæ ſatis mihi arrident, & approbo, vt res ſatis conformes rectæ rationi, ac proinde cenſeo in vſu poni poſſe abſque ſcrupulo conſcientiæ, tùm quia hoc eſt conforme rectæ rationi, tùm quia implicitè colligitur ex DD. licèt nõ ita explicitè hoc dixerint niſi ſolum doctiſsimus *Diana.*

PE-

Digitized by Google

PETES X.

An poſſit Sacerdos licitè ſumere ante ſumptionem ablutionis, multas particulas à ſe conſecratas.

Clem. P. Reſpondetur, ex *Clem. Papa in cap. tribus gradibus de conſecrat. diſtin.* 2. tot eſſe hoſtias conſecrandas, quot populo ſufficiant, ſi autem aliquæ ſuperfuerint, eſſe conſumendas à Sacerdote, quod verbum ait *Suarez loc. cit.* Suar. ſano modo eſt intelligendum nō enim prohibet eas reſeruare, vnde ſi id commodè fieri poteſt, melius eſt, & commodius, ita facere. Senſus ergo eſt per ſe loquendo, non eſt neceſſariam reſeruare id, quod ſupereſt ex ſacramento, ſed poſſe conſumi, niſi propter infirmos aliquid reſeruandum ſit.

PETES XI.

An ſi guttula aqua traijciatur in ſtomachum per modum ſaliuæ per eiuſmodi guttulam frangatur ieiunium naturale, ita vt quis non poſſit ſumere Eucharistiam.

Facund. Reſpondetur, ex communi DD. ſententia. teſte *Facundez pracept.* 3. *lib.* 3 *cap.* 5. *num.* 13. non impedire ſūptionem Euchariſtiæ, ea, quæ traijciuntur in ſtomachum per modum ſaliuæ puta ſi quis aqua, vel vino abluit os, & effluxit aliquid parum, & imperceptibile in guttur ſiccū, quia non ſumitur per modum potus, ſed per modum ſaliuæ. Addunt prætereа DD. teſte eodem *Facundez loc. cit.* Facund. quod ſi quid attrahatur per modum reſpirationis, quod poſsit nutrire, vel alterare, vt muſcam v. g. vel quid ſi vnde hoc non impedire ſumptionem ſacramenti, nec violare ieiunium naturæ: quia illud non eſt comedere, vel bibere; nec eſt ſumere per modū cibi: dicitur enim aliquid ſumi per modum cibi, vel potus, quando aliquid huiuſmodi ore accipitur, quod per ſe, & propria actione vitali in ſtomachum traijcitur, comedendo, vel bibendo, itaque ſi quis aliquantulam aquam per nares attrahat, quæ in ſtomachum tranſmittatur non manet impeditus ad ſumptionem ſacramenti, quia non fuit tranſmiſſa per modum potus, idem dicitur, ſi quis deglutiat ſanguinem, vel alium humorem, aut ex dentibus, aut ex capite decidentem in os, aut caſu ex ore manantem, nēpè non frangere ieiunium naturæ, nec impedire ſuſceptionem huius ſacramenti, quia illud, nec ſumitur, nec traijcitur per modum cibi. ita *Facundez loc. cit.* citans *Suarez tom.* 3. *in* 3. *par. diſp.* 68. *ſect.* 4. & affert *Facundez loc. cit.* auctoritatem *D. Thom. in* 4 *diſt.* 8. *q.* 1. *art.* 4 *ad* 3. vbi generalem hanc regulam tradit: quidquid ab intrinſeco prouenit, & ore non ſumitur ab extrinſeco, non verò comedi, & ideo nec tollere ieiunium naturæ, nec per ſe impedire ſuſceptionem huius ſacramenti. Facund. Suar. Facund. D. Thom.

PETES XII.

An Sacerdos poſſit communicare ſeipſum extra Miſſam, & an in qualibet hora diei poſt meridiem?

Reſpōdetur, ex communi DD. ſententia. teſte *Diana de celebrat. Miſſarum reſol.* 53. & 54 poſſe Sacerdotem non ſolum in caſu neceſsitatis, ſed etiam deuotionis cauſa, ſeipſum communicare extra Miſſam ex præconſecratis, vbi tamen non eſſet, niſi ipſe tantum Sacerdos, quia in hoc ſacramento non requiritur, vt in alijs, vt miniſter ſit perſona diſtincta à ſuſcipiente, & ſic in die Paraſceue communicat ſeipſum, non conſecrando, hoc intelligitur ſecluſo ſcādalo, quod quidem ſcandalum facilè ipſe Sacerdos vitare poterit, monendo aſtantes ne ſcandalum patiātur, nam ita facere illo caſu ſibi licet, & poteſt communicare poſt meridiem in qualibet hora, dummodo ſit ieiunus, & abſit ſcandalum. Diana.

Sed DD. teſte eodem *Diana loc. cit.* dicunt ex reuerentia tanti ſacramenti debita non eſſe extra neceſsitatem permittendum, vt aliquis ſub Veſperam, & qualibet hora diei communicet. Diana.

PETES XIII.

A quo tempore Sacerdos, vel laicus, debeat eſſe ieiunus adhoc, vt poſſit licitè communicare.

Facund. RESpondetur, ex *Facundez præcept. 3. lib. 3. cap. 5. num. 17.* & eſt communis DD. opinio, ac conſuetudo vniuerſalis Eccleſiæ incipere diem naturalem ieiunij à media nocte, itaque ſi quis comederet poſt mediam noctem, ſtatim non poſſet communicare, quia eſt iam inceptus alius dies, & conſequenter non ieiunus communicaret.

PETES XIV.

An ſit neceſſarium, vt communicaturi cibum digeſſerint, vel ſomnum ceperint poſt cibum?

Facund. RESpondetur, ex communi DD. ſententia. teſte *Facundez præcept. 3. lib 3. c. 5. num 6.* non eſſe neceſſariũ, vt digeſſerit cibum, vel ſomnum ceperint ad ſumendam Euchariſtiam, quamobrem, qui propè mediam noctem, cœnauit in Dominica, poteſt licitè ſtatim poſt mediam noctem ſacrum efficere etiam ante ſomnum captum.

PETES XV.

An dubitans, an audierit mediam noctem, & cum eo dubio bibens poſsit communicare?

Facund. Sanchez. RESpondetur, ex *Facundez præcept. 3. lib. 3. c. 5. num. 18. & Sanchez de matrim. lib. 2. diſp. 41. num. 40.* non poſſe communicare, quia nulla datur poſſeſsio ex parte dubitantis: vt autem in dubio melior ſit conditio poſsidentis opus eſt, vt detur aliqua poſſeſsio ex parte dubitantis: cum autem hic nulla detur, ceſſat profectò ratio, quæ eam ſuſceptionem Euchariſtiæ cohoneſtare poſsit: immo eſt poſſeſsio ex parte ipſius præcepti non communicandi, niſi ſeruato ieiunio naturali: & in dubijs, vbi nulla poſſeſsio fauet poſsidenti, id quod tutius eſt amplecti debet.

PETES XVI.

An ſi ſonuerit vnum horologium poſſit quis comedere in media nocte, donec aliud ſonuerit, & die ſequenti communicare?

RESpondetur, ex communi *DD.* ſẽtentia. teſte *Diana tom. 2. tract. 4. de ſacram. reſol. 6.* quod ſi diuerſa ſint horologia, & aliquorum ſonuerit hora duodecima, aliquorum non ſonuerit, poteſt, qui tunc ſoluit ieiunium naturale communicare die ſequenti, & ſiuè illa dies, ſiuè ſequens ſola ſit ieiunij, poterit dubitans cœnare, & edere carnes, quia perindè eſt, ac ſi eſſent duæ opiniones probabiles quarum vtramque licet ſequi, & amplecti, neque enim teneor ego ſequi vnum horologium. Notãdum Notandum eſt cum DD. cità *Diana loc. cit.* quod ſi tantum ſit vnum horologium, vbi cœpit, ſonare duodecima hora aliquis biberet, licet quãdo ſonaret vltimos pulſus, deſiſſet bibere, nõ poterit die ſequenti communicare, quia quando primus pulſus horæ auditur, iam eſt hora expleta, & horologium eſt tantum teſtis id iudicans; & licèt diuerſi ſint pulſus id euenit, quia nequit vno pulſu, hora duodecima indicari; ſicut vno pulſu horæ indicatur ex quibus. Diana.

Infert *Sancius in ſelectis diſp. 42. nu. 20.* quod qui buccellam habet maſticãs, & audit primum pulſum horæ duodecimæ noctis tenetur incontinenti de ore eijcere buccellam ſi die ſequẽti ſacramentum Euchariſtiæ velit ſumere, poſtquam verò buccellam eiecerit, non tenebitur eſſe nimis anxius ad abluendum os. Sanc.

PETES XVII.

An ſi reliquiæ cibi præcedentis diei, quæ hærent inter dentes, ſponte, & voluntariè deglutiantur impediant communionem.

RESpondetur, ex communi *DD.* ſẽtentia, teſte *Diana tom 2. tract. 4. de ſacram. reſol. 37.* nõ impedire communionem etiam ſi aduertenter ſumantur, quia deglutio talium reliquia- Diana.

quiarum pertinet potius ad manducationem præcedentis diei; quam præſentis citat *Diana, Molfeſium, Pitigianum, Cammarotam, & Rodriquez:*

Diana. Molſ. Pitig. Cammar. Rodriq.

PETES XVIII.

An qui Eucharistiam accipit, poſſit ſtatim comedere.

Facund. REſpondetur, ex communi *DD.* ſententia. teſte *Facundez 3. præcept. lib. 3. c. 6. num. 5.* non eſſe peccatum mortale poſt ſumptionem Euchariſtiæ ſtatim comedere, nec adeſt præceptum, licèt decens ſit non ſtatim alios cibos comedere, nec erit etiam peccatum veniale ſi cū aliquali cauſa fiat nam conſtat apud Religioſos, qui vltimum ſacrum faciunt, ſolent ſtatim prandere.

PETES XIX.

Si particula conſecrata adhereat palato, vel fundo calicis ſit licitum ſacerdoti, digito illam extrahere, vt poſſit ſumere.

Facund. REſpondetur, ex communi *DD.* ſententia, teſte *Facundez 3. præcept. lib. 3. cap. 6. num. 4.* decentius eſſe, vt per ablutiones iteratas, ac repetitas inde educatur quam tactu digiti Sacerdotis, nullum tamen peccatum erit, nec etiam veniale, ſi digito Sacerdotis decenter inde extrahatur.

SED DICES

Si cum vino in calice ſumatur particula hoſtiæ conſecrata contingere poteſt, vt prius vinum traijciatur in ſtomacho, quam particula conſecrata, & conſequenter non ieiunus communicaret?

Suar. REſpondetur, ex *Suarez tom. 3. 3. par. diſp 66. ſect. 6.* hoc eſſe licitū etiam ſi contingat, vt prius vinum traijciatur in ſtomachum, quam particula hoſtiæ conſecratæ, quia tota illa actio ordinatur ad conſumptionem ipſius ſacramenti, & per modū vnius ſit, poteſt autem hæc ratio varijs exemplis confirmari. Primò in die Paraſceue, quando particula hoſtiæ conſecratæ vino miſcetur, & poſtea ſumitur, tūc enim moraliter loquendo, prius ſumitur aliqua pars vini, quam particula conſecratā, & idem contingit quotieſcunque Corpus Domini accipitur in vino quod propter neceſsitatem, ſeù nimiam ægroti ſumentis ſiccitatem interdū fieri poteſt. Secundò contingit moraliter quando particula conſecrata adheret calici poſt ſanguinis ſumptionem, tunc, vt ſupradictum eſt, non debet Sacerdos illam digito trahere ad os calicis, vt illam abſque vino ſumat, vnde DD. teſte *Suarez loc. cit.* dicunt quod Sacerdos debet vinum imponere ad purificandum calicem & ita ſumere etiam ſi accedat aliquid vini prius ſumere: immo quamuis aduertat, vt hauſto illo vino, adhuc particula calici adheret, debet iterum, atque iterum, ſi neceſſe ſit, vinū ponere, & ſumere, donec particulam hoſtiæ conſumat, & hoc eſt licitum non ſolum Sacerdoti, ſed etiam cuilibet communicanti, ſi contingat particulam hoſtiæ, ita ori adherere, vt non poſsit illam traijcere, nām tunc poteſt ſumere vinum, vel aquā, ſemel, ac ſæpius donec traijciatur, vt Doctores, teſte *Suarez loc. cit.* affirmant. Suarez.

PETES XX.

An quicunque cibus, vel potus etiam ſi ſit in minima quantitate, & ſub quacunque intentione medicinæ, vel ſalutis impediat communionem.

REſpondetur, ex communi DD. ſententia. teſte *Suar. diſp. 66. tom. 3. 3. part. ſect. 4.* impedire communionem, ſi ſumatur per modum cibi, vel potus etiam ſi ſit minima pars, & ita interpetratur eccleſiaſtica conſuetudo hoc præceptum, & pars illa de quantitate minima expreſſa eſt in concilio *Tolet. 7. & Brac. 2.* & colligitur, ex *cap. ex parte de celebrat. Miſſar.* vbi Sacerdos in die natali ſecundam Miſſam dicturus, prohibetur in priori Miſſa ſumere calicis ablutionem, ne naturale ieiunium ſoluat, cum tamen illa ſit minima quantitas, & non ſumatur propter nutritionem. Suar. Tolet. & Brac.

Sumptio autem ipſius ſacramenti, quāuis ex ſpeciebus poſsit homo nutriri, non computatur inter ea, quæ ſoluat ieiunium naturæ propter excellentiam ſacramenti, quod non cenſetur

Digitized by Google

ſetur commune corporis alimentũ, & ideò illa non iudicatur ſumptio communis cibi,& potus.

Hinc

Suar. DD. teſte *Suarez loc. cit.* dicunt minimam quantitatem cibi,vel potus ſumere ante ſumptionem Euchariſtiæ eſſe peccatum mortale.

Quibuſdam viſum eſt eſſe tantum veniale,quia illa eſt leuis materia, ſed hæc opinio non eſt ſequenda, vt benè cenſet *Suarez loc.cit.* non enim eſt practicè probabilis opinio. Suar.

PETES XXI.

An liceat Sacerdoti communicare poſt cibum, & potum propter neceſsitatem nõ ſuam,ſed alterius, ideſt vt conficiat ſacramentum ad communicandum ægrotum,qui eſt in probabili periculo mortis in eadem die futurã,quæſtio eſt, quando non adeſt alia hoſtia conſecrata in alio ſacrificio.

Maiore. Reſpondetur, ex *Maiore in 4. diſt. 49. q 3. ad 5.* affirmatiuè nempè poſſe Sacerdotem non ieiunum facere ſacrum ad communicandum infirmum in articulo mortis, & dicit præterea propter ſimilem neceſsitatem poſſe Sacerdotem ſine veſtibus ſacris ſacramentum conficere,& ſine pane azymo,& ſine integritate ſacrificij. Secretè inquit accipiendo fruſtulum panis, & conficiendo,& dando ægroto,ſed hæc ſententia ab omnibus reijcitur; & tantum dicit *Suarez* eſſe hanc opinionem probabilẽ, quando ſolum Sacerdos non ieiunus, celebrat, cum ſacris veſtibus, more conſueto ad faciendum ſacrum. Suar.

Suar. Verum DD. teſte eodem *Suarez loc.cit.* cenſent hoc non licere,nempè Sacerdotem non ieiunum ſacrum facere ad communicandum ægrotum conſtitutum in articulo mortis,quia hęc neceſsitas non eſt ſimpliciter medij, ita vt, ſi non communicet ægrotus non poſsit ſaluari,ſed tantum eſt neceſsitas præcepti, communio in articulo mortis, quæ quando haberi non poteſt iuxtà ritum Eccleſiæ non obligat,& ſatis eſt,vt ægrotus in voto communicet in tali articulo mortis.

PETES XXII.

An qui carat pollice, vel ſit impotens in police ſit irregularis.

Reſpondetur, ex *Suarez tom. 5. 3. part. diſp. 51. ſect. 3. num 12.* eſſe irregularem, vt patet ex *cap. expoſuiſti de corpore vitiatis, & num. 17.* idem *Suarez loc. cit.* docet actualem infirmitatem afferre actuale impedimentum quamdiù durat, quando verò eſt perpetuum impedimentum, perpetuò durat infirmitatem,docet etiã *Sayr. in Theſaur. lib. 6. c. 15. num. 12.* cum *DD. à ſe cit.* nempè, quod qui caret indice, & pollice eſſe irregularem,quia index, & pollex neceſſarij ſunt ad debitum,& decens altaris miniſterium. idem docet *Coninch. diſp. 18. dub 13.* vbi dicit eſſe inhabiles ad ſacerdotium, qui pollicem nõ habent. Suar. Suar. Sayr in Theſaur. Coninch.

Idem dicit *Toletus l. b. 1. cap. 58. nu. 20.* & omnes Doctores quos vidi,nec inueni Doctorem in oppoſitum, qui dixerit cum alio digito præter pollicem celebrari poſſe, ac hoſtiam teneri, vt benè docet *Bonacin. tom. 1. diſp. 4. punct. 1. num. 10.* Ergo malè conſuluit quidam Sacerdos alij Sacerdoti, qui habebat pollicem infirmum dicendo, quod poterat celebrare, ac tenere hoſtiam in manu cum alijs digitis, præter pollicem, vel indicem. Tolet. Bonac.

PETES XXIII.

An Sacerdos conſecret, ſi tranſponat verba conſecrationis?

Reſpondetur, ex *Ioanne de Lapide fol mihi 133.* Solam tranſpoſitionem verborum non impedire conſecrationem,ſed hoc non eſt faciendũ; verum ſi ſenſus variaretur,non fieret conſecratio, vt eſſet ſi quis interrogando diceret eſt hoc corpus meum? Ioan. de Lapide.

Præterea aduertendum eſt, quod ſi aliquis ob talem tranſpoſitionem verborum intelligeret aliquam hæreſim,vel errorem in Eccleſia ponere, non conſecraret.

PETES XXIV.

An Sacerdos proferens verba interpolata conſecret?

Ioan. de Lapide. RESpondetur, ex *Ioanne de Lapidè loc. cit.* ſi tempus interpolatum eſt breue, conſecrat. Secus eſt ſi longum tempus curreret, vt ſi quis v.g. poſtquam dixit, hoc eſt, dormiat, ita vt loquutio non continuaretur, nam tunc non conſecraret.

PETES XXV.

An poſſit à Sacerdote non interdicto celebrari Miſſa coram interdicto nominatim, vel coram excommunicato publicè, vel per cedolones, & quid faciendum ſit à Sacerdote, ſi dicti nolint exire de Eccleſia.

Suar. RESpondetur primò, ex DD. cit. à *Suarez tom. 5. 3. par. diſp. 34. ſect. 2. num 7.* quod ſi perſona ſit per cedolones, vel alio modo declarata ſpecialiter, ac nominatim interdicta, vult aſsiſtere ſacrificio Miſſæ, & admonita non vult diſcedere, nec per vim expelli commodè poteſt ſine magno ſcandalo omittendam eſſe Miſſam. Verum ſi conſecratio eſt facta, vel Canon eſt cœptus tunc Sacerdos poteſt Miſſam proſequi.

Sed *Suarez loc. cit.* ſed *num* 10. dicit eſſe practicè, probabile oppoſitum, nempè quod celebrari poteſt Miſſa à Sacerdote non interdicto, & non in loco interdicto coram perſona ſpecialiter interdicta per cedolones, vel alio modo declarata quando admonita dicta perſona interdicta non vult diſcedere à ſacrificio Miſſæ, nec per vim expelli poteſt ſine magno ſcandalo; quia nulla eſt de hoc iuris prohibitio nec cogens ratio, quia omnia iura, quę petunt, vt excludantur interdicti, tractant de celebratione loco interdicto, vt patet ex *cap. Alma, & c. cum in partibus de verborum ſignific. & cap quod in te de pœnit. & remiſſ.*

Nec argumentum ab excommunicatis ad interdictos eſſe validum, nempè ſicut omittenda eſt Miſſa ſi conſecratio, non eſt facta, vel Canon, non eſt cœptus ſi excommunicatus per cedolones, vel publicus percuſſor clerici à ſacrificio Miſſæ non vult diſcedere, ita etiam qui eſt nominatim interdictus, nō vult diſcedere à Miſſa, quia excommunicatio grauior eſt cenſura, & plura prohibet, & per ſe vetat excommunicatio communicationem longè aliter quam interdictum. Vndè perſonis interdictis interdum permittitur adeſſe diuinis excommunicatis autem nunquam, vt patet ex *cap. Alma.*

Hinc

Infert *Suarez loc. cit.* ſed *num.* 10. ſecluſa cooperatione, contemptu, & abuſu proprij muneris & officij interdictum per ſe non obligat ad vitandā communicationem, nam in *cap. Epiſcoporum de priuilegijs in 6.* prohibetur, ne omnes Eccleſiaſticæ perſonæ admittant ad celebrationem diuinorum publicè interdictos, in dicto autem caſu, nec conuocatur, nec admittitur interdictus, ſed permittitur, ſeù toleratur, quia vitari non poteſt; ſecluſo ergo ſcandalo, vel alio accidentali incómmodo non videntur ab eam cauſam omittenda diuina officia. *Suar.*

Addo ego ex dicta doctrina *Suarez* ſequi, quod ſecluſo ſcandalo, quilibet laicus non interdictus poteſt communicare in diuinis, cum perſona publicè interdicta, quia non eſt officium laici expellere à diuinis perſonas interdictas publicè, quia à *cap. Epiſcoporum de priuilegijs in 6.* prohibetur ſolum perſonis eccleſiaſticis, ne admittant ad diuina perſonas publicè interdictas. *Suar.*

Secus eſt dicendum de communicatione in diuinis cum excommunicatis publicis, nam cum dictis adeſt expreſſa prohibitio, nempè, vt nullus communicet, neque in diuinis, neque in humanis ſine cauſa, & conſequenter comprehendit etiam laicos, neq; de hoc eſt dubitandum.

Secus eſt etiam dicendum, quando Sacerdos non interdictus celebrat in loco interdicto in caſibus à iure expreſsis & ingrediatur perſona interdicta nominatim, & non poſſet expelli, nam tunc omittenda eſt Miſſa, dummodo conſecratio non ſit facta, vel non dum ſit cœptus Canon, nam ſi ſit cœptus Canon poteſt Sacerdos proſequi Miſſam vſque ad communio-

nio-

Digitized by Google

nionem, ſumptam, reliquum Miſſæ eſt complendum.

Suar. Reſpondetur ſecundò, ex communi DD. ſententia, teſte *Suarez loc. cit.* ſed *diſp.* 12. *ſect.* 1. *num.* 8 quoad excommunicatos denunciatos, vel publicos percuſſores clerici dico, quod non poteſt Sacerdos coram ipſo celebrare Miſſam, & ſi ipſe excommunicatus non vult diſcedere à Miſſa, Sacerdos tenetur omittere Miſſam; Si conſecratio eſt facta, vel Canon eſt cœptus abſoluenda eſt Miſſa vſque ad ſumptam communionem, & reliquum Miſſæ eſt in ſacreſtia complendum, vel in alio loco decenti, vt aduertit *Suarez tom.* 5. 3. *part. diſp.* 12. *ſect.* 1. *num.* 13. & colligit hoc *Suarez* ab autoribus, verum priuſquam Miſſa perficiatur coram excommunicato vitando debet præcedere admonitio, & quando hæc non ſufficit, adhiberi poteſt vis, & coactio abſque vlla iniuria, quia illa potius eſt defenſio eccleſiaſticæ immunitatis, quam iniuria, & ſi excommunicatus ſit Sacerdos, qui exire non vult, poteſt etiam per vim expelli abſque violatione *Canonis ſi quis ſuadente diabolo, &c.* & ideo ad oſtiarij munus pertinere dicitur eijcere excommunicatos.

Suar. Aduertit præterea *Suarez loc. cit.* ſed *num.* 16. cum communi DD. ſententia, quod quando abſoluẽda eſt Miſſa coram excommunicato vitando puta quia non poteſt expelli, niſi interueniente graui ſcandalo, tunc alij intereſſentes eidem ſacrificio non poſſunt remanere, ſimul cum excõmunicato vitando quouſque perficiatur Miſſa, ſed tenentur relinquere illam Miſſam, & ſolus qui inſeruit Miſſæ eſt relinquendus.

Concil. Conſtant. Dixi excommunicatum vitandum, vel publicum Clerici percuſſorem, nam poſt *Concilium Conſtantienſe*, ſolùm, cum denunciatis, vel publicis clerici percuſſoribus non poſſumus communicare, neque in diuinis, neque in humanis, cum alijs verò excommunicatis occultis, & non denunciatis poſſunt non excommunicati communicare cum ipſis, tàm in diuinis, quàm in humanis.

Suar. Demum aduertit *Suarez loc. cit.* & ſentiunt hoc omnes autores, quod vt tàm Sacerdos, quàm alij intereſſentes ſacrificio tenentur non communicare cum excommunicato vitãdo, quando adeſt formaliter, vt ſic dicã ad audiendam eandem Miſſam: nam licèt ibi, vel propè adſit, aliud agens, non propterea communicabitur cũ illo. Et idem eſt ſi in eadem Eccleſia audiat aliam Miſſam, quod non ſolũ procedit inter audientes, ſed etiam inter Sacerdotem dicentem, & excommunicatum: nam licèt excommunicatus in vno altare eiuſdem Eccleſiæ Miſſam audiat, non propterea communicabit Sacerdos cum illo, qui eodem tempore in alio loco eiuſdem Eccleſiæ Miſſam dixerit.

Sed in materia hac de excommunicatione, poſſunt occurrere multi caſus practici, quos ponam adhoc, vt Sacerdos, vel laicus non incurrat ſcrupulos.

PETES XXVI.

An excommunicatus per cedolones ſit vitandus vbique nempè extra locum, vbi fuit excommunicatus puta à tali Epiſcopo.

Reſpondetur, ex communi DD. ſententia. teſte *Filiuccio tom.* 4. *de cenſuris tract.* 13. *cap.* 4 *num.* 49. excõmunicatum ab Epiſcopo, eſſe vitandum vbique, quia nititur hæc obligatio iure põtificio quod habet vim obligandi vniuerſum vrbem. Filiucc.

Debet tamen in omni loco eſſe publica notitia illius excommunicationis, adhoc, vt teneamur illum vitare in publico. Si enim tantum eſſet priuata notitia, ſed certa ex fide dignis, in publico non eſſet vitandus, ſed tantum in ſecretò, & priuàtim. ita DD. teſte *Filiuccio loc. cit.* ratio poteſt eſſe, nam licèt poteſtas ferendi cenſuras ſit de iure diuino, vt rectè probat *Filiuccius loc. cit.* ſed *tract.* 11. *cap.* 2. *num.* 24. tamen inſtitutio cenſuræ eſt de iure humano: patet quia Chriſtus non dedit modum in particulari eius ferendæ, ſed Eccleſia præſcripſit modum, qui ſeruari debet per excommunicationem, priuando bonis ferè omnibus ſpiritualibus actiuè, & paſſiuè, ac priuando etiam in diuinis, & in humanis communicatione, &c. ſed præceptum nõ lædendi famam proximo eſt præcep- Filiucc. Filiucc.

Digitized by Google

tum naturale. ergo debet præualere hoc præceptum illi eccleſiaſtico non communicandi cum proximis excommunicatis vitandis in diuinis, & in humanis, quando in loco vbi reperiũtur ſunt ſecreti, etſi alibi ſint publici, ac denunciati excommunicati, ergo in publico excommunicati denunciati, non ſunt euitandi, neque in diuinis, neque in humanis; quando ſunt occulti, vbi reperiuntur; ſed tantum in ſecretò, & priuatim ſunt vitandi.

PETES XXVII.

An ipſi excommunicati ſint obligati alios vitare, nedum quando ſunt excommunicati denunciati per cedolones, vel alio modo, ſed etiam quando ſunt tantum excommunicati occulti, & non denunciati.

Filịucc. Reſpondetur, ex *Filịuccio tract.* 13. *c.3. num.*52. & ex *cap. illud de cleric. excommun.* quod ſi ſermo ſit de excommunicatis denunciatis, ac nominatis, certũ eſt eos teneri ad alios vitandos, tùm in diuinis, tùm in humanis, ſi verò loquatur de excommunicatis occultis, & non denunciatis etiam ij tenentur, ex ſeipſis vitare alios, nedum in humanis, ſed etiam in diuinis: in gratiam tamen aliorũ, qui non ſunt excommunicati, ſi ij cum ipſis agant, poſſunt, & ipſi viciſsim agere quantum poſtulat aliorum cauſa.

Extrau. Primum probatur ex *Extrauag.* ad euitanda, quæ declarat in fine non eſſe ſuæ intentionis in aliquo ſuffragari ipſis excommunicatis, conſequenter remanent in prohibitione iuris antiqui, quæ neminem excipiebat, & æque ſe extendebat ad denunciatos, & occultos. Secundum patet ex eadem, & neceſſaria ratione: nam cum *Extrauag cit.* concedat alijs facultatem communicandi cum ipſis, ne hæc ſit fruſtratoria, debet neceſſaria conſequentia inferri, & ipſos requiſitos à non ſcommunicatis, poſſe viciſsim agere in fauorem ipſorum. *Extrau.*

PETES XXVIII.

Quando occulti excommunicati, & non denunciati peccant mortaliter, aut venialiter?

Reſpondetur, ex *Filịuccio tract. de cenſuris tract.* 13. *c.*3. *num.*42. 54. *&* 55. peccare mortaliter quando aſſiſtunt rebus diuinis, puta Miſſæ, ac diuinis officijs, & ſi excommunicati non denunciati ſunt Sacerdotes, non ſolum peccant mortaliter miniſtrãdo ſacramenta, ſi non ſint requiſiti, ac ſine cauſa ſe ingerunt, & quodammodo inuitant ad ſacramenta, ſed etiam incurrunt irregularitatem, vt patet ex communi DD. ſententia, teſte *Suarez tom.*5.3. *par. diſp.*11. *ſect.*3. quia nullus fauor eſt conceſſus ex *Concilio Conſtantienſi* excommunicatis occultis, & non denunciatis. Si verò ad inſtantiam non excommunicati petentis, vel moraliter ſit neceſſarium, vel vtile, vt excommunicatus conferat ſacramenta, tunc occultus excommunicatus poteſt ſine peccato, & conſequenter ſine irregularitate miniſtrare ſacramenta. *Filịucc.* *Suar.* *Concil. Conſtant.*

In particulari autem primo Parochus poteſt ſine peccato miniſtrare ſacramenta petenti, ſi non ſit alius, & ipſe hic, & nunc non poſſit antea ab aliquo abſolui ab excommunicatione. Secundò, Sacerdos occultus excommunicatus, qui non tenetur ex officio miniſtrare ſacramenta, poteſt ſacramenta miniſtrare ſi is, qui petit, habet ſaltem communem neceſſitatem, & non ſit alius, vt tenet *Suarez tom.*5.3 *par. diſp.*9 *ſect.*4. *num.*12. citans *Nauarr.* peccant verò venialiter excommunicati occulti, & non denunciati, quando non ad inſtantiam non excommunicati, & ſine cauſa habent communicationem cum alijs etiam ſi non ſint excommunicati. *Suar.* *Nauarr.*

PETES XXIX.

An Epiſcopi poſſint communicare cum excommunicatis vitandis ab ipſomet epiſcopo, qui eos excommunicauit.

Reſpondetur, ex *Filịuccio de cenſuris tract.* 13. *cap.*3. *num.*46. non poſſe *Filịucc.*

Digitized by Google

poſſe nam etſi in poteſtate eorum ſit eos abſoluere, & abſolutos deinde licitè communicare, ſi tamen non abſoluantur, ſed maneant excommunicati, ſubijcientur iuri communi præcipienti, vt ab omnibus vitentur, & ſupra ius commune non poſſunt Epiſcopi diſpenſare, ergo, &c.

PETES XXX.

Quid faciendum ſit à Sacerdote, ſi dum facit ſacrum recordetur ſe non eſſe ieiunum, vel conſcium alicuius peccati mortalis?

Layman. RESpondetur, ex communi DD. ſententia, teſte *Layman. tract. 4. de Eucharist. c. 6. num.* 4 Si ſine ſcandalo, & ſine vlla nota infamiæ poteſt confiteri, teneri ad hoc, nempè ad confitendum, ſed ſi non poteſt confiteri, ſine ſcandalo, aut nota infamiæ non tenetur confiteri, ſed tantum teneri elicere actum contritionis, quia præceptum de euitando ſcandalo, aut de euitanda infamia eſt præceptum diuinum naturale, præceptum verò præmittendi confeſsionem, ſaltem eſt præceptum purum diuinum ergo præualere debet præceptum diuinũ naturale illi præcepto puro diuino.

Henriq. Addit verò *Henriquez lib. 8. cap. 46. nu.* 3. ſequentia, ac formalia verba. [Excuſatur à præmittenda confeſsione, ſi vitare non poſsit periculum magni ſcandali, vel infamiæ, niſi ſic cõmunicet, aut celebret: vt qui in altare cępta Miſſa recordatur peccati mortalis.] hic verò memor etiam ante conſecrationem non tenetur vocare confeſſarium, quamuis commodè, & ſine ſcandalo poſſet, at ſi ſe excommunicatum meminit ante conſecrationem, aut non ieiunum, dimittat Miſſam cœptam, niſi ſequatur ſcandalum, poſt conſecrationem tamen memor perficiat contritus propter integritatem ſacrificij.

PETES XXXI.

Qualis intentio ſufficiat ad efficiendum ſacramentum Eucharistiæ.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

SVppono primò multiplicem poſſe eſſe intentionem; alia dicitur actualis, alia habitualis, alia virtualis, alia interpetratiua, ſeù remota, & in cauſa tantum dicitur intentio actualis, quando quis dum vult operari actu cogitat, & præbet conſenſum ad efficiendam talem rem, ita vt coexiſtat exteriori actioni, dicitur intentio habitualis quando v. g. præceſsit voluntas faciendi ſacramentum, & poſtea nullo modo influit in effectum, ſeù in actionem externam, quia neque vllo modo eſt poſtea in memoria, ſeù cogitatione hominis, nec per ſe, aut per aliquem effectum, ſeù virtutem relicta. & cauſa talis actionis; ſit exemplum, ſi quis haberet propoſitum applicandi ſacrificium Petro v. g. & ſine alia voluntate faceret ſacrum, non ob id valor ſacrificij eſſet applicatus Petro, quia propoſitum illud fuit quaſi de futuro.

Intentio virtualis dicitur illa, quæ à principio fuit actualis, & poſtea in progreſſu actionis virtualiter duret, & non retractatur per actum contrarium. vt ſi quis velit facere ſacrũ, & ideò ſe induit veſtibus ſacerdotalibus, nempè cauſa dicendi Miſſam, & conſecrandi, ſed quando vult conſecrare, non elicit actualem intentionem conſecrandi, nec retractat priorem voluntatem actualem conſecrãdi, hic dicitur virtualiter conſecraſſe. Intentio remota, ſeù interpetratiua, & in cauſa, cenſetur eſſe in voluntario indirecto, explicatur, finge Sacerdotem, qui inebriari ſolet, & eo tempore quo ebrius eſt, verba conſecrationis ſuper pane diceret, non cõſecraret, quia ipſe voluit directè ebrietatem, nõ conſecrationem quia hoc non continetur in illa cauſa.

His poſitis.

Reſpondetur, ex communi DD. ſentẽtia. teſte *Suarez in 3. p. tom. 3. disp. 13. q. 84. sect. 3.* intentionem habitualem, neque interpetratiuam ſufficere ad conficiendum ſacramentum, nec requiritur actualis intentio quamuis ſit perfectiſsima, ſed ſufficere poteſt intentio virtualis; durabit autem hęc intentio virtualis donec, vel finiatur, vel obtineatur res prius intenta, vel donec per contrariam intentionem, vel per aliquod ſuperueniens impedimentum, interrumpatur, & tunc neceſſaria erit noua voluntas, vt interrupta actio iterum inchoetur, ſeù continuetur. Suar.

PE-

PETES XXXII.

An ſi ſit magna celebrandi neceſſitas celebrari poſſit ſine ſtola, manipulo, vel cingulo benedicto, vel ſine miniſtro, vt puta quia frequens populus non ſine ſcandalo, ac murmure dimitti debet.

Layman.

RЕſpondent cum DD. quos ſequitur, & citat *Layman. tract.* 5. *cap.* 6. *num.* 17. de ſacrificio Miſſæ in ſupradicto caſu poſſe dici Miſſam ſine ſtola, aut ſine manipulo, vel cingulo benedicto, ſine miniſtro. Notant verò *Nauarr. Azor. & Sà, cit.* ab eodem *Layman. loc. cit.* manipulum in tali caſu poſſe alicui inſeruire pro ſtola, & ſtolam pro manipulo: cum eandẽ benedictionem habeant; Quamobrẽ ſi ex ſtola manipulus conficiatur, vel viceuerſa, opus non eſt noua benedictione.

Nauarr. Azor. Sà. Laym.

Si autem tanta neceſsitas celebrandi non eſt, etiam ſi currat præceptum audiendi ſacrum, intermittenda eſt, ſi ſtola, manipulus, vel miniſter altaris haberi non poſsit, nam in eo caſu, quo Miſſa ritè, ac decenter celebrari non poteſt, ceſſat obligatio legis de ſacro faciendo, vel audiendo, ita *D. Anton. & Henriquez cit. à Layman loc. cit.*

D. Ant. Henriq. Layman.

PETES XXXIII.

An Miſſa incæpta poſſit iterum inchoari, interueniente iuſta cauſa.

Nauarr. Henriq. Azor. Scortia, & Sà. Layman.

RЕſpondetur, ex *Nauarr. Henriq. Azor, Scortia, & Sà cit. à Layman. tract.* 5 *cap.* 7. *num.* 2. *in fine* quos ſequitur idem *Layman* hoc poſſe fieri interueniente iuſta cauſa, nempè iterum inchoare Miſſam, puta ſi Epiſcopus, Dux, vel proceſsio populi aduenіat, quos integram audire deceat, & non ſit alia Miſſa dicenda; hoc intelligitur ſi oblatio nondum facta fuerat, alioquin non liceret, iterum incipere ſacrificium, *Scortia vero de ſacrificio Miſſæ lib.* 2. *cap.* 18. *nu.* 2. dicit quod iuſta cauſa eſt repetendi Miſſam ab initio, ſi poſt dictam Epiſtolam, ſuperueniat Princeps, Dux, Cardinalis, Epiſcopus, multi iter facientes, qui non poſſunt commodè ſequentem Miſſam expectare citat *Nauarr. not.* 16. *de oratione, & in miſcell.* 86. Ita etiam dicit *Henriquez lib.* 9. *c.* 30. *num.* 3. idem dicitur ſi in Eccleſia ſit baptizandus proximus morti, vt ait *Gloſſa cit. à Scortia loc. cit.*

Scortia. Nauarr. Henriq. Scortia.

PETES XXXIV.

An teneatur Sacerdos interrumpere Miſſam, ſi recordetur ſe realiter non eſſe Sacerdotem.

RЕſpondetur, ſic ex *Henriquez lib.* 9. *cap.* 30. *num.* 5. quod ſi cœpta Miſſa admoneatur, ipſum non eſſe verũ Presbyterum, nec poſsit probabiliter conſcientiam deponere propter grauitatem aſſerentis; prætexat ſe morbo impediri, nec proſequatur Miſſam. Hæc ſunt formalia verba *Henriquez loc. cit.* ita etiam tenent *Bonauent. Suarez, & Sylu. cit. à S. Fauſto de ſacrificio Miſſæ in tract. de Euch. l.* 2. *q.* 330. Hic caſus non facilè reperitur in Summiſtis, idcirco operepretium exiſtimaui, ponere hunc caſum ne curioſitas alicuius inſatisfacta remaneat.

Henriq. Henriq. Bonauent. Suar. Sylu. S. Fauſt.

PETES XXXV.

An celebrari poſſit Miſſa ante Matutinum ſine peccato mortali?

RЕſpondetur, ex communi DD. ſẽtentia. teſte *Emanuel Sà verbo Miſſa num.* 22. non eſſe peccatum mortale dicere Miſſam ante Matutinum, quia nullum eſt in iure præceptum, nec contraria conſuetudo, nempè dicendi Miſſam poſt matutinum obligat ſub mortali quia Miſſa nullam habet cõnexionem cum officio.

Em. Sà.

PETES XXXVI.

An liceat in Sabbato Sancto plures Miſſas priuatas in eadem Eccleſia celebrare?

RЕſpondetur, ex *Nauarr. cap.* 25. *num.* 88. *& Henriquez lib.* 9. *cap.* 24. *num.* 3. non eſſe licitum in die Sabbati Sancti plures Miſſas præter ſolemnem, in eadem Eccleſia celebrare.

Nauarr. Henriq.

Sed *Soto, Suarez, Scortia, & Coninchus,* teſte

Soto. Suar. Coninch. Layman.

Digitized by Google

teſte *Layman tract.5.c.4.num.8.* dicūt hoc eſſe licitum nimirum plures Miſſas in die Sabbati Sancti præter ſolemnem in eadem Eccleſia celebrare; addit *Layman.loc cit.* tutius eſſe, abſtinere à dicta celebratione etiam priuatim: niſi cauſa aliqua exigat v.g ad infirmum communicandam. Publicè autem in Eccleſia, præter officium ſolemne, alię Miſſę celebrādæ non ſunt, cum populi admiratione, & ſcandalo: & contra receptam conſuetudinem Eccleſiæ.

A fortiori dicitur in feria ſexta hebdomadæ ſanctæ eſſe illicitum ſacrificare, ſicuti teſtatur ex antiqua traditione Eccleſiæ; vt *Innoc.epiſt 1.ad decentium cap.4.* & refertur in *c.Sabbato d 3. de conſecration.* Innoc.

PETES XXXVII.

Si ſpecies vini congelentur, an iterum facienda ſit conſecratio?

Bonac. Reſpondetur, ex DD.teſte *Bonacin. tom.1.diſp.4 punct.10.num.18.* nō eſſe iterum faciendam conſecrationem, ſi ſpecies vini cōgelentur, quia nihil ſubſtantiale deſideratur, ſed ſpecies congelatæ ſunt calefaciendę, vt ſumantur per modum potus.

PETES XXXVIII.

An teneatur Sacerdos præmittere confeſſionem quando eſt conſcius peccati mortalis, & vult miniſtrare aliis Eucharistiam.

Bonac. Rodriq. Reſpondetur, ex *Bonacina tom. 1. diſp.4.punct. 1.num.3.* & citat *Rodriq.* Sacerdotem habentem conſciētiam peccati mortalis, teneri, antequam Euchariſtiam adminiſtret pręparare ſe ad gratiam per confeſsionem, vel ſaltem per contritionem, cum non ſit neceſſaria confeſsio, quādo Sacerdos adminiſtraturus eſt aliis Euchariſtiam. Secus eſt quando eſt ſuſcepturus Euchariſtiam.

PETES XXXIX.

An ſit opus, vt ſit ieiunus Sacerdos, quando vult aliis adminiſtrare Euchariſtiam.

Reſpondetur, non eſſe opus, vt ſit ieiunus, cum hoc nullo iure diuino, vel Eccleſiaſtico præcipiatur; ita DD. teſte *Bonac.loc.cit.* ſed *num.6.*

Caueat tamen Sacerdos, ne illam adminiſtret non ſeruato ritu, & decentia tanto ſacramento debita. Bonac.

Hinc

Primò ſequitur, Parochum non poſſe Euchariſtiam ad infirmum deferre, quoties eam ferre nequit cum habitu decenti, ideſt cum ſtola, & ſuperpelliceo præcedente lumine; ita *Sylu. verb. ſacramentum num.3. & Poſſeuinus cap.5.num.39.* Sylu. & Poſſeuin.

Secus eſt dicendum de extremā vnctione: Parochus enim tenetur eam adminiſtrare, quamuis eam deferre nequeat ad infirmum cum ſolemnitate, nam extrema vnctio, ideſt materia ſacramenti extremæ vnctionis non eſt ſacramentum, conſequenter non indiget tanta veneratione, quanta adhibenda eſt ſanctiſsimo Sacramēto Euchariſtiæ, ita *Poſſeuin. & alij cit. à Bonac.loc.cit.* ſed *num.8.* Poſſeuin. Bonac.

Secundò ſequitur, Parochum non teneri Euchariſtiam ad infirmum propè moriturum deferre, ſi timeat fore, vt eam non poſsit adminiſtrare infirmo, niſi valdè feſtinanter currat, nam curſus nimis feſtinus, videtur repugnare reuerentiæ tantò ſacramento debitæ.

Secus dicendum de baptiſmo, & pęnitentia: quoties Parochus probabiliter timuit fore, vt pęnitens decedat cum peccato mortali, niſi feſtinanter currat, tunc enim tenetur feſtinanter currere, etiam ſi non dum integrè veſtitus ſit, aut Cęlum pluuiam minetur, aut frigus acriter pędominetur, etiam ſi periculum ſit, vt Sacerdos habeatur tanquam fatuus; quia proximus cenſetur eſſe in extrema neceſsitate propriæ ſalutis. ita DD. teſte *Bonac.loc.cit.* ſed *num.9.* Bonac.

Digitized by Google

PETES XXXX.

An qui præmiſſo examine conſcientiæ, credit ſe eſſe in ſtatu gratiæ, cùm re ipſa, peccatum mortale habeat, quod inuincibiliter ignorat, recipiat fructum, & effectum ſacramenti Euchariſtiæ nempè gratiam?

Suar. Reſpondetur, ex *Suarez tom. 3. 3. par. diſp. 63. ſect. 3.* & eſt communis Theologorum ſententia. teſte *Bonac. tom 1. d.ſp. 4 par. 1 num. 32.* nõ recipere gratiam, nec mortaliter peccare vt docent *Bonauent. Marſil. Adr. & Caiet. cit. à Suarez loc. cit.* quia poteſt homo exiſtens in peccato mortali accedere ad hoc ſacramentum ſuſcipiendum, non ſolum ſine contritione, ſed etiam ſine vera attritione ſine noua culpa. (Bonac. Bonau. Marſil. Adr. & Caiet.)

Deinde etiam accidere poteſt, vt aliquis ſit naturaliter oblitus mortalis peccati prius commiſſi, vel quod ex naturali inaduertentia nõ exiſtimet ſe eſſe in malo ſtatu, ſed bona fide accedat, aut etiam contigere poteſt, vt credat eſſe veniale peccatum, quod re vera fuit mortale. Verum omnes DD. concludunt quod ſi ipſe talis, re vera elicuiſſet actum attritionis putatum contritionis recipere gratiã virtute ſacramenti.

Henriq. Aliqui verò DD. teſte *Henriquez lib 8. cap. 45. num. 2. littera M.* dicunt quod ſi quis præmiſſa conſcientiæ examinatione accedat bona fide abſque vlla pęnitentia, quia non recolit peccatum mortale quod re ipſa habet, iuſtificare, ac recipere gratiam virtute ſacramenti Euchariſtiæ, ſed hoc reijcitur ab eodem *Henriquez loc. cit.* & communiter eſt reiecta dicta opinio; nam ſaltem requiritur attritio ſupernaturalis putata contritio, quando quis inuincibiliter exiſtimat ſe non eſſe culpæ lethalis reum. (Henriq.)

Bonac. Alij denique DD. non nominati à *Bonac. tom 1. diſp. 4. q. 6. punct. 1. num. 32.* dicunt ſuſcipientem Euchariſtiæ ſacramentum, teneri elicere aliquem contritionis, vel attritionis actum, ne careat fructu ſacramenti; nam fieri poteſt, vt ſit in peccato mortali, & conſequenter non recipiat gratiam, niſi contritionis, vel attritionis actũ eliciat; Sed hæc opinio communiter reijcitur à DD. quia licèt ſit vera opinio quoad acquirendam gratiam virtute ſacramenti Euchariſtiæ, tamen nulla eſt obligatio eliciendi dictos actus, quando quis præuia diligenti examine accedit ad ſacramentum Euchariſtiæ, & putat ſe non cõmiſiſſe mortale ſcelus.

PETES XXXXI.

An Euchariſtia miniſtranda ſit infirmo, de quo non conſtat, an ſit ritè diſpoſitus?

Reſpondetur, miniſtrandam eſſe, nam is præſumitur diſpoſitus, quem non conſtat eſſe in ſtatu peccati mortalis, cum nullus præſumatur malus, niſi probetur; Si verò antea fuit in ſtatu peccati mortalis neceſſe eſt, vt Sacerdos adminiſtraturus Euchariſtiam, ſciat ipſum confeſſum fuiſſe, vel ſigna contritionis adhibuiſſe poſt patrata delicta, ne ſacramentum indigno adminiſtret, ſufficit autem vt hoc ſciat per teſtem fide dignum, aut aliunde probabiliter credat, ipſum eſſe ritè diſpoſitum. ita DD. teſte *Bonac. loc. cit. ſed num. 42.* Bonac.

PETES XXXXII.

An Sacerdos recipiat gratiam, qui deglutita tantum parte hoſtiæ, moritur.

Reſpondetur, ex communi DD ſẽtentia, teſte *Bonac. tom. 1. diſp. 4. q. 4. punct. 2. num. 3.* recipere gratiam, quia Chriſtus reperitur in quauis parte hoſtiæ conſecratæ, & conſequenter totum producit effectum. Bonac.

Dicendum eſt præterea effectum Euchariſtiæ produci, deglutita prima parte per ordinem etiam ad reliquas partes; nam hoc ſacramentum eſt per modum vnius refectionis, & conuiuij, & eſt vnum indiuiduum ſacramenti, quod integratur non ſolum ex parte deglutita, verum etiam ex deglutienda.

PETES XXXXIII.

An recipiant gratiam, qui ſpecies Euchariſtiæ detinent in o e donec corrumpantur.

Reſpondetur, ex *Bonac. loc. cit. ſed num. 2.* eos, qui diù retinent hoſtiam Bonac.

ſtiam conſecratam in ore, ita vt ſpecies corrumpantur, antequam deglutiantur, non recipere fructum Euchariſtiæ, quia non dicuntur Chriſtum manducare.

PETES XXXXIV.

An Sacerdos poſſit celebrare Miſſam cum vno communichino?

Reſpondetur affirmatiuè, nempè celebrari poſſe Miſſam cum vno cōmunichino, quando hoſtia non adeſt quia in contrarium non eſt præceptum, nec adeſt Canon hoc prohibēs, & melius eſt celebrare cum vno cōmunichino quam non celebrare, quāuis non ſit feſtum de præcepto, hoc intelligitur, ſecluſo ſcandalo, & in ſecreto, vt rectè ait *Pinellus, in tract. de ſacrif. Miſſæ p.1.c.12.fol.mihi* 134. *Pinell.*

PETES XXXXV.

An qui profert verba conſecrationis, & non audiuntur à proferente, teneatur repetere, & habere ſaltem intentionem ſub conditione, iterum conſecrandi.

Reſpondetur ſatis benaficere, qui non audiuit verba conſecrationis à ſe prolata, ſi iterum repetat, & ſaltem ſub conditione habeat intentionem iterum conſecrandi, nam ſub opinione DD. cadit, an oratio ſit neceſſaria, vt audiatur à proferente, an non.

Caiet. *Caiet.*2.2 *q.*83. *art.*12 putat neceſſariū eſſe, vt recitans priuatum officium, ita verba proferat, vt ſeipſum audiat.

Azor. *Azor.lib* 10. *cap.*11. *q.*4. & alij docent ſatis eſſe vocem formare, linguam, & labia mouendo, etiam ſi à nemine, neque ab ipſo proferente audiri poſſit, *Medina c. de oratione q* 7. cenſet tam altam debere eſſe vocis pronuntionem, vt à propè aſtantibus, ſi adeſſent, neque eſſent impediti, audiri poſsit. *Medina.*

Prædicti autores loquuntur de recitatione priuata officij diuini, ſed eadem eſt ratio de recitatione verborum conſecrationis Euchariſtiæ.

PETES XXXXVI.

An cum veſtimentis enormiter immundis poſſit celebrari Miſſa abſque peccato.

Reſpondetur, ex *Sylueſt. verbo Miſſa* 1.*num* 2. ſi cū veſtimentis enormiter immundis celebrat Sacerdos, peccat mortaliter; ita alij DD. cit. à *Bonac. tom.*1.*diſp.*4. *q.*2. *ſt punct.*9. *nu.* 23. quia facit contra reuerentiam tantò ſacramento debitam. *Syln.* *Bonac.*

PETES XXXXVII.

An Sacerdos teneatur ſub peccato mortali, cum ſe induit veſtimentis Sacerdotalibus, dicere orationes conſuetas, ac in Miſſale poſitas.

Reſpondetur; ex *Syluio in* 3.*p.q.*83. *art.*6. qui citat *Nauarr. & Azor.* peccare mortaliter Sacerdotem induentem ſe veſtimentis ſacerdotalibus, & non recitantem orationes poſitas in Miſſale. *Syln. Nauarr. & Azor.*

Sed innumeri DD. teſte *Diana tom.* 1. *de celebratione Miſſarum reſolut.*41. dicunt, ſi ſine contemptu id faciat, nō peccare Sacerdotem relinquentem ſupradictas orationes; quia nullum adeſt præceptum, ſeù lex præcipiens, dictas orationes à Sacerdote dicendas, ſub onere peccati mortalis & licèt ſint poſitæ dictæ orationes in Miſſale, tamen non obligant ſub mortali, vt docent DD. & præcipuè *Facundez tract.*1 *lib.*3.*c.*21.*nu.*32. *Diana.* *Facund.*

PETES XXXXVIII.

An Sacerdos in Miſſa maiori peccet, ſi non legat ſubmiſſa voce Epiſtolam, & Euāgelium, poſtea à ſubdiacono, & diacono canendum?

Reſpondetur, ex *Fernandez in exam. Theol. par.*3. *cap.*5. §. 13. *num.*15. *& Emanuel Sà, verb. Miſſa num.*51. teneri Sacerdotem ſubmiſſa voce legere Epiſtolam, & Euangelium legere etiam ſi poſtea à ſubdiacono, & diacono ſit canendum. *Facund. Ema. Sà.*

Sed *Vegha, Rodriquez, Villalobos, & Nauarr. cit. à Diana tom.* 1. *de celebratione Miſſarum reſolut.*42. dicunt non teneri Sacerdotem legere ſub- *Vega. Rodriq. Grillal. Nauarr. Diana.*

Digitized by Google

miſſa voce Epiſtolam, & Euangelium.

PETES XXXXIX.

An Sacerdos peccet mortaliter, celebrando Miſſam, ſine miniſtro, ne careat Miſſa in die feſto.

Diana. Reſpondetur, ex communi DD. ſententia. teſte *Diana, de celebrat. Miſſar. reſolut.* 43. eſſe licitam celebrationem Miſſæ ſine miniſtro in magna neceſsitate, qualis eſt diei feſti, aut dandi moribundo viaticum, vel quid ſimile.

PETES XXXXX.

An deficientibus particulis, poſſit Sacerdos partem hoſtiæ alteri præbere?

Sylu. Angelo. Graffio. Reſpondetur, ex *Sylu. v. Euchariſtia 3. num. 15. Angelo verb. Miſſa nu. 27. Graffio, Scortia*, & alij teſte *Diana de celebrat. Miſſar. reſolut.* 37. non ſolum hoc eſſe licitum quando proximus eſt in periculo probabili mortis, & vult communicare, ſed etiam licere Sacerdoti celebranti partem ſuæ hoſtiæ alteri præbere, quando quis cauſa deuotionis vult communicare.

PETES XXXXXI.

An Sacerdos in nocte natiuitatis poſſit tres Miſſas, ante auroram celebrare.

Diana. Coninch. Reſpondetur, ex communi DD. ſententia. teſte *Diana de celebrat. Miſſarum, reſol.* 35. & *Conincho in 3. p. q. 83. num.* 218. poſſe dici omnes tres Miſſas à Sacerdote nocte natalis ante auroram nempè poſt mediam noctem, quia in *cap. nocte ſancta, de conſecrat. diſt.* 1. abſolutè conceditur, vt nocte natiuitatis Miſſæ celebrentur, ſine vlla reſtrictione.

PETES XXXXXII.

In qua hora diei poſſit Sacerdos finire Miſſam, & incipere Miſſam?

Suar. Diana. Reſpondetur primò, ex DD. teſte *Suarez to. 3. 3. par. d. ſp. 80. ſect. 43. num. 3.* & ex *DD. cit. à Diana de celebrat. Miſſarum reſol* 34. Miſſas priuatas finiendas eſſe vſque ad meridiē incluſiuè.

Dicit verò *Suarez loc. cit.* Si feſtum ſit ſolemne, & Miſſa publica, & concio non finiatur vſque ad vnam, vel duas horas poſt meridiem, tunc poſſet Miſſa priuata inchoari poſt finitum ſolemne officium, maximè, ne aliqua pars populi Miſſa priuetur iuxta doctrinam *Leonis Papæ epiſtola* 81. *ad Dioſcor. c.* 2. idemque permitti poteſt, ſi ratione itineris occurrat neceſsitas celebrandi in die feſto Paulo poſt meridiem, dummodo vnius horæ tempus non excedatur quod ſignificauit *Soto*, & fauet conſuetudo, ait *Suar.* Suar. Leo. Pa. Soto. Suar.

Reſpondetur ſecundò, initium auroræ eſſe terminum, antequam regulariter non licet Miſſam inchoari, vt docent communiter *DD.* teſte *Suarez loc. cit* ſed *num.* 1. patet ex conſuetudine eccleſiæ, & regulis Miſſalis, nomine auroræ omnes *DD.* docent nō eſſe intelligendum ortum ſolis, ideſt aſcenſum corporis ſolaris ſupra noſtrum horizontem, ſed initium crepuſculi diei, ſeù primam irradiationem lucis. Suar.

SED DICES

An ſit licitum celebrare ante auroram ſine peccato.

Reſpondetur, ex *Gabriele, & Scoto cit. à Suarez loc. cit.* eſſe licitum inchoare Miſſam vna hora, & quarta parte horæ ante ortum ſolis *Paludanus, & Victoria* quos citat, & ſequitur *Suarez loc. cit.* dicunt, poſſe licitè inchoari Miſſam dimidia hora ante crepuſculum, ita vt finis Miſſæ ſit ſub initium crepuſculi, plus, minuſuè, & hoc eſt in praxi ſeruandum dicit *Suarez loc. cit.* apertè verò dicit *Suarez loc. cit.* non eſſe peccatum ſi Sacerdos celebraret hora, & dimidia ante ortum Solis. Gabriel. Scoto. Palud. & Victor. Suar. Suar.

Addunt *Rodriquez, Fernandez, Paludanus, Victoria, & Pitigianus cit. à Diana de celebrat. Miſſarum reſol* 33. poſſe anteuerti tempus, vt Miſſa finiatur hora, & dimidia incipiente, ante radios manifeſtos Solis, quod eſt aſſerere poſſe Miſſam incipi duabus horis, ante apertos radios ſolis. Rodriq. Fernand. Palud. Victor. & Pitig. Diana.

PE-

Digitized by Google

PETES XXXXXIII.

An Sacerdos, peccet mortaliter, ſi in aliquo loco, vbi non adeſſet Miſſale, celebraret Miſſam.

Diana. REſpondetur, ex multis *DD.* teſte *Diana de celebrat. Miſſarum reſol.* 46 peccare huiuſmodi Sacerdotem celebrantem ſine Miſſale.

Diana. Layman Citat *Diana, Layman. tract. 5. c. 6. nu. 12. & non num. 17.* & refert quod dictus *Layman* oppoſitum teneat, nempè quod non ſub peccato tenent Sacerdos celebrare cum Miſſale, nam, vt ego vidi, hoc non dicit, ſed requirit miſſale ad celebrandum.

PETES XXXXXIV.

An Sacerdos, qui ex intentione non nominat aliquem ſanctum eorum, qui ſunt in Canone Miſſæ, ponuntur, peccet mortaliter.

Nugno. REſpondetur, ex *Nugno in 3. par. to. 1. q. 83. art. 2. dub. 2. concluſ. 2.* peccare mortaliter. Sed

Filiucc. Homobo. Diana. *Filiuccius tom. 1. tract. 5. num. 155.* & colligitur ex *Homobon. et à Diana de celebrat. Miſſarum reſol. 49.* non peccare mortaliter.

PETES XXXXXV.

An in nocte natalis Sacerdos nolens celebrare omnes tres Miſſas, ſed vnam tantum, poſſit relinquere primam Miſſam, & dicere ſecundam, vel tertiam ſi placuerit.

Diana. REſpondetur, ex communi *DD.* ſententia. teſte *Diana de celebrat. Miſſarum reſol.* 39 poſſe dicere Miſſam primam, vel ſecundam, vel tertiam, ſi Sacerdos vnam tantum Miſſam in die natiuitatis celebrare voluerit.

PETES XXXXXVI.

An Sacerdos obligatus quotidie celebrare, poſſit ex cauſa maioris honeſtatis vnam Miſſam in hebdomada omittere?

REſpondetur, ſi inſtitutio, ſeù legatio, ac obligatio Miſſæ quotidianæ, referatùr ad locum, vt ſi dicatur Miſſa quotidie in tali Eccleſia, in altare maiori, vel in tali cappella, tunc Sacerdos qui huiuſmodi onus habet Miſſæ celebrandæ, tenetur quotidie ſine vacatione celebrare per ſe, vel per alium. ita affirmant *DD.* teſte *Fraxinell. de obligat. Sacerdotis concluſ. 4. §. 1. fol. mihi* 104. Fraxin.

Si verò inſtitutio Miſſæ quotidianæ referatur ad perſonam Sacerdotis, his verbis, vt per ſe, vel per alium celebrare teneatur, & tunc fundatio Miſſæ non admictit vacantiam, & conſequenter tenetur Sacerdos quotidie celebrare, & nullam Miſſam poteſt ſibi. vel alij applicare.

Si autem inſtitutio cappellaniæ, his verbis fundatur: Eligatur Cappellanus, qui quotidie celebret: & tunc Sacerdos non tenetur quotidie celebrare, ſed poſſe aliquoties in anno, vt quater, vel ſexies, pro ſeipſo, vel pro aliquibus ſibi valdè coniunctis, vel benefactoribus celebrare; quia credibile eſt pium inſtitutorem quotidianæ Miſſæ ſi de tali caſu præcogitaſſet, vel interrogatus fuiſſet, id minimè negaſſe.

Ita *Alfonſus de Leone, & Lychet.* quos citat, & ſequitur *Fraxinellus de obligat. Sacerdotis concluſ. 4. ſect. 4. fol. mihi* 108. Alfonſ. de Leon. & Lych. Fraxin.

PETES XXXXXVII.

An Cappellanus obligatus ſingulis diebus dicere Miſſam excuſari debeat ægritudine impediente?

REſpondetur, ſi expreſsè haberetur in fundatione, quod non lucretur fructus cappellaniæ, niſi Miſſas dicere curet per alium, tunc tenebitur, vel per alium ſupplere, vel ipſe cum conualuerit, eas dicere, niſi longa eſſet tardatio, vel ratam reſtituere; ſi verò id non dicitur in fundatione, ſed ſimpliciter quod dicantur tres Miſſæ in hebdomada, & ob id certa quantitas cappellano conſignetur, eſt diſtinguendum, ſi infirmitas eſſet breuis, puta vnius, vel duorum menſium, non teneretur cappellanus iterum dicere, aut reſtituere.

Non enim eſt credibile fundatorem voluiſſe, ità ſtrictè obligare, cùm ſuā mentem non explicaret, nec certè eſt

Digitized by Google

rationabile tantum emungere. Si verò largitior ſit infirmitas tenebitur cappellanus, vel miſſas per alium dicere, vel reſtituere, ne tanto tempore fraudentur defuncti. ita *Naldus verbo miſſa*, & ante ipſum *Petrus, Nauar. lib.2.c.2.nu* 210. & ſuffragatur, quod decernitur in *l. arboribus* §. *de illo ff. de vſufructu*, quo loco *Gloſſ.* adnotauit ſalarium famulo eſſe præſtandū quo tempore ægrotus ſit, quam ſententiam probant, *Innocent. Ioan. Andreas, Barb. in c.3. de loc.* 25. *Dominic. in* §. *qui verò cap. hoſt. & fauet l.4.* §. *ſticus ſi hæc ff. de ſtatis lib. vlt.* vbi conditio ſeruiendi certo tempore cenſetur contigiſſe, ſi eo tempore, morbo impediente, non eſt ſeruitium præſtitum.

Naldus. Pet. Na. Innoc. Io. Andr. Barb.

PETES XXXXVIII.

An Miſſæ celebrari poſſint in oratorijs priuatis cum licentia Epiſcopi.

Reſpondetur negatiuè, nempè non poſſe concedi licentiam ab epiſcopo, vt miſſæ celebrentur in oratorijs priuatis, vt patet ex littera Sacræ Cōgregationis ad Archiepiſcopum Bononienſem relata per extenſum à *Naldo verbo Miſſa*, ſed eſſe recurrendum ad Sedem Apoſtolicam pro eiuſmodi licentia celebrandi in oratorijs priuatis.

Naldo.

PETES XXXXIX.

An Sacerdos celebrans in peccato mortali, peccet tripliciter, nempè quia indignè conſecrat indignè offert, & indignè ſumit Corpus Chriſti.

Reſpondetur, ex communi *DD.* ſētentia teſte *Diana de celebratione Miſſarum reſol.* 24. vnum commictere peccatum mortale quia conſecratio, & oblatio, ſunt ordinati actus ad rectam ſumptionem: ſed ſumptio eſt vna, ergo vnum eſt peccatum quando indignè ſumitur. Scio verò alios *DD.* aſſerere tria peccata mortalia commictere Sacerdotem celebrantem in peccato mortali.

Diana.

Notant denique Doctores, teſte eodem *Diana loc. cit.* Sacerdotem celebrantem in peccato mortali non commictere duo peccata vnum videlicet quia celebrat in peccato, & alterum quia omictit cōfeſsionem illius peccati, quia confeſsio in illo tempore obligat in ordine ad communionem, & vbi eſt vnum propter aliud, eſt vnum tantum.

Diana.

Scio etiam alios *DD.* aſſerere commictere duo peccata, & eſt opinio præſertim *Molfeſ. in ſumma tom.* 1. *tract.* 3. *c.8. num.9.*

Molfeſ.

PETES XXXXX.

An Sacerdos, qui miniſtrat alijs cum peccato mortali in Miſſa, vel extra Miſſam Euchariſtiam peccet mortaliter.

Reſpondetur, ex *Valentia, Suarez, Coninch.* & alijs, teſte *Diana de celebrat. Miſſar. reſol.* 23. peccare mortaliter. Sed *Syluius, & Gabrera in 3.p. q. 64. art.6. Vaſquez in 3 p. tom.2. diſp.*136. *cap.3. num.* 38. *Ledeſma in ſumma ſacram. tract* 4. *num.6. Ioann. de la Cruz in direct. conſil. par.2. quæſt.4. dub.3. concluſ.1.* & alij apud *Diana loc. cit.* tenēt non peccare mortaliter Sacerdotem in mortali miniſtrantem Euchariſtiam in Miſſa, ideſt poſt completam miſſam, & extra miſſam; nam certiſſimum eſt apud omnes Doctores celebrantem miſſam in peccato mortali, peccare mortaliter, ſed caſus eſſet ſi Sacerdos poſt completam miſſam commicteret peccatum mortale, & antequam ab altare diſcedat, ex præconſecratis alijs Euchariſtiam miniſtraret, vel ſi non celebraſſet miſſam, accederet cum ſuperpelliceo, & ſtola ad altare ad miniſtrandam Euchariſtiam alijs perſonis, vt ſæpè numero accidit in eccleſijs, vbi adeſt concurſus populi; ratio verò cur non peccet huiuſmodi Sacerdos mortaliter, eſt quia qui miniſtrat Euchariſtiam non eſt miniſter Dei proximè ad iuſtificationem, ſicut in alijs ſacramentis, ſed tantum eſt veluti applicans actiua paſsiuis: in alijs autem ſacramentis, Sacerdos ſimul conficit, & miniſtrat ſacramentum, non autem in hoc, non autem eſt idem conficere, & alijs miniſtrare, quia ſacramentum Euchariſtiæ non conſiſtit in vſu, ſicut cætera ſacramenta, nam ſacramentum Euchariſtiæ poſt conſecrationem permanet,

Valent. Suar. Coninch. Diana. Sylu. Gabrera. Vaſq. Ledeſ. Ioa. de la Cruz. Diana.

non

Digitized by Google

non autem alia ſacramenta poſt vſũ permanent.

PETES XXXXXXI.

An ſimplex Sacerdos, nullo impedimento detemptus, peccet mortaliter non celebrando, modo communicet in Paſchate, nec adſit ſcandalum, vel contemptus?

D. Thom. Nauarr. Suar. Syl. Bonac.

RESpondetur, ex *D. Thom. in 3. p. q. 82. art. 10. Nauarr. cap. 25. nu. 88. Suarez in 3. par. tom. 3. diſp. 80. ſect. 7. Sylu. verbo miſſa*, & pleriſque alijs Doctor. apud *Bonac. diſput. 4. q. vltima, punct. 7. num. 1.* Sacerdotem non legitimè impeditum, mortaliter peccare, ſi numquam celebret toto anno, quia quantum eſt ex parte ſua, fecit, vt in vanum receperit gratiam Dei, cùm in ordinatione ſacerdotali poteſtatem acceperit conſecrandi, & videtur hoc præceptum fuiſſe à Chriſto, cum dixit Apoſtolis, hoc facite in meam commemorationem.

Hinc

Bonac. Doctores colligunt, teſte *Bonac. loc cit.* ſimplicem Sacerdotem ne in culpam lethalem incidat, debere aliquoties in anno, vt ter, vel quater celebrare, ſaltem in diebus feſtis præcipuis, vt in die natalis Domini, Reſurrectionis, & Pentecoſtes: non tamen iudicandum eſſe reum mortalis culpæ, qui aliquibus diebus etiam præcipuis non celebrat, præciſo alio præcepto, modo miſſam audiat.

Bonauc. Victor. Caiet. Diana. Bonac.

Sed *D. Bonauent. in 4. diſt. 12. q. 2. artic. 2. q. 2. Victoria in ſumma num. 94. Caietan.* & alij *cit. à Diana de celebrat. Miſſarum, reſol. 19.* & alij *cit. à Bonac. loc cit.* opinantur Sacerdotem ſimplicem, nullo detempto impedimẽto, non peccare mortaliter, non celebrando, modo communicet in Paſchate, & abſit ſcandalum, & contẽptus; Sed prima opinio ſatis mihi arridet, & eſt probabilior.

SED

Maior difficultas, an ſi præcipiat Epiſcopus celebrare in ſingulis diebus Dominicis, teneantur ſimplices Sacerdotes celebrare ſolum ex vi ſolius ordinis, & præcepti Epiſcopi.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

Concil. Trid.

SVppono, *Tridentinum ſeſſ. 23. cap. 14.* hæc ſequentia, ac formalia verba dicere: Curet Epiſcopus, vt ij, qui ad Presbyteratus ordinem aſſumuntur ſaltem diebus Dominicis, & feſtis ſolemnibus, miſſas celebrent.

His poſitis.

Reſpondeo vigore *Tridentini loc. cit.* poſſe Epiſcopum imponere huiuſmodi onus ſimplicibus Sacerdotibus celebrandi in diebus prædictis ſub mortali peccato, & quamuis Sacerdotes non celebrantes Dominicis, & feſtis ſolemnibus non peccent grauiter, antequam præceptum illis iniugatur ab Epiſcopis, cum decretum Concilij non dirigatur ad Sacerdotes, ſed ad Epiſcopos, nihilominus, poſtquam Sacerdotes præceptum celebrandi acceperint ab Epiſcopis, tenebuntur ſub mortali ſingulis dominicis, & diebus feſtis celebrare, vt patet ex *Nauarr. in ſumma c. 25. num. 188.* Nauarr.

Huiuſmodi verò, præceptum celebrandi diebus dominicis, & feſtis ſolemnibus eſt latum in Prouincia Mediolanenſi, vt teſtatur *Bonac. diſp. 4. q. vlt punct. 7. tom. 1. num. 3.* Bonac.

PETES XXXXXXII.

An Sacerdos, qui aduertit, vel notabiliter dubitat, aliquem defectum contigiſſe circa integritatem formæ, ſatisfaciat repetendo tantummodo verbum quod credit omiſſum fuiſſe.

RESpondetur, non ſatisfacere repetendo ſolum verbum omiſſum, ſed debere totam formam repetere, ſi aliqua verba interiecta fuerunt, aut longum tempus interceſſit, ita vt repetitis ſolum verbis omiſſis nõ ſubſiſtat integra ſignificatio totius formæ, nam vt ſacramentum conficiatur, requiritur talis ſignificatio, qua effici poſſit ſacramentum; ſignificatio autem ſacramentorum eſt practica, cum faciat ſignificando, & ſignificet efficiendo: ſignificatio autem qua efficitur ſacramentum, non ſubſiſtit, ſi aliquod verbum tantummodo ſuppleatur, quotieſcumque aliqua verba, interiecta fuerunt, vel longum tempus interceſſit. ita *DD. apud Bonac. diſp. 4. q. vltim. punct. 10. num. 13.* Bonac.

PE.

Digitized by Google

PETES XXXXXXIII.

Quando Sacerdos dubitat, an habuerit intentionem conſecrandi formalem, aut virtualem, an teneatur iterum conſecrare?

Suar. RESpondetur, ex *Suarez in 3. par. tom 3. diſp. 85. ſect. 1.* Si verum eſſet dubium, tunc reiteranda eſſet forma, ſaltem ſub conditione mente concepta.

Suar. Aduertit præterea *Suarez loc. cit.* doctrinam ſcitu dignam quod ſi quis non recordetur dixiſſe formam conſecrationis v.g. non ob id eſſe repetendam conſecrationem ſub conditione, quia præterita actio facillimè è memoria labitur, quando cum ipſa actione non coniungitur actualis reflexio, & conſideratio illius. Secus autem ſi cum illa obliuione coniunguntur aliqua indicia, & rationes probabiles dubitandi, an aliquid omiſerit, nam tunc pro ratione dubitationis agere debet, & hoc non ſolum in hoc negotio, ſed in quacunque recitatione officij eccleſiaſtici obſeruandum eſt.

PETES LXIV.

Quidam Sacerdos poſt completam, atque abſolutam Miſſam percipit non ſumpſiſſe vinum conſecratum, ſed in calice appoſitam fuiſſe aquam, & aquam ſumpſit, an teneatur iterum conſecrare?

Suar. RESpondetur, ex *Suarez loc. cit.* non poſſe conſecrare vinum appoſitũ in calice ad integrandum prius ſacrificium, & eadem ratione non teneretur in eo caſu vtramque ſpeciẽ iterum conſecrare, quia per hoc etiã nõ redintegraret prius ſacrificium, ſed nouum diſtinctum offerret, ad hoc autem non tenetur, immò nec poteſt illud offerre: quia vt ſupponimus, iam non eſt ieiunus, cùm calicem aquæ ſumpſerit.

Secus eſt dicendum, vt alibi dictum eſt, ſi durante eodem ſacrificio percipiat Sacerdos ſumpſiſſe aquam, & non vinum conſecratum, nam tunc debet ſupplere defectum ſanguinis etiam ſi non ſit ieiunus, & debet iterum apponere ſolum vinum cum modica aqua in calice, & de nouo conſecrare, abſque eo quod conſecret aliam hoſtiam Sacerdos, & ſtatim debet ſumere abſque repetitione aliarum cæremoniarum, ſed debet offerre ſaltem mẽte, & incipere à ſimili modo, & procedere ad conſecrationem vini tantum, ſi celebratio fieret in publico, ſi autem fieret in ſecretò abſque ſcandalo, iterum eſſet conſecranda alia hoſtia, vt docent *DD* teſte *Diana tract. de celebratione Miſſarum reſol. 7.* Diana.

PETES LXV.

An oblatione hoſtiæ iam facta, ſi offeratur Sacerdoti particula pro communicando laico, poſſit illam conſecrare?

RESpondetur, ex *Bartholomæo Gauãte in comment. ad rubricas Miſſalis tom. 1. par. 3. tit. 10. num. 19. & Poſſeuino de officio Curati c. 2. num. 27.* probabile eſſe, hoc poſſe fieri, non tamen hoc fieri debet remotius ab oblatione hoſtiæ, puta iam cœpta præfatione, & quando fit oblatio dictæ particulæ, fieri debet oblatio mente cõcepta. Bart. Ga. Poſſeuin.

PETES LXVI.

An Curatus, qui propter impedimentum temporaneum, vel etiam perpetuum, puta quia non poteſt legere officium, eo quod habeat characteres paruos, ſed non impeditur legere in Miſſale habente caracteres grandiores, an poſſit dicere Miſſam abſque recitatione officij.

RESpondetur, ex *Soto, Azor, & Toledo cit. à Poſſeuino de offic. Curati c. 2. num. 17 fol. mihi 21.* poſſe huiuſmodi curatum dicere Miſſam, etſi officium non dixerit propter impedimentum temporaneum, vel perpetuum. Soto. Azor. Toledo. Poſſeuin.

PETES LXVII.

An Sacerdos, qui præterita die applicauit Miſſam pro Petro, & poſtea Miſſam celebrando, nihil de applicatione ſacrificij cogitauit, ſatisfecerit ſuæ obligationi, quod eſt quærere; an Sacerdos actualiter, vel virtualiter debeat applicare ſacrificium pro eo, qui dedit ſtipendium.

Suar. RESpondetur, ex *Suarez in 3.p.tom. 3. diſp.13. ſect.3. concl.2.* & alijs grauibus Doctores, quod ſi Sacerdos præterita die abſolutè, ac determinatè applicat pro Petro craſtina die fructum ſacrificij offerendi valet talis applicatio, licèt poſtea in Miſſa, nihil de tali applicatione Sacerdos cogitet; Si verò non applicat determinatè, ſed habeat voluntatem craſtina die applicandi pro Petro ſacrificium, in hoc caſu talis applicatio non valet.

Ex his.

Suar. Colligit idem *Suarez loc. cit.* quod eſt diſpar ratio inter applicationem ſacrificij, & intentionem conficiendi ſacrificium, quia voluntas, qua offertur ſacrificium, non eſt neceſſaria, vt ſit operatiua ſacrificij, ſed ſolum applicatiua fructus eius, & ideò fieri poteſt per ſimplicem voluntatem, quæ antecedat ipſum ſacrificium, & poſtea nihil circa ipſum operetur, at verò intentio conficiendi ſacramentum, debet eſſe intentio operatiua, cóficiendi ipſum ſacrificium, & ideò quando nihil actualiter, ſeù virtualiter operetur, non eſt ad ſacramentú ſufficiens: & neque eſt propria voluntas efficax.

Vnde apparet, quod ad applicandum ſacrificium non requiritur intentio, quæ virtualiter duret tempore ſacrificij, ſicut requiritur ad conficiendú Sacramentum, ſed ſufficit quod Sacerdos, applicet abſolutè ſacrificium tali die offerendum, modo talis intentio non fuit poſtea reuocata.

Beiam Berarducc. Fraxine. Diana. Scio verò *Beiam Berarduciim, & Fraxinellum cit. à Diana de celebrat. Miſſarum, reſol.47.* aliter ſentire, qui putãt Sacerdotem, in memento debere applicare valorem Miſſæ pro eis pro quibus, tenetur celebrare.

PETES LXVIII.

An in memento Sacerdos obligatus ad celebrandum ratione eleemoſynæ, poſſit pro ſe, vel pro alijs ſuis amicis orare in eadem Miſſa ob quam Sacerdos recipit mercedem, pro applicatione.

RESpondetur affirmatiuè, nempè poſſe Sacerdotem obligatum ad celebrandum pro alio, in eadem Miſſa orare pro ſe, vel pro alijs amicis, quia valor medius quoad applicationem ſatisfactionis, tenetur Sacerdos applicare cui dedit eleemoſynam, non autem prohibetur Sacerdoti quin etiam pro alijs poſsit effundere preces, vt rectè docet *Fraxinellus de obligatione Sacerdotis ſect.6. in reſponſ. ad 7. inconueniens.* Fraxine.

PETES LXIX.

An Sacerdos celebrans extra ſuam diœceſim in canone teneatur nominare Epiſcopum domicilij, an Epiſcopum loci, vbi celebrat.

RESpondetur, ex *Nauarr. cap. 25. num.111.* & alijs DD teſte eodem *Nauarr. loc. cit.* debere nominare Epiſcopum, vbi habet domicilium, non autem Epiſcopum alterius Ciuitatis in qua, vt hoſpes moratur. Nauarr. Nauarr.

PETES LXX.

An poſſit Sacerdos offerre Miſſam pro excommunicatis.

RESpondetur, ex *Nauarr. cap. 27. num 36 Henriquez lib.13. cap.11. num.2. Sanchez lib 7 de matrim. diſp. 9. num.8. Suarez tom 5 3.par. diſp.11. ſect 4 num.5.* & alijs teſte *S. Fauſto de Eucharistia lib.2. q.81.* id fieri poſſe, nempè offerri poſſe ſacrificium pro excommunicatis, modo non ſint denunciati, vel publici percuſſores Clericorum, quia per *Concilium Conſtantienſe* cum excommunicatis toleratis poſſumus communicare tùm in humanis, tùm in diuinis. Neque obſtat quod dictum Concilium nihil conceſsit in fauorem excommunicatorum; nam hoc non tàm eſt in fauorem ipſius excommunicati, quam in commodum, & fauorem Sacerdotis offerentis, qui ſtipendium accepit pro Miſſæ celebratione, & etiam meretur dum pro ſic excommunicatis non denunciatis nec publicis clerici percuſſoribus offert, pro quibus offerre ab Eccleſia non prohibetur. Nauarr. Henriq. Sanchez. Suar. S. Fauſt. Concil. Conſtan.

Dixi ſi non ſint excommunicati denũciati, vel publici percuſſores clerici, nam pro iſtis non poteſt directè Sacerdos Miſſæ ſacrificium, aut publicas orationes offerre, quia hoc prohibe-

hibetur ex *cap à nobis 2. & c. ſacris de ſententia excommunic.* & ex *Bulla Mart. V.* ad enitandum, cùm ſit vnus ex præcipuis effectibus excommunicationis.

Excipitur verò dies ſextæ hebdomadæ ſanctæ, nam in illo die poteſt Sacerdos directè orare pro excommunicatis vitandis, ideſt denunciatis, vel publicis clerici percuſſoribus, quia orare pro excommunicatis vitandis non eſt per ſe malum, nec iure diuino prohibitum, quare potuit eccleſia pro ſua auctoritate ab illa generali prohibitione excipere illum diẽ in quo fit memoria mortis Chriſti, quæ ad omnes quoad ſufficientiam pertinuit: congruum ergo fuit, vt etiam Eccleſia ea die neminem à ſuffragijs excluderet, nam etiam pro paganis, & iudæis publicè orat. ita *Sotus in 4. diſt. 11. q. 2. art 7. ad 2.* *Soto.*

PETES LXXI.

An poſſit Sacerdos, vt priuata perſona orare in Miſſa pro excommunicatis denunciatis, vel publicis clerici percuſſoribus?

Nauarr. Reſpondetur, ex *Nauarr. in ſumma cap. 27. num 36* poſſe Sacerdotem in Miſſa pro excommunicatis prædictis, nempè denunciatis, vel publicis percuſſoribus clerici, vt priuatã perſonam orare, non vt publicam, quæ facit nomine Eccleſiæ hoc enim numquam Eccleſia prohibuit, & ex eadem ratione poteſt Sacerdos, vt priuata perſona orare pro quouis

Nauarr. infideli, vt benè aduertit *Nauarr.*

S. Fauſt. *loc. cit.* & eſt communis doctrina. te-

Nauarr. ſte *S. Fauſto lib. 2. de Euchariſtia q. 84.*

Bellarm. Addo præterea cum eodem *Nauarr. loc. cit. & Bellarm. lib. 7. c. 6. de controuerſiis*, & alijs poſſe Sacerdotem dicere Miſſam, & eius valorem applicare pro alijs non excommunicatis, eo tamen fine, & intentione, vt totum illud opus orandi, & applicandi Miſſam pro alijs, accipiat Deus pro oratione priuata, vt excõmunicatus etiã denunciatus conuertatur, quia tunc orat, & offert Sacerdos nomine Eccleſiæ Miſſam pro alijs tamquam miniſter publicus Eccleſiæ, & vt perſona particularis pro ipſo excommunicato vitando, ac perinde tunc eſt, ac ſi pro excommunicato non denunciato in memento Miſſæ oraret, nam aliud eſt applicare ſacrificium Miſſæ, aliud eſt applicare illud opus applicandi alteri.

Addit denique *Nauarr. loc. cit.* pro excommunicato vitando, ſeù denunciato poſſe Sacerdotem orare in Miſſa, quando ſcit excommunicationẽ fuiſſe nullam, & etiam ſi fuit valida excommunicatio, ſed fuit ex iniuſta cauſa, nempè poſſe Sacerdotem pro illo excommunicato orare etiam, vt perſonam publicam. *Nauarr.*

PETES LXXII.

An pro iuſtis excommunicatis, ſed contritis poſſit Sacerdos, vt publica perſona orare in Miſſa.

Reſpondetur, ex *Nauarr. cap. 27. num. 36.* poſſe Sacerdotem, vt publicam perſonam orare pro excommunicatis contritis denunciatis modo non fiat expreſsè, ac publicè. citat *Nauar. Hoſtienſ. in c. cum voluntate de ſen. excommunicat.* *Nauarr.* *Nau. Ho.*

PETES LXXIII.

An Sacerdos poſſit offerre Miſſam pro infantibus baptizatis?

Reſpondetur, ſi loquamur de ſacrificio Miſſæ, quatenus eſt propitiatorium, ac ſatisfactorium pro peccatis, certum eſt non poſſe tale ſacrificium pro huiuſmodi infantibus offerri, quia iſti ſunt liberi tàm quoad culpam tàm quoad pœnam, ac proindè non indigent ſatisfactione, ſi verò loquamur de ſacrificio quatenus eſt impetratorium, poſſe ſacrificium offerri pro dictis infantibus, vt ſcilicet Deus illos ſeruet incolumes, ac tribuat ijs neceſſaria ad vitam corporalem, ad educationem, & inſtitutionem, &c. vt rectè docet *S. Fauſtus de Euchariſt. lib 2. q. 79.* *S. Fauſto.*

PETES LXXIV.

An Sacerdos poſſit Miſſæ ſacrificium offerre pro fidelibus exiſtentibus in peccato mortali.

Reſpondetur, ſi loquamur de ſacrificio Miſſæ quatenus eſt meritorium,

ctium, ac ſatisfactorium, non poſſe Sacerdotem offerre ſacrificium pro fidelibus exiſtẽtibus in peccato mortali, quia cum non ſint amici Dei nõ ſunt capaces talis meriti, ac ſatisfactionis. Immò nec poteſt applicari hoc ſacrificium peccatoribus, vt illo mereantur, & ſatisfaciant, quando erunt in gratia. Si verò loquamur de Miſſæ ſacrificio, qua ratione eſt propitiatorium, & impetratorium, tum pœnitentiæ tum aliorum Dei beneficiorum poſſe ſacrificium Miſſæ offerri pro peccatoribus exiſtentibus in peccato mortali, quia licèt ipſi in gratia non ſint, ſunt tamen verè Catholici, & Chriſtiani, & Eccleſia offert ſacrificium pro omnibus fidelibus Catholicæ, & Apoſtolicæ fidei cultoribus, vt habetur ex Canone ipſius Miſſæ habentque ipſi peccatores aliqualem vitam per fidem, atque ſpem veram tanquam membra vera Eccleſiæ, vnita fidei, atque ſpei illi coniuncta, & participant magnam vtilitatem, magnumque prouentum ſpiritualem, ex Miſſæ ſacrificio pro eis oblato, & ideò in Miſſali Miſſam propriam pro peccatorum expiatione Eccleſia inſtituit, per quam peccatores habent, quod ſtabiles conſeruentur in fide, atque ſpe, & efficacius ex Miſſæ ſacrificio ad conuerſionem iuuentur, quam ex alijs publicis, aut priuatis orationibus, quas ipſi Sacerdotes Eccleſiæ miniſtri pro his offerre poſſunt.

Denique per hoc ſacrificium illis applicatum, excitantur Sancti, & Angeli eorum cuſtodes, vt pro illis Deũ orent, & impeditur Diabolus, ne illos plus nimio tentet, & ne vicens plus nimio etiam noceat, & ne ligatos teneat in continuo affectu peccati.

PETES LXXV.

An Sacerdos ſacrificans teneatur ſumere eandem hoſtiam, quam conſecrauit?

RESpondetur, non teneri, nam multi Sacerdotes, dum renouant Euchariſtiam cõſumant hoſtias ab alio conſecratas, & eam quam conſecrãt, reponunt in pyxide, vt rectè probat *S. Fauſtus de Euchariſtia lib. 2. q. 278.* *S. Fauſt.*

PETES LXXVI.

An qui in mortali exiſtens videt Corpus Chriſti, peccet?

RESpondetur, infideles, Cathecumenos interdictos, vel excommunicatos peccare venialiter, non autem fideles peccatores, vt docet *D. Tho. in 4. diſt. 9. q. 11. art. 3. q. 6. & in 3. p. q. 80. art. 4. ad 4.* *D. Thom.*

PETES LXXVII.

Vtrum laici, & fœminæ ſacra vaſa, ac linteamina, quæ tangunt Corpus Chriſti, vt ſunt calix, patena, corporale, pyxis, ara, atque etiam purificatorium immediatè, & nuda manu tangentes, peccent?

RESpondetur, ex *Soto in 4. diſt. 13. q. 2. art. 3. ad 3.* forſitan eos nullum peccatum committere, ſecluſo contemptu, ne quidem veniale, aut ſaltẽ leuiſsimum, quia Canones id prohibentes ſolum de conſilio loquuntur, non de præcepto. *Soto.*

At in contrarium eſt communis opinio, nempè quod laici, & fœminæ, quæ hæc omnia immediatè, & nuda manu tangunt, etiam ſi citra contẽptum id faciant peccant venialiter ſi ſine iuſta cauſa tangunt ſupradicta, vt communiter docent DD. teſte *S. Fauſto de ſacrificio Miſſæ lib. 2. q. 165.* Ratio eſt, quia in *cap. Sancta d ſ. 1. de conſecrat. & cap. ſacratas, diſt 23.* huiuſmodi contactus expreſsè prohibetur, & quia non videtur eſſe res adeo grauis, idcirco *DD* putant eſſe ſolum peccatum veniale. *S. Fauſt.*

Poſita verò iuſta cauſa tangendi ſacra vaſa, &c. nec etiam committitur peccatum veniale. Quando vaſa ſacra, videlicet, calix, patena, corporale, pyxis actualiter in ſe continent corpus, & ſanguinem Chriſti à nemine tangi poſſunt præter Sacerdotem, & Diaconum, & qui ſine iuxta cauſa ea tangit peccat mortaliter, vt habetur ex *cap. non oportet, diſt. 23.* quia eſt materia grauis. ita *Palud. in 4. diſt. 13. q. 1. art. 4. & Suarez in 3. par. tom. 3. diſp. 81. ſect. 8.* & pleriſque alij. *Palud.* *Suar.*

Debent verò lauari corporalia, & purificatoria ſaltem à ſubdiacono in aliquo vaſculo determinato, & ad

Tt hoc

hoc ſolum munus deſtinato, quæ lotio non eſt foras proijcienda, ſed effundenda in piſcinam ſacram, aliàs eſſet valdè peccatum graue veniale tùm propter iuris decretum, & aliqualem materiæ grauitatem, tùm etiam propter periculum irreuerentiæ reliquiarum ſacramenti, quæ in corporale, vel purificatio latere poſſunt. Poſt primam verò lotionem poſſunt abſque ſcrupulo à fœminis præſertim Virginibus, ac Deo dicatis ablui, aut etiam reparari ſi egeãt. ita *Caiet verb. mulierum peccata*. & *Henriquez lib.9.c.28.num* 3. & plerique alij.

Caiet. Henriq.

PETES LXXVIII.

An Clerici in minoribus, poſſint extra ſacrum ſine peccato veniali, & ſine iuſta cauſa tangere calicem, & patenam, purificatorium, & corporale immediatè, & nuda manu?

Suar. Respondetur, ex *Suarez tom.3.in 3. par.diſp.81.ſect.*8 non venialiter peccare clericos etiam primæ tonſuræ tantum, ſi tangunt ſupradicta etiam ſine iuſta cauſa. colligit verò Suar. *Suarez* hoc, ex *cap.non oportet* ab ipſo cit. & ex vſu.

Palud. Azor. S.Fauſt. Sed *Paludanus in 4. diſt.13.q.1.art.4. Henriquez lib.9 cap.28. Azor. lib.9. cap.9.q.6. S Fauſt. loc. cit.* dicunt hoc non poſſe fieri ab huiuſmodi clericis, etiam ſi tangunt extra ſacrificiũ Miſſæ, quia nunc conſuetudo obtinuit, vt nemo qui ſaltem ſubdiaconus, non ſit, ſacra vaſa tangat niſi neceſsitas aliqua vrgeat: puta ſi Acolythus Sacerdoti, nullo præſente ſub diacono, priuatim præparat ipſi calicem.

PETES LXXIX.

An veſtes Sacerdotales, poſſunt conuerti ad vſus profanos ſine peccato?

Suar. Respondetur, ex *Suarez in 3. par tom.3. diſp.8. ſect.81*. id eſſe prohibitum, vt ſi quis vteretur calice in communi menſa, vel palla benedicta, vt communi linteolo, aut ſacra veſte ad profanam repreſentationẽ, vel ludum, & qui hoc egerit vix poterit à peccato mortali excuſari, vt *Soto* notat cit. à *Suarez loc. cit.* quia Suar. præfert contemptum eiuſmodi rerum.

Neque obſtat quod interdum Sacerdotes, vel Epiſcopi ſepeliuntur eiuſmodi veſtibus ſacris, quia actus ſepeliendi defunctum eſt actus pietatis, ſeù miſericordiæ ergo vti veſtibus ſacris ad hunc effectum non eſt conuertere illas in vſus profanos, ſed ad actum pietatis, & religionis, & ita eſt conſuetudo, nempè ſepeliẽdi Sacerdotes, vel Epiſcopos cum dictis veſtibus ſacris, neque hoc eſt contra ius commune, vt benè probat *Suarez loc.cit.* Suar.

PETES LXXX.

An veſtes ſacerdotales ſint veneranda, atque adoranda, & ad quod genus adorationis pertinet.

Respondetur, ex *Suarez* cum communi *DD.* ſententia, quod veſtes ſacerdotales, vaſa ſacra, nempè calix, & patena ſunt venerandæ, atque adorandæ, quatenus dicunt ordinẽ ad ſacrificium, in quo includitur Chriſtus Deus, & homo, & quia Chriſtus ratione diuinitatis adoratur adoratione latriæ, conſequenter etiã veſtes ſupradictas eſſe adorandas adoratione latriæ non abſolutè ſicut adoratur ipſe Deus, ſed adorantur adoratione latriæ imperfecto modo, ſcilicet quatenus dicunt ordinem ad ſacrificium, in quo includitur Chriſtus, qui eſt Deus, & homo, vt dictum eſt hoc colligitur ex varijs locis ſeptimæ *Synodi*, & præſertim Synod. *act.6.tom.5 §. Papa* dicuntur ſequentia verba. *Habemus item, & alia plurima conſecrata vaſa: hæc, quia in nomine tuo facta ſunt, & conſecrata exoſculamur.* Suar.

Præterea, qui typum alicuius contumelia afficit, in eum, quem typus repræſentat iniurius eſt, aliæ rationes ſunt adductæ à *Suarez loc.cit.* quas Suar. breuitatis cauſa omitto.

Hinc

Colligitur, ex communi *DD.* ſententia. teſte *Suarez loc. cit.* quod dictis Suar. veſtibus ſacerdotalibus, non poteſt quis vti ad vſus prophanos, non ſolum quamdiù conſecrationem retinent, ſed etiam poſtquam illam amiſerunt

Digitized by Google

ſerunt per diſſolutionem,vel ſciſsionem,aut fractionem, & quando ſunt attritæ,ſunt comburendæ.

SED

Dubium eſt de vaſis argenteis, nam poſtquam confracta ſunt,vendi poßunt, & conſequenter materia eorum conuerti poteſt in communes vſus?

Suar. RESpōdetur, ex *Suarez loc.cit.* quod talis vſus non eſt à religione alienus,quando fit ex neceſsitate,& pertinet ad pietatem.

Verum materia calicis, & patenæ ad hoc, vt poſsit quis vti ad vſus prophanos debet tranſmutari ferro, & igne quodammodo, vt moraliter nō cenſeatur amplius materia calicis,& patenæ,vel pyxidis.

PETES LXXXI.

An Sacerdos in ſacro faciendo teneatur ordinarium, & regulas Miſſalis obſeruare. ita vt peccet mortaliter, qui eas ſcienter prætermittit. ſecluſo contemptu?

Azor. Bonac. Pitigian. REſpondetur,ex *Azor. par.1. lib.10. cap 20 q.6. Bonac. de ſacram. diſp.4. q.vlt punct.7.§.3.& Pitigian. in 4. diſt. 13.q 2. art.4.* peccare mortaliter, & probant ex diplomate *Pij V.*

Diana. S.Fauſt. Verum alij *DD.* apud *Dianam tom.1. tract. de celebrat Miſſarum reſol.55.&* apud *S.Fauſtum de Euchariſt. tract. de ſacrificio Miſſæ q.266.* docent eum non peccare niſi venialiter,modo nō dimittat tantum illam partem, vt nouum ritum in Eccleſiam introducat contra diploma Pij V. nam in hoc caſu peccaret mortaliter.

Ratio eſt cur dictæ rubricæ non obligant ſub mortali, quia illæ non ſunt præcepta, ſed doctrinales quædam inſtructiones.quæ tantam obligationem inducunt, quanta eſt doctrina, in qua fundantur.

Verum qui aliquam grauem cœremoniam omitteret,vt ſi conſecraret ſine vlla cœremonia, vel ſpontè, aut ex culpabili negligentia partem notabilem Miſſæ.vt Epiſtolam, Euangelium, præfationem, oblationem panis,& vini prætermitteret, peccaret mortaliter quia violat præceptum in re grauiſsima,idem dicitur de eo, qui omittit,vel addit aliquid de ſuo, puto Litanias,vel Roſarium,aut aliquid aliud animo immutandi, vel inducendi nouum ritum pertinentē ad nouum cultum, vel ſpecialem ſignificationem, nempè peccare mortaliter quia in re grauiſsima Eccleſiæ præceptum infrigit. Excuſatur autem à mortali ob paruitatem materiæ, vt ſi omitteret voluntariè Credo,vel Gloriam in Excelſis Deo,aut vnam,vel plures orationes. Si autem id faceret ex cauſa vrgente nihil omnino peccaret, vt docet *Suarez in 3. par. diſp.83. ſect.3.* quia iſtæ partes, tametſi quantitate quaſi ſint molis grandiuſculæ, non tamen neceſſariæ ſimpliciter videtur ad integritatem Miſſæ, ita vt ijs omiſsis Miſſa ipſa propriè mutiletur. ita *Nugnus tom. 1. in 3.p.q.83 art.4 dub.2. Diana de celebrat. Miſſarum reſol.59. & Filijuccius tom.1. tract 5. cap.5. num.155.* qui idem dicunt, ſi Sacerdos omittat in Canone nomen alicuius Sancti, vel tempore Paſchali ea, quæ interponuntur in communicantes, aut in actione. Hanc igitur oblationem; nec ſi paulo poſt recordetur, repetēda ſunt regulariter, quia id commodè fieri non poteſt moraliter, neque que cohærenter. Suar. Nugnus. Diana. Filijucc.

Quantum ad additionem dico, quod *Pius V.* teſte *S. Fauſto de Euchariſtia lib.2. tract. de ſacrificio Miſſæ q.266.* relegauit quemdam Sacerdotem ad triremes,quia in Miſſa, Litanias, & alias Preces recitabat cum ſcandalo populi. Si tamen aliquis mente, vel ſubmiſſa voce adderet poſt eleuationem corporis, vel ſanguinis *Adoramus te Chriſte*, vel poſt communionem, *O ſacrum conuiuium*, vel *In manuas tuas Domine commendo tibi ſpiritum meum*; vel *Nunc dimittis ſeruum tuum in pace*, vel quid ſimile nullum peccatum committeret, ſecus ſi, ita vt audiretur, ita *Tabiena verbo Miſſa §.20. & Fauſt. loc.cit.* S.Fauſt. Tabiena. S.Fauſt.

PETES LXXXII.

An qui ex fundatione beneficij,vel cappellaniæ obligatur ad quotidiè celebrandū de B.Virgine, vel de Requie,ad id præſtandum teneatur.

REſpondetur primò, non teneri Sacerdotem ad celebrandum quoti-

die de B. Virgine vel de Requie, ſed quantò frequentius, ſalua honeſtate, & deuotione debita poteſt, vt habetur expreſsè in *cap. ſignificatum de prabendi.*, & tradit optimè *Nauarr. in ſumma c. 25. num. 135.*

Nauarr.

Reſpondetur ſecundò, certum eſt non teneri Sacerdotem ad celebrandum de B. Virgine, vel de Requie, ſi in eũ diem incidat feſtum alicuius Sancti, de quo celebratur officium duplex, aut ſemiduplex, ſed licitè poſſe eiuſmodi Miſſam dictæ celebritati congruenter facere: immo aliquando tutius eſt tale ſacrum offerre, vt ſi fuerit dies Dominica, vel alia aliqua celebritas ſolẽnior, & licèt inſtitutor beneficij dixerit, quòd ſingulis diebus dicatur v. g. Miſſa de B. Virgine, de Requie, hæc verba tamen intelligenda ſunt ciuili modo, & moraliter, nam non debet præualere voluntas fundatoris Eccleſiæ ordini, & ritui. ita *Nauarr. de celebrat. Miſſæ cõſ. 6. num 8. Azor. tom. 1. lib. 10. cap. 32. q. 5. Henriquez lib. 9. cap. 23. num. 6.* & alij inſignes DD.

Nauarr. *Azor.* *Henriq.*

Hinc

Si quis à Sacerdote petierit, vt cras Miſſam de Aſſumptione B. Mariæ, vel de Sancto Franciſco celebret, quæ diei craſtino non conueniat ſatisfacit Sacerdos, ſi Miſſam, quæ diei craſtino congruit faciat. Et ratio eſt, quia vt petitio ſit rationabilis debet cum Eccleſiæ regulis, & rubris conuenire: rudes enim homines etiam in die Paſchæ petunt Miſſam de Requie, vel de Paſſione. ita *Sylu. verb. Miſſa 1. q. 1. Sot. in 4. diſt. 13. q. 2. art. 1. Nauarr. in ſumma cap. 21. num 7.* & alij.

Sylu. *Nauarr.*

P E T E S LXXXIII.

An Sacerdos poſſit dicere Miſſam aſſumptionis, natiuitatis, quando dicta Miſſa petitur à laicis?

Gauant.

RESpondetur, ex *Gauant. in comment. ad rubricas Miſſalis tom. 1. p. 4. titol 17. num* 8. non poſſe dici eiuſmodi Miſſam, quia nõ decet extra tempora dicere gaudeamus omnes in Domino diem feſtum celebrantes, vel immutare diem feſtum, in commemorationem, neque ad petitionem laicorum licere rubricas Miſſalis violare.

At huius oppoſitum tenet *P. Caſtaldus in Praxi cæremoniali lib. 2. ſect. 6. c. 4. num* 1. vbi ſic ait, Miſſa votiua de quolibet Sancto, ac quacunque feſtiuitate, de qua iuxta rubricas Miſſalis per anni circulum celebratur, dici poteſt, aſſumendo eam, quæ in die feſto habetur accommodando orationem, ſcilicet, vbi habetur natiuitas, vel feſtiuitas, dicendo commemoratio; omittendum eſt verò Credo, & Gloria; Si verò celebretur Miſſa votiua de Aſſumptione B. Virginis, vel de S. Agata in introitu gaudeamus, vbi habetur diem feſtum celebrantes, dicetur memoriam celebrantes. ita etiam tenet *Alcoc. in carem. tract. 1. Gloſſa* 4. quos ſequitur *Diana tract. 6. Miſcellan. reſol. 101. & S. Fauſt. de ſacrific. Miſſa lib. 2. in tract. de Eucharis. q. 271.*

P. Caſtal. *Alcoc.* *Diana.* *S. Fauſt.*

P E T E S LXXXIV.

An Sacerdos poſſit dicere Miſſam aliquam de paſſione, quæ in hebdomada Sancta recitatur ſi illa à laicis cum eleemoſyna petatur.

RESpondetur, ex *DD.* recentioribus, nempè *Alcoter, Gauant. & Caſtald. cit. à Diana, tract. 6. miſcell. tom. 2. reſolut.* 102. Miſſas votiuas de Paſsione, Spiritu ſancto, Santiſsima Trinitate, ac ſacramento Corporis Christi non eſſe celebrandas eas, quę eo tempore habentur, ſed votiuas aſsignatas in Miſſali Romano dicendas eſſe.

Alcoc. *Gauant.* *Caſtald.*

P E T E S LXXXV.

An quando accidit feſtum Annunciationis B. Virginis in die Paraſceues, ſit Miſſa illius diei audienda ſub pæna peccati mortalis.

RESpondetur, ex *Vaſquez tom. 3. in 3. par. diſp. 232.* teneri audire Miſſam eo modo quo celebratur dictus dies. Sed communis *DD* ſententia teſte *S. Fauſto de Euchariſt. lib. 2. q. 273. & Diana tract. de celebrat. Miſſar. reſolu. 62.* non teneri quemlibet audire dictam Miſſam quia Miſſa illius diei non eſt proprie ſacrificium, cum non adſit noua conſecratio hoſtiæ, & teſtantur dicti auctores ſic à

Vaſq. *S. Fauſt.*

Sacra

Digitized by Google

Sacra Congregatione Cardinalium declaratum fuiſſe ſub die 39 Februarij 1622. vt teſtatur etiam *Gauant. in comm. rubric. Miſſalis p. 3. tit. 29. n. 24.* Gauant.

PETES LXXXVII.

An Sacerdos celebrari poſſit capite cooperto ex aliqua infirmitate.

Reſpondetur multos *DD.* dixiſſe, hoc poſſe fieri, ſecluſo ſcandalo, & contemptu, ſed nunc petenda eſt licentia à Summo Pontifice etiam ſi adſit cauſa grauis, & ita declarauit Sacra Congregatio Cardinalium, ſupra negotia Epiſcoporum die 2. Ianuarij 1590 & Sacra Rituum Cōgregatio die 31. Iulij 1626. vt docet *Gauant. in comm. rubr. Miſſal. tom. 1. p. 2 tit. 2. litt. F.* Gauant.

PETES LXXXVII.

An religioſi in ipſo die Reſurrectionis Domini poſſint Euchariſtiam ſecularibus miniſtrare, ita vt adimpleant præceptum Eccleſiaſticum annuæ communionis.

S. Fauſt. Reſpondetur, ex multis *DD.* quos citat, & ſequitur *S. Fauſtus de Euchariſt. lib. 2. de ſacrificio Miſſæ, q* 280. poſſe regulares in ipſo die Reſurrectionis miniſtrare Euchariſtiam ſecularibus, & ipſi ſeculares adimplēt præceptum annuæ communis.

Verum die 20. Martij 1638. Sacra Cōgregatio Cardinalium miſit litteras Eminentiſsimo Cardinali Boncompagno Archiepiſcopo Neapolitano, vt notum faceret omnibus hoc non poſſe fieri, nempè, vt regulares miniſtrent Euchariſtiam die Reſurrectionis ſecularibus, & ſi huiuſmodi ſeculares à manibus regularium recipiunt Euchariſtiam non ſatisfaciūt præcepto annuæ communionis, vt patet ex ſequentibus, ac formalibus verbis litteræ Sacræ Congregationis directæ dicto Eminentiſsimo Cardinali.

Conqueſti ſunt coram Sanctiſsimo Domino Rectores Eccleſiarum Parochialium iſtius ciuitatis de Patribus Theatinis, & Societatis Ieſu quod aſſerere audent perſonas laicas aſſumentes in eorum Oratorijs, ſeu Cōgregationibus Euchariſtiæ ſacramētum in die Paſchatis Eccleſiæ præcepto ſatisfacere, cumq; id minimè ſit permiſſum, ſed fideles ſacram cōmunionem tempore Paſchali a proprio, vel ab alio de ipſius Sacerdotis licentia ſuſcipere teneantur Santitas Sua iuſsit Eminentiæ ſuæ ſignificandum, & ſub pęna ſuſpenſionis à diuinis, & alijs ſibi benè viſis id prohibeat præfatis Religioſis, moneatq; ipſos laicos ſacramentum, vt ſupra de manu proprij Parochi teneri ſuſcipere, vt Eccleſiæ præcepto ſatisfaciant, ita igitur pro ſua Paſtorali pietate omnino curabit Eminentia veſtra cui me humillime commendo Romæ die 20. Martij 1638. Eminentiæ Voſtræ Reuerendiſsimæ.

Humiliſs. Seruus.
Cardinalis Veroſpius.

PETES LXXXVIII.

An Miſſa celebrari queat materna, & vulgari lingua.

Reſpondetur negatiuè, vt patet ex *Concilio Trident. ſeſſ.* 22. *c.* 8 vbi dicitur. Et ſi Miſſa magnam contineat populi fidelis eruditionem, non tamen expedire viſum eſt Patribus, vt vulgari paſsim lingua celebraretur, & aſſerentes, Miſſam tantum vulgari lingua celebrari debere, ſunt excommunicati, vt ibidem dicitur *Can. 9. de ſacrificio Miſſæ.* Concil. Trid.

PETES LXXXIX.

An ſit peccatum mortale Miſſam celebrare cum omnibus veſtibus ſacris, ſed valdè attritis, & laceris, ac immundis.

Reſpondetur, ex *Syluest. in ſumm. verbo Miſſa 1. q. 2. & verbo vaſa num. 1. Armill. verbo corporalia nu. 2. Tolet. lib. 2. cap. 2. Suarez in 3. p. diſp. 83. ſect. 3.* & alijs communiter affirmatiuè, nempè peccare mortaliter, ſi cum ſupradictis veſtibus attritis, & immundis Sacerdos celebraret. Vnde *Innoc. III. in iure cap. de cuſtodia Eccleſiæ, vel Altaris,* præcipit, vt Oratoria, vaſa, corporalia, & veſtimenta ſacra, munda, & nitidè ſeruentur, grauiterque redarguit Clericos, qui in hoc negligentes exiſtunt, quod ma- Sylu. Armill. Tolet. Suar. Innoc. 3.

ma-

Digitized by Google

miſſa voce Epiſtolam, & Euangelium.

PETES XXXXIX.

An Sacerdos peccet mortaliter, celebrando Miſſam, ſine miniſtro, ne careat Miſſa in die feſto.

Diana. Reſpondetur, ex communi DD. ſententia. teſte *Diana, de celebrat. Miſſar. reſolut.* 43. eſſe licitam celebrationem Miſſæ ſine miniſtro in magna neceſsitate, qualis eſt diei feſti, aut dandi moribundo viaticum, vel quid ſimile.

PETES XXXXX.

An deficientibus particulis, poſſit Sacerdos partem hoſtiæ alteri præbere?

Sylu. Angelo. Graffio. Reſpondetur, ex *Sylu. v. Eucharistia 3. num. 15. Angelo verb. Miſſa nu. 27. Graffio, Scortia*, & alij teſte *Diana de celebrat. Miſſar. reſolut.* 37. non ſolum hoc eſſe licitum quando proximus eſt in periculo probabili mortis, & vult communicare, ſed etiam licere Sacerdoti celebranti partem ſuæ hoſtiæ alteri præbere, quando quis cauſa deuotionis vult communicare.

PETES XXXXXI.

An Sacerdos in nocte natiuitatis poſſit tres Miſſas, ante auroram celebrare.

Diana. Coninch. Reſpondetur, ex communi DD. ſententia. teſte *Diana de celebrat. Miſſarum, reſol.* 35. *& Coninchо in 3. p. q. 83. num.* 218. poſſe dici omnes tres Miſſas à Sacerdote nocte natalis ante auroram nempè poſt mediam noctem, quia in *cap. nocte ſancta, de conſecrat. diſt.* 1. abſolutè conceditur, vt nocte natiuitatis Miſſæ celebrentur, ſine vlla reſtrictione.

PETES XXXXXII.

In qua hora diei poſſit Sacerdos finire Miſſam & incipere Miſſam?

Suar. Diana. Reſpondetur primò, ex DD. teſte *Suarez to. 3. 3. par. d ſp. 80. ſect. 43. num.* 3. & ex *DD. cit. à Diana de celebrat. Miſſarum reſol* 34. Miſſas priuatas finiendas eſſe vſque ad meridiẽ incluſiuè.

Suar. Dicit verò *Suarez loc. cit.* Si feſtum ſit ſolemne, & Miſſa publica, & concio non finiatur vſque ad vnam, vel duas horas poſt meridiem, tunc poſſet Miſſa priuata inchoari poſt finitum ſolemne officium, maximè, ne aliqua pars populi Miſſa priuetur iuxta doctrinam *Leonis Papæ epiſtola* 81. *ad Dioſcor. c.* 2. idemque permicti poteſt, ſi ratione itineris occurrat neceſsitas celebrandi in die feſto Paulo poſt meridiem, dummodo vnius horæ tempus non excedatur quod ſignificauit *Soto*, & fauet conſuetudo, ait *Suar.* Leo. Pa. Soto. Suar.

Suar. Reſpondetur ſecundò, initium auroræ eſſe terminum, antequam regulariter non licèt Miſſam inchoari, vt docent communiter *DD.* teſte *Suarez loc. cit* ſed *num.* 1. patet ex conſuetudine eccleſiæ, & regulis Miſſalis, nomine auroræ omnes *DD.* docent nõ eſſe intelligendum ortum ſolis, ideſt aſcenſum corporis ſolaris ſupra noſtrum horizontem, ſed initium crepuſculi diei, ſeù primam irradiationem lucis.

SED DICES

An ſit licitum celebrare ante auroram ſine peccato.

Gabriel. Scoto. Palud. & Victor. Suar. Reſpondetur, ex *Gabriele, & Scoto cit. à Suarez loc. cit.* eſſe licitum inchoare Miſſam vna hora, & quarta parte horæ ante ortum ſolis *Paludanus, & Victoria* quos citat, & ſequitur *Suarez loc. cit.* dicunt, poſſe licitè inchoari Miſſam dimidia hora ante crepuſculum, ita vt finis Miſſæ ſit ſub initium crepuſculi. plus, minuſuè, & hoc eſt in praxi ſeruandum dicit *Suarez loc. cit.* apertè verò dicit *Suarez loc. cit.* non eſſe peccatum ſi Sacerdos celebraret hora, & dimidia ante ortum Solis. Suar.

Rodriq. Fernand. Palud. Victor. & Pitig. Diana. Addunt *Rodriquez, Fernandez, Paludanus, Victoria, & Pitigianus cit. à Diana de celebrat. Miſſarum reſol* 33. poſſe anteuerti tempus, vt Miſſa finiatur hora, & dimidia incipiente, ante radios manifeſtos Solis, quod eſt aſſerere. poſſe Miſſam incipi duabus horis, ante apertos radios ſolis.

PE-

Digitized by Google

PETES XXXXXIII.

An Sacerdos, peccet mortaliter, ſi in aliquo loco, vbi non adeſſet Miſſale, celebraret Miſſam.

Diana. RESpondetur, ex multis *DD.* teſte *Diana de celebrat. Miſſarum reſol.* 46 peccare huiuſmodi Sacerdotem celebrantem ſine Miſſale.

Diana. Layman Citat *Diana, Layman. tract.* 5. *c.* 6. *nu.* 12. *& non num.* 17. & refert quod dictus *Layman* oppoſitum teneat, nempè quod non ſub peccato tenent Sacerdos celebrare cum Miſſale, nam, vt ego vidi, hoc non dicit, ſed requirit miſſale ad celebrandum.

PETES XXXXXIV.

An Sacerdos, qui ex intentione non nominat aliquem ſanctum eorum, qui ſunt in Canone Miſſa, ponuntur, peccet mortaliter.

Nugno. RESpondetur, ex *Nugno in* 3. *par. to.* 1. *q.* 83. *art.* 2. *dub.* 2. *concluſ.* 2. peccare mortaliter. Sed

Filiucc. Homobo. Diana. *Filiuccius tom.* 1. *tract.* 5. *num.* 155. & colligitur ex *Homobon. cit à Diana de celebrat. Miſſarum reſol.* 49. non peccare mortaliter.

PETES XXXXXV.

An in nocte natalis Sacerdos nolens celebrare omnes tres Miſſas, ſed vnam tantum, poſſit relinquere primam Miſſam, & dicere ſecundam, vel tertiam ſi placuerit.

Diana. RESpondetur, ex communi *DD.* ſententia. teſte *Diana de celebrat. Miſſarum reſol.* 39 poſſe dicere Miſſam primam, vel ſecundam, vel tertiam, ſi Sacerdos vnam tantum Miſſam in die natiuitatis celebrare voluerit.

PETES XXXXXVI.

An Sacerdos obligatus quotidie celebrare, poſſit ex cauſa maioris honeſtatis vnam Miſſam in hebdomada omittere?

RESpondetur, ſi inſtitutio, ſeù legatio, ac obligatio Miſſæ quotidianæ, referatùr ad locum, vt ſi dicatur Miſſa quotidie in tali Eccleſia, in altare maiori, vel in tali cappella, tunc Sacerdos qui huiuſmodi onus habet Miſſæ celebrandæ, tenetur quotidie ſine vacatione celebrare per ſe, vel per alium. ita affirmant *DD.* teſte *Fraxinell. de obligat. Sacerdotis concluſ.* 4. §. 1. *fol. mihi* 104. Fraxin.

Si verò inſtitutio Miſſæ quotidianæ referatur ad perſonam Sacerdotis, his verbis, vt per ſe, vel per alium celebrare teneatur, & tunc fundatio Miſſæ non admictit vacantiam, & conſequenter tenetur Sacerdos quotidie celebrare, & nullam Miſſam poteſt ſibi vel alij applicare.

Si autem inſtitutio cappellaniæ, his verbis fundatur: Eligatur Cappellanus, qui quotidie celebret: & tunc Sacerdos non tenetur quotidie celebrare, ſed poſſe aliquoties in anno, vt quater, vel ſexies, pro ſeipſo, vel pro aliquibus ſibi valdè coniunctis, vel benefactoribus celebrare; quia credibile eſt pium inſtitutorem quotidianæ Miſſæ ſi de tali caſu præcogitaſſet, vel interrogatus fuiſſet, id minimè negaſſe.

Ita *Alfonſus de Leone, & Lychet.* quos citat, & ſequitur *Fraxinellus de obligat. Sacerdotis concluſ.* 4. *ſect.* 4. *fol. mihi* 108. Alfonſ. de Leon. & Lych. Fraxin.

PETES XXXXXVII.

An Cappellanus obligatus ſingulis diebus dicere Miſſam excuſari debeat ægritudine impediente?

RESpondetur, ſi expreſsè haberetur in fundatione, quod non lucretur fructus cappellaniæ, niſi Miſſas dicere curet per alium, tunc tenebitur, vel per alium ſupplere, vel ipſe cum conualuerit, eas dicere, niſi longa eſſet tardatio, vel ratam reſtituere; ſi verò id non dicitur in fundatione, ſed ſimpliciter quod dicantur tres Miſſæ in hebdomada, & ob id certa quantitas cappellano conſignetur, eſt diſtinguendum, ſi infirmitas eſſet breuis, puta vnius, vel duorum menſium, non teneretur cappellanus iterum dicere, aut reſtituere.

Non enim eſt credibile fundatorem voluiſſe, ità ſtrictè obligare, cùm ſuã mentem non explicaret, nec certè eſt

Digitized by Google

rationabile tantum emungere. Si verò largitior ſit infirmitas tenebitur cappellanus, vel miſſas per alium dicere, vel reſtituere, ne tanto tempore fraudentur defuncti. ita *Naldus verbo miſſa*, & ante ipſum *Petrus, Nauar. lib.2.c.2.nu.210.*& ſuffragatur, quod decernitur in *l. arboribus §. de illo ff. de vſufructu*, quo loco *Gloſſ.* adnotauit ſalarium famulo eſſe præſtandũ, quo tempore ægrotus ſit, quam ſententiam probant, *Innocent. Ioan. Andreas, Barb. in c.3. de loc.25. Dominic. in §. qui verò cap. boſt. & fauet l.4. §. ſticus ſi hac ff. de ſtatis lib. vlt.* vbi conditio ſeruiendi certo tempore cenſetur contigiſſe, ſi eo tempore, morbo impediente, non eſt ſeruitium præſtitum.

Naldus. Pet. Na. Innoc. Io. Andr. Barb.

P E T E S XXXXVIII.

An Miſſæ celebrari poſſint in oratorijs priuatis cum licentia Epiſcopi.

RESpondetur negatiuè, nempè non poſſe concedi licentiam ab epiſcopo, vt miſſæ celebrentur in oratorijs priuatis, vt patet ex littera Sacræ Cõgregationis ad Archiepiſcopum Bononienſem relata per extenſum à *Naldo verbo Miſſa*, ſed eſſe recurrendum ad Sedem Apoſtolicam pro eiuſmodi licentia celebrandi in oratorijs priuatis.

Naldo.

P E T E S XXXXIX.

An Sacerdos celebrans in peccato mortali, peccet tripliciter, nempè quia indignè conſecrat indignè offert, & indignè ſumit Corpus Chriſti.

RESpondetur, ex communi *DD.* ſẽtentia teſte *Diana de celebratione Miſſarum reſol.24.* vnum commiĉtere peccatum mortale quia conſecratio, & oblatio, ſunt ordinati actus ad rectam ſumptionem: ſed ſumptio eſt vna, ergo vnum eſt peccatum quando indignè ſumitur. Scio verò alios *DD.* aſſerere tria peccata mortalia commiĉtere Sacerdotem celebrantem in peccato mortali.

Diana.

Notant denique Doctores, teſte eodem *Diana loc. cit.* Sacerdotem celebrantem in peccato mortali non commiĉtere duo peccata vnum videlicet quia celebrat in peccato, & alterum quia omiĉit cõfeſsionem illius peccati, quia confeſsio in illo tempore obligat in ordine ad communionem, & vbi eſt vnum propter aliud, eſt vnum tantum.

Diana.

Scio etiam alios *DD.* aſſerere commiĉtere duo peccata, & eſt opinio præſertim *Molſeſ. in ſumma tom. 1. tract. 3. c.8. num.9.*

Molſeſ.

P E T E S XXXXX.

An Sacerdos, qui miniſtrat alijs cum peccato mortali in Miſſa, vel extra Miſſam Euchariſtiam peccet mortaliter.

RESpondetur, ex *Valentia, Suarez, Coninch.* & alijs, teſte *Diana de celebrat. Miſſar. reſol.23.* peccare mortaliter. Sed *Syluius, & Gabrera in 3.p. q. 64. art.6. Vaſquez in 3 p. tom.2. diſp.136. cap.3. num. 38. Ledeſma in ſumma ſacram. tract 4. num.6. Ioann. de la Cruz in direct. conſil. par.2. quaſt.4. dub.3. concluſ.1.* & alij apud *Diana loc. cit.* tenẽt non peccare mortaliter Sacerdotem in mortali miniſtrantem Euchariſtiam in Miſſa, ideſt poſt completam miſſam, & extra miſſam; nam certiſſimum eſt apud omnes Doctores celebrantem miſſam in peccato mortali, peccare mortaliter, ſed caſus eſſet ſi Sacerdos poſt completam miſſam commiĉteret peccatum mortale, & antequam ab altare diſcedat, ex præconſecratis alijs Euchariſtiam miniſtraret, vel ſi non celebraſſet miſſam, accederet cum ſuperpelliceo, & ſtola ad altare ad miniſtrandam Euchariſtiam alijs perſonis, vt ſæpè numero accidit in eccleſijs, vbi adeſt concurſus populi; ratio verò cur non peccet huiuſmodi Sacerdos mortaliter, eſt quia qui miniſtrat Euchariſtiam non eſt miniſter Dei proximè ad iuſtificationem, ſicut in alijs ſacramentis, ſed tantum eſt veluti applicans actiua paſsiuis: in alijs autem ſacramentis, Sacerdos ſimul conficit, & miniſtrat ſacramentum, non autem in hoc, non autem eſt idem conficere, & alijs miniſtrare, quia ſacramentum Euchariſtiæ non conſiſtit in vſu, ſicut cætera ſacramenta, nam ſacramentum Euchariſtiæ poſt conſecrationem permanet, non

Valent. Suar. Coninch. Diana. Sylu. Gabrera. Vaſq. Ledeſ. Ioa. de la Cruz. Diana.

Digitized by Google

non autem alia ſacramenta poſt vſũ permanent.

PETES XXXXXXI.

An ſimplex Sacerdos, nullo impedimento detemptus, peccet mortaliter non celebrando, modo communicet in Paſchate, nec adſit ſcandalum, vel contemptus?

D. Thom. Nauarr. Suar. Sylu. Bonac. RESpondetur, ex *D. Thom. in 3. p. q. 82. art. 16. Nauarr. cap. 25. nu. 88. Suarez in 3. par. tom. 3. diſp. 80. ſect. 9. Sylu. verbo miſſa*, & pleriſque alijs Doctor. apud *Bonac. diſput. 4. q. vltima, punct. 7. num. 1.* Sacerdotem non legitimè impeditum, mortaliter peccare, ſi numquam celebret toto anno, quia quantum eſt ex parte ſua, fecit, vt in vanum receperit gratiam Dei, cùm in ordinatione ſacerdotali poteſtatem acceperit conſecrandi, & videtur hoc præceptum fuiſſe à Chriſto, cum dixit Apoſtolis, hoc facite in meam commemorationem.

Hinc

Bonac. Doctores colligunt, teſte *Bonac. loc. cit.* ſimplicem Sacerdotem ne in culpam lethalem incidat, debere aliquoties in anno, vt ter, vel quater celebrare, ſaltem in diebus feſtis præcipuis, vt in die natalis Domini, Reſurrectionis, & Pentecoſtes: non tamen iudicandum eſſe reum mortalis culpæ, qui aliquibus diebus etiam præcipuis non celebrat, præciſo alio præcepto, modo miſſam audiat.

Bonauē. Victor. Caiet. Diana. Bonac. Sed *D. Bonauent. in 4. diſt. 12. q. 2. artic. 2. q. 2. Victoria in ſumma num. 94. Caietan.* & alij *cit. à Diana de celebrat. Miſſarum, reſol. 19.* & alij *cit. à Bonac. loc. cit.* opinantur Sacerdotem ſimplicem, nullo detempto impedimẽto, non peccare mortaliter, non celebrando, modo communicet in Paſchate, & abſit ſcandalum, & contẽptus; Sed prima opinio ſatis mihi arridet, & eſt probabilior.

SED

Maior difficultas, an ſi præcipiat Epiſcopus celebrare in ſingulis diebus Dominicis, teneantur ſimplices Sacerdotes celebrare ſolum ex vi ſolius ordinis, & præcepti Epiſcopi.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

Concil. Trid. SVppono, *Tridentinum ſeſſ. 23. cap. 14.* hæc ſequentia, ac formalia verba dicere: Curet Epiſcopus, vt ij, qui ad Presbyteratus ordinem aſſumuntur ſaltem diebus Dominicis, & feſtis ſolemnibus, miſſas celebrent.

His poſitis.

Reſpondeo vigore *Tridentini loc. cit.* poſſe Epiſcopum imponere huiuſmodi onus ſimplicibus Sacerdotibus celebrandi in diebus prædictis ſub mortali peccato, & quamuis Sacerdotes non celebrantes Dominicis, & feſtis ſolemnibus non peccent grauiter, antequam præceptum illis iniugatur ab Epiſcopis, cum decretum Concilij non dirigatur ad Sacerdotes, ſed ad Epiſcopos, nihilominus, poſtquam Sacerdotes præceptum celebrandi acceperint ab Epiſcopis, tenebuntur ſub mortali ſingulis dominicis, & diebus feſtis celebrare, vt patet ex *Nauarr. in ſumma c. 25. num. 188.* Nauarr.

Huiuſmodi verò præceptum celebrandi diebus dominicis, & feſtis ſolemnibus eſt latum in Prouincia Mediolanenſi, vt teſtatur *Bonac. diſp. 4. q. vlt punct. 7. tom. 1. num. 3.* Bonac.

PETES XXXXXXII.

An Sacerdos, qui aduertit, vel notabiliter dubitat, aliquem defectum contigiſſe circa integritatem formæ, ſatisfaciat repetendo tantummodo verbum quod credit omiſſum fuiſſe.

REſpondetur, non ſatisfacere repetendo ſolum verbum omiſſum, ſed debere totam formam repetere, ſi aliqua verba interiecta fuerunt, aut longum tempus interceſsit, ita vt repetitis ſolum verbis omiſsis nõ ſubſiſtat integra ſignificatio totius formæ, nam vt ſacramentum conficiatur, requiritur talis ſignificatio, qua effici poſsit ſacramentum; ſignificatio autem ſacramentorum eſt practica, cum faciat ſignificando, & ſignificet efficiendo: ſignificatio autem qua efficitur ſacramentum, non ſubſiſtit, ſi aliquod verbum tantummodo ſuppleatur, quotieſcumque aliqua verba, interiecta fuerunt, vel longum tempus interceſsit. ita *DD. apud Bonac. diſp. 4. q. vltim. punct. 10. num. 13.* Bonac.

PE-

PETES XXXXXXIII.

Quando Sacerdos dubitat, an habuerit intentionem conſecrandi formalem, aut virtualem, an teneatur iterum conſecrare?

Suar. Reſpondetur, ex *Suarez in 3. par. tom 3. diſp. 85. ſect. 1.* Si verum eſſet dubium, tunc reiteranda eſſet forma, ſaltem ſub conditione mente concepta.

Suar. Aduertit præterea *Suarez loc. cit.* doctrinam ſcitu dignam quod ſi quis non recordetur dixiſſe formam conſecrationis v.g. non ob id eſſe repetendam conſecrationem ſub conditione, quia præterita actio facillimè è memoria labitur, quando cum ipſa actione non coniungitur actualis reflexio, & conſideratio illius. Secus autem ſi cum illa obliuione coniunguntur aliqua indicia, & rationes probabiles dubitandi, an aliquid omiſerit, nam tunc pro ratione dubitationis agere debet, & hoc non ſolum in hoc negotio, ſed in quacunque recitatione officij eccleſiaſtici obſeruandum eſt.

PETES LXIV.

Quidam Sacerdos poſt completam, atque abſolutam Miſſam percipit non ſumpſiſſe vinum conſecratum, ſed in calice appoſitam fuiſſe aquam, & aquam ſumpſit, an teneatur iterum conſecrare?

Suar. Reſpondetur, ex *Suarez loc. cit.* non poſſe conſecrare vinum appoſitū in calice ad integrandum prius ſacrificium, & eadem ratione non teneretur in eo caſu vtramque ſpeciē iterum conſecrare, quia per hoc etiā nō redintegraret prius ſacrificium, ſed nouum diſtinctum offerret, ad hoc autem non tenetur, immò nec poteſt illud offerre: quia vt ſuppoſnimus, iam non eſt ieiunus, cùm calicem aquæ ſumpſerit.

Secus eſt dicendum, vt alibi dictum eſt, ſi durante eodem ſacrificio percipiat Sacerdos ſumpſiſſe aquam, & non vinum conſecratum, nam tunc debet ſupplere defectum ſanguinis etiam ſi non ſit ieiunus, & debet iterum apponere ſolum vinum cum modica aqua in calice, & de nouo conſecrare, abſque eo quod conſecret aliam hoſtiam Sacerdos, & ſtatim debet ſumere abſque repetitione aliarum cœremoniarum, ſed debet offerre ſaltem mēte, & incipere à ſimili modo, & procedere ad conſecrationem vini tantum, ſi celebratio fieret in publico, ſi autem fieret in ſecretò abſque ſcandalo, iterum eſſet conſecranda alia hoſtia, vt docent *DD* teſte *Diana tract. de celebratione Miſſarum reſol. 7.* Diana.

PETES LXV.

An oblatione hoſtiæ iam facta, ſi offeratur Sacerdoti particula pro communicando laico, poſſit illam conſecrare?

Reſpondetur, ex *Bartholomæo Gauāte in comment. ad rubricas Miſſalis tom. 1. par. 3. tit. 10. num. 19. & Poſſeuino de officio Curati c. 2. num. 27.* probabile eſſe, hoc poſſe fieri, non tamen hoc fieri debet remotius ab oblatione hoſtiæ, puta iam cœpta præfatione, & quando fit oblatio dictæ particulæ, fieri debet oblatio mente cō-cepta. Bart. Ga. Poſſeuin.

PETES LXVI.

An Curatus, qui propter impedimentum temporaneum, vel etiam perpetuum, puta quia non poteſt legere officium, eo quod habeat characteres paruos, ſed non impeditur legere in Miſſale habente caracteres grandiores, an poſſit dicere Miſſam abſque recitatione officij.

Reſpondetur, ex *Soto, Azor, & Toledo cit. à Poſſeuino de offic. Curati c. 2. num. 17 fol. mihi 21.* poſſe huiuſmodi curatum dicere Miſſam, etſi officium non dixerit propter impedimentum temporaneum, vel perpetuum. Soto. Azor. Toledo. Poſſeuin.

PETES LXVII.

An Sacerdos, qui præterita die applicauit Miſſam pro Petro, & poſtea Miſſam celebrando, nihil de applicatione ſacrificij cogitauit, ſatisfecerit ſuæ obligationi, quod eſt quærere; an Sacerdos actualiter, vel virtualiter debeat applicare ſacrificium pro eo, qui dedit ſtipendium.

Re-

Digitized by Google

Suar. RESpondetur, ex *Suarez in 3.p.tom. 3. diſp.13. ſect.3. concl.2.* & alijs grauibus Doctores, quod ſi Sacerdos præterita die abſolutè, ac determinatè applicat pro Petro craſtina die fructum ſacrificij offerendi valet talis applicatio, licèt poſtea in Miſſa, nihil de tali applicatione Sacerdos cogitet; Si verò non applicat determinatè, ſed habeat voluntatem craſtrina die applicandi pro Petro ſacrificium, in hoc caſu talis applicatio non valet.

Ex his.

Suar. Colligit idem *Suarez loc. cit.* quod eſt diſpar ratio inter applicationem ſacrificij, & intentionem conficiendi ſacrificium, quia voluntas, qua offertur ſacrificium, non eſt neceſſaria, vt ſit operatiua ſacrificij, ſed ſolum applicatiua fructus eius, & ideò fieri poteſt per ſimplicem voluntatem, quæ antecedat ipſum ſacrificium, & poſtea nihil circa ipſum operetur, at verò intentio conficiendi ſacramentum, debet eſſe intentio operatiua, cõficiendi ipſum ſacrificium, & ideò quando nihil actualiter, ſeù virtualiter operetur, non eſt ad ſacramentũ ſufficiens: & neque eſt propria voluntas efficax.

Vnde apparet, quod ad applicandum ſacrificium non requiritur intentio, quæ virtualiter duret tempore ſacrificij, ſicut requiritur ad conficiendũ ſacramentum, ſed ſufficit quod Sacerdos, applicet abſolutè ſacrificium tali die offerendum, modo talis intentio non fuit poſtea reuocata.

Beiam Berarducc. Fraxine. Diana. Scio verò *Beiam Berarducim, & Fraxinellum cit. à Diana de celebrat. Miſſarum, reſol.47.* aliter ſentire, qui putãt Sacerdotem, in memento debere applicare valorem Miſſæ pro eis pro quibus, tenetur celebrare.

PETES LXVIII.

An in memento Sacerdos obligatus ad celebrandum ratione eleemoſynæ, poſſit pro ſe, vel pro alijs ſuis amicis orare in eadem Miſſa ob quam Sacerdos recipit mercedem, pro applicatione.

RESpondetur affirmatiuè, nempè poſſe Sacerdotem obligatum ad celebrandum pro alio, in eadem Miſſa orare pro ſe, vel pro alijs amicis, quia valor medius quoad applicationem ſatisfactionis, tenetur Sacerdos applicare cui dedit eleemoſynam, non autem prohibetur Sacerdoti quin etiam pro alijs poſsit effundere preces, vt rectè docet *Fraxinellus de obligatione Sacerdotis ſect.6. in reſponſ.ad 7.inconueniens.* Fraxine.

PETES LXIX.

An Sacerdos celebrans extra ſuam diæceſim in canone teneatur nominare Epiſcopum domicilij, an Epiſcopum loci, vbi celebrat.

RESpondetur, ex *Nauarr. cap. 25. num.111.* & alijs DD teſte eodem *Nauarr.loc.cit.* debere nominare Epiſcopum, vbi habet domicilium, non autem Epiſcopum alterius Ciuitatis in qua, vt hoſpes moratur. Nauarr. Nauarr.

PETES LXX.

An poſſit Sacerdos offerre Miſſam pro excommunicatis.

RESpondetur, ex *Nauarr. cap. 27. num 36 Henriquez lib.13. cap.11. num.2. Sanchez lib 7 de matrim. diſp. 9.num.8. Suarez tom 5 3.par. diſp.11. ſect 4 num.5.* & alijs teſte *S. Fauſto de Eucharistia lib.2. q.81.* id fieri poſſe, nempè offerri poſſe ſacrificium pro excommunicatis, modo non ſint denunciati, vel publici percuſſores Clericorum, quia per *Concilium Conſtantienſe* cum excommunicatis toleratis poſſumus communicare tùm in humanis, tùm in diuinis. Neque obſtat quod dictum Concilium nihil conceſsit in fauorem excommunicatorum; nam hoc non tàm eſt in fauorem ipſius excommunicati, quam in commodum, & fauorem Sacerdotis offerentis, qui ſtipendium accepit pro Miſſæ celebratione, & etiam meretur dum pro ſic excommunicatis non denunciatis nec publicis clerici percuſſoribus offert, pro quibus offerre ab Eccleſia non prohibetur. Nauarr. Henriq. Sanchez. Suar. S. Fauſt. Concil. Conſtan.

Dixi ſi non ſint excommunicati denũciati, vel publici percuſſores clerici, nam pro iſtis non poteſt directè Sacerdos Miſſæ ſacrificium, aut publicas orationes offerre, quia hoc prohibe-

hibetur ex *cap. à nobis 2. & c. ſacris de ſententia excommunic.* & ex *Bulla Mart. V.* ad euitandum, cùm ſit vnus ex præcipuis effectibus excommunicationis.

Excipitur verò dies ſextæ hebdomadæ ſanctæ, nam in illo die poteſt Sacerdos directè orare pro excommunicatis vitandis, ideſt denunciatis, vel publicis clerici percuſſoribus, quia orare pro excommunicatis vitandis non eſt per ſe malum, nec iure diuino prohibitum, quare potuit eccleſia pro ſua auctoritate ab illa generali prohibitione excipere illum diẽ in quo fit memoria mortis Chriſti, quæ ad omnes quoad ſufficientiam pertinuit: congruum ergo fuit, vt etiam Eccleſia ea die neminem à ſuffragijs excluderet, nam etiam pro paganis, & iudæis publicè orat. ita *Sotus in 4. diſt. 11. q. 2. art 7. ad 2.* Soto.

PETES LXXI.

An poſſit Sacerdos, vt priuata perſona orare in Miſſa pro excommunicatis denunciatis, vel publicis clerici percuſſoribus?

Nauarr. Reſpondetur, ex *Nauarr. in ſumma cap. 27. num 36* poſſe Sacerdotem in Miſſa pro excommunicatis prædictis, nempè denunciatis, vel publicis percuſſoribus clerici, vt priuatã perſonam orare, non vt publicam, quæ facit nomine Eccleſiæ hoc enim numquam Eccleſia prohibuit, & ex eadem ratione poteſt Sacerdos, vt priuata perſona orare pro quouis infideli, vt benè aduertit *Nauarr. loc. cit.* & eſt communis doctrina. teſte *S. Fauſto lib. 2. de Euchariſtia q. 84.* Nauarr. S. Fauſt.

Nauarr. Bellarm. Addo præterea cum eodem *Nauarr. loc. cit. & Bellarm. lib. 7. c. 6. de controuerſiis*, & alijs poſſe Sacerdotem dicere Miſſam, & eius valorem applicare pro alijs non excommunicatis, eo tamen fine, & intentione, vt totum illud opus orandi, & applicandi Miſſam pro alijs, accipiat Deus pro oratione priuata, vt excõmunicatus etiã denunciatus conuertatur, quia tunc orat, & offert Sacerdos nomine Eccleſiæ Miſſam pro alijs tamquam miniſter publicus Eccleſiæ, & vt perſona particularis pro ipſo excommunicato vitando, ac perinde tunc eſt, ac ſi pro excommunicato non denunciato in memento Miſſæ oraret, nam aliud eſt applicare ſacrificium Miſſæ, aliud eſt applicare illud opus applicandi alteri.

Addit denique *Nauarr. loc. cit.* pro excommunicato vitando, ſeù denunciato poſſe Sacerdotem orare in Miſſa, quando ſcit excommunicationẽ fuiſſe nullam, & etiam ſi fuit valida excommunicatio, ſed fuit ex iniuſta cauſa, nempè poſſe Sacerdotem pro illo excommunicato orare etiam, vt perſonam publicam. Nauarr.

PETES LXXII.

An pro iuſtis excommunicatis, ſed contritis poſſit Sacerdos, vt publica perſona orare in Miſſa.

Reſpondetur, ex *Nauarr. cap. 27. num. 36.* poſſe Sacerdotem, vt publicam perſonam orare pro excommunicatis contritis denunciatis modo non fiat expreſsè, ac publicè. citat *Nauar. Hoſtienſ. in c. cum voluntate de ſent. excommunicat.* Nauarr. Nau. Ho.

PETES LXXIII.

An Sacerdos poſſit offerre Miſſam pro infantibus baptizatis?

Reſpondetur, ſi loquamur de ſacrificio Miſſæ, quatenus eſt propitiatorium, ac ſatisfactorium pro peccatis, certum eſt non poſſe tale ſacrificium pro huiuſmodi infantibus offerri, quia iſti ſunt liberi tàm quoad culpam tàm quoad pœnam, ac proindè non indigent ſatisfactione, ſi verò loquamur de ſacrificio quatenus eſt impetratorium, poſſe ſacrificium offerri pro dictis infantibus, vt ſcilicet Deus illos ſeruet incolumes, ac tribuat ijs neceſſaria ad vitam corporalem, ad educationem, & inſtitutionem, &c. vt rectè docet *S. Fauſtus de Euchariſt. lib 2. q. 79.* S. Fauſto.

PETES LXXIV.

An Sacerdos poſſit Miſſæ ſacrificium offerre pro fidelibus exiſtentibus in peccato mortali

Reſpondetur, ſi loquamur de ſacrificio Miſſæ quatenus eſt meritorium,

rium, ac ſatisfactorium, non poſſe Sacerdotem offerre ſacrificium pro fidelibus exiſtẽtibus in peccato mortali, quia cum non ſint amici Dei nõ ſunt capaces talis meriti, ac ſatisfactionis. Immò nec poteſt applicari hoc ſacrificium peccatoribus, vt illo mereantur, & ſatisfaciant, quando erunt in gratia. Si verò loquamur de Miſſæ ſacrificio, qua ratione eſt propitiatorium, & impetratorium, tum pænitentiæ tum aliorum Dei beneficiorum poſſe ſacrificium Miſſæ offerri pro peccatoribus exiſtentibus in peccato mortali, quia licèt ipſi in gratia non ſint, ſunt tamen verè Catholici, & Chriſtiani, & Eccleſia offert ſacrificium pro omnibus fidelibus Catholicæ, & Apoſtolicæ fidei cultoribus, vt habetur ex Canone ipſius Miſſæ habentque ipſi peccatores aliqualem vitam per fidem, atque ſpem veram tanquam membra vera Eccleſiæ, vnita fidei, atque ſpei illi coniuncta, & participant magnam vtilitatem, magnumque prouentum ſpiritualem, ex Miſſæ ſacrificio pro eis oblato, & ideò in Miſſali Miſſam propriam pro peccatorum expiatione Eccleſia inſtituit, per quam peccatores habent, quod ſtabiles conſeruentur in fide, atque ſpe, & efficacius ex Miſſæ ſacrificio ad conuerſionem iuuentur, quam ex alijs publicis, aut priuatis orationibus, quas ipſi Sacerdotes Eccleſiæ miniſtri pro his offerre poſſunt.

Denique per hoc ſacrificium illis applicatum, excitantur Sancti, & Angeli eorum cuſtodes, vt pro illis Deũ orent, & impeditur Diabolus, ne illos plus nimio tentet, & ne vicens plus nimio etiam noceat, & ne ligatos teneat in continuo affectu peccati.

PETES LXXV.

An Sacerdos ſacrificans teneatur ſumere eandem hoſtiam, quam conſecrauit?

Reſpondetur, non teneri, nam multi Sacerdotes, dum renouant Euchariſtiam cõſumant hoſtias ab alio conſecratas, & eam quam conſecrãt, reponunt in pyxide, vt rectè probat *S. Fauſtus de Euchariſtia lib. 2. q. 278.* S. Fauſt.

PETES LXXVI.

An qui in mortali exiſtens videt Corpus Chriſti, peccet?

Reſpondetur, infideles, Cathecumenos interdictos, vel excommunicatos peccare venialiter, non autem fideles peccatores, vt docet *D. Tho. in 4. diſt. 9. q. 11. art. 3. q. 6. & in 3. p. q. 80. art. 4. ad 4.* D. Thom.

PETES LXXVII.

Vtrum laici, & fœminæ ſacra vaſa, ac linteamina, quæ tangunt Corpus Chriſti, vt ſunt calix, patena, corporale, pyxis, ara, atque etiam purificatorium immediatè, & nuda manu tangentes, peccent?

Reſpondetur, ex *Soto in 4. diſt. 13. q. 2. art. 3. ad 3.* forſitan eos nullum peccatum committere, ſecluſo contemptu, ne quidem veniale, aut ſaltẽ leuiſsimum, quia Canones id prohibentes ſolum de conſilio loquuntur, non de præcepto. Soto.

At in contrarium eſt communis opinio, nempè quod laici, & fœminæ, quæ hæc omnia immediatè, & nuda manu tangunt, etiam ſi citra contẽptum id faciant peccant venialiter ſi ſine iuſta cauſa tangunt ſupradicta, vt communiter docent DD. teſte *S. Fauſto de ſacrificio Miſſæ lib. 2. q. 165.* Ratio eſt, quia in *cap. Sancta d ſ. 1. de conſecrat. & cap. ſacratas, diſt 13.* huiuſmodi contactus expreſsè prohibetur, & quia non videtur eſſe res adeo grauis, idcirco *DD* putant eſſe ſolum peccatum veniale. S. Fauſt.

Poſita verò iuſta cauſa tangendi ſacra vaſa, &c. nec etiam committitur peccatum veniale. Quando vaſa ſacra, videlicet, calix, patena, corporale, pyxis actualiter in ſe continent corpus, & ſanguinem Chriſti à nemine tangi poſſunt præter Sacerdotem, & Diaconum, & qui ſine iuxta cauſa ea tangit peccat mortaliter, vt habetur ex *cap. non oportet, diſt. 23.* quia eſt materia grauis. ita *Palud. in 4. diſt. 13. q. 1. art. 4. & Suarez in 3. par. tom. 3. diſp. 81. ſect. 8.* & plerique alij. Palud. Suar.

Debent verò lauari corporalia, & purificatoria ſaltem à ſubdiacono in aliquo vaſculo determinato, & ad

hoc ſolum munus deſtinato, quæ lotio non eſt foras proijcienda, ſed effundenda in piſcinam ſacram, aliàs eſſet valdè peccatum graue veniale tùm propter iuris decretum, & aliqualem materiæ grauitatem, tùm etiam propter periculum irreuerentiæ reliquiarum ſacramenti, quæ in corporale, vel purificatio latere poſſunt. Poſt primam verò lotionem poſſunt abſque ſcrupulo à fœminis præſertim Virginibus, ac Deo dicatis ablui, aut etiam reparari ſi egeāt. Caiet. Henriq. ita *Caiet verb. mulierum peccata*, & *Henriquez lib.9.c.28.num* 3. & plerique alij.

PETES LXXVIII.

An Clerici in minoribus, poſſint extra ſacrum ſine peccato veniali, & ſine iuſta cauſa tangere calicem, & patenam, purificatorium, & corporale immediatè, & nuda manu?

Suar. Reſpondetur, ex *Suarez tom.3.in 3. par.diſp.81.ſect.8* non venialiter peccare clericos etiam primæ tonſuræ tantum, ſi tangunt ſupradicta etiam ſine iuſta cauſa. colligit verò Suar. *Suarez* hoc, ex *cap.non oportet* ab ipſo cit. & ex vſu.

Palud. Azor. S.Fauſt. Sed *Paludanus in 4. diſt.13.q.1.art.4. Henriquez lib.9 cap.28. Azor. lib.9. cap.9.q.6. S Fauſt. loc. cit.* dicunt hoc non poſſe fieri ab huiuſmodi clericis, etiam ſi tangunt extra ſacrificiū Miſſæ, quia nunc conſuetudo obtinuit, vt nemo qui ſaltem ſubdiaconus non ſit, ſacra vaſa tangat niſi neceſsitas aliqua vrgeat: puta ſi Acolythus Sacerdoti, nullo præſente ſubdiacono, priuatim præparat ipſi calicem.

PETES LXXIX.

An veſtes Sacerdotales, poſſunt conuerti ad vſus profanos ſine peccato?

Suar. Reſpondetur, ex *Suarez in 3. par tom.3. diſp.8. ſect.81.* id eſſe prohibitum, vt ſi quis vteretur calice in communi menſa, vel palla benedicta, vt communi linteolo, aut ſacra veſte ad profanam repreſentationē, vel ludum, & qui hoc egerit vix poterit à peccato mortali excuſari, vt *Soto* notat cit. à *Suarez loc. cit.* quia Suar. præſefert contemptum eiuſmodi rerum.

Neque obſtat quod interdum Sacerdotes, vel Epiſcopi ſepeliuntur eiuſmodi veſtibus ſacris, quia actus ſepeliendi defunctum eſt actus pietatis, ſeù miſericordiæ ergo vti veſtibus ſacris ad hunc effectum non eſt conuertere illas in vſus profanos, ſed ad actum pietatis, & religionis, & ita eſt conſuetudo, nempè ſepeliēdi Sacerdotes, vel Epiſcopos cum dictis veſtibus ſacris, neque hoc eſt contra ius commune, vt benè probat *Suarez loc.cit.* Suar.

PETES LXXX.

An veſtes ſacerdotales ſint veneranda, atque adoranda, & ad quod genus adorationis pertinet.

Reſpondetur, ex *Suarez* cum communi *DD.* ſententia, quod veſtes Suar. ſacerdotales, vaſa ſacra, nempè calix, & patena ſunt venerandæ, atque adorandæ, quatenus dicunt ordinē ad ſacrificium, in quo includitur Chriſtus Deus, & homo, & quia Chriſtus ratione diuinitatis adoratur adoratione latriæ, conſequenter etiā veſtes ſupradictas eſſe adorandas adoratione latriæ non abſolutè ſicut adoratur ipſe Deus, ſed adorantur adoratione latriæ imperfecto modo, ſcilicet quatenus dicunt ordinem ad ſacrificium, in quo includitur Chriſtus, qui eſt Deus, & homo, ve dictum eſt hoc colligitur ex varijs locis ſeptimæ *Synodi*, & præſertim Synodi. *act.6.tom.5 S. Papa* dicuntur ſequentia verba. *Habemus item, & alia plurima conſecrata vaſa: hæc, quia in nomine tuo facta ſunt, & conſecrata exoſculamur.*

Præterea, qui typum alicuius contumelia afficit, in eum, quem typus repræſentat iniurius eſt, aliæ rationes ſunt adductæ à *Suarez loc.cit.* quas Suar. breuitatis cauſa omicto.

Hinc

Colligitur, ex communi *DD.* ſententia, teſte *Suarez loc. cit.* quod dictis Suar. veſtibus ſacerdotalibus, non poteſt quis vti ad vſus prophanos, non ſolum quamdiù conſecrationem retinent, ſed etiam poſtquam illam ami-

ſerunt

ſerunt per diſſolutionem, vel ſciſsionem, aut fractionem, & quando ſunt attritæ, ſunt comburendæ.

S E D

Dubium eſt de vaſis argenteis, nam poſtquam confracta ſunt, vendi poſſunt, & conſequenter materia eorum conuerti poteſt in communes vſus?

Suar.

RESpōdetur, ex *Suarez loc. cit.* quod talis vſus non eſt à religione alienus, quando fit ex neceſsitate, & pertinet ad pietatem.

Verum materia calicis, & patenæ ad hoc, vt poſsit quis vti ad vſus prophanos debet tranſmutari ferro, & igne quodammodo, vt moraliter nō cenſeatur amplius materia calicis, & patenæ, vel pyxidis.

PETES LXXXI.

An Sacerdos in ſacro faciendo teneatur ordinarium, & regulas Miſſalis obſeruare. ita vt peccet mortaliter, qui eas ſcienter prætermittit. ſecluſo contemptu?

Azor. Bonac. Pitigian.

RESpondetur, ex *Azor. par. 1. lib. 10. cap 10 q. 6. Bonac. de ſacram. diſp. 4. q. vlt punct. 7. §. 3. & Pitigian. in 4. diſt. 13. q 2. art. 4.* peccare mortaliter, & probant ex diplomate *Pij V.*

Diana. S. Fauſt.

Verum alij *DD* apud *Dianam tom. 1. tract. de celebrat Miſſarum reſol. 55.* & apud *S. Fauſtum de Euchariſt. tract. de ſacrificio Miſſæ q. 266.* docent eum non peccare niſi venialiter, modo nō dimittat tantum illam partem, vt nouum ritum in Eccleſiam introducat contra diploma Pij V. nam in hoc caſu peccaret mortaliter.

Ratio eſt cur dictæ rubricæ non obligant ſub mortali, quia illæ non ſunt præcepta, ſed doctrinales quædam inſtructiones, quæ tantam obligationem inducunt, quanta eſt doctrina, in qua fundantur.

Verum qui aliquam grauem cæremoniam omitteret, vt ſi conſecraret ſine vlla cæremonia, vel ſponte, aut ex culpabili negligentia partem notabilem Miſſæ, vt Epiſtolam, Euangelium, præfationem, oblationem panis, & vini prætermitteret, peccaret mortaliter quia violat præceptum in re grauiſsima, idem dicitur de eo, qui omittit, vel addit aliquid de ſuo, puto Litanias, vel Roſarium, aut aliquid aliud animo immutandi, vel inducendi nouum ritum pertinentē ad nouum cultum, vel ſpecialem ſignificationem, nempè peccare mortaliter quia in re grauiſsima Eccleſiæ præceptum infringit. Excuſatur autem à mortali ob paruitatem materiæ, vt ſi omitteret voluntariè Credo, vel Gloriam in Excelſis Deo, aut vnam, vel plures orationes. Si autem id faceret ex cauſa vrgente nihil omnino peccaret, vt docet *Suarez in 3. par. diſp. 83. ſect. 3.* quia iſtæ partes, tametſi quantitate quaſi ſint molis grandiuſculæ, non tamen neceſſariæ ſimpliciter vidētur ad integritatem Miſſæ, ita vt ijs omiſsis Miſſa ipſa propriè mutiletur. ita *Nugnus tom. 1. in 3. p. q. 83 art. 4 dub. 2. Diana de celebrat. Miſſarum reſol. 59. & Filiuccius tom. 1. tract 5. cap. 5. num. 155.* qui idem dicunt, ſi Sacerdos omittat in Canone nomen alicuius Sancti, vel tempore Paſchali ea, quæ interponuntur in communicantes, aut in actione. Hanc igitur oblationem; nec ſi paulo poſt recordetur, repetēda ſunt regulariter, quia id commodè fieri non poteſt moraliter, neque que cohærenter. Suar. Nugnus. Diana. Filiucc.

Quantum ad additionem dico, quod *Pius V.* teſte *S. Fauſto de Euchariſtia lib. 2. tract. de ſacrificio Miſſæ q. 266.* relegauit quemdam Sacerdotem ad triremes, quia in Miſſa, Litanias, & alias Preces recitabat cum ſcandalo populi. Si tamen aliquis mente, vel ſubmiſſa voce adderet poſt eleuationem corporis, vel ſanguinis *Adoramus te Chriſte*, vel poſt communionem, *O ſacrum conuiuium*, vel *In manus tuas Domine commendo tibi ſpiritum meum*; vel *Nunc dimittis ſeruum tuum in pace*, vel quid ſimile nullum peccatum committeret, ſecus ſi, ita vt audiretur, ita *Tabiena verbo Miſſa §. 20. & Fauſt. loc. cit.* S. Fauſt. Tabiena. S. Fauſt.

PETES LXXXII.

An qui ex fundatione beneficij, vel cappellaniæ obligatur ad quotidiè celebrandū de B. Virgine, vel de Requie, ad id præſtandum teneatur.

RESpondetur primò, non teneri Sacerdotem ad celebrandum quoti-

Gauant. Sacra Congregatione Cardinalium declaratum fuiſſe ſub die 39 Februarij 1622. vt teſtatur etiam *Gauant. in comm. rubric. Miſſalis p.3. tit.29. n.24.*

PETES LXXXVII.

An Sacerdos celebrari poſſit capite cooperto ex aliqua infirmitate.

RESpondetur multos *DD.* dixiſſe, hoc poſſe fieri, ſecluſo ſcandalo, & contemptu, ſed nunc petenda eſt licentia à Summo Pontifice etiam ſi adſit cauſa grauis, & ita declarauit Sacra Congregatio Cardinalium, ſupra negotia Epiſcoporum die 2. Ianuarij 1590 & Sacra Rituum Cõgregatio die 31. Iulij 1626. vt docet *Gauant. in comm. rubr. Miſſal. tom.1. p.2 tit.2. litt.F.* Gauant.

PETES LXXXVII.

An religioſi in ipſo die Reſurrectionis Domini poſſint Eucharistiam ſecularibus miniſtrare, ita vt adimpleant præceptum Eccleſiaſticum annuæ communionis.

S.Fauſt. RESpondetur, ex multis *DD.* quos citat, & ſequitur *S. Fauſtus de Euchariſt. lib.2. de ſacrificio Miſſæ, q 280.* poſſe regulares in ipſo die Reſurrectionis miniſtrare Euchariſtiam ſecularibus, & ipſi ſeculares adimplẽt præceptum annuæ communis.

Verum die 20. Martij 1638. Sacra Cõgregatio Cardinalium miſit litteras Eminentiſsimo Cardinali Boncompagno Archiepiſcopo Neapolitano, vt notum faceret omnibus hoc non poſſe fieri, nempè, vt regulares miniſtrent Euchariſtiam die Reſurrectionis ſecularibus, & ſi huiuſmodi ſeculares à manibus regularium recipiunt Euchariſtiam non ſatisfaciũt præcepto annuæ communionis, vt patet ex ſequentibus, ac formalibus verbis litteræ Sacræ Congregationis directæ dicto Eminentiſsimo Cardinali.

Conqueſti ſunt coram Sanctiſsimo Domino Rectores Eccleſiarum Parochialium iſtius ciuitatis de Patribus Theatinis, & Societatis Ieſu quod aſſerere audent perſonas laicas aſſumentes in eorum Oratorijs, ſeù Cõgregationibus Euchariſtiæ ſacramẽtum in die Paſchatis Eccleſiæ præcepto ſatisfacere, cumq; id minimè ſit permiſſum, ſed fideles ſacram cõmunionem tempore Paſchali a proprio, vel ab alio de ipſius Sacerdotis licentia ſuſcipere teneantur Santitas Sua iuſsit Eminentiæ ſuæ ſignificandum, & ſub pęna ſuſpenſionis à diuinis, & alijs ſibi benè viſis id prohibeat præfatis Religioſis, moneatq; ipſos laicos ſacramentum, vt ſupra de manu proprij Parochi teneri ſuſcipere, vt Eccleſiæ præcepto ſatisfaciant, ita igitur pro ſua Paſtorali pietate omnino curabit Eminentia veſtra cui me humillime commendo Romæ die 20. Martij 1638. Eminentiæ Voſtræ Reuerendiſsimæ.

Humiliſs. Seruus.
Cardinalis Veroſpius.

PETES LXXXVIII.

An Miſſa celebrari queat materna, & vulgari lingua.

RESpondetur negatiuè, vt patet ex *Concilio Trident. ſeſſ. 22. c.8* vbi dicitur. Et ſi Miſſa magnam contineat populi fidelis eruditionem, non tamen expedire viſum eſt Patribus, vt vulgari paſsim lingua celebraretur, & aſſerentes, Miſſam tantum vulgari lingua celebrari debere, ſunt excommunicati, vt ibidem dicitur *Can.9. de ſacrificio Miſſæ.* Concil. Trid.

PETES LXXXIX.

An ſit peccatum mortale Miſſam celebrare cum omnibus veſtibus ſacris, ſed valdè attritis, & laceris, ac immundis.

RESpondetur, ex *Syluest. in ſumm. verbo Miſſa 1. q.2. & verbo vaſa num.1. Armill. verbo corporalia nu.2. Tolet. lib.2. cap.2. Suarez in 3. p. diſp. 83. ſect.3.* & alijs communiter affirmatiuè, nempè peccare mortaliter, ſi cum ſupradictis veſtibus attritis, & immundis Sacerdos celebraret. Vnde *Innoc. III. in iure cap. de cuſtodia Eccleſiæ, vel Altaris,* præcipit, vt Oratoria, vaſa, corporalia, & veſtimenta ſacra, munda, & nitidè ſeruentur, grauiterque redarguit Clericos, qui in hoc negligentes exiſtunt, quod ma-

Sylu. Armill. Tolet. Suar. Innoc. 3.

Digitized by Google

dorem, vel reſurrectionis gloriam, quam nunciantes Angeli in albis veſtibus apparuerunt.

Cingulum, quod albam conſtringit ne defluat, & ingreſſum impediat, ſignificat tũ funes, quibus in horto Chriſtus Dominus ligatus fuit, & flagellum, quo à Pilato fuit in Paſſione cœſus. Tum eius iuſtitiam iuxta illud *Iſai.* 11. erit iuſtitia cingulum lumborum eius.

D.Bonau. Tum denique, ex *D.Bonau in Miſſa expoſitione*, puriſsimam eius caſtitatem
D. Grego. Luc. 12. iuxta expoſitionem *D.Gregor.homil.* 13. *in illud Luc.* 12. *Sint lumbi veſtri præcinti.*

Manipulus, qui in ſiniſtra pendet ſignificat funem, quo Chriſti manus
Durand. à Iudæis ligatæ ſunt, ex *Durand. in*
Sotus. *rational.lib.*3.*c* 3. vel ex *Soto in* 4.*diſt.* 13.*q.*2. *art.*4. quo Chriſtus fuit ligatus columnæ.

Dicitur manipulus à manu, eo quod quaſi manu tegit, & ornat, vel quia à manu tenetur ſtola ſignificat funẽ, quoad Caluariæ locum Chriſtus ductus fuit, vel ſignificat crucem impoſitam ſuper humeros Chriſti, & eius obedientiam vſque ad mortem, vel Chriſti Paſsionem, quam debet Sacerdos geſtare in pectore dum ſacrificat.

Caſula, quæ cæteris ſuperinduitur ſe-
D.Bona. cundum *D. Bonauent.*] quod veluti parua caſa totum hominem tegat repreſentat, tum coccineam veſtem, qua per irriſionem Chriſtus Dominus fuit indutus à militibus in eius Paſſione, quando Pilatus oſtendit eum populo dicens: *Ecce homo*, vociferantibus cunctis tolle tolle, crucifige eum; tum tunicam illius inconſutilem, qua ipſe, vt crucifigeretur exutus eſt.]

Verum huiuſmodi veſtimenta ſacerdotalia non ſolum poſſunt referri ad Chriſtum, ſed etiam referri poſſunt ad Sacerdotem quapropter ſi indumenta ſacra referuntur ad Sacerdotem. Amictus ſignificat, vel fortitu-
Heſychio. dinem, vt placet *Heſychio lib* 5. *in Leuiticum*, iuxta illud 106.*cap.*40. accinge, vt vir lumbos tuos, vel ſpem qua Sacerdos debet accedere ad offerendum Deo tam admirabile ſacrificium, & ideo dum Sacerdos induitur Deum orat in hunc modum: *impone Domine capiti meo galeam ſalutis ad expugnandos diabolicos incurſus.* Galea enim ſalutis metaphoricè ſpem ſignificat iuxta illud *Pauli* 1. *Cor.* & *Theſ.*5. *induti loricam fidei*, & *charitatis.* Pau. 1. c.

Alba ſignificat tum nouitatem vitæ in quam per Chriſtum tranſlati ſumus abiecto pelliceo veſtimento veteris Adæ, & *Euæ*, *Gen* 3. iuxta illud Apoſtoli *ad Epheſ.* 4 *deponite vos ſecundũ* Gen. 3. Epheſ.4.
priſtinam conuerſationem veterem hominem, vt ſentit *Rupert.l.b.*1. *de diuinis officijs cap.*20. Tum candorem virtutis, & conuerſationis, quam emulari debemus, & ideo dum illam Sacerdos induit; Sic orat *Dealba me Domine, & munda cor meum.* Rupert.

Cingulum indicat carnis macerationem, & caſtitatem, vnde dum ſe cingit in hunc modum Sacerdos orat. *Præcinge me Domine cingulo puritatis, & extingue in lumbis meis humorem libidinis, vt in me maneat virtus continentiæ, & caſtitatis*, iuxta illud *Luc.* 12. *Sint lumbi veſtri præcincti.* Vnde Luc. 12.
D.Gregor. Lumbos præcingimus, cum D.Greg.
carnis luxuriam per continentiam coarctamus.

Manipulus ſignificat, tum cordis compunctionem veramque pœnitẽtiam, qua Sacerdos accedere debet ad altare, & ideo dum orat, ac ſe induit ſic ait, *Merear Domine portare manipulum fletus, & doloris, &c.* Tum futuram retributionem bonorum operum, ex *Ruperto lib.*1. *diuinorum officiorum c.*33. iuxta illud *Pſalm.* 125. Ruperto. Pſal.125.
Euntes ibant, & flebant mittentes ſemina ſua. venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos ſuos.

Stola ſuaue iugum Chriſti Domini inſinuat. Vnde in ordinatione dum ei ſtola humeris imponitur. ita dicitur [accipe iugum Domini, quia ſicut homo per inobedientiam à Deo ſeparatus eſt, & ſtatum gratiæ amiſit, ita periugum obedientiæ, & diuinæ legis obſeruantiam, in eum ſtatum quem amiſit, eſt reſtituendus.] idcirco dum hac veſte Sacerdos ſe induit, ſic orat. [Redde mihi ſtolam immortalitatis, quam perdidi in præuaricatione primi parentis, &c.

A collo ad interiora dependens vtrumque latus ornat, vt *Concilium Bracha* Concil.
nenſe 3.*cap* 3. dicit. [Sacerdotem per Brachan.
arma iuſtitiæ à dextris, & à ſiniſtris, ideſt in proſperis, & aduerſis, oportere

Digitized by Google

tere eſſe munitum, quia ſcriptum eſt: patientia vobis neceſſaria eſt, vt reportetis promiſsiones: & cancellatur in modum crucis ante pectus, tùm ex *D. Bonauentura*, vt Paſsionē Chriſti peruigili meditatione in corde, & corpore per mortificationem terrēnæ delectationis deferamus: tùm ad deſignandum, eodem teſte, populum iudaicum in ſiniſtram tranſiſſe, gentilem in dexteram.

D. Bona.

Denique caſula, ſeù planeta, quæ ſuper imponitur reliquis indumentis, & eſt diffuſa, & lata, ſignificat ſecundum *D. Bonauenturam loc. cit. & Hugonem lib. 2 de ſacramentis p. 4. c. 11.* Charitatem ſine qua Sacerdos nunquam exercere debet officium ſuum, ſignificata in veſte nuptiali Matth. 22.]

D. Bonau. Hugon.

Matt. 22.

PETES LXXXXVI.

Cæremoniæ, quæ fiunt in ipſa celebratione Miſſæ, quid ſignificant?

RESpondetur, Ingreſſus Sacerdotis ad altare de ſacreſtia ſignificat Aduentum Chriſti de ſinu Patris.

Thuriferarius cum thuribulo fumigante ſignificat naturam humanam orātem Deum pro redemptione mundi.

Duo acolythi ſignificant, legem, & prophetas.

Subdiaconus, & diaconus ſignificant Sanctos Patres vicinos natiuitati Chriſti, qui parant viam Domini. ita *Hugo vict. in ſpec. cap. 7.*

Hugo.

Quando ſe inclinat Sacerdos, & facit confeſsionem ſignificat examinationem Filij Dei, qui formam ſerui accepit in ſimilitudinem carnis peccati, vel ſignificat, mundum ante Chriſti aduentum fuiſſe peccatorum plenum.

Introitus, ſignificat repromiſsiones de Meſsia nobis factas ex veteri teſtamento.

Poſt introitum ſubditur *Gloria Patri, & Filio, &c.* ad denotandum, quo à tota Trinitate, Chriſti Aduentus poſtulatur.

Poſt *Gloria Patri, & Filio, &c.* reſumitur introitus ad deſignandum quod in Chriſto ſunt duæ naturæ, ſcilicet humana, & diuina. Vel ad declarandum iterata deſideria, & voces Sanctorum Patrum antiquorum expectantium Chriſti Aduentum, vnde continuo dicebant: [Emitte agnum Domine dominatorem terræ; Emitte manum tuam de alto, & eripe me. Veni, & noli tardare.]

Poſt introitum dicitur *Kyrie eleiſon*, ideſt *Domine miſerere*, vt *Iſai. 33. Domine miſerere noſtri te enim expectauimus, & Chriſte eleiſon*, ideſt *Chriſte miſerere*: & triplicatur in laudem Sāctiſsimæ Trinitatis, & primo dicitur ter *Kyrie eleiſon*, in laudem Patris, ſecundo dicitur ter *Chriſte eleiſon*. in gloriam Filij. Tertiò dicitur ter *Kyrie eleiſon* in honorem Spiritus ſancti, & dicitur nouies, vt per miſericordiam Chriſti, nouem aſſociemur ordinibus Angelorum, vel quia nouem ſunt genera peccatorum, nēpè originale, mortale, veniale, cordis, oris, operis, infirmitatis, ignorantiæ, & malitiæ. Iſai. 33.

Eſt tamen hic notandum, quod Miſſa in tribus linguis celebratur, ſcilicet Hæbraica, Græca, & Latina. Nam *Alleluia Amen, ò Sanna, & Sabaoth*, ſumuntur de Hæbraica *Kyrie eleiſō, Chriſte eleiſon*. Sumuntur de græca; reliqua omnia ſumuntur de Latina, & dicitur in tribus linguis, quia titulus Chriſti in cruce pendentis ſcriptus fuit hæbraicè, Græcè, & Latinè, vt patet ex *Ioan. VIII. Gloria in excelſis Deo, &c.* repreſentat Hymnum, quem Angeli Paſtoribus nato Domino cecinerunt *Luc. 1.* Vnde Sacerdos dicens *Gloria*, gerit perſonam illius Angeli, Chorus reſpondens, gerit perſonam multitudinis Angelorum: de qua dicitur ibidem *Facta eſt multitudo cæleſtis exercitus, laudantiū Dominum, & dicentium: & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, &c.* Io. VIII. Luc. 2.

Dicitur *Gloria* in medio altaris, quia Chriſtus mediator fuit inter nos, & Deum: per cuius mediationem Deo pacificati ſumus. Vel quia Angelus, qui natiuitatem Chriſti annunciauit Paſtoribus, erat in medio terræ *Luc. 2.* Signum crucis in fine hymni ſignificat circumciſionem. Luc. 2.

Hic hymnus non dicitur ab Aduentu Domini vſque ad Natiuitatem, quia tunc repreſentat Eccleſia meſtitiam veterum Patrum expectantium Chri-

ſti

Digitized by Google

ſti aduentum. Nec à ſeptuageſima vſque ad Paſcha, quia tunc Eccleſia per cantum meroris repreſentat deuiationem primorum parentum finita *Gloria*, Sacerdos vertit ſe ad populum dicens, *Dominus vobiſcum*. ideſt in petitionibus veſtris Dominus tribuat effectum, quæ ſalutatio fuit ſumpta de veteri teſtamento, vt habetur *Iudic.6.* quando Angelus ſalutauit Gedeonem dicens *Dominus tecum*, virorum fortiſſime. Sic etiam Gabriel Archangelus Beatam Virginem ſalutauit, *Dominus tecum*. Epiſcopus autem dicit, pax vobis, quia Epiſcopus repreſentat perſonam Chriſti, qui quando ſalutabat diſcipulos ſuos dicebat, *Pax vobis*, *Ioan.20.* Et chorus reſpondet: *Et cum Spiritu tuo*, ideſt ille, qui nominatur in ore tuo, ſit in corde tuo: quæ reſponſio ſumpta fuit ab Apoſtolo *2. ad Timoth.4.* vbi dicitur *Dominus Ieſus Chriſtus cum Spiritu tuo*. Sic *D. Chriſoſt. homil. 36. in 1. ad Cor. & D. Thom. in 3. p. q. 83. art. 5.* Poſtea Sacerdos ſubiungit: *Oremus*, monens ſe, & alios orare, quia Dominus orauit, & diſcipulos ad orandum excitauit, vt non intrarent in tentationem. Et dicit orationem, vt populus ſit dignus tantis myſterijs, & repreſentat orationem, quam Chriſtus poſt ſuam natiuitatem fecit pro populo.

Iudic.6. *Ioan.20.* *2. ad Timoth.4.* *D. Chryſ. 1. ad Cor.* *D. Thom.*

SED QVAERES:

Quare orationes dicantur numerò impari?

Reſpondetur, quod orationes dicuntur in numero impari ob diuerſitatem rerum, quas dictæ orationes ſignificant; nam quando vna tantum oratio dicitur in Miſſa, tunc ſignificat vnitatem eſſentiæ, quando tres, Myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis, quando quinque, quinque vulnera Chriſti Domini, quando ſeptem denique dicuntur in Miſſa orationes, ſignificant ſeptem dona Spiritus Sancti, vt rectè docet S. *Fauſt. de ſacrificio Miſſæ lib.2. in myſtica expoſitione Miſſæ.*

S. Fauſt.

Vocantur præterea hæ orationes collectæ, quia nomine totius populi collecti fundantur, quæ quidem orationes ſemper finiuntur *Per Dominum noſtrum, &c.* ad ſignificandum id, quod ipſe Chriſtus in Euangelio dixit: *Quidquid petieritis Patrem in nomine meo fiet vobis.*

Dictis collectis, populus aſſentiens voci Sacerdotis reſpondet *Amen*, ideſt fiat, & ſumptum eſt *ex Apocalypſi 20.* *Apoc.20.*

Poſt collectas ſequitur Epiſtola, quę prędicationem Ioannis Baptiſtæ ſignificat, & legi debet in medio Eccleſiæ pro eo quod Ioannes fuit medius inter Apoſtolos, & Prophetas, & dum cantatur à ſubdiacono, vnus acolithus eum comitatur, quia Ioannem pauci ſunt ſequuti, vt patet ex *Innoc. III. lib.2. cap. 29.* Modò legitur de antiquo, modo de Teſtamento nouo, quia Ioãnes ad vtrumque ſpectat ex *Rupert. lib.1. cap.32.* Lecta Epiſtola oſculatur Subdiaconus manũ celebrantis, quia Ioannes ad Chriſtum diſcipulos tandem deſtinauit; & ſicut Chriſtus laudauit Ioannem, ita Sacerdos benedixit ſubdiacono, vt patet ex *Innoc.* ibidem *cap.30.*

Innoc.3. *Rupert.* *Innoc.*

Epiſtola præcedit Euangelium, quia Epiſtola ſignificat obſeruantiã veteris legis: Euangeliũ vero nouæ nouæ legis.

Finita Epiſtola reſpondet miniſter vice populi, *Deo gratias*: Deo enim populus gratias agit, quod dignatus ſit nos facere participes doctrinæ cæleſtis, vt docet *Auguſt. in Pſal. 132.*

Poſt Epiſtolam ſequitur Graduale, quod ſignificat greſſus Apoſtolorum poſt Chriſtũ, & dicitur Graduale, quia per gradus debemus aſcendere de virtute in virtutem, & ſic proficere ex lectione Epiſtolæ, ex *Innoc. III. lib.2. c. 31.*

Auguſt. *Innoc. 3.*

Graduale vocatur etiam reſponſorium, quia ſignificat vocationem Apoſtolorum, qui à Domino vocati non tantum verbo; ſed opere reſponderunt: eo quod relictis omnibus ſequuti ſunt eum.

Dicto Graduale ſequitur verſus à vertendo, quia Chriſtus, qui fuit miſſus ad Iudæos, fuit conuerſus ad gentes. ei adiungitur *Alleluia*, quod eſt canticum lætitiæ, & dicitur tempore Paſchali ob ſpecialem lætitiam reſurrectionis.

Alleluia vero exponitur multis modis, nam ſecundum *Innoc. III. Alleluia* interpetratur *Laudate pueri Dominum*. *Innoc.*

Secundum *D. Hieronymum*, *Laudate Dominum*, vel *Laudate Deum*. *D. Hier.*

Secundum *D. Gregorium*, *Alleluia*, ideſt *Cantate Deo Laudes*. *D. Greg.*

Secundum *D. Auguſtin. Alleluia*, idem eſt, quod *Saluum me fac Domine*. *D. Aug.*

Secundum *D. Ambroſium*, *Alleluia*, ideſt *Salus, vita, & lux*. *D. Am.*

Alleluia, autem non dicitur tempore luctus, ſcilicet Quatrageſimæ, Aduentus, & ieiuniorum, quia *Alleluia* eſt cā ticum lętitiæ, ſed loco *Alleluia* dicitur *Tractus*, qui ſignificat Chriſtū tractum ad varios Iudices pro nobis miſeris in ſua Paſſione, dicitur autem tractus à trahendo, quia tractim, & cum aſperitate vocum, & prolixitate verborum canitur, vt patet ex *Durand. lib. 2. de ritibus Eccleſiaſt. cap. 21. & 22. & Scortia lib. 3. de ſacrific. Miſſæ c. 22.*

Durand. Scort.

Poſt hoc immediatè legitur Euangelium, quod Chriſtus Dominus prædicauit, & in principio qui illud legit ſalutat populum, vt illum ad audiendum verbum Dei attentum reddat dicens: *Dominus vobiſcum*, in quo ſignificat ſe orare pro eis, vt Dominus ſit cum eis. Chorus reſpondet, *Et cum Spiritu tuo*, ac ſi diceret tecum ſit ad dicēdum. Deinde Euangelium legens librum, & ſeipſum, ſic etiam audientes ſigno Crucis ſe muniunt in fronte, ore, & pectore; quia Chriſtianus corde, & ore confiteri debet Euangelium, ac Chriſtum crucifixum. Cum enim in fronte ſit ſedes pudoris, in eo munimur ſigno crucis, vt ſine pudore cōfiteamur fidem Chriſti, in ore ſigno crucis munimur, vt palam, & libenter fidem Chriſti confiteamur in pectore tali ſigno munimur, vt toto corde credemus, quæ dicta ſunt, ac fidem Chriſti, & nullo mortis timore terreamur à tali confeſſione ſic *Innoc. III. lib. 2. cap. 44. & Scort. lib. 3. c. 24.*

Innoc. 3. Scort.

Dicto vero titulo debet reſponderi, *Gloria tibi Domine*: quia in Euangelio agitur de gloria Dei, & noſtra, qualiter ſcilicet Chriſtus Diabolum vicit, & nos redemit, & victor ad gloriam Patris aſcendit.

Euangelium in alto loco legitur ad denotandum, quod doctrina Euangelij omnes alias præcedere debet, & excellere, quando legitur Euangelium accēduntur cerei, ad denotandum, quod lumine fulgentiſſimo Euangelij totus mundus illuminatur: & accenduntur duo cerei, ad ſignificādum, quod Chriſtus miſit diſcipulos ſuos binos, & binos prædicare Euangelium, vel ad inſinuandum, quod Prædicatores debent habere notitiam vtriuſque teſtamenti.

Defertur autem liber Euangeliorum à cornu ſiniſtro altaris ad dextrum, ad ſignificandum, legem Euangelicam trāſferri à Sinagoga Iudæorum ad Eccleſiam gentium, vt eſt noſtra Catholica Eccleſia ita *D. Thom. in 3. p. q. 83. art. 4. ad 4.* D. Tho.

Lecturus Euangelium petit benedictionem ad denotandum, quod Prædicatores Euangelij debent habere autoritatem prędicandi, iuxta illud Apoſtoli, *Quomodo enim prædicabunt, niſi mittantur?*

Portatur thus ante Euangelium ad deſignandum bonum odorem virtutum Chriſti Euangelizantis, vel ſit thurificatio ad manifeſtandum aromata, quæ mulieres portauerunt ad ſepulchrum.

Proſequitur lecturus titulum, *Initium*, vel *Sequentia Sancti Euangelij ſecundum N.* quorum verborum ſenſus eſt, ſecundum *D. Bonauenturam*, & alios verba, quæ legi debent, eſſe Chriſti, ſcripta tamen, ac relata per Euangeliſtam Matthæum, & ſic dicitur ſecundum Matthæum, & non Euangelij Matthæi; in principio Euangelij dicitur *In illo tempore*, & in principio Epiſtolarum dicitur *In diebus illis*, quod ſit propter Euangelij perfectionem, tempus enim continet diem, ſic Euangelium continet doctrinam Epiſtolarum. Sic *Innoc.* III. loc. cit. Innoc. 3.

Completo Euangelio, infigitur oſculum libro Euangeliorum ad denotandum effectum noſtrum erga Chriſtum, in quem refertur veneratio per ipſum enim accepimus reconciliationem, & pacem cum ipſe ſit pax noſtra, qui fecit vtraque vnum, vt habetur ex *Epheſ. 2.* Epheſ. 2.

Tandem Diaconus defert librum apertum Sacerdoti celebranti, vti ad Chriſtum, cuius eſt colligere fructus prædicationis ſuæ, cui, & in gratiarum actionem thus adoletur à Diacono, ex *Innocent.* III. *lib. 2. cap. 35.* Miniſter vero vice populi reſpondet, *Laus tibi Chriſte*, Laudans Dominum pro tanto beneficio ſibi collato, vt docet *Scortia lib. 3. c. 24. n. 8. & 9.* Innoc. 3. Scort.

Hic terminabatur Miſſa Cathecumenorum, qui deinceps non permittebantur adeſſe ſacrificio, & eis Diaconus indicabat exitum in illis verbis: *Ite Miſſa eſt*, & illis eiectis, claudabantur oſtia templi, & adhibebantur cuſtodes oſtiarum, ne quis illorum ingrederetur templum, vt docet D. *Dionyſius de eccleſiaſt. hierarchia cap. 3. & D. Auguſt. ſerm. 237.* quia hic terminatur inſtructio, & incipit oblatio ſacrificij, & conſequenter D. Dion. D. Aug.

ſolum

Digitized by Google

ſolum fideles illi intereſſe debent.

Dicto Euangelio ſequitur ſimbolum fidei, quod eſt ſymbolum Nicenum, ſeu *Credo in Deum, &c.* & cantatur alta voce, ad inſinuandum, quod non debemus ſolum fidem ex verbis Euangelij corde credere, ſed etiam liberè pronunciare, iuxta illud *ad Roman.* 10. *Corde creditur ad iuſtitiam ore autem confeſſio fit ad ſalutem.* *Ad Roman.10.*

Recitato ſymbolo ſequitur offertorium, in quo Sacerdos præparat, & offert Deo, quæ conſecranda ſunt, ſcilicet panem, & vinum, & oblationes ad ſuſtentationem miniſtrorum Eccleſiæ: & ſignificat Chriſtum, qui ſe obtulit hoſtiam immaculatam Deo Patri.

Sacerdos benedicit aquam, & non vinum, quia aqua ſignificat populum, qui indiget benedictione Dei: vinum autem ſignificat Chriſtum, qui eſt ſuper omnia benedictus.

Quo cantato fit ſilentium, in quo appropinquante Paſſione ſignificatur latibulum Chriſti, qui palam non ambulabat, vt dicit *Innoc.* III. c. 54. *Innoc. 3.*

Velum amouetur à calice, vt calix videatur à populo, quia nunc manifeſtè in Miſſa Paſſio Chriſti repræſentatur: miniſtri præparant oblata, & circa eadem crucis ſigna fiunt, quia concilium fecerunt Hæbrei, vt eum morti traderent.

Patena partim abſconditur ſub corporale, quia patentia corda diſcipulorum in fide titubant, & deficiunt, vt patet ex *Innoc.* c. 59. *Innoc. 3.*

Sacerdos facta oblatione, lauat manus, indicans hac cœremonia ad hoc ſacrificium faciendum, non ſolum à mortalibus; ſed etiam à venialibus Sacerdotem eſſe purgandum, vt omni exteriori: & interiori munditia, & puritate hæc diuina myſteria celebret. ita D. Tho. *in 3. p. q. 83. art. 1. ad 5.* *D. Tho.*

Sacerdos dum lauat manus poſt offertorium dicit ſeptem verſus vnius Pſalmi, ad poſtulandam ſeptem dona Spiritus Sancti, quibus indiget.

Poſtea verò vertit ſeſe Sacerdos ad populum ſecretò dicens *Orate fratres*, ad inſinuandum, quod Chriſtus dixit diſcipulis ſuis, *Orate ne intretis in tentationem Luc. 22. & Matthæus* 26. *Luc. 22. Matth. 26.*

Tunc Sacerdos dicit ſub ſilentio orationes ſecretas, quæ debent eſſe ſecundum numerum collectarum ante Epiſtolam præmiſſarum, & ſignificatum tempus, quo Chriſtus latuit, quia nondum venerat horas eius.

Finitis ſecretis dicit Sacerdos alta voce: *Per omnia ſecula ſeculorum, &c.* ad deſignandum, quod poſt miraculum Lazari reſuſcitati, Chriſtus aperte prædicauit.

Poſtea dicit præfationem, quæ ſic appellatur, quia præcedit eam actionem, in qua propriè, ac principaliter ſacrificium conſiſtit: & ſignificat triumphum Chriſti in die palmarum, in quo tum Angeli, tum Hebreorum pueri cãtabant, *Oſanna benedictus, qui venit in nomine Domini.*

Deinde oſculatur altare; & ſignificat oſculum Iudæ, qui oſculo tradidit Dominum.

Præfatione finita incipit Sacerdos Canonem, qui incipit in illis verbis. *Te igitur* vſque ad communionem. Et primo quidem ſecretò dicitur, ad indicandum Deum verè eſſe abſconditum in hoc myſterio.

Tres cruces, quæ primò fiunt ſuper oblata, denotant tres traditiones Chriſti ad mortem, à Deo Patri, à Iuda, & à Iudæis, qui Pilato eum tradiderunt, vt dicit *Innoc.* III. *lib. 3. cap. 3.* *Innoc. 3.*

In alijs quinque crucibus poſt *Hanc igitur oblationem, &c.* Tres emptores intellige, Sacerdotes, Scribas, Phariſeos, venditum, & venditorem, vt patet ex *Innoc. lib. 3. c.* 12 vel in his quinque crucibus latet hiſtoria à die palmarum, ad mortem Chriſti per dies quinque. *Innoc.*

Conſecratio repræſentat cœnam Dominicam, vbi benedictiones hoſtiæ, & calicis ſignificant, & repræſentant non crucifixionem, ſed præſignationem paſſionis Chriſti factã in ipſa cœna vt patet ex *D. Thom. 3. p. q. 83. art. 6.* Vel ad denotandum, quod Chriſtus pro duobus populis erat paſſurus, vel quia redimenda ſunt anima, & corpus noſtrum per paſſionem Chriſti, ita *Alex. Alenſ. 4. p. q. 33.* *D. Thom. Alex. Alenſ.*

Eleuatio corporis Chriſti, ſignificat eleuationem Chriſti in cruce.

Dimiſſio ſignificat depoſitionem eius de Cruce.

Poſitio ſuper corporale, ſignificat inuolutionem eius in Syndone munda.

Eleuatio Sanguinis oſtendit Chriſtum effundiſſe ſanguinem pro nobis.

Quando Sacerdos extendit brachia, denotat extenſionem brachiorum Chriſti in cruce.

Digitized by Google

Quando Sacerdos inclinat ſe dicens, *Supplices te rogamus, &c.* deſignat humilitatem Chriſti, & obedientiam in paſſione cui aſtitit Angelus confortans, & Sacerdos addit. *Iube hæc perferri per manus Angeli tui.*

Quando Sacerdos eleuat brachia, denotatur, quod oratio eius pro populo dirigitur ad Deum.

Sequuntur ſtatim quinque cruces ad ea verba. *Hoſtiam puram, &c.* ad memoranda quinque Chriſti vulnera in cruce accepta. ita *Stephanus Eduen. de ſa-* *Stephan.* *cram. Altaris c* 17.

Oſculum quod ſequitur altaris, hoc loco opponitur oſculo Iudæ in Horto: tres cruces adduntur, vel ad notandas tres illuſiones Chriſti, à Pontificibus, *Alberto* Hærode, & Pilato factas, ex *Alberto* *Magno.* *Magno*, vel vincula, flagella, & coronam *Innoc.* ſpineam, ex *Innoc. ſup. c. 5. nobis quoque peccatoribus*, ſignificat contritionem, & confeſſionem latronis, & Centurionis confitentium Chriſtum verum Deum. in ſequentibus tribus crucibus: *Sanctificas, viuificas, &c.* Recolitur crucifixio Chriſti, qui hora tertia apud Marcum, linguis Iudæorum cruci eſt affixus *Tol-* *Innoc. 3.* *le, tolle, &c.* ex Innoc. III. *lib. 5. cap.* 9. In alijs tribus ad ea: *Per ipſum cum ipſo, & in ipſo*, attenditur trina oratio Chriſti in cruce. Prima *Pater ignoſce illis, &c.* Altera *Deus Deus meus, vt quid dereliquiſti me?* Tertia. *Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum*, vt patet ex *D.* *D. Tho.* *Thom.* loc. cit. & in duabus ſequentibus, *Eſt tibi Deo Patri, &c.* attenditur diuiſio animæ à corpore Chriſti, vt ait *In-* *Innoc.* *noc.* loc. cit. Fiunt autem hæ duæ cruces extra calicem, quia hæc ſeparatio facta eſt non ex violentia paſſionis, & calicis, ſed ex poteſtate propriæ volũtatis Chri- *Innoc.* ſti, vt ait *Innoc.* loc. cit. vel in primis tribus crucibus poſſunt notari tres horæ quibus vixit Chriſtus in cruce, in alijs tribus crucibus, calice detecto, tres aliæ horæ poſſunt notari, quibus Chriſtus mortuus pependit in cruce, in duabus extra calicem, poteſt conſiderari, ac notari, emiſſio ſanguinis, & aquę è latere, & inter has cruces velum templum ſciſſum, ſignificatur, cum amouetur de *Titelm.* calice palla. vt rectè dicit *Titelm. c.* 48.

Eleuatur calix cum hoſtia, & ſtatim deponitur in ijs verbis *Omnis honor, & gloria*, ad denotandum depoſitionem *Stephan.* Chriſti de cruce, & ſepulturam eiuſdem *Eduenſis.* vt ait *Stephanus Eduenſis* loc. cit.

Calix hoc loco operitur palla, & deſignat lapidem poſitum ad oſtium monumenti, ex *Innoc. lib. 5. cap.* 10. vel cor- *Innoc.* pus Chriſti inuolutum ſyndone à Ioſepho, vt interpretatur *Durand. cap.* 46. *Durand.* celebrans, & diaconus hic tangunt calicem ſimul innuentes miniſterium, ſcilicet quod Nicodemus celebrans, & Ioſeph, qui inuoluit ſyndone corpus Chriſti, dicitur diaconus: & diaconus tangens calicem, eundem palla cooperit. Recedit diaconus à facie celebrantis, vti à monumento receſſerunt Nicodemus, & Ioſeph.

Dicitur alta voce: *Per omnia ſecula ſeculorum*, quia clamauit centurio, & clamor factus eſt à mulieribus, vt ait *Stephanus Eduentis* loc. cit. *cap.* 17. Et vt *Stephan.* colligamus vltima Chriſti verba; ſtatim *Eduenſ.* additur oratio Dominica, quæ conſtat ſeptem petitionibus, in honorẽ ſeptem verborum Chriſti in cruce. ita *Durand.* *Durand.* *c. 35. &* 47.

Pater noſter, ſignificat filiationem per gratiam: quod autem iſta oratio dicatur alta voce, ſignificat quod Rex Cęlorum in noua lege publicè prædicauit.

Dicto *Pater noſter*, ſequitur ſub ſilentio: *Libera nos quæſumus, &c.* Et cum dicitur *Da pacem*, ſignat ſe Sacerdos cum patena, & oſculatur eam inſinuando, quod Deo Patri in Paſſione Filij eius ſumus reconciliati, patena ſeorſum poſita ſignificat lapidem à ſepulchro Chriſti in ſua reſurrectione remotum. Dicitur ſub ſilentio, in ſignum, quod Chriſtus interdum, ſcilicet in triduo ſiluit à prædicatione. Subdiaconus. & Diaconus miniſtrant patenam apertam, & ecce mulieres cordibus, patentibus, valdè mane ad monumentum pergunt. ita *Innoc. lib. 6. c.* 1. Oſculum *Innoc.* patenæ ſignificat, quod Chriſtus impleturus erat ferè ſtatim deſiderium mulierum. Vnde ſtatim amouetur palla à calice, ſicut lapis ab Angelo ab hoſtio monumenti. ita *Innoc.* loc. cit. *Innoc.*

Fractio hoſtiæ ſignificat ſeparationem animæ à Chriſti corpore: vel quia in fractione panis cognitus fuit Chriſtus reſuſcitatus. ita *Innoc. lib. 6. c.* 2. *Innoc.*

Hoſtia frangitur in tres partes, quarum duæ partes extra calicem reſeruãtur, & vna illarum ſignificat triumphantes in cœlo altera expectantes in purgatorio. & tertia, quæ in calice mittitur, ſignificat militantes in hoc mundo

do

do. Fiunt etiam tres partes propter tres apertiones in corpore Chriſti, tempore Paſſionis, ſcilicet manuum, pedum, & lateris. Vel propter Trinitatem perſonarum in vna eſſentia. Vnde licet fiant tres partes in diuiſione hoſtiæ, vnus tamen eſt Chriſtus totus ſub qualibet parte hoſtiæ.

Pax Domini ſit ſemper vobiſcum, ſignificat Chriſtum reſurrexiſſe, & Apoſtolis pacem dediſſe. Tres cruces cum particula ſupra calicem triduum mortis ſignificant, vt ait *D. Thom. in 3. p. q. 83. artic. 6.* vel trium mulierum aduentum indicant ad oſtium monumenti quærentium crucifixum, ex *Innoc. lib. 6. c. 2.* vel virtutem totius Trinitatis demonſtrant in miraculoſa reſurrectione Chriſti. iſtæ tres cruces fiũt ad quatuor labis calicis, quia ad quatuor mundi partes pertingit reſurrectio Chriſti. *D. Thom.* *Innoc.*

Agnus Dei, ſignificat liberationem per miſericordiam: & triplicatur ad denotandum, quod liberamur à malis præſentibus, præteritis, & futuris, vel quod petimus nobis remitti peccata, ſcilicet cogitationis, loquutionis, & operationis, per quorum remiſſionem veniemus ad æternam pacem.

Dicitur bis *Miſerere*, & vltimo *Dona nobis pacem*, ad oſtendendum, quod in mundo iſto, & purgatorio indigemus miſericordia Dei, & in Paradiſo habebimus pacem, & requiem opulentam.

Dicitur agnus ab agnoſcendo, quia ſicut ſolo balatu, agnus matrem ſuam agnoſcit: ſic Chriſtus in Paſſione ſua, matrem ſuam agnouit. fit communio, & cleri, & populi, quia Chriſtus comedens cum Apoſtolis, ſumens reliquias dedit eis. Deinde Sacerdos reddit ad dextrum cornu altaris in ſignum, quod Iudæi in fine mundi conuertentur.

Poſt communio ſignificat boni operis conſumationem: vel gaudium, quod habuerunt diſcipuli de reſurrectione Chriſti.

Dicuntur plura *vobiſcum*, in ſignum quod Dominus diſcipulis ſæpius eo tempore dixit *Pax vobis*. ita *Innoc. lib. 6. c. 11.* vel in vltimo *vobiſcum*, contemplare Dominum dicentem; *Ecce ego vobiſcum ſum, vſque ad conſummationem ſeculi*, vt patet, ex *Math. c. 28.* ita *Vualden. tit. 4. c. 44. n. 5.* *Innoc.* *Vualden.*

Finita Miſſa dicit Sacerdos, vel Diaconus alta voce. *Ite Miſſa eſt*, ideſt redite ad propria, quia Miſſa, ideſt hoſtia ſalutaris pro nobis ad Deum placandum oblata eſt, vel *Ite*, ideſt ſequimini Chriſtum, qui ad dexteram Dei ſedet.

Dicto *Ite Miſſa eſt*, clerus reſpondet *Deo gratias*, ad denotandum, quod pro beneficio redemptionis noſtræ, cuius myſterium, vt dictum eſt, repreſentatur Miſſa debemus eſſe in continua gratiarum actione.

Vltima benedictio, exprimit miſſionem Spiritus ſancti in Pentecoſte in nomine ſanctiſſimæ Trinitatis.

Finis Miſſæ ſignificat finem mundi.

Reſtat vltimum ſancti Ioannis Euãgelium, quod prædicationem Apoſtolorum demonſtrat, tum diuinitatis, tum incarnationis Chriſti.

Dicitur autem hoc Euangelium completa tota Miſſa, ad ingem recordationem tanti beneficij, quod verbum Domini dignatum ſit pro nobis aſſumere carnem humanam, fieri homo mortalis, & ob varias alias cauſas, quas reaſſumit *Suarez tom. 3. p. 3. diſp. 83. ſect. 1.* *Suar.*

Regreſſus in Sacreſtiam deſignat poſt prędicationem, & opera bona, tandem ad Deum in cœlum nos quoque peruenturos Amen.

PETES XCVI.

Quid ſit eccleſiaſticum officium, quod recitatur à Sacerdotum, & quid ſignificet?

Ad primum.

Reſpondetur, nomine eccleſiaſtici officij venire ſeptenam decantationem laudis ſancitam ex conſtitutione eccleſiaſtica, & quotidie exoluendum Deo, iuxta illud propheticum ritum noui teſtamenti *Septies in die laudem dixit tibi Pſal. 118.* Quæ laus, & ſeptena decantatio tota continetur in diuino officio, quod quotidie nos Sacerdotes exoluimus, nempè in Matutino, & Laudibus, in Prima, in Tertia, in Sexta, in Nona, in Veſperis, & in Completorio, inſtituit autem Eccleſia ſancta Dei, vt ſeptena laus in die cantetur à ſacerdotibus in diuino officio ne Diabolus poſſit aduerſus nos præualere cum ſeptem ſpiritibus, qui niſus eſt aſſumere contra nos iuxta illud *Luc.* *Pſal. 118.* *Luc. 11.*

11.

Digitized by Google

11. *Tunc vadit; & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum nequiores ſe, & ingreſſi habitant ibi, & fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus.*

Ad ſecundum.

Reſpondetur, quamlibet Horam diuini officij, ſignificare tot opprobia illata Chriſto Domino à Iudæis in Paſſione eius, & rectè aduertit, & explicat *Gloſ. in c. 1. de celebrat. Miſſar.* dum ſequentes verſus recitat.

Hæc ſūt ſeptenis propter, quæ pſallimus horis.
Matutina ligat Chriſtū, qui crimina purgat.
Prima replet ſputis, cauſā dat tertia mortis.
Sexta cruci nectit, latus eius nona bipartit.
Veſpera deponit, tumulo completa reponit.

Sed dices cur appellantur Horæ canonicæ.

Reſpondetur, quia regulari ſāctione ſunt inſtitutæ, & obſeruatæ, canon enim latinè ſignificat regulam; Sic *Michael Thimoteus in diuinum officium q. 8.*

PETES XCVII.

An Eccleſiæ præcepto ſatisfaciat, qui priuatim lingua Hæbraica, Græca, vel Italica Horas Canonicas perſoluit.

S. Fauſt. Reſpondetur, ex *S. Fauſt. tract. de Horis Canonicis, q. 100.* eum ſatiſfacere, quia quoad ſignificationem, & ſubſtantiam eſt idem officium, licet quoad verba ſit accidentaliter diuerſum, ac proinde ſequitur quod qui lingua Græca, vel Hæbraica, aut vulgari diuinum officium perſoluit, ad nullam fructuum reſtitutionem tenetur, item ſatisfacit, qui ex voto, vel pœnitentia Confeſſoris Pſalmos pęnitentiales, aut alias preces recitare tenetur ſuæ obligationis ſatisfacit illos vulgari idiomate perſoluendo, prę ſertim ſi hoc faciat cauſa maioris deuotionis, immo in hoc caſu putat *S. Fauſtus* loc. cit. nullum peccatum commictere, cum adſit cauſa, puta maior deuotio. *S. Fauſt.*

PETES XCVIII.

An peccet, qui ita abſque aliqua iuſta cauſa Horas Canonicas perſoluit?

S. Fauſt. Reſpondetur, ex DD. quos citat *S. Fauſto* loc. cit. *q. 101.* eū peccare, tum quia facit contra vſitatum Eccleſiæ mortem, recitando officium vulgari idiomate.

Tum quia plebs de facili errare poſſet, non ritè percipiens verum, & germanum ſenſum verborum.

PETES XCIX.

A quo tempore fuit introductus vſus recitandi diuinum officium.

Reſpōdetur, ex DD. quos citat *Pi-lijucc. tract. 23. cap. 3. nu. 89.* vſum diuini officij eſſe antiquiſſimum, & inchoatum eſſe à tempore Apoſtolorum, præcipua autem teſtimonia ſunt *Act. 3. Petrus, & Ioannes aſcendebant in templum ad horam orationis Nonam. Pſalm. 118. Septies in die laudem dixi tibi clemens Rom. lib. 8. conſt. cap. 34.* dicit *præcationes facite mane tertia hora, & ſexta & Nona, & Veſperi vſq; ad galli cātum.* *Filyucc.* *Act. 3.* *Pſal. 118.* *Rom.*

Verum confitendum eſt, vt docet *Sylu. verb. hora, q. 8. num. 9. & Azor. cap. 1. q. 7.* recitationem diuini officij eſſe iuris eccleſiaſtici, & non diuini, vt alij dixerunt, Non enim quidquid è ſacris litteris eſt deriuatum, de iure diuino eſt, ſed tantum Eccleſiam eo edoctam, legem inde ſanxiſſe. *Sylu.* *Azor.*

PETES C.

An Sacerdos inſtitutus, & obligatus ad celebrandum in certo templo oratorio, vel altare peccet alibi celebrando?

Reſpondetur, cum communi DD. ſententia teſte. *Diana de celebrat. Miſſar. reſolut. 29.* peccare mortaliter quia in re magni momenti infideliter agit frangendo fidem. *Diana.*

Sed non teneri ad reſtitutionem ſi in deſignato loco minimè celebrat, niſi aliquod ſuffragium defunctis ſubtraxerit, quia videlicet, ſi in deſignato altare celebraſſet, aliqui ad eum conueniſſent, vt ſacrum audirent, & mortuos precibus adiuuaſſent, & in hoc debet Sacerdos defectum huiuſmodi alijs precibus compenſare.

PETES CI.

An Sacerdos, poſſit duplex ſtipendium pro vna Miſſa accipere, applicando vni partem ſolitam, & alteri ſuam partem?

Reſpondetur, ex multis grauibus DD. teſte *Diana de celebrat. Miſ-* *Diana.*

ſar.

Digitized by Google

ſar. reſolut. 14. hoc fieri poſſe; alij negant, & rectius eo magis, cum videatur hoc eſſe declaratum à Sacra Congregatione hoc non fieri poſſe nempè, vt vna, & eadem Miſſa ſatisfiat vtrique obligationi, & idem *Diana* hoc aduert. loc. cit. ſed *reſol.* 80. verba Sacræ Congregationis hæc ſunt (Sacerdotes quibus diebus tenentur Miſſam celebrare ratione beneficij, ſeù cappellæ legati, aut ſalarij, ſi eleemoſinas pro alijs etiã Miſſis celebrandis ſuſceperint non poſſe eadem Miſſa vtrique obligationi ſatisfacere. *Diana.*

PETES CII.

An detur aliquis caſus in quo Sacerdoti liceat Miſſas celebrare anticipate?

RESpondetur, ex *Petro Ledeſma, Rodriquez. Reginald. & Riccio*, meo Domino, & amiciſſimo teſte *Diana* loc. cit. *reſol.* 16. poſſe dari, & erit ſi ex obligatione alicuius cappellæ, teneatur Miſſas certas ſingulis hebdomadis celebrare, vel in poſterum pro certa intentione, quia tunc ſi aliter non exprimatur in fundatione cappellaniæ poteſt Sacerdos in antecedente hebdomada tales Miſſas celebrare. *Pet. Led. Rodriq. Reginald. Riccius. Diana.*

PETES CIII.

Vtrum Sacerdos, qui in diebus Dominicis, vel alijs feſtis duplicibus celebrat aliam Miſſam votiuam, v.g. vel de requie, &c. peccet mortaliter.

RESpondetur, ex communi DD. ſententia teſte *Diana de celebrat. miſſar. reſol.* 30. non peccare mortaliter, niſi aliud circumſtantiæ ſuadeant, & ſcandalum adſit. *Diana.*

PETES CIV.

An qui inter celebrandum non applicauit alicui Miſſam, poſſit eam poſtea alijs applicare?

RESpondetur, ex communi DD. ſententia teſte *S. Fauſt. de Eucharist. lib.* 2. *q.* 55. non poſſe; ſtatim enim in eo caſu valor, ac fructus ſacrificij clauſus fuit in Eccleſiæ theſauro, ac proinde pro illa, nec ſtipendium accipere poteſt, nec vllam poſtea applicationem facere, quia ſolus Romanus Pontifex, & Epiſcopus habent poteſtatem diſpenſandi indulgentias, & clauem habent huius theſauri. Quare cum Miſſæ valor ſit iam clauſus, ac reconditus in theſauro Eccleſiæ, iam non ſubiacet poteſtati Sacerdotis. *S. Fauſt.*

PETES CV.

Cui proſit fructus ſacrificij, quem Sacerdos applicauit alicui incapaci.

RESpondetur, ex *Corduba lib.* 1. *q.* 3. *& Henriquez lib.* 9. *cap.* 18. *n.* 7. huiuſmodi fructum reponi in Theſauro Eccleſiæ. *Corduba. Henriq.*

Alij verò DD. teſte S. *Fauſt. lib.* 2. *de ſacrificio Miſſæ q.* 53. docent prodeſſe ipſimet celebranti, ſi indigeat, & intentionem habeat ſaltem virtualem applicandi ſibi huiuſmodi fructum in defectum alterius ipſe eſt enim capax fructus, vt ſuppono, & poteſt illum ſibi applicare, ſi verò non indigeat, aut formaliter, & expreſſe non intendat ſibi applicare, arbitror reponi in theſauro Eccleſiæ. *S. Fauſt.*

Hinc

Colligitur optimum conſilium eſſe, vt quoties quis pro aliquo celebrat, ſimul habeat conditionatam voluntatem illum fructum ſatisfactionis alicui alteri applicandi, ſi fortè is, pro quo celebrat, eius ſit incapax, aut eo non indigeat: vt ſi Beatus ſit, aut damnatus, vel ſaltem ſit in peccato mortali, aut etiam nullam de facto habeat temporalem pœnam perſoluendam pro præteritis peccatis, quo caſu eſt incapax remiſſionis pœnæ, Debet ergo Sacerdos habere ſaltem virtualem, aut implicitam voluntatem applicandi alicui hunc fructum, dum celebrat: alioquin fruſtra eum poſtea conatur applicare, quandoquidem quando valor Miſſæ non eſt alicui applicatus, tunc reponitur in Theſauro Eccleſiæ cuius Sacerdos non eſt diſpenſator, ſed Summus Pontifex, vel Epiſcopus in caſibus à iure ſibi permiſſis.

Addo præterea, quod quando Sacerdos dicit Miſſam ad inſtantiam eius à quo recepit eleemoſinam, debet intentionem habere applicandi valorem ſacrificij iuxta intentionem illius, & ſi

caſus

Digitized by Google

caſus euenit, quod qui dedit eleemoſynam pro ſacrificio applicauiſſet alicui perſonæ incapaci, puta damnato, vel Beato, vel non indigenti, tunc poteſt habere intentionem applicandi ſibimet celebranti huiuſmodi valorem ſacrificij, quoad ſatisfactionem pœnæ, quia in hoc caſu nullam iniuriam, vel iniuſtitiam facit ei à quo recepit eleemoſinam, nam alioquin valor Miſſæ ſatisfactorius reponeretur in theſauro Eccleſiæ, ſine vtilitate eius, qui dedit eleemoſynam pro celebratione Miſſæ.

Hanc ſpeculationem non reperi in nullo autore, ac proinde cenſui operepretiũ fore vtile nedũ Sacerdotibus celebrantibus ſine mercede, ſed præſertim Sacerdotibus ſtipendium recipientibus pro celebratione Miſſæ.

PETES CVI.

Vtrum illi, cui applicatus fuit fructus ſacrificij, ſed illi non profuit propter obicem peccati, proſit, obice ſublato?

Henriq. Nauarr. RESpondetur, ex *Nauarr. de horis canonic. c. 19. nu. 73. & Henriq. lib. 9. c. 15. nu. 2. littera M.* Sublato obice, id eſt deleto peccato per contritionem, vel actualem confeſſionem redire effectum ſacrificij ſatisfactorium, quia dicunt, hoc ſacrificium habere eandem naturam cum ſacramentis nouæ legis, quæ recedente fictione, habent ſuum effectum ex opere operato.

S. Fauſt. Sed S. *Fauſtus de ſacrificio Miſſa lib. 2. q. 57. in tract. de Eucharist.* dicit oppoſitum eſſe probabilius, nempè non redire effectum ſatisfactorium Miſſæ ex opere operato, ſublato obice peccati; & affert rationem, nam ſacrificium oblatum pro iuſto tunc temporis non indigente ſatisfactione, non ſuſpenditur, nec conſeruatur illi fructus, & effectus illius pro tempore, quo indiguerit, ſed reponitur in theſauro Eccleſiæ, ergo multò minus ſuſpenditur, vel conſeruatur pro peccatore, ergo non redibit poſtea hic effectus, ſed manebit in theſauro Eccleſiæ.

PETES CVII.

Quonam tempore diuinum ſacrificium conferat ſuum ex opere operato.

Henriq. RESpondetur, ex *Henriquez lib. 9. c. 9. nu. 4.* poſt conſumptionem ſacramenti conferri fructum ſacrificij ex opere operato ijs pro quibus Sacerdotes ſacrificant. Vnde merita Chriſti Domini ante conſumptionem ſacrificij cruenti per mortem, non erant de facto acceptata à Deo tamquam efficacia ad apertionem cœli, vt rectè docet *Henriq.* loc. cit. Henriq.

PETES CVIII.

In quo conſiſtit eſſentia ſacrificij?

RESpondetur, ex *Adriano in 4. q. 6. de Euchariſt. maior. in 4. diſtin. 9.* & alijs DD. eſſentiam ſacrificij, dicunt, conſiſtere in conſecratione vnius ſpeciei, *Bellarm. lib. 4. de Euchariſt. c. 22. Soto in 4. diſt. 9 q. 1. art. 1. Suarez,* & alij cit. à *S. Fauſt. de Euchariſtia lib. 2. q. 27.* docent de eſſentia ſacrificij eſſe conſecrationem vtriuſque ſpeciei. Adrian. Bellarm. Sot. Suar. S. Fauſt.

Sed difficultas eſt, an oblatio, & ſumptio ſpecierum ſit de eſſentia Sacrificij.

RESpondetur, ex *Henriquez lib. 9. cap. 9. Suarez. Soto, Azor,* & alijs cit. à *S. Fauſt. de Euchariſt. lib. 2. quæſt. 28.* oblationem eſſe de eſſentia ſacrificij. Henriq. Suar. Soto. Azor. S. Fauſt.

Suar. Negat verò *Suarez in 3. par. tom. 3. diſp. 75. ſect. 5.* Sumptionem ſpecierum eſſe partem eſſentialem ſacrificij, ſed dicit ad ſummum eſſe partem integrãtem, & ſolum requiſitam neceſſitate præcepti diuini, non neceſſitate ſacramenti, aut ſacrificij.

Sotus. Henriq. Sed *Sotus in 4. diſt. 13. q. 2. artic. 1. Henriquez lib. 9. cap. 9.* & alij dicunt ſumptionem ſpecierum eſſe etiam de eſſentia ſacrificij; Ratio eſt, quia de ratione huius ſacrificij eſt, vt ſit repreſentatio paſſionis Chriſti iuxta illud *Hoc facite in meam commemorationem.* Non repreſentatur autem paſſio, & mors Chriſti, niſi adſit conſumptio, vt colligitur ex *1. ad Cor. 11. Quotieſcunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis mortem Domini annunciabitis.* 1. ad Corinth. 11.

Præterea de eſſentia ſacrificij eſt, & præſertim holocauſti, vt tota victima conſumetur, & realiter immutetur, ſed hoc non fit in hoc ſacrificio, niſi per ſumptionem Sacerdotis, quia ante ſumptionem Chriſti manet realiter ſub ſpeciebus tanquam victima ſacrificanda

da ergo ſumptio per quam perfectè immutatur, & ammittit eſſe ſacramentale, pertinet ad eſſentiam ſacrificij.

Neque obſtat, quod corpus Chriſti per ſumptionem non mutetur ſecundum ſuũ eſſe naturale, vt patet ad *Rom.* 6. *Chriſtus reſurgens iam non moritur*, ſufficit enim, quod mutetur ſecundum eſſe ſacramentale, cum deſinat eſſe ſub ſpeciebus per ipſarum conſumptionem. Tandem videtur hoc eſſe definitum in Concilio *Toletano* 11. *cap.* 5. *& in c. relatum de conſecrat. diſt.* 2. vbi contra Sacerdotes, qui conſecrabant, & non communicabant ſic dicitur; quale erit ſacrificium, cuius neque ipſe ſacrificans particeps efficitur, & ita tenet *D. Thom.* etiam 3. *p. q.* 79. *art.* 5. vbi dicit *Eucharistiam habere rationem ſacrificij, in quantum ſumitur.*

Rom. 6. *Concilio Tolet.* *D. Thom.*

Henriquez. lib. 9. *cap.* 9. clarè dicit oblationem, conſecrationem, & ſumptionem eſſe de eſſentia ſacrificij.

Henriq.

Ex quo

Infert S. *Fauſt. de Euchariſt. lib.* 2. *q.* 29. eum qui conſumptioni non aſſiſtit, non ſatisfacere præcepto audiendi ſacrum, quia ſine illa non conſiſtit ſacrificium.

S. Fauſt.

P E T E S CIX.

An aliqui effectus ſacrificij Miſſæ ſint ex opere operato?

Antequam reſpondeam.

SVppono ſacrificium Miſſæ duplicem effectum habere poſſe, alterum ex opere operato, alterum verò ex opere operantis; ille dicitur ex opere operato, qui pendet ex ſola inſtitutione diuina, & confertur propter merita Chriſti, nulla habita ratione bonitatis, aut malitiæ miniſtri operantis, & talis confertur in baptiſmo, & alijs ſacramentis, ille verò effectus ex opere operantis eſt, qui prouenit ex bonitate, & deuotione illius, qui operatur.

His poſitis.

Reſpondetur primò, ex *Dominico Soto lib.* 9. *de iuſtitia q.* 2. *art.* 2. *Petr. Soto lib. de inſtitut. Sacerdot. lect.* 7. Sacrificiũ Miſſæ quatenus ſacrificium eſt nullum habere effectum ex opere operato, quia non adeſt promiſſio ex parte Chriſti, ſed tantum adeſt promiſſio Chriſti huic ſacrificio Miſſæ quatenus eſt ſacramentum, nam manducationi carnis, & potui ſanguinis Chriſti legimus *Ioan.* 6. factam eſſe promiſſionem vitæ; oblationi verò, ſeù ſacrificationi nihil legimus fuiſſe promiſſum.

Dom. So. Pet. Sot. *Ioan.* 6.

Sed.

D. Th. in 4. *diſt.* 12. *q.* 2. *art.* 2. *quæſtiuncula* 2. *ad* 4. & clarius *diſt.* 45. *q.* 2. *art.* 1. *quæſtiuncula* 3. *& art.* 3. *quæſtiuncula* 1. *ad* 3. *Gabriel lect.* 29. *Caietan. tom.* 2. *opuſculor. tract.* 3. *q.* 2. & innumeri Theologi docent ſacrificium Miſſæ habere aliquem effectum ex opere operato, ex inſtitutione diuina, etiam ſi nullus offerens eſſet in gratia; fundatur hoc in *Tridentino ſeſs.* 22. *cap.* 2. vbi cum dixiſſet per huius ſacrificij oblationem remitti peccata reddit cauſam ſubdẽs. Vnam enim eademque eſt hoſtia idem nunc offerens Sacerdotum miniſterio, qui ſeipſum tunc in cruce obtulit, ergo ſiuè miniſter ſit bonus, ſiuè malus ſemper eadem eſt hoſtia, & idem offerens, & quamuis in ſacris litteris non reperiatur expreſſa promiſſio huius effectus ex opere operato, tamen ſufficere Eccleſiæ traditionem, & autoritatem innumerorum ferè Doctorum.

D. Thom. *Gabriel.* *Concil. Trid.*

P E T E S CX.

Qui ſunt effectus ſacrificij Miſſæ, vt ſacrificium eſt ex opere operato?

REſpondetur, ex Gabriele lect. 26. *in Canonem Miſſæ Petr. Soto de inſtit. Sacerd. lect.* 7. *Bellarm. lib.* 2. *de Miſſa c.* 4. *Henriquez lib.* 9. *c.* 12. & alijs primum effectum ſacrificij Miſſæ ex opere operato eſſe per modum impetrationis, & ſemper conferri, & numquam negari, dummodo ex parte eius, pro quo offertur, non deſit diſpoſitio, & eſt infallibilis quia nititur meritis Chriſti qui eſt res oblata, & principalis offerens qui ſemper à Patre exauditur.

Gabriel. Pet. Sot. Bellarm. Henriq.

Secundum effectum ſacrificij ex opere operato eſſe per modum ſatisfactionis, vt docet *D. Th.* 3. *par. q.* 79. *art.* 7. & colligitur ex *Matth.* 26. *&* 28. vbi dicitur, *Qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum*, eſt communis ſententia Theologorum, vnde valor generalis Miſſæ per modum ſatisfactionis, eſt ex opere operato, & applicatur Sũmi Pontifici, Antiſtiti, & omnibus alijs fidelibus Eccleſię dummodo ſint capaces recipiendi huiuſmodi fructum ſatisfactorium ſacrificij.

D. Thom.

Digitized by Google

PETES CXI.

An Sacerdotes quotieſcunque celebrant, teneantur aliquam partem fructus ſacrificij ex opere operato, applicare toti Eccleſiæ.

Suar. Mirand. REſpondetur, ex *Suarez tom.3.3.p. diſp.78.ſect.2.§.ſed quæres, & diſp.79.ſect.9.verſicul ſecundo inquiri, & Miranda tom.1.q.41.art.15.* Sacerdotes nullam habere obligationem applicandi partem aliquam ſacrificij ex opere operato pro tota Eccleſia per modum ſatisfactionis, ſed eſſe poſitum in voluntate Sacerdotum, vt totum fructum ſacrificij applicent, vel per ſpecialem, vel per generalem intentionem prout eis libuerint; ſi non habuerint peculiarem aliquam obligationem ratione beneficij, vel ſtipendij recepti, promiſſionis, vel præcepti ſuperioris, quia nec talis obligatio, nec diuiſio triplicis fructus ſcilicet generalis particularis, & medij fundatur in iure diuino, nec eccleſiaſtico; non primum, quia neque ex ſcripturis, neque ex traditione habetur tale præceptum; non ſecundum quia neque tale præceptum reperitur in iure; nec colligi poteſt ex Canone Miſſæ: nam ibi ſolum oratur pro omnibus in perſona eccleſiæ, & generaliter pro omnibus offertur, quę omnia commodè intelligi poſſunt de ſola impetratione.

Sed

Torrentes Theologorum docent, teneri Sacerdotem fructum generalem, nedum per modum impetrationis applicare toti Eccleſię, ſed etiam teneri Sacerdotem applicare fructum ſacrificij toti Eccleſię per modum ſatisfactionis. ita *Ang. verb. Miſſa. q. 5. Sylu. verbo Miſſa 1.q.9. Soto lib.9. de iuſtitia, quæſt. 2. artic. 2. Nauarr. c.25. num.92.* & quaſi innumeri alij Theologi, immo nec poſſe Sacerdotem, licet iniqua intentione tentet; excludere fideles ab huiuſmodi fructu generali Miſſæ per modum ſatisfactionis; tum quia ipſis applicatur ſaltem ex generali Eccleſiæ intentione, ac Summorum Pontificum, & conciliorum inſtitutione; tum quia omnes iuſti, quamuis abſentes ſint, nec actu offerant, fiunt participes fructus Miſſarum, & aliorum bonorum, quæ fiunt in vniuerſali Eccleſia, & communione ſanctorum. ita *Henriquez lib.9. cap.17. num.3. Nauarr. cap.25. num. 92. Azor. par.1. lib.10. cap.20. q.9. §. vlt.* & plerique alij, & probabile eſt, teneri Sacerdotem ſub peccato mortali applicare dictum valorem generalem ſacrificij Miſſæ omnibus Chriſtifidelibus, vt colligitur ex Canone Miſſæ, & vniuerſalis Eccleſię conſuetudo interpretatur. ita *Nauarr. in ſumma cap.25. num.92. Henriquez lib. 9. cap.17. nu. 3. & Bellarm. lib.2. de Miſſa cap.3. §. ſecundo ait.*

(Marginalia: Ang. Sylu. Soto. Nauarr. — Henriq. Nauarr. Azor. — Nauarr. Henriq. Bellarm.)

PETES CXII.

An fructus generalis ſatisfactorius ſacrificij Miſſæ ex opere operato ſe extẽdat etiam ad fideles defunctos, qui nunc ſunt in Purgatorio?

Vaſq. Perſico. REſpondetur, ex *Vaſquez tom. 3. diſp.231. c.6. nu.27. & Perſico de officio Sacerdotis lib.2. dub.13. nu.80.* huiuſmodi fructum ſatisfactorium generalem ſacrificij Miſſæ ex opere operato, etiam applicari fidelibus defunctis, qui nunc ſunt in Purgatorio, & cum hic fructus ſit finitus, modiciſſima erit pars, quæ vnicuique applicabitur.

PETES CXIII.

An ſacerdotes, & alij priuati offerentes poſſint alijs applicare fructum ſpecialiſſimum ſacrificij Miſſæ ex opere operato reſpondentem ipſis offerentibus?

Suarez. Ludou. Mirand. Mant. REſpondetur, ex *Suarez tom.3.3. par. diſp.79. ſect.8. & ſect.9. dub.* vltra *Ludouic. Miranda tom.1. Mant. q. 4. art.7.* non poſſe offerentes prædictum fructum alijs applicare: & ſi de facto illum applicarent illis non prodeſſe: ipſos vero peccare contra charitatem quia magis quis tenetur diligere ſeipſum, quam alium.

Sed

Maior. Nauarr. Henriq. Facund. Nald. *Maior. in 4. diſt. 45. q.2. artic. 4. Nauarr. in manuale c.25. nu.9. Henriquez lib.9. cap.18. nu.3.* Facundez *præcep.1. lib.3. cap.6. num.23. Naldus in ſumma verbo Miſſa nu.14.* & plerique alij docent poſſe Sacerdotes, & alios priuatos offerentes expreſſa intentione applicare alijs fructum ſpecialiſſimum ſacrificij Miſſæ ex opere operato reſpondentem ipſis offerentibus, & per conſequens poſſe priuare ſeipſos ſponte omni

omni

Digitized by Google

omni ſatisfactione ſacrificij ipſis reſpondenti, quia prædicti offerentes ſunt Domini illius ſatisfactionis; nam licet conferatur ipſis ex opere operato, re vera tamen fit, tamquam propria, ſicut illa, quæ eſt ex opere operantis, nec Sacerdotes, nec alios priuatos offerentes peccare contra ordinem charitatis, ſi alijs applicent fructum ſacrificij Miſſæ ex opere operato ipſis reſpondentem, etiam ſi ipſi indigeant ſatisfactione, quia hic fructus eſt diſtinctus à meritò, quod ſequitur ex illa actione offerendi ſacrificium, facta in gratia, nec eſt remiſſio alicuius culpæ, aut gradus gratiæ, vel gloriæ; Sed eſt ſatisfactio, & remiſſio pœnę, & in hoc ipſo charitatis opere magis merentur.

Præterea cum applicatio eſt ſimpliciter ex opere operato non requiritur, vt applicans ſit in gratia, vt patet in Sacerdote etiam in peccato mortali exiſtenti, cuius ſacrificij fructus ex opere operato ſemper habet ſuum effectum in non ponentibus obicem.

Hinc

Colligo quod peccatores laici carentes gratia Dei, & in peccato perſeuerantes poſſe ſatisfactionem ex opere operato quam haberent ex ſacrificijs Miſſæ totius Chriſtianitatis alijs impertiri, nempe defunctis, & alijs exiſtẽtibus in gratia Dei egentibus tali ſatisfactione, etiam ſi adhuc viuant, & ſi peccatores non applicarent huiuſmodi fructum ſatisfactoriũ, vel reponeretur in theſauro Eccleſię, vel accreſceretur alijs egẽtibus tali ſatisfactione, dũmodo eſſent capaces recipiendi huiuſmodi fructum, puta ſi eſſent in gratia.

Probatur, ſatisfactio pœnæ ſupponit culpam eſſe deletam, vel medio actu contritionis, vel me dia actuali confeſſione ſacramentali: ſed qui exiſtit in peccato non habet deletam culpam, ergo non eſt capax recipiendi fructum prouenientem ex ſacrificio Miſſæ per modum ſatisfactionis.

PETES CXIV.

An Miſſæ ſacrificium conferat augmentum gratiæ ex opere operato? Quæſtio eſt, an conferat augmentum gratiæ illis, qui nullo modo offerunt, nec cogitanti de ſacrificio.

D. Thom. Henriq. Reſpondetur, ex *D. Thom. 3. p. q. 79. artic. 5. Henriquez lib. 9. cap. 13. num. 4. Suarez to. 3. 3. p. diſp. 79. ſect. 4. Facundez præcept. 1. lib. 4. c. 3. n. 2.* & alijs, ſacrificium Miſſę, vt ſacrificium eſt per ſe, & ex opere operato non conferre augmentum gratiæ quia Chriſtus non inſtituit hoc ſacrificium ad hunc finem, ſicut inſtituit ſacramenta, vt patet ex ſequentibus, ac formalibus verbis *D. Thom.* loc. citat. (Euchariſtiam, vt eſt ſacramentum, inſtitutam eſſe ad ſpiritualiter nutriendum, per vnionem ad Chriſtum, & membra eius per charitatem; ſed vt ſacrificium ad ſatisfaciendum.) Suar. Facund. D. Thom.

Hinc

Primò colligitur, quod diuerſa ratio eſt Euchariſtiæ, quatenus eſt ſacramentum, & quatenus eſt ſacrificium; nam quatenus eſt ſacramentum ordinatur ad ſanctificationem fidelium, & ad augmentum gratiæ, quatenus verò eſt ſacrificium, ordinatur ad cultum Dei.

Secundò colligitur, per Miſſæ ſacrificium poſſe iuſto impetrari auxilium ſufficiens, vel efficax, quo in gratia conſeruetur, vel ad eliciendum actum, quo in gratia creſcat.

Tertiò colligitur, ſacrificium Miſſæ per accidens, neque conferre primam gratiam ex opere operato. ita *Henriquez lib. 9. cap. 13. num. 4. Suarez tom. 3. 3. par. diſp. 79. ſect. 4.* & alij Theologi. Sed vt ſacramentum poteſt interdum per accidens conferre primam gratiam puta quando quis putat ſe eſſe diſpoſitum ad recipiendum ſacramentum, puta quando quis putat ſe habere cõtritionem, & re vera non habet niſi attritionem, nam tunc ſacramentum Euchariſtiæ confert per accidens primam gratiam, vt alibi dixi; hoc intelligitur quando deeſt copia confeſſarij, & niſi laicus communicet oriretur graue ſcandalum. Henriq. Suar.

Quarto colligitur, probabile eſſe ſacrificium Miſſæ, vt ſacrificium eſt ex opere operato, & per ſe delere culpas veniales, quia non repugnat peccata venialia remitti abſque vlla infuſione gratiæ habitualis, & ſine vllo actu peccatoris, ac per conſequens ſine phyſica eius mutatione. ita *Hẽriquez lib. 9. cap. 13. nu. 2. Greg. de Val. tom. 4. diſp. 6. q. 11. punt. 1. quæſtiuncul. 4. §. 22.* & alij inſignes Theologi. aliqui DD. teſte *Hẽriq.* loc. cit. negant, ſed per accidens concedunt, quia pœnis ablatis ceſſat culpa. Henriq. Greg. de Val.

Quintò colligitur, probabilius eſſe ſacrificium Miſſæ ex opere operato immediatè,& per ſe delere peccata venialia in illis tantum pro quibus hoc ſacrificium offertur;& ipſi etiam ſunt offerentes, quia aliquo modo concurrunt dando eleemoſinam, vel petendo, aut faciendo;vt pro ipſis offeratur;hac intentione formali, aut virtuali, vt à Deo obtineant remiſſionem ſuorum peccatorum.ita DD.teſte *Perſico de officio Sacerd.lib.2.dub.8.* *Perſico.*

Sextò colligitur, probabilius eſſe in illis pro quibus Miſſæ ſacrificium offertur,& ipſi nullo modo concurrunt offerendo illud nec ſciunt,nec cogitant de eo,non deleri peccata venialia ex opere operato; ſed tantum impetrari ipſis donum aliquod à Deo, quod de ſuis peccatis venialibus explicitè, vel implicitè dolendo, ea deteſtentur. ita *Vaſqu.tom.3.diſp.228.cap.3.n.18. Ludouicus Miranda in Manuale Prælatorum Regul.tom.1.q.41.art.* 10.& alij. *Vaſq. Ludou. Mirand.*

PETES CXV.

Quibus modis ſacrificium Miſſæ conferat ſuos effectus?

Reſpondetur primo,ſi Miſſæ ſacrificium conſideretur ſecundum id, quod habet ex vi actualis oblationis,quæ fit à miniſtro proximè offerẽte,certum eſſe poſſe mereri tam de congruo,quam de condigno, ſatisfacere, & impetrare.Ratio eſt, quia homo iuſtus ex quocunque opere bono in gratia,& charitate facto tres recipit fructus ſecundum communem Theologorum ſententiam. Primum meritum de condigno, cui in hac vita reſpondet augmentum gratiæ;in cœlo verò gloria eſſentialis ex iuſtitia. & hic effectus non poteſt alijs prodeſſe,niſi ſoli faciẽti opus ac proinde,nec poteſt pro alijs offerri.Secundus effectus eſt impetratio;quia iuſtus per omnes actus bonos in charitate factos impetrat à Deo petitiones ſuas,& hic effectus poteſt dici etiam meritum,non de condigno,quia nulla lege tenetur Deus concedere omnes petitiones iuſtorum in particulari;ſed de congruo; quia congruum eſt,vt Deus illas concedat, quando pertinent ad ſalutem; tertius effectus eſt ſatisfactio pœnæ debitæ pro peccatis iam remiſſis.& hi duo poſteriores effectus, ſicut prodeſſe poſſunt non ſolum facienti opus bonum, ſed etiam alijs,ita etiam pro alijs offerri:ſed oblatio ſacrificij Miſſæ eſt opus virtutis religionis præſtantiſſimum. ergo Sacerdos offerens,ſi ſit in gratia non ſolum de condigno mereri poteſt, ſed etiam de congruo impetrare,& ex iuſtitia ſatisfacere.ita *Bellarm.lib.2.de Miſſa cap.4. Greg.de Valent. tom.4. diſp.6.q.11. punct.1.*& alij. *Bellarm. Greg. de Val.*

Reſpondetur ſecundò,oblationem ſacrificij Miſſæ,vt eſt à Chriſto principali offerente,nullum effectum habere poſſe per modum meriti de condigno, & ſatisfactionis, ex opere operantis Chriſti,quia non eſt Chriſtus in ſtatu merendi,vel ſatisfaciendi, poſſe tamen habere effectum per modum impetrationis, quia Chriſtus nunc eſt in ſtatu orandi,& impetrandi, hic tamen cauſandi modus non eſt omninò certus, quia non eſt certum Chriſtum nunc exiſtentem in cœlo actu coniugere orationem ſuam cum omni oblatione huius ſacrificij.Sed vereſimile eſt,aut ſemper,aut plerumque, ita fieri; quando verò fit,habere infallibilem efficaciam ex opere operantis Chriſti. ita *Bellarminus lib.2.de Miſſa cap.4.Suarez tom.3.3.p.diſp.79.ſect.2,& Miranda tom.1. manualis q.41.art.7.* *Bellarm. Suar. Mirand.*

Reſpondetur tertio, ſacrificium Miſſæ ex vi inſtitutionis, & promiſſionis Chriſti non poſſe propriè loquendo habere effectum ex opere operato per modum meriti, & ſatisfactionis de condigno,quia vt dictum eſt, Chriſtus non eſt in ſtatu merendi, vel ſatisfaciẽdi, ſed tantum habere vim ex opere operato applicãdi ſatisfactiones Chriſtifidelibus, qui ſunt capaces recipiendi,puta ſi egent,& ſint in gratia.ita *D. Thom.in 3.p.q.79.art.5.Henriquez lib.9.cap.13.Suarez in 3.p.tom.3.diſp.79. ſect.6.*& plerique alij colligitur, ex *Trid.ſeſs.22.cap.*1.vbi ait, [Chriſtum Dominum inſtituiſſe hoc ſacrificium, vt ſacrificij cruentis ſalutaris virtus in remiſſionem peccatorum,quæ à nobis quotidie committuntur,applicaretur, & quamuis in ſacris litteris non reperiatur expreſſa promiſſio huius effectus ex opere operato, tamen ſufficit Eccleſiæ traditio. *D. Thom. Henriq. Suar. Concil. Trid.*

Verum etiam hæc veritas colligitur ex ſacra Scriptura,puta ex illis verbis *Qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.*

PE-

Digitized by Google

PETES CXVI.

An ſacrificium Miſſæ ſit impetratorium ex opere operato, & infallibiliter impetret.

D. Thom. Bellarm. Henriq. RESpondetur, ex *D.Th. in 3.p.q.79. art.7. & q.83.art.1. Bellarm.lib.2. de Miſſa cap.4. Henriquez lib.9.c.15.* & plerique alijs affirmatiuè quantum eſt ex parte Dei, niſi homo reſiſtat, quia ſacrificans offert huiuſmodi ſacrificium in virtute meritorum Chriſti, & res oblata, id eſt Chriſtus, ſemper exauditur à Patre pro ſua reuerentia, vt ait D.Paul. *D.Paul. ad Hebr.5.*

PETES CXVII.

An ſacrificium Miſſæ ſit propitiatorium.

RESpondetur certa fide credendum eſſe, Miſſæ ſacrificium eſſe verè propiatorium pro peccatis; quia licet nunc aliqua ſit cōtrouerſia inter Theologos, quænam peccata, & quomodo per Miſſæ ſacrificium remittantur; certum eſt apud catholicos, vt definiuit Concil. Trid. *Concilium Triden. ſeſs.22.cap.2. & can.3.* virtute huius ſacrificij peccata etiam mortalia pro nobis remitti, patet ex *Epiſt. ad Hæbreos 5.cap.1.* vbi ait omnis Pontifex, ſiuè Sacerdos, ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in his, quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona, & ſacrificia pro peccatis, & eſt communis Theologorum ſententia D. Thom. Caiet. Bellarm. *D. Thom. in 3.p.q.79.art.5. & 7. Caiet. tom.2. opuſcul. tract.3.q.2. Bellarm. lib.2. de Miſſa,* & plerique alij.

PETES CXVIII.

An ſacrificium Miſſæ ex opere operato conferat bona temporalia.

RESpondetur primò, certum eſſe apud Doctores catholicos ſacrificium Miſſæ eſſe impetratorium omnis generis beneficiorum.

Reſpondetur ſecundò, multos Theologos aſſerere Miſſæ ſacrificium habere hunc effectum, nempè conferendi bona temporalia per modum meriti de congruo. Sotus. Cordub a. Bellarm. ita *Sotus in 4. diſt.11.q.2. artic.7. & d. ſin.13.q.2.ar.1. Corduba lib.1. quæſt. Theolog. cap.2.q.3. dub. Bellarm. lib.2. de Miſſa cap.5.* & pleriq; alij.

Reſpondetur tertiò, ex *Azor part.1. lib.10.c.21.q.4. in fine, & Reginald. in praxi lib.29.c.9.ſect.2.nu.155.* Azor. Reginald. bona tēporalia conferri per Miſſæ ſacrificium ex opere operato, quia dicunt hoc ſacrificium pro ipſis oblatum certò ſuū effectum adipiſci, quamuis ea bona ſæpè ex accidenti non conferantur ijs, pro quibus ſacrificium offertur, quia id eis non expedit.

PETES CXVIX.

An Miſſæ ſacrificium habeat aliquem effectum ex opere operato in omnibus offerentibus? quæſtio eſt quando Sacerdos nullum fructum eis applicet?

RESpondetur, ex *Caiet.3.p.q.79. art.5. Angel. verbo Miſſa nu.52. Sylu. verbo Miſſa 1.q.9.* Caiet. Ang. Sylu. & multi alij DD. docent, vt quis effectum ex opere operato conſequatur, nō ſatis eſſe cum Sacerdote ſacrificium Miſſæ offerre; ſed neceſſariò requiri, vt etiam pro ipſo offeratur; Ratio eſt, quia vt ſacrificium alicui proſit ex opere operato, debet ei prodeſſe vt ſacrificium, ergo neceſſe eſt, vt pro illo offeratur; Semper verò applicat Sacerdos alijs ſi non ſpeciali intentione ſemper tamen generali intentione, vt patet ex verbis Canonis Miſſæ.

Verum magis participant hunc fructum qui proprius miniſtrant, vt diaconus, & ſubdiaconus, quam clerici minores, & magis, qui inſeruit Miſſæ, vel cantant in choro quando Miſſa ſolemniter celebratur, quam qui ſolum interſunt Miſſæ, & magis, qui dant eleemoſinam pro celebratione Miſſę, quam qui nihil dat, vt rectè docet *Perſicus de officio Sacerdot. lib.2. dub.11.n.56.* Perſico.

PETES CXX.

Quot fructus ex opere operato correſpōdeant Sacerdoti celebranti.

RESpondetur, duplicem fructum ex operato correſpondere Sacerdoti celebranti alterum quatenus offert in perſona Chriſti, vt miniſter publicus, alterum verò quatenus offert, vt priuata perſona; quia Sacerdos dum celebrat duplicem repreſentat perſonam ſcilicet Chriſti, & propriam,

&

Digitized by Google

& ſub vtraque ratione offert,ac proinde ſub vtraque ei fructus reſpondere debet: de primo omnes communiter affirmant,de ſecundo quatenus eſt priuata perſona.

Probatur; quia Sacerdos ob publicum miniſterium, quod gerit, non exuit rationem perſonæ priuatæ, ſub qua etiam ad ſacrificium concurrit, ſicut reliqui omnes circumſtantes, neque enim in hoc debet eſſe peioris cõditionis,quam reliqui priuati offerentes.

PETES CXXI.

Vtrum ſacrificium Miſſæ ſit infiniti valoris?

Antequam reſpondeam.

SVppono duobus modis poſſe aliquid dici infinitum,vno modo intenſiuè,alio modo extenſiuè, illud dicitur intenſiuè, quod parit effectum infinitum,illud verò dicitur infinitum extenſiuè,quod non tot prodeſt,quin poſſit prodeſſe pluribus.

His poſitis.

Henriq. *Suar.* *Bellarm.* *Pet. Na.* Reſpondetur primò, ex *Henriquez lib.9.cap.17.Suarez in 3.p.tom.3.diſp. 79.ſect.12.Bellarm.lib.2.de Miſſa c.4. Petro Nau.lib.2.c.2.nu.*268.& alijs cõmuniter hoc ſacrificium Miſſæ eſſe valoris infiniti extenſiuè, ideſt ratione deuotionis, aut multitudinis offerentium,& poſſe in infinitum ſemper creſcere,quia non tot prodeſt quin poſſit prodeſſe pluribus.

Reſpondetur ſecundò,citra controuerſiam eſſe ſacrificium Miſſæ, ex ſe, ideſt,tam ratione rei oblatæ,quam primarij,& ſupremi offerentis,eſſe infiniti valoris,quia res oblata, & primarius offerẽs eſt Chriſtus,qui eſt infiniti valoris ratione vnionis hypoſtaticæ.

Reſpondetur tertiò, ſacrificium Miſſæ quatenus offertur à Sacerdote in perſona Eccleſiæ,ideſt,quatenus cõſiſtit in conſecratione, oblatione, & ſumptione, quæ fiunt à Sacerdote, etiam ſi Chriſtus ſit principalis offerens,eſſe finiti valoris, quia proximus offerens eſt Sacerdos, qui eſt finitus,& ſatisfactio ſacrificij incruenti applicatur nobis per Sacerdotem, qui Sacerdos eſt finitus,vt dictum ergo,&c.

Poſſunt præterea adduci illa verba ſacræ Scripturæ pro confirmatione huius veritatis;Reſpexit Deus ad Abel, & ad munera eius, ergo videtur quod Deus primario reſpiciat perſonam offerentem,& ſecundario rem oblatam, ſed proximus offerens eſt Sacerdos licet primarius,& ſupremus offerens ſit Chriſtus,ergo valor ſacrificij quatenus applicatur nobis per inſtrumentum finitum,debet eſſe finitus alioquin plura abſurda ſequerentur.

Primo ſequeretur, quod ſi ſacrificiũ Miſſæ eſſet infiniti valoris, vnico ſacrificio Miſſæ poſſet euacuari purgatorium.

Secundò, ſequeretur quod per ſe loquendo pro vnico Miſſæ ſacrificio poſſet Sacerdos plura ſtipendia integra accipere, quod pugnat cum communi Eccleſiæ conſuetudine,ita *Scotus quodlibet.* 20. *Durand. in 4.diſt.45.q.5. Vaſquez tom.3.in 3.p.diſp.230.Nauarr.in manuali c.25.nu.92.D.Thom.in 4.diſt. 45.q.2.art.4.Tolet.lib.2.c.6. & S.Bellarm.lib.2.de Miſſa cap.4.Azor.p.part. lib.10.c.20.*& plerique alij, & hæc eſt probabilior magis recepta ſententia quidquid dicant. *Caietan 2.tomo opuſculor.tract.3.q.2.Sylu.verbo Miſſa 1.q. 9.Canus lib.12.de locis Theolog.c.13. Vaſquez diſp.230.cap.3.Corduba lib.1. q.3.Petr.Nau.lib.2.de reſtit.cap.2.num.* 268.& alij docentes ſacrificium Miſſæ eſſe infiniti valoris intenſiuè,ac proinde vnam Miſſam oblatam pro pluribus æque illis prodeſſe, ac ſi pro ſingulis ſeparatim offerretur. *Scotus. Durand. Vaſq. Nauarr. D. Thom. Tolet. Bellarm. Azor. Caiet. Sylu. Canus. Vaſq. Corduba Nauarr.*

PETES CXXII.

An tantum valeat Miſſa pro vno, quantum pro pluribus quæſtio eſt de valore Miſſæ ex opere operato.

REſpondetur,ex opinione *Caiet.*& alijs proximè citatis, ſequitur, quod tantum valet Miſſa pro vno quãtum pro pluribus cum aſſerant hoſtiam huius ſacrificij habere valorem infinitum.

Sed

In noſtra opinione valor Miſſæ plus valet,cum applicata eſt vni quam cum applicata eſt pluribus, nam dictum eſt valorem ſacrificij eſſe finitum.

QVAE-

Digitized by Google

PETES CXXIII.

An Miſſæ ſacrificium ſaltem quantum ad vim impetrandi pro pluribus oblatum æque proſit ſingulis, quam ſi pro vno dumtaxat offerretur?

Sotus. Bonau. Palud. S. Fauſt. RESpondetur, ex *Scoto, Riccardo, Bonauentura, Paludan.* & alijs cit. à *S. Fauſto tract. de Euchariſt. lib. 2. q. 61.* minus in ſingulis valere, quia preces offerentium ſunt finitæ, at finitum in plures homines diuiſum, fit in ſingulis minus.

PETES CXXIV.

An Miſſa mali Sacerdotis ſit tanti valoris, quam boni?

RESpondetur, Miſſam mali Sacerdotis quantum ad valorem ex opere operato, ideſt quantum eſt ex parte ſacrificij æque eſſe fructuoſam, atque boni, quia hic fructus ſacrificij prouenit ex opere operato, & non dependet à probitate, vel improbitate miniſtri eſt concluſio definita in *Trid.* Concil. Trid. *ſeſs. 22. c. 2.* vbi dicitur, hoc ſacrificium eſſe mundam oblationem, quæ nulla indignitate, & malitia offerentium inquinari poteſt, & eſt communis Theolog. ſent.

Quantum verò ad valorum ex opere operantis, certiſſimum eſt, plus valere Miſſam boni Sacerdotis, quam mali.

Sed dubium eſt de Miſſa quantum ad preces, quæ à Sacerdote improbo in perſona Eccleſiæ effunduntur?

D. Thom. RESpondetur, ex *D. Th. in 3. p. q. 82. art. 6.* communiter recepto æqualiter valere ſacrificium mali, vel boni Sacerdotis, quia Eccleſia, quę principaliter eſt offerens ſemper Deo eſt grata.

Scotus. *Scotus verò in 4. diſt. 13. q. 1. art. 6.* docet vberiorem eſſe fructum, ſi Miſſa per bonum miniſtrum offeratur.

Quare dicendum eſſe, Miſſam boni Sacerdotis ſimpliciter, & abſolutè omnibuſque ritè perpenſis, magis eſſe fructuoſam, quam mali, gratius enim ſemper eſt munus, quod offertur ab amico, Henriq. quam quod ab inimico offertur. ita Suar. *Henriquez lib. 9. c. 18. nu. 5 Suarez in 3. p. tom. 3. diſp. 77. ſect. 3. Nauarr. c. 25. in Nauarr. ſumma n. 111.* & alij.

PETES CXXV.

Vtrum Sacerdos, qui ſtipem accepit pro Miſſa celebratione, ſatisfaciat Miſſam celebrando in peccato mortali?

RESpondetur, ex *Henriquez lib. 9.* Henriq. *cap. 21. nu. 4. Suarez* loc. cit. ſed Suar. *diſp. 86. ſect. 1.* & alijs ſatisfacere etiam ſi in peccato mortali celebret, vt patet ex dictis.

PETES CXXVI.

Quiſnam ſit principalis offerens in hoc ſacrificio.

RESpondetur, eſſe Chriſtum Dominum, quia Chriſtus nunc eſt etiam verus Sacerdos, & intercedit pro nobis, eſt concluſio definita in *Concilio* Concil. *Lateranenſe ſub Innoc. III. in c. firmiter* Lat. *de ſumma Trinit. & fide catholica,* vbi dicitur, Chriſtum in hoc myſterio ſimul eſſe Sacerdotem, & ſacrificium, & in *Trid. ſeſs. 22. cap. 1. & 2.* habetur eū Concil. dem Chriſtum, qui in cœna, & in cruce Trid. obtulit eſſe in hoc myſterio principalem offerentem.

Probatur etiam clarè ex autoritate *Chriſoſt. homil. 83. in Matth.* loquens de Chryſoſ. Chriſto ſic ait. [Non ſunt humanæ virtutis opera, quæ tunc in illa cœna præſtitit, ipſe quoque nunc operatur, nunc, nos miniſtrorum locum tenemus, qui verò ſacrificat, & tranſmutat, ipſe eſt,] *& homil. 60.* ſic dicit [Cum videritis Sacerdotem offerentem, nec ipſum conſideres, ſed manum Chriſti inuiſibiliter extenſam,] & *D. Auguſt. lib. 10. de* Auguſt. *Ciuit. Dei c. 20.* formalia verba dicit Chriſtus eſt offerens, Chriſtus eſt oblatio.

PETES CXXVII.

Quomodo Chriſtus in Cœlo degens dicatur principalis offerens in ſacrificio Miſſæ.

REſpondetur, & ratio eſt, quia Sacerdos conficit in perſona Chriſti; & tanquam legatus eius, ipſum repreſentans eiuſque vice offert Deo hoc ſa-

Digitized by Google

D. Thom. ſacrificium, vt ait *D.Tho.3.p.q.82.& 83.art.1.* vbi dicit Sacerdotem conſecrare in perſona Chriſti,& illius vicem gerere.

Præterea dicitur de Chriſto in ſacra Scriptura. *Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech*, nec potuit dici Chriſtus Sacerdos æternus propter ſolam hoſtiam, quæ in cruce peracta eſt; ſed quia nunc perpetuò ſacrificat per Sacerdotes offerentes, vt ponderant. *Anſelmus Theofilat. & Oecumen* cit.à *Suarez in 3.p.tom.3.diſp. 77.ſect.1.*

Anſelm. Theofil. Oecum. Suar.

Præterea ait *Suarez* loc. cit. quod conſiderari poteſt, quod Chriſtus per humanitatem ſuam phyſicè concurrit ad actionem illam, per quam hoc ſacrificium conficitur, ſcilicet ad tranſubſtantiationem, in qua ratione dici poteſt Chriſtus, vt homo principalis offerens reſpectu miniſtri: quia licet humanitas eius in ea actione inſtrumentaliter concurrat,eſt tamen inſtrumentum coniūctum, & vt ſic dicam, præcipuum organum diuinitatis, & hęc quidem efficientia aliquid confert ad rem de qua agimus.

PETES CXXVIII.

Quid ſit ſacrificium propriè, & ſtricte ſumptum?

RESpondetur, eſſe oblationem rei ſenſibilis à legitimo miniſtro factam per realem mutationem,ad teſtādum ſupremum illius dominium, & noſtram ſubiectionem; dicitur oblatio quia omne ſacrificium,eſt oblatio,non tamen omnis oblatio eſt ſacrificium, vt infra patebit; dicitur, rei ſenſibilis, quæ ponitur ad hoc,à ratione ſacrificij propriè dicti, vt excludantur omnes actiones fidei,ſpei,& charitatis, & cæterarum virtutum; dixi propriè dicti, nam metaphoricę omne opus in Dei cultum relatum, interdum appellatur ſacrificium,vt cōtritio cordis *Pſal.* 50. mortificatio carnis *ad Rom.*12.oratio *Pſalm.*140.eleemoſyna *ad Hæbr.*13.iuſtitia *Pſal.*50.& alia quæ *D.Chryſoſt.in Pſal.*95.inter ſacrificia connumerat.

Pſal.50. ad Ro. 12. Pſ.140. Hæbr. 13. Pſ.50. D. Chryſ.

Dicitur à legitimo miniſtro, ideſt à Sacerdote, quia ſacrificium non niſi à Sacerdote offerri poteſt, iuxta illud *ad Hæbr.*5.omnis Pontifex,ex hominibus aſſūptus,pro hominibus cōſtituitur,vt offerat dona,& ſacrificia pro peccatis.

Ad Hæ. 5.

Dicitur Deo,ad denotandum quod ſacrificium non offertur, niſi ſoli Deo.

Dicitur per realem mutationem, quia vt *D.Thom.dicit 2.2.q.86.art.1.& q.85.art.3.* in hoc differt ſacrificium ab alijs oblationibus,quia ſacrificij materia aliquid in ſe patitur, ac proinde aliqua ſui mutatione ſacratur, quia nimirum mactatur exuritur,&c.aliarum verò oblationum materia, nullam ſui mutationem patitur,ſed tantum adhibitis quibuſdam verbis,& cœremonijs, Sacerdotis miniſterio conſecratur, vt rami oliuarum, palmarum, fructus ciborum,&c.Vnde oblatio latius patet, quam ſacrificium, nam omne ſacrificium eſt oblatio non è contra. *D. Thom.*

Mutatio autem,quæ fit in ſacrificio Miſſæ,vna eſt conuerſio panis,& vini in carnem,& ſanguinem Chriſti;altera eſt ſumptio à Sacerdote facta, qua Euchariſtia quaſi conſumitur.

Dicitur ad teſtandum ſupremum illius dominium, & noſtram ſubiectionem, nam per ſacrificium profitemur exterius,quod interna fide credimus, Deum eſſe ſcilicet ſupremum Dominum rerum omnium,Regem, ac Principem ipſumque colimus, profitendo per hoc ſacrificium excellentiam eius, & noſtram ſubiectionem.

PETES CXXIX.

An in lege naturæ aliqua extiterint ſacrificia erant?

RESpondetur affirmatiuè, vt conſtat ex ſcripturis, legimus enim Cain,Abel, Noe, Melchiſedech, Abrahamum, Iacobum, & Iob Deo ſacrificaſſe. In lege veteri tria genera ſacrificij erant.Primo offerebant Deo,ob ipſius reuerentiam, recognoſcentes ipſum vniuerſalem Dominum omnium: & hoc dicebatur holocauſtum in quo totum animal quod Deo offerebatur, ob ipſius reuerentiam igne comburebatur,nulla particula reſeruata,vt oſtēderet,ipſum omnium rerum Creatorem eſſe,ac Dominatorem. Vnde ob id dicitur holocauſtum,quaſi totū vſtum, ſeù combuſtum.

Secundò, offerebant Deo ob reconciliationem ob aliquod peccatum cōmiſſum quod dicebatur hoſtia, ſeù victima placabilis,cui pars aliqua Sacerdo-

Digitized by Google

doti reſeruabatur, & totum reſiduum conſumebatur igne, ad ſignificandum, quod Deus in ſalute noſtra operanda vtatur ſacris miniſtris.

Tertiò, offerebatur Deo ſacrificium in gratiarum actionem pro beneficio aliquo diuinitus accepto, vel pro aliquo impetrando, & dicebatur hoſtia pacifica, quæ in tres partes ſecabatur, prima dabatur Deo, & hęc tota comburebatur. Secunda in cibum Sacerdotis cedebat, & tertia remanebat in eſcā eorum, qui offerebant, vt rectè dicit S. *Fauſtus de ſacrif. Miſſæ lib. 2. q. 7.* S. Fauſt.

PETES CXXX.

An Sacerdotes nouæ legis à legis naturæ, & ſcriptæ Sacerdotibus diſtinguantur?

Reſpondetur diſtingui, quia Sacerdotes legis naturæ à Republica, vt cæteri magiſtratus creabantur. Sacerdotes legis ſcriptæ propagabantur per generationem ab Aaron. Sacerdotes autem nouæ legis non carnis origine, aut filiorum propagatione, ſed ſorte, per diuinam conſecrationem eligũtur, vt eleganter tradit *S. Fauſt. de ſacrific. lib. 2. q. 9.* S. Fauſt.

Præterea Sacerdotes legis naturæ, & ſcriptæ vi inſtitutionis, nec ſanctificabantur, nec gratiam recipiebant, nec gaudebant charactere indelebili, & illi animalia Deo offerebant, Sacerdotes verò legis nouę Chriſtum offerunt Deo, & conficiunt ſacramentum ex vi verborum, & à peccatis mortalibus abſoluunt, vt patet ex *Trident. ſeſſ. 14. c. 6.* Concil. Trid.

Denique illi coniugati erant, & ducebant vxores etiam poſt Sacerdotium; Sacerdotem autem nouæ legis caſtitatem voueut, ergo, &c.

Confirmatur, etiam ex communi DD. ſententia, & præſertim *Magiſt. ſent. in 4. diſt. 1* ſacrificia veteris legis, nec peccata delebant, nec gratiam conferebant ex opere operato, ex meritò tamẽ offerentium, qui ex fide, & charitate offerebant, obtinebant gratiam Dei, & remiſſionem peccatorum non quidem vi illorum ſacrificiorum, ſed per merita Chriſti quem venturum fide viua, ſaltem implicita credebant. Magiſt.

PETES CXXXI.

An ſacrificium Miſſæ, & ſacramentum eſſentialiter diſtinguantur?

Reſpondetur differre, & ratio eſt, quia vt probaui, eſſentia ſacrificij conſiſtit in oblatione, conſecratione, & conſumptione, eſſentia verò ſacramenti conſiſtit in ſola conſecratione.

Præterea ſacrificium per ſe, & immediate ad cultum Dei ordinatur: ſacramentum autem ordinatur ad noſtram iuſtificationem.

PETES CXXXII.

An ſacrificium Miſſæ ſit idem eſſentialiter cum ſacrificio, quod Chriſtus Dominus ſemel in ara crucis Deo Patri obtulit?

Reſpondetur, eſſe eſſentialiter idẽ, vt conſtat ex *Trident. ſeſſ. 22. c. 2.* nam oblatum vt potè Chriſtus, eſt idem. Concil. Trid.

Differt autem quoad modum, nam illud in cruce erat cruentum, hoc incruentum, illud propria ſpecie, hoc in aliena ſpecie, ſcilicet panis, & vini, illud erat paſſio, & mactatio Chriſti realis, hoc myſtica: illud erat redemptio, hoc applicatio redemptionis, illud erat cauſa vniuerſalis, hoc cauſa particularis: illud offerebatur pro omnibus, hoc directè non niſi pro membris Eccleſiæ, &c. vt rectè docet *Suarez tom. 3. 3. p. diſp. 76. ſect. 1. Vaſquez tom. 3. diſp. 224.* & alij. Suar. Vaſq.

Nec ſacrificium Miſſæ eſſentialiter differt à ſacrificio, quod Chriſtus obtulit in vltima cœna quia conuenit in materia oblationis pane, ſcilicet, & vino, & in re principaliter, quæ eſt Chriſtus Dominus.

Differt verò accidentaliter in re oblata, nam illic fuit Chriſtus paſſibilis, & mortalis, hic impaſſibilis, & immortalis.

Præterea in ſacrificio in vltima cœnæ fuit Chriſtus principalis, & immediatus offerens, in hoc verò licet Chriſtus etiam nunc ſit principalis offerẽs, tamen Sacerdos eſt proximus, & immediatus offerens; vt rectè docet *Suarez loc. cit. & Henriquez lib. 9. c. 19. nu. 7.* & alij,

Digitized by Google

PETES CXXXIII.

An ſi Sacerdos pranſus, vel cœnatus cõſecret, verè ſacramentum conficiat?

Hugo. RESpondetur, ex *Hugo in cap. quod à Patribus, diſt. 75.* abſolutè id negat.

Sed communis omnium opinio eſt hunc Sacerdotem verè conficere ſacramentum licèt grauiſſimè peccet.

PETES CXXXIV.

Licet nè ſtatim expuere poſt ſumptionem Eucharistiæ.

RESpondetur, non eſſe peccatum ſi paulo poſt communionem quis in loco honeſto expueret, maximè ſi hoc ex neceſſitate, puta propter ſuperuenientem tuſſim hoc contingeret. ita D. Thom. *D. Th.* communiter receptus in *4. diſt. 8. q. 1. artic. 4. q. 3. & 3. p. q. 80. art. 8.*

PETES CXXXV.

Miſſa à quonam ſit inſtituta, quoad totam actionem, prout ſcilicet includit orationes, aliaſque cæremonias, & ritus?

RESpondetur, ſi loquamur de Miſſa, vt includit id, quod eſt ſubſtãtia ſacrificij, certiſſimum eſt apud catholicos à Chriſto Domino eſſe inſtitutam in vltima cœna, in qua Chriſtus obtulit hoc ſacrificium, & tulit præceptum de illo, vt perpetuò in Eccleſia perduraret, dicens hoc facite in meam commemorationem, quoad verò orationes aliaſque cœremonias, & ritus, Miſſam eſſe inſtitutam ab Eccleſia catholica, à Spiritu ſancto edocta, vt patet ex *Trident. ſeſſ. 22. c. 4. & 5.* & tradit *Suarez in 3. p. diſp. 74. ſect. 3.* & eſt communis Theologorum ſententia. Concil. Trid. Suarez.

PETES CXXXVI.

Quo ordine aucta ſit Miſſa ab initio naſcentis Eccleſiæ vſque ad hodiernum diem.

RESpondetur, inprimordio naſcentis Eccleſiæ Miſſa aliter dicebatur, quam modo, nam primò Miſſa ſolis verbis conſecratorijs, & oratione Dominica conſtabat, vt patet ex *D. Greg. lib. 7. epiſt. 63. & D. Hieron. lib. 3. aduerſus Pelagian.* D. Greg. D. Hier. Pelag.

Deinde *D. Petrus*, tres orationes ad Miſſam adiecit illas videlicèt, quæ nunc in *Canone. 5.* Hanc igitur oblationem. &c. & poſtea ſucceſſu temporis alia ad ſacrificium Miſſæ à diuerſis Summis Pontificibus adiecta fuerunt, vt habetur ex *cap. Eccleſiaſt. diſtin. 11.* quæ omnia ſunt inuenta ad maiorem reuerentiam tanti ſacramenti, vt teſtatur *Iſidorus lib. de officijs Eccleſiaſt. cap. 15. Hugo de Sancto Victore de ſacrific. Miſſa, & Sotus in 4. diſt. 13. q. 2. art. 4.* D. Petr. Canon. 5. Iſidor. Hugo. Soto.

Cælestinus Papa Primus, inſtituit, vt in principio Miſſæ ante confeſſionem diceretur *Pſal. 42. Iudica me Deus.* Pſal. 42.

Damaſus Papa ordinauit, vt in principio Miſſæ *Confiteor* diceretur, vt *Platina* in eius vita refert.

Idem Cæleſtinus *Introitum* in Miſſa dicendum inſtituit, vt ex *Almarico, & Valeriano* probant *D. Ant. in 3. p. tit. 13. cap. 5. 6. 1. & Sotus in 4. diſt. 13. q. 2. art. 4.* Almar. Val. D. Ant. Sotus.

Gregorius Papa, adiecit verſus, ex *Gugliel. lib. 4. cap. 5.* Gugliel.

Damaſus Papa *Gloria Patri, & Filio, &c.* poſt illum verſum, vt *Hugo de ſacram. lib. 2. part. 4. c. 13. Sot. in 4. & Guglielm. lib. 4. cap. 5* Hugo. Sot. Gugliel.

Teleſphorus Papa, qui ſedit ſub anno Domini 140. adiecit in Miſſa *Gloria in excelſis Deo*, vt *Platina* in eius vita refert, & habetur ex *Soto in 4. diſt. 13. q. 2. art. 4. D. Anton. 3. p. tit. 13. c. 5. 6. 1.* Platina. Soto. D. Ant.

Papa Syluester, qui circa annum Domini 320. adiecit *Kyrie eleiſon*, vt ex *Hugone* refert *Sotus in 4. diſt. 13. q. 2. art. 4.* Sed Beatus Gregorius inſtituit nouem *Kyrie eleiſon*, & à clero tantum publicè cantari in Miſſa, quod prius apud græcos ſimul à clero, & populo cantabatur, vt *Platina* refert in vita Gregorij, & *Alfonſus, de Caſtro lib. 10. de Miſſa.* Hugone. Sotus. Platina. Alfonſ.

Clemens, adiecit *Dominus vobiſcum*, quod dicitur ante orationem.

Damaſus, Gelaſius Primus, & Gregorius *Orationes*, & *Preces* inſtituerunt, vt refer *Sotus in 4. diſt. 13. q. 2. art. 4.* Sotus.

Anacletus qui ſedit anno 100. adiecit *Epiſtolam*, vt patet ex *Hugon lib. 2. de offic. eccleſ. cap. 14. & Sot. in 4. diſt. 13. q. 2. art. 4.* Hugon. Sotus.

Gregorius, Gelaſius, & Ambroſius inſti-

Digitized by Google

Gugliel. D.Ant.

inſtituerunt, vt poſt Graduale, ſeù Reſponſorium diceretur *Alleluia*, vt patet ex Guglielm. lib. 4. c. 9. & D. Ant. loc. cit.

Hugon.

Alexander inſtituit, *Euangelium*, vt patet ex Hugon. *lib. 2. de offic. eccleſiaſt. c. 11*

Gugliel. D.Ant.

Marcus, & Damaſus *Symbolum* adiecit in Miſſa, vt patet ex Gugliel. *lib. 4. c. 25. & D. Ant. 3. p. tit. 13. c. 5. §. 2.*

Hugon. Soto.

Gregorius adiecit *Offertorium*, vt patet ex *Hugone lib. 2. de offic. Eccleſiaſt. c. 11. & Soto in 4. diſt. 13. q. 2. art. 4.*

Hugon. Soto.

Leo Papa inſtituit *Orate fratres*, vt patet ex *Hugone* loc. cit. & *Soto* loc. cit.

Hugo. Soto.

Dyoniſius Papa inſtituit *Præfationem*, vt Hugo, & *Sot.* loc. cit. teſtantur.

Gugliel. D.Ant.

Sixtus Papa Primus inſtituit, vt in fine Præfationis cantaretur *Sanctus, Sanctus, &c.* ex Gugliel. lib. 4. c. 34. *D. Ant. 3. p. tit. 13. c. 5. §. 4.*

Hugo. Soto. Gugliel.

Petrus Apoſtolus inſtituit *Canonem*, vt teſtantur Hugo *lib. 2. de ſacramentis p. 8. cap. 14. & Soto in 4. diſt. 13. q. 2. art. 4.* vel Gelaſius Papa, ex *Gugliel. lib. 4. c. 39.* qui addit, Leonem Papam adiunxiſſe in Canone. Hanc igitur oblationem vſque ad placatus accipias.

Gugliel. D.Ant.

Guglielm. lib. 4. cap. 39. & D. Anton. 3. p. tit. 13. c. 5. §. 4. affirmant Gregoriũ adieciſſe illa verba. Dieſque noſtros in tua pace diſponas vſque ad illa verba, iubeas grege numerari incluſiuè. Hugo loc. cit. affirmant *Leonem* adieciſſe illa verba videlicet ſanctum ſacrificium, & immaculatam hoſtiam.

Hugo. Leonem.

Gugliel.

Guglielm. lib. 4. cap. 36. dicit quod Clemens Papa addidit in Canone illa verba. Vna cum famulo tuo Papa noſtro, & Sixtus Papa adiecit communicantes.

D. Amb. Gugliel.

D. Ambroſius, vt refert Guglielm. vbi ſupra dicit, quod illa verba *Canon.* videlicet, *Qui pridiè, quam pateretur*, vſque ibi, *Accipite, & manducate, & bibite.* ex eo omnes ſunt verba Euangeliſtæ, alij verò dicunt, quod Alexander Papa Primus addidit Canoni verba illa. *Qui pridiè, quam pateretur, &c.* vſque ibi, Hoc eſt, &c. Hanc opinionem videtur ſequi *Guglielm. lib. 4. c. 40. & 41. & D. Anton. 3. p. tit. 13. c. 5. §. 4.*

Gugliel. D. Ant.

Matt. 26. Luc. 22.

Dominus Ieſus Chriſtus verba, quibus conſecratur panis, & vinum, vt patet ex *Matth. 26. Marc. 14. & Luc. 22.*

Gugliel.

Beatus Gregorius inſtituit, vt ante Pater noſter dicerentur illa verba. *Oremus, Præceptis ſalutaribus moniti, & diuina inſtitutione formati, &c.* ait Guglielm. lib. 4. c. 47.

Gugliel.

Sergius Papa primus inſtituit, vt in Miſſa diceretur *Agnus Dei*, vt teſtatur *Guglielm. lib. 4. cap. 52.*

Gugliel.

Innocentius Primus, & Leo Secundus inſtituerunt oſculum dari ante cõmunionem, ex Gugliel. lib. 4. c. 52.

Beatus Gregorius ſtatuit, vt in Miſſa *Poſtcommunio* diceretur.

Barthol.

Concilium Aurelianenſe ordinauit, vt in fine Miſſæ diceretur, *Ite Miſſa eſt*, ex *Bartholomeo ab Angelo dialog. 5. §. 119.*

Gugliel.

Tandem idem Concilium ſtatuit cõpleta Miſſa, vt patet ex Gugliel. lib 4. c. 59.

PETES CXXXVII.

Quis primo Miſſam celebrauit poſt Chriſtum?

Iſidor. Remig. Alfonſ. Hugo. Soto.

RESpondetur, *Iſidorus in lib. de officijs c. 15. Remig. in lib. de officio Miſſa, Alfonſus à Caſtro lib. 10. de Miſſa. Hugo de Sancto Victore lib. 2. de ſacram. p. 8. c. 4. & Sot. in 4. diſt. 13. q. 2. artic. 4.* putant fuiſſe Petrum Apoſtolum.

Viguer.

Viguerius de ſacram. Euchar. verſic. 11. exiſtimat primã Miſſam inter Apoſtolos Iacobum Alphei fratrem Domini, Epiſcopum Hieroſolymitanum celebraſſe.

Gugliel. Victor.

At verò Guglielm. lib. 4. c. 1. & *Victoria de Euchariſt. §. 99.* volentes ambas opiniones conciliare, dicunt Petrum fuiſſe, primum, qui in Antiochia celebrauit in pontificalibus.

Iacobum verò fuiſſe primum, qui in Hieroſolymis ſine pontificalibus celebrauit.

PETES CXXXVIII.

Pro complemento totius operis, an fuerint ſacramenta ante Incarnationem. Antequam reſpondeam.

NOtandum eſt ante legem Euangelica, poſſe triplicem ſtatum aſſignari. Primus eſt ſtatus innocentiæ, in quo creatus fuit Adam cum iuſtitia originali. Secundus eſt ſtatus naturæ, qui durauit vſq; ad Moyſen, & dicitur ſtatus naturæ, quia impoſita fuit, & ſcripta lex poſitiua Dei. Tertius dicitur ſtatus legis ſcriptæ, qui fuit à Moyſe vſque ad Aduentum Domini.

Digitized by Google

His poſitis.

Reſpondetur primò, in ſtatu innocentię non extitiſſe ſacramenta ex rectitudine illius ſtatus, nam mens ſuberat Deo, & menti ſuberant vires inferiores,& ipſi animæ corpus. ita *D.Th. in 3.p.q.61.art.2.*& eſt cõmunis Theolog.ſententia. *D. Thom.*

Reſpondetur ſecundò,in ſtatu naturæ fuiſſe aliqua ſacramenta quia non eſt credibile Deum,qui vult omnes homines ſaluos fieri, reliquiſſe homines in eo ſtatu ſine remedio quo ſaluari poſſent.

Primum remedium pro paruulis, quod iuſtificabat ad modum operis operati,erat externa proteſtatio fidei facta à parentibus, qua proteſtabantur omnes ſaluandos eſſe per Chriſti aduẽtum.ita *Auguſtinus,Beda,* & plerique alij apud *Bonac.tom.1.diſp.1.q.2.punt. 3.nu.7.* *Auguſt. Beda. Bonac.*

Secundum remedium fuit ſacrificium pro adultis. ita *Suarez* cit.à *Bonac.*loc.cit. *Suar. Bonac.*

Reſpondetur tertiò, in ſtatu legis ſcriptæ fuiſſe aliqua ſacramenta,& plura fuiſſe, videlicet circumciſionem, ſacrificia, Agnum Paſchalem, vt innuit *D.Tho.* & alij DD.cit.à *Bonac.*loc.cit. *D. Thom. Bonac.*

SED QVAERES I.

An ſacramenta,quæ erant in ſtatu naturæ, & legis ſcriptæ,erant propria ſacramenta?

Reſpondetur. in ſtatu naturæ impropriè fuiſſe ſacramenta, ſed potius fuiſſe ſacrificia ordinata ad cultum debitum reddendum Deo,nec tollebant peccatum, nec conferebant interiorem ſanctitatem ex vi ſua,nec fuiſſe neceſſaria ad ſalutem neceſſitate medij præter illud vnicum ſacramentum quod fuit in remedium paruulorum,ſeù remedium originalis peccati inſtitutum.ita *Suarez in 3.p.diſp.4.tom. 3.ſect 4.* *Suarez.*

Addit verò *Suarez* loc.cit.ex ſingulari Dei beneficio,& reuelatione,interdum fuiſſe in lege naturæ in aliqua familia, vel gente vſum alicuius ſacramenti propriè dicti,præter illud, quod commune erat omnibus in remedium originalis peccati; hoc colligit *Suarez* ex oblatione Melchiſedech in pane,& vino,quæ oblatio non ſolum habuit rationem ſacrificij, vt ſacra oblatio erat, ſed etiam res oblata habuit rationem ſacramenti quia erat Typus Euchariſtiæ,vt rectè probat *Suarez in 3.p.tom. 1.q.22.ſect.4.* *Suar.*

In ſtatu legis veteris fuiſſe propria ſacramenta,eſt communis Theologorum ſententia. teſte *Bonac.*loc.cit.& prẹſertim hoc probat *Bellarm.de ſacramentis lib.1.c.12.Magiſter in 4.diſt.1.* oppoſitum tenet. *Bellarm. Magiſt.*

Nec refert quod noſtra ſint perfectiora,quia non ob id tollitur quin ſit, ſigna rei ſanctificantis.

Sed QVAERES II.

Quæ differentia eſt inter noua, & vetera ſacramenta?

Reſpondetur, ex communi DD. ſententia,teſte *Bonac.*loc.cit.pluras eſſe differentias inter noua, & vetera ſacramenta, nam primò illa fuerunt difficiliora,vt patet in circumciſione. Secundò illa fuerunt vmbræ noſtrorum ſacramentorum. Tertiò non conferebant gratiam ex opere operato. Quartò non introducebant ad gloriam,ſicut nunc introducit baptiſmus, cum nondum erat aperta ianua per Chriſti paſſionẽ, Quintò non habebant determinatam formam verborum. Sextò non faciebant de attrito contritum *Bonac.*

PETES CXXXIX.

Quandonam inſtituta,& cui tradita fuit circumciſio?

Reſpondetur, circumciſionem fuiſſe à Deo inſtitutam, & traditam fuiſſe Abraamo quatrigentis annis ante legem ſcriptam Moyſi traditam, & obligabat omnes ab Abraamo deſcendentes, vt colligitur,ex *Ioan.7.& Gen.27.*qui vero non deſcendebant ab Abraamo potuiſſe etiam circumcidi, ſed non fuiſſe adſtrictos ad circumciſionem,vt benè aduertit *Henriquez lib. 1.c.9.nu.3.*& alij. *Ioan.7. Gen. 27. Henriq.*

Nec erat determinatus miniſtrer circumciſionis,quamobrem non ſolum maſculi verum etiam mulieres circumcidebant filios, vt patet exemplo Sephoræ *Exodi* 4. quę circumcidit filium ſuum, nę ab Angelo interficeretur, vt oſten- *Exod.4.*

Digitized by Google

Berard. Pitig. Abulen. oſtendit *Berardius p.p.tom.1.c.9. Franciſcus. Pitigianus diſt.1.q.6.art.8.& Abulenſis in cap.5.* Ioſuè vbi addit non fuiſſe neceſſarium, vt miniſter diſtinctus eſſet à ſuſcipiente, ſed aliquem potuiſſe ſeipſum circumcidere.

Circumciſio inſtituta fuit ad delendum peccatum originale, vt patet ex Gen.17. *Gen.17.* vbi dicitur, maſculus, cuius præputij caro circumciſa non fuerit delebitur anima eius de populo ſuo, & conſequenter quis non poterat ſaluari ſine circumciſione poſt octauum diem deſcendentes ab Abraam.

Dixi poſt octauũ diem; nam paruuli ante octauum diem natiuitatis non poterant circumcidi, licèt poſt tranſactum diem octauum poterant circumcidi, vt ait D. Thom. *D.Th.in 3.p.q.70 art.3.ad 3.* & eſt communis opinio Theologorum.

Fœminæ verò non poterant circumcidi, vt per ſe notum eſt.

Sed dices, quod remedium erat pro pueris morientibus in circumciſis ante octauum diem ad hoc, vt potuiſſent ſaluari, quod idem quæritur de fœminis, nam fœminæ, vt dictum eſt non poterant circumcidi.

Reſpondetur, pro fœminis perſeueraſſe remedium ſacramenti quod adhibebatur in lege naturæ, nempè ſacrificium aliquod, & pro pueris morientibus ante octauum diem erat neceſſaria externa proteſtatio fidei, quæ fiebat à parentibus, qua proteſtabantur omnes ſaluandos eſſe per Chriſti Aduentum, vt dicunt Theologi, teſte Bonac. *Bonac.diſp.1.tom.1.q.2.n.10.*

PETES CXXXX.

An circumciſio contulerit gratiam per modum operis operati?

Henriq. Reſpondetur, ex *Henriquez lib.1.c.7.nu.1.* cum communi Theologorum ſententia, teſte Bonac. *Bonacin.* loc. cit. non eſſe improbabile circumciſionem contuliſſe gratiam per modum operis operati, quatenus ex Dei pacto gratia conferebatur maſculis non actione, & virtute ipſius circumciſionis, ſed ex ſola Dei actione ad præſentiam ſacramenti, ſimulque ex meritò Chriſti præuiſo, & applicato per fidem in Chriſtum:

PETES CXXXXI.

Vtrum circumciſio non ſolum contulerit gratiam paruulis; verum etiam adultis?

Reſpondetur affirmatiuè, nempè collocatam fuiſſe gratiam adultis media circumciſione, ſi fuiſsēt diſpoſiti, nempè contriti, ob quam contritionem delebatur peccatũ mortale actuale, ſi illius eſſent Rei; attritionem ſatisfuiſſe, docet *Henriquez lib.1.cap.15. nu.4.* ſed communis opinio Theologorum eſt in contrarium. Henriq.

PETES CXXXXII.

Vtrum circumciſio fuerit neceſſaria, & qua neceſſitate.

Reſpondetur, ex *D.Th.3.p.q.70. art.3.ad 3.* & alijs communiter, adultis fuiſſe neceſſariam neceſſitate præcepti. D. Thom.

Paruulis verò non fuiſſe circumciſionem neceſſariam, neceſſitate præcepti, neque medij, de neceſſitate præcepti patet quia pueri non ſunt capaces præcepti.

De neceſſitate medij, patet etiam, quia ſi morirentur ante octauum diem non poſsēt circumcidi, & tamen omiſſa circumciſione poterant ſaluari cum ſolo remedio legis naturæ, nempè cum externa proteſtatione fidei facta à parentibus, qua proteſtabantur omnes ſaluandos eſſe per Chriſti Aduentum, ita *D.Th.in 3.p.q.70.art.3.ad.3.& Henriquez lib.5.c.6.n.5.* & alij. D. Thom. Henriq.

FINIS.

Digitized by Google

DE OBLIGATIONE SACERDOTIS.

ADDITIO AD TRACTATVM

DE OBLIGATIONE SACERDOTIS

In quo varij, ac diuerſi Caſus ponuntur ſcitu digni, neceſſarij, ac curioſi.

QVAERITVR I.

Si quis ordinatur ad titulum patrimonij ſine vlla neceſſitate, vel commoditate Eccleſiæ contra decretum Trid. ſeſſ. 21. cap. 2. an incurrat aliquam pœnam.

RESpondetur cum *Garzia de beneficijs part. 2. cap. 5. num. 79.* nullam incurrere pœnam, vel ſuſpenſionem etiam ſtante conſtit. Sixti V. contra malepromotus.

QVAERITVR II.

Secundo quis bona fide ante legitimam ætatem ſuſcepiſſet ordinẽ Presbyteratus, an ſit ſuſpenſus, vt adueniente mala fide teneatur non celebrare, & an ſi de facto celebret peccet mortaliter, & incurrat irregularitatem.

RESpondetur ſatis certum non incidiſſe in ſuſpenſionem, quia pœna ſuſpenſionis appoſita per Pium Secundum tantum eſt contra præſumentes recipere ordines ante legitimam ætatem, & ita communiter affirmant *DD. apud Dianam 3. part. reſol. 182. & Marchin. de ordine tract. 1. part. 5. cap. 3. num.* 10. adueniente mala fide, ideſt quando ſcit ordinatus non habere legitimã ætatem tali ordini ſi exercet ordinem fit irregularis Secundum *Marchinum loc. cit. ſed Peyrinum in priuileg. minimorum tom. 1. conſtit. Iulij Secundi §. 16. nu. 39.* qui citat *Quarantam Medinam, & Nauarr.* docet non incurrere irregularitate ſi celebret. Ratio poteſt eſſe, quia cùm bona fide fuerit ordinatus ante legitimam ætatem, conſequenter non incidit in ſuſpenſionem, ergo celebrando non violat cenſuram, quam ſententiam iudico eſſe probabilẽ non ſolũ propter auctoritatem *DD.* ſed etiam propter ſupradictam rationem. immo *Nauarr. & Ledeſma cit. ab eodem Diana loc. cit.* putant, nec etiam mortaliter peccare, quæ ſententia eſt contra communem opinionem, vt praxim fatetur *idem Diana.*

Notant præterea *DD.* quod ordinatus bona fide ante legitimam ætatem, non eget diſpenſatione ad celebrandum, vel ad exercendum actum ordinis ſuſcepti, adueniente legitima ætate, non ſic qui mala fide fuit ordinatus ante legitimam ætatem, nam tunc eſt neceſſaria diſpenſatio, etiam adueniente legitima ætate ita *DD. teſte Marchino de ordine loc. cit.*

Sed *Sotus in 4. diſt. 25. q. 1. art. 2. in fine,* docet quod ordinatus ante legitimam ætatem manet ſuſpenſus quouſque legitimam ætatem attigerit. Supponit Sotus male fide ſuſcepiſſe ordinem. vnde ſecundum Sotum ſi ordinatus ante legitimam ætatem non celebrauerit. adueniente ætate legitima, non indigere diſpenſatione *Corduba, Paſſarellus, & Zerola apud Peyrinum cit. à Diana loc. cit. idem aſſerunt.*

Sed Medina in Summa lib. 1. cap. 11. §. 8. docet, quod ſi ordinatus ante legitimam ætatem fuit abſolutus à ſuſpenſione propter ſuſceptionem ordinis mala fide ante legitimam ætatem, & non celebrauerit, ad-

Digitized by Google

adueniente legitima ætate non egere noua diſputatione ad celebrandum.

Aliqui *DD. teſte Marchino loc. cit.* docent Sacerdotem mala fide ante legitimam ætatem ordinatum non ſolum incurrere ſuſpenſionem; ſed etiam irregularitatem, quia dum ipſa ordinatione violat cenſura exercendo ordinem, quem ſuſcipit, quia re vera concelebrat cum ordinante.

Sed alij *DD.* communiter docent non incurrere irregularitatem, ſed ſolum ſuſpenſionem, quia Eccleſia, & communis vſus fidelium non habet pro prima Miſſa, illa quæ dicitur ab ordinato in ipſa actuali ordinatione Presbyteratus, ſed pro prima habet Eccleſia illam, quam Sacerdos poſtmodum per ſeipſum celebrat.

QVAERITVR III.

An Epiſcopus teneatur, antequam conferat ordines, præmittere examen non ſolum quoad doctrinam, ſed etiam quoad mores?

Reſpondetur affirmatiuè, & ſatis certum eſt quoad Doctrinam, vt eſt cautum in Tridentino & quoad mores, non ſolum eſt præmittendum earum circa mores quando confertur prima tonſura, ſed etiam, quando conferuntur alij ordines, præſertim ſacri, ac Sacerdotium; nam poteſt eſſe quis bonus vno tempore, & malus in alio, quia bonum perſeuerantiæ non cadit ſub meritum, ac proinde minus inconueniens eſt in Eccleſia Dei, vt quis non aſcendat ad Sacerdotium, quam remanere in ordine Diaconatus, ſi eſt indignus Sacerdotio propter malam vitam, quam agit, ac proinde non approbo, quod vidi obſeruari in quadam parte it aliæ, quod tota diligentia fit ſolum quando confertur prima tonſura, & non alij ordines nam *D. Paul. 1. ad Thim. c. 5.* ait Nemini cito manus impoſueris; neque communicaueris peccatis alienis; quæ verba ad omnes ordines ſe extendunt cum ſint generalia verba, & non tantum ad primam tonſuram. Immo addo ego, quod maior diligentia præmittenda eſt circa mores ordinandi, quando ſunt conferendi Ordines Sacri, quam prima tonſura, vel alij ordines; & maxima eſt præmittenda, quãdo ordo Presbyteratus eſt conferendus.

Hanc eandem Epiſcoporum in præſcrutandis moribus ordinandorum accuratam diligentiam, ipſa Aaronis, ac Sacerdotium veteris teſtamenti electio manifeſtè teſtatur, quam Deus inſigni quodam miraculo, quoad rem noſtram valdè ſpectat, magno ſano conſilio confirmauit *Num. 17.* Cum. n. præcipiſſet Deus ſingulas tribus ſuas Moyſi tradere, & vnamquamque proprium ſuæ tribus nomen virgæ ſubſcribere, omneſque in tabernaculo fœderis ſimul reponi; poſtea ſubdidit eum eſſe in Sacerdotem eligendũ, cuius virga in tabernaculo locata germinaret. His peractis, omnibus virgis aridis, vt prius remanentibus, ſola Aaronis virga germinare in domo leui cœpit, & turgentibus gemmis eruperunt flores, qui folijs dilatatis in amygdalas efformati ſunt.

Non alia ſane ratione id factum putamus, niſi quia ille ſolum in diuinum miniſterium eſt aſſumendus, qui virtutibus valde eximijs floret.

Cur Haronis virga, emiſſis floribus amygdalarum fructus, & non alterius arboris protulit?

Reſpondet quidam Doctor Neotericus ad indicandum, quod ſicut amygdala inter omnes arbores prima floret; ita in diuinum miniſterium eos eſſe eligendos, qui à teneris annis, ac in ipſo ætatis ſuæ primo vere ſanctitatis flores oſtendunt. Et ſicut amygdolarum fructus duplici tegumento tegitur, quorum vnum amarum eſt, & aliud durum, ſed vtrumque defendens, quod intus latet ſaporis, ac dulcedinis. ita perfecta miniſtrorum Dei virtus, pœnitentiæ operibus, quæ corpori amara ſunt, tegi ſolet necnon laboribus vitæ actiuæ, qui carni duriores interdum videntur: hæc quippe ratione intus fouetur dulcis eorum ſpiritus, & ijs quaſi tegumentis ab omnibus hoſtium inſidijs perpetuo conſeruabitur.

Cur ex alijs Tribubus quæ aridas virgas habuerunt nullus in Sacerdotem fuit electus, niſi vt Epiſcopi intelligerent, illos omnes, qui pœnitentia, modeſtia, pietate alijſq; Chriſtianæ Religionis virtutibus areſcunt, à ſacris ordinibus prorſus eſſe arcendos.

Vltra rationem, auctoritatem diuinæ ſcripturæ, etiam docent communiter Patres, nempe præcedere debere magnum ſcrutinium antequam conferantur ordines, & præcipuè Sacerdotium. vide *Cyprian. Epiſt. 68. ad hiſpanos. Origen. lib. 8. contra Celſum in fine. Chryſoſt. lib. 4. de Sacerdotio Gregor. lib. 7. epiſt. 10.*

Deniq; refert *D. Anton. 3. p. tit. 20. cap. 2. §. 1.* quod legitur de Sancto Leone Papa, qui cùm per quatraginta dies ad Corpus Beati Petri Apoſtoli oraſſet, vt à Domino remiſſionem peccatorum ſibi procuraret, demum appa-

apparuit ei Apoſtolus Petrus, dicens ſibi hoc à Domino obtinuiſſe de omnibus, excepto de manuum impoſitione, ideſt ordinatione, & collatione beneficiorum, de quo adhuc Domino habebat reddere rationem.

Præterea videndus *D. Bernard. de conuerſ. ad Clericos cap.* 29. quæ verba omiſſo breuitatis cauſa, ſed non omiſſo, hæc formalia verba. Dilatata videtur Eccleſia, ipſe etiam Cleri Sacratiſſimus ordo fratrum, numerus ſuper numerum multiplicatus eſt. Verum etſi multiplicaſti gentem, Domine, non magnificati lętitiam: cùm nihil minùs apparet deceſſiſſe meriti, quàm numero acceſſiſſe.

Sed petes, an hæc morum inueſtigatio fieri debeat erga omnes ſacris initiandos.

REſpondetur primo excipi Regulares; nam ſufficit habere literas teſtimoniales de uita, & moribus ſuorum Prælatorum, vt habetur ex *declarat. Concilij ſeſſ.* 23. *cap.* 5. nullus numerus Regulariũ noſse valet mores, quàm eorum Prælati, qui tamen ad has teſtimoniales literas faciendas difficiles, & moroſos ſe oſtendere debent. Secundo excipiuntur ſubditi alterius Diœceſis, nam ad eorum ordinarij ſpectat inquirere mores ordinandi, & tunc ſufficit litera teſtimonialis ordinarij ordinandi.

Aduertit *Marchinus de ordine tract.* 2. *par.* 6. *cap.* 11. *num.* 10. quod denunciatio hęc, & publica morum inueſtigatio non ſolum in Subdiaconatu, eſſe facienda, ſed etiam in ſingulis ordinibus Sacris.

QVAERITVR IV.

Quænam ſit materia eſſentialis Subdiaconatus, Diaconus, & Presbyteratus.

Antequam reſpondeam.

SCiendum eſt, quod duplex eſt materia ordinum remota vna, altera proxima. Proxima certum eſt, quod eſt ipſa traditio materiæ aſſignata in ſingulis ordinibus Sacris. Remota eſt calix, liber Euangeliorum &c. ita *DD. teſte Bonacina tom.* 1. *diſp.* 8. *qu. vnica p.* 3.

His poſitis.

REſpondetur ex *Filiuccio tom.* 1. *tractat.* 9 *cap.* 2. *num.* 49. quod materia tam remota, quam proxima Ordinis Subdiaconatus, eſt traditio Calicis vacui, & patenæ vacuæ ſuperpoſitæ, & traditio libri Epiſtolarũ. De prima non adeſt controuerſia. De Secunda, ideſt de traditione libri Epiſtolarum eſt controuerſia *Filiuccius verò ait*, quod traditio libri Epiſtolarum, eſt partialis materia, *Sed Syluius Coninchus Layman Valentia Comitulus, Molfeſius, & multi alij apud Dianã 3. part. tract.* 4. *de Sacram. reſol.* 189. docent totalem materiam ordinis nẽpè remotam, & proximam Subdiaconatus eſſe traditionem Calicis vacui cũ patena; & putat *Henriquez, & alij* non eſſe neceſſarium, vt calix ſit cõſecratus, ſed alij, & præcipue *Sylu. verb. ordinatio §.* 4. *verſic. docent debere eſſe conſecratum.*

Circa ordinem Diaconatus docent communiter *DD. teſte eodem amiciſſimo Diana loc. cit. reſolut.* 188. eius materiam remotam, & proximam eſſe traditionẽ libri Euãgeliorum cum impoſitione manuum. Sed multi alij *DD. cit. ab eodem Diana* docẽt traditionem libri Euangeliorum eſſe ſolam materiam eſſentialem ordinis Diaconatus. Circa vero ordinem Presbyteratus plures difficultates occurrunt, ac proinde.

PETES I.

An ordinandus debeat de neceſſitate Sacramenti tangere hoſtiam, ratio dubitandi eſt, quia quando confertur talis ordo traditur Calix cum vino, & patena cùm hoſtia, ergo ſicut apud omnes non eſt opus, vt ordinandus tangat vinum, ſic etiam, vt neque tangat hoſtiam.

REſpondet Fernandez *in examine Theolog. part.* 3 *cap.* 11. §. 6. *num.* 1. *& Faber de Sacramento Ordinis in* 4. *ſent. diſp.* 24. *qu.* 1, *cap.* 4. *num.* 121 eſſe neceſſarium, vt ordinandus tangat hoſtiam non autem vinum, tum quia neque Apoſtoli tetigerunt vinum cum fuerunt ordinati Sacerdotes, & Regulariter accipiens vinum, non ſolet tangere vinum, ſed illud recipere in aliquo vaſe, at hoſtia, & panis cum datur, accipitur in manibus, & tangitur. ergo.

Sed communiter *DD.* docent oppoſitum, nempe non eſſe de neceſſitate, ac valore Sacramenti, vt hoſtia tangatur ab ordinando.

Secunda opinio licet ſit probabilior, tamen prima eſt magis tuta, & ſic præcipit Eccleſia, vt hoſtia tangatur ab ordinando, vt ait *Ledeſma in Summa tomo primo de Sacramen. Ordinis cap.* 3. *concluſion. ſecunda*

ac

Digitized by Google

Ac proindè placet ſatis mihi quod ait *Villabos in ſumma tract.* 11. *difficult.* 4. *nu.* 1. quod quotieſcunq; deeſt in collatione ordinis id quod Eccleſia vtitur,& adeſt opinio pro vtraq; parte probabilis, quod ſit validus ordo collatus, & non ſit validus, quod dictum Sacramentum repetendum ſit ſub conditione, & ita ſenſierunt doctiores, & vniuerſitatis Salamanchæ. quæ opinio poteſt confirmari,ex eo quia Eccleſia non ſupplet,id quod deeſt circa eſſentialia ordinis. nõ ſic quando agitur de iuriſdictione, vt alibi docui, nam quando adeſt opinio probabilis, quod talis caſus v.g. poteſt abſolui à carente poteſtate circa reſeruata, & alia opinio docet oppoſitum, tunc Eccleſia confert iuriſdictionem, ac proinde remanet abſolutum peccatum, etiam ſi fortè à parte rei non poterat abſolui illud peccatum,nam communis opinio probabilis, vt ſupra dictum eſt confert iuriſdictionem, vt docent communiter *DD.* teſte *Leſſio de iuſtitia,& iure lib.* 2. *cap.* 29. *dub.* 8. *nu.* 68. ſecus dicendum eſt de Sacramento ordinis,vt colligitur ex *Sanchez in ſumma lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 34. & 35. & ratio mihi eſt,quia ſi re vera opinio eſt falſa à parte rei,ordinatus bona fide non conficit Sacramentum Euchariſtiæ, non abſoluit peccata,&c quæ damna ſunt magna in Eccleſia Dei, ac proindè non eſt recedendum ab eo quod in vſu habet Eccleſia circa collationem ordinis, & quia contraria opinio non eſt reiecta ab *Eccleſia*, idcirco arbitror ſub conditione, eſſe reiterandam collationem ordinis,quando non fuit obſeruatum ac peractum, quod in vſu habet Eccleſia circa collationem ordinis, &c. ita mihi eſt dicendum,ſaluo doctiori iudicio ac ſenſu *Eccleſiæ* Romanæ cui libenter me ſubijcio.

PETES II.

Quidam ſuſcepit ordinem presbyteratus, & in calice non fuit appoſitum vinum,an Sacramentum fuerit inualidum, & ſic denuo ordinandus.

RESpondent *Ledeſma tom.* 1. *de ſacram. ordinis cap.* 3. *different.* 3. *& Ioann. de lucrum in direct. conſc. par.* 2. *de Sacram. ordinis*,quod materia Sacerdotis eſt traditio patenæ cum hoſtia triticea, & calicis cum vino,ita vt ſi in patena non ſit hoſtia triticea, & in calice vinum vitſ non manet ordinatus.

Sed alij *DD.* apud *Dianam* 3. *par. tract.* 4. *reſol.* 186. *& præcipuè Henriquez lib.* 10. *cap.* 6. *num.* 3. docet quod ſi ex obliuione tradatur vas cum vna tantum ſpecie eſſe validum Sacramentum ordinis ſed *Villalabos loc. cit.* dicit quod ſaltem ſub conditione eſt reiterandum Sacramentum.

PETES XIII.

Dictum eſt ſupra quod materia remota ordinis ſacerdotalis eſt calix cum vino, & patena cum hoſtia, & ipſa traditio eſt materia proxima huius Sacramentum,quæritur an ſit ordinatus Sacerdos ſi poſtquam ab Epiſcopo fuit traditus calix cum vino, & patena cum hoſtia, cum prolatione formæ, ſi poſtea obijt Epiſcopus ordinans antequam protulerit illa verba. accipe Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, &c.

RESpondetur ex multis *DD.* apud *Bonac. loc. cit. & Dianam loc. cit. reſol.* 187. non eſſe perfectè ordinatum Sacerdotem, & ſupplenda eſſet ab alio Epiſcopo alia forma omiſſa, nempè impoſitio manuum, vna cum verbis accipe Spiritum ſanctum quorum remiſeritis peccata, &c. nam in traditione calicis cum vino,& hoſtiæ cum patena accipitur poteſtas offerendi ſacrificiũ, in ſecunda abſoluendi à peccatis. Sed multi alij *DD. vt Valentia, Faber, Ioannes de la Crux, Soto, Nugnus, & alij apud eundem Dianam* aſſerunt ordinationem Sacerdotis perfici in prolatione primæ formæ cum applicatione materiæ ſuæ, & impoſitionem manuum cum verbis ſecũdæ formæ nõ eſſe de eſſentia,neque ſubſtantia ordinis ſacerdotalis, ſed eſſe ſacramentalia, quæ ſunt adhibenda ratione præcepti. Sed magis mihi arridet prima opinio,& illa eſt ſequenda,vt euitentur magna incommoda ſi ſecunda à parte rei non ſit vera.

PETES IV.

Dictum eſt ſupra quod in ordine Diaconatus eius materia proxima eſt traditio libri Euãgeliorum cum impoſitione manuum ſed tẽpore Apoſtolorum Diaconatus conferebatur per manuum impoſitionem ergo liber Euangeliorũ non eſt materia Diaconatus.

RESpondetur ex *Bonacina loc. cit. nu.4.* hoc conceſſum fuiſſe Apoſtolis ex peculiari facultate Chriſti cùm non dũ eſſet editum Euangelium.

PETES V.

Cur verba per modum imperatiuum pertineant ad formam ordinis, ſcilicèt accipe poteſtatem offerendi ſacrificia, &c. accipe Spiritum ſãctum quorum remiſeritis, &c.

RESpondetur ex *Henriquez lib.10. cap. 5. num. 1.* quia Epiſcopus qui profert formam ordinis imperat exteriorẽ actum, vt ſignificet quod ordinatus debeat in vſu poteſtatis ſe exercere ne fruſtra ocioſam potentiam receperit.

PETES VI.

An inuocatio Sanctiſsimæ Trinitatis ſit de eſſentia in collocatione ordinis.

RESpondetur ex *Henriquez lib. 10. c.5.* quod inuocatio ſanctiſsimæ Trinitatis non pertinet ad neceſsitatem formæ, niſi in ſolo baptiſmo, & confirmatione: ex vſu tamen Eccleſiæ decenter additur in ordinatione, vt concilium Florentinum explicat. eſt communis *DD* ſententia.

PETES VII.

Epiſcopus per ſaltum fuit promotus, ac proinde caret ordine Diaconi, aut Acolythi, an poſſit validè alteri conferre dictos ordines.

RESpondetur ex *Henriquez loc. cit.* quod non poteſt eum ordinem alteri conferre, quia Epiſcopus, vel Sacerdos non continet eminenti ratione, & virtute ordines inferiores, quos forte non recepit.

PETES VIII.

An Clericus initiatus maioribus ordinibus, aut habens beneficium, peccet mortaliter non geſtando coronam clericalem, vel habitum ad longum tempus abſq; iuſta cauſa.

RESpondetur ex communiſsima *DD.* ſententia teſte *Bonacin. loc. cit. ſed punct. vltimo num.3.* peccare mortaliter. Exiſtentes verò in minoribus ordinibus facilius excuſari poſſunt à peccato ſi non deferant habitum, & tonſuram. ita *Bonacin. loc. cit.*

Henriquez cum aliis *DD. à ſe citat. lib.10. cap. 11. num.1.* docet quod non peccant mortaliter ſi habitum, aut tonſuram non deferant etiam abſq; iuſta cauſa.

Plus addit *Marchinus de ordine par. 1. trac. 2. cap.6.* vbi excuſat à mortali clericos etiam in ſacris, & beneficiatos non geſtantes coronam clericalem, & licèt aliqui Canones aduertant hoc, dicit ipſe non præcipere ſub culpa læthali citat. *Caiet. & Henriquez* quos vidi, nec colligo fuiſſe huius ſententiæ, ac proinde non recedo à prima ſententia, nam cõſuetudo ſic obtinuit, vt ſacris initiatis ſaltem deferant coronam clericalem, & contrarium facere, eſſet quid ſcandaloſum.

PETES IX.

Quà de cauſa deferatur tonſura à Clericis.

RESpondetur ex *Bonacina loc. cit. nu.4.* primò ad ſignificandam vitam puram, & apertam, quam viri Eccleſiaſtici habere debent. Secundò ad repræſentandam coronam Chriſti ſpineam, cuius meminiſſe debent fideles, & præſertim clerici.

PETES X.

An clerici peccent geſtando arma abſq; iuſta cauſa, vel abſq; Sedis Apoſtolicæ diſpenſatione, vel abſq; legitima conſuetudine.

RESpondetur ex communi *DD.* ſentẽtia teſte *Bonacin. loc cit. num.5.* peccare, quia vſus armorum prohibetur ex *cap. clerici, & clem. vltima de vita, & honeſtate clericorum* ex iuſta cauſa nõ peccat clericus ſi deferat arma, ſecluſo ſcãdalo, puta ad defenſionem rerum ſuarum, aut propriæ vitæ, ſi aliter commodè nequeat res proprias, aut vitã tuere, & defendere. ita *Bonac. loc. cit.*

PETES XI.

Vtrum Epiſcopus poſſit alicui clerico dare facultatem deferendi arma.

RESpondetur negatiuè, quia Epiſcopus nõ poteſt diſpenſare ſupra ius commune,

mune, ſed deferre arma clericis eſt prohibitum à iure communi. ergo.

PETES XII.

An Diaconus ſubdiaconus peccent mortaliter frequenter canentes Epiſtolam, & Euāgelium in peccato mortali; & an Aeolythi qui ſolemniter cereos ferunt in peccato mortali, peccent mortaliter.

RESpondetur primò ex multis *DD.* & præcipuè *D Th.* peccare mortaliter Diaconum, aut ſubdiaconum canentes Euangelium, aut Epiſtolam in peccato mortali quia ſancta ſanctæ tractanda ſunt.

Sed multi alij *DD.* teſte *Diana 3. par. trac. 4 de ſacram. de reſol.* 195. docent non peccare mortaliter quia talis actio non eſt diſpenſatio meritorum Chriſti, vt ſunt ſacraméta, aut opus in ſe tam ſanctum, vt adſit tam grauis obligatio exercendi illud in gratia.

Reſpondetur ſecundo ex *Gabrera* quem citat, & ſequitur *Diana loc. cit. reſol.* 196. quod neq; Acolythi peccant mortaliter ſolemniter ferentes cereum. hanc ſententiam à fortiori debent ſequi *DD.* docentes non peccare mortaliter diaconum, aut ſubdiaconum canentes ſolemniter Epiſtolam, aut Euangelium in peccato mortali.

Scio verò ſatis ſcrupuloſè docuiſſe Philippum Fabrum *in 4. ſent. diſt.* 24. *q.* 1. *diſp.* 1. *cap.* 3. *num.* 8. nempè Acolythum ſupradictum peccare mortaliter.

QVÆRITVR V.

Sacerdos poſt ſumptionem ſanguinis aduertit ſumpſiſſe aquam, & non fuiſſe vinum illud quod conſecrauit, quid facere debet.

REſpondent quaſi innumeri *DD.* & aduertit Rubrica Miſſalis iuſſu édita ex Clem. 8. quod tantum vinum cum aqua debet Sacerdos iterum conſecrare, incipiendo ab illis verbis ſimili modo, præuia oblatione, ſaltem mente cōcepta ad euitandum ſcandalum. Si alia hoſtia iterum conſecraretur, vt multi *DD.* docuerunt, nempè eſſe neceſſariū, vt alia hoſtia conſecraretur.

SED

Difficultas eſt ſi Sacerdos ſecreto celebraret, & nullum adeſſet ſcandalum an teneatur non ſolum vinum cum aqua, ſed etiam aliā hoſtiam conſecrare.

REſpondetur, ex *Scoto in 4. diſt. 3.* fine vlla diſtinctione quod Sacerdos ſi aduertit ſumpſiſſe aquam, tenetur iterū conſecrare vinum. nec diſtinguit quod ſi publicè celebrat, vel priuatè; idem docet *Tolet. lib. 2. cap. 1. num. 6.* nempè ſolum vinum eſſe iterum conſecrandū, nec facit vllam mentionē nempè quando publicè, vel priuatè celebrat Sacerdos. idem docet *Azor. part. 1. lib. 10. cap. 33. q. 5.* vbi docet quod ſententia *Scoti* eſt probabilis; & refert opinionem Soti non diſtinguentis inter ſacrificium publicum, & priuatum. *Sed Scotus* abſolutè id docet. & ratio eſt, quia ſi ſolum vinum conſecretur non tamen cenſetur, vt vna ſpecies ſine alia conficiatur, quia conſecratio ſanguinis moraliter coniungitur priori conſecrationi hoſtiæ, & ex vtraq; fit vna moralis actio, & vnum ſacrificium. & licèt Rubrica miſſalis aduertat tunc ſolum vinum eſſe conſecrandum, quando celebratio fit publica, tamen rubricæ miſſalis nō ſunt ſpeciales conſtitutiones inducentes nouam obligationem, ſed tantam inſtructiones iuxta probabilem opinionem. ita *Perſius lib. 1. de officio Sacerd. dub. 11. num. 103 idem docet Diana 1. par. tract. de celebrat. Miſſarum reſol. 70.*

Aduertunt *DD.* teſte *Perſico loc. cit.* quod ſi Sacerdos ex ignorantia inconſideratione, vel perturbatione non ſuppleat defectum, nec perficiat ſacrificium, nēpè non iterum conſecrando vinum excuſari à mortali.

SED PETES I.

Quid dicendum ſi conſecrando vinum iterum, generaret alicui ſcandalum in caſu ſupradicto, an eſſet iterum conſecrandum.

REſpondetur ex *Scoto loc. cit.* quod hoc eſt ſcandalum paſsiuum, non datū, nam factum bonum eſt, & neceſſarium. & quilibet debet iudicare quod eſt bonum, ſi cauſam neſciat, ſupponendo quod Sacerdos habeat bonam cauſam. Quilibet etiam ſi ſciret cauſam deberet

approbare. Poteſt ſatis bene cauere à ſcandalo ſi cautè fiat, puta ſi Sacerdos vadit ad cornu altaris quaſi pro vino recipiendo poſt communionem, & infuſo vino, & aqua redit ad medium altaris, & conſecret illud incipiendo ab illis verbis ſimili modo. præuia oblatione ſaltem mente concepta.

Quando verò eſt completum ſacrificium, & aduertit ſumpſiſſe aquam, non tenetur iterum conſecrare vinum. vt dixi cum *Suarez à me cit. §. petes 64. tit. de Miſcell. pertinentibus ad ſacrificiū Miſſæ.*

PETES II.

Quid faciet Sacerdos ſi quando haberet aquā in ore, putando ſumpſiſſe vinum conſecratum antequam deglutiat aduertit?

RESpondetur ex *Angelo verb. miſſa num* 17. & citat *director. lib. 1. tit. 17.* quod ſi poteſt ſine ſcandalo ſpuet in calice, & extrahat particulam hoſtiæ, & aquam reponat in alio vaſe, & ſic accipiat vinum, & conſecret, & in eo ponat particulam hoſtiæ, & ſumat poſtea illam aquam, ideſt poſt ſumptionem ſanguinis, ſi poteſt facere ſine periculo vomitus, vel ſi timet de vomitu, reponat aquā in ſacrario. hucuſq. Angelus. addo ego ex eius doctrina ſequitur quod ſi non poteſt ſine ſcandalo ſputare aquam debet illam deglutire, & iterum conſecrare vinum; quia magis vrget euitatio ſcādali, quam præceptum de ieiunio ad ſumendum ſanguinem.

PETES III.

Si poſt completum ſacrificium Miſſæ in ſacreſtia reperiantur fragmenta hoſtiæ conſecrata, an poſſint ſumi à Sacerdote.

RESpondent communiter *DD.* non eſſe licitum, ſed tantum ſumi poſſe dum Sacerdos adeſt in altare. Sed *Granaldus*, & alij apud *Dianam par. 5. tract. 14. reſol 43.* docet poſſe ſumi, ſi Sacerdos in ſacreſtia non depoſuerit veſtes ſacerdotales. hæc opinio eſt probabilis, ait *Diana*, *& ego docui in tract. de Miſcell. tom. 1. q. 213.*

PETES IV.

An Sacerdos teneatur applicare fructum miſſæ ex opere operantis, & alia orationes quæ in miſſa fiunt ei à quo accepit ſtipendium pro miſſa applicanda?

RESpondetur ex *Conincho q. 83. art. 1. dub. 10. num 195.* ſic ijs pro quibus tenemur ſacra dicere, propriè debitum eſſe eum fructū qui percipitur ex opere operato, quia hic eſt proprius fructus ipſius ſacri, aut ad ſummum, etiam is qui impetratur in perſona Chriſti. Quare obligati pro certis dicere ſacrū, liberè poſſunt eum fructum quem, vt perſonæ priuatæ percipiunt alijs applicare, ſiue is percipiatur per modum impetrationis, ſiue ex opere operantis per modum meriti, aut ſatisfactionis. atq; ita in memento Sacerdos poteſt Deo commendare quoſcunq; voluerit, offerendo pro ijs priuatim ipſum ſacrificium. quia per eiuſmodi oblationes nihil detrahitur fructui qui reſpondet oblationi prout fit in perſona Chriſti. ita alij *DD. apud Dianam par. 5. tract. 14. reſol. 80. ſed alij oppoſitum docent.*

PETES V.

An officium v. g. defunctorum pro animabus purgatorij, applicatum ac dictum à perſona carente diuina gratia, proſit dictis animabus purgatorij. quæſtio eſt, quando non eſt miniſter eccleſiæ ſed eſt perſona priuata.

RESpondet *Soto cit. à Diana par. 5. trac. 14. reſol 79* non prodeſſe.

Sed *Petrus Nauarr. lib. 2. de reſtit. c. 2. num. 254 citans Nauarr. & Couarr.* oppoſitū. docet quod laicus recitans horas canonicas, & orationem dominicam licèt ſit in peccato mortali proderunt ſaltem hæ preces his pro quibus ſit oratio, quia ex quo Eccleſia eas inſtituit per ſe ſunt Deo gratiores & Eccleſia eas quolibet ſuo membro Deo offerri voluit.

Sed ego non intelligo opinionem *Petri Nauarri* nam ſi loquitur de applicatione ſuffragij facta à perſona priuata exiſtente in peccato mortali certum eſt quoad fructum ſatisfactoriam ex opere operantis nihil iuuat, quia ad rationem ſuffragij peracti ex perſona priuata requiritur ſtatus gratiæ, adhoc, vt ſit ſatisfactorius valor precum, vt eleganter

docet

docet *S. Fauſt. lib. 1. de indulg. q. 3.* vbi enumerat conditiones neceſſarias ad ſupradictum fructum.

Si verò loquamur de fructu impetratorio, poteſt peccator impetrare, licèt nō poſsit mereri ait *D. Th. 2. 2 q. 83 art. 6.* quia meritum innititur iuſtitiæ, impetratio autem innititur gratiæ.

PETES VI.

Quid dicendum ſi Epiſcopus eſt denunciatus excommunicatus, vel publicus percuſſor Clerici; an poſſit Sacerdos in Canone, vel in alijs Eccleſiæ precibus nominare?

Reſpondetur non poſſe, vt aduertit *S. Fauſt. tract. de indulgentijs lib. 1. q. 45.* 5. hinc, & colligitur ex communi doctrina *DD.* & præcipuè *Henriquez lib. 9. c. 15. num 3.* nam excommunicati retenta fide, manent membra Eccleſiæ, ſed ſecundum quid præciſa quantum ad publica Eccleſiæ ſuffragia, ſacramenta, & beneficia eccleſiaſtica, & miſſæ publicæ orationes pro omnibus oblatæ à publico miniſtro cum communi intentione Eccleſiæ, non proſunt ijs excommunicatis, qui contumaciter manent in mora culpabili petendi abſolutionem.

QVÆRITVR VI.

An qui caret indice, vel pollice ſit irregularis.

Reſpondetur affirmatiuè nempè eſſe irregularem, vt docui *titul. de Miſcellan. pertinentibus ad ſacrificium miſſæ 5. petes 22.*

Nunc addo quod ſi ſuſcepto ſacerdotio alicui aduenit amputatio pollicis, vel indicis, poteſt præſtare ea omnia, ad quę non impeditur per illum defectum, vnde quamuis ſit inhabilis ad celebrationem miſſæ, nihilominus non eſt inhabilis ad reliqua ſacerdotij officio, eo quod poſsit illa præſtare, conſequenter poteſt confeſsiones audire, concionari, exercere ordinem Diaconi canendo Euangelia eas ſicut etiam ſacerdos cæcus poteſt confeſsiones audire: quas etiam poteſt audire ſacerdos, qui ſuſcepto ſacerdotio morbo caduco corripitur, vt colligitur ex *cap. presbyterum de clerico ægrotante*. ita etiam affirmant *DD.* teſte *Bonacina tom. 1. diſp. 7. par. 2. num. 25.*

HINC

Patet eum qui ſuſcepto ſacerdotio fit abſtemius, ita vt non poſsit deguſtare vinum, poſſe vti ſacerdotio, excepta celebratione. ante promotionem ſi ſit omnino abſtemius, eſt irregularis. ita *DD.* teſte *Bonacin. loc. cit. num. 26.*

SED PETES I.

An Summus Pontifex poſſit cum abſtemio diſpenſare, vt promoueatur ad ſacerdotium.

Reſpondetur non poſſe ſi ſequamur ſententiam eorum qui dicunt Summum Pontificem non poſſe diſpenſare, vt ſub vna tantum ſpecie fiat conſecratio, vt tenent *Suarez, Sylu. Soto,* & multi alij apud *Bonacin tom. 1. diſp. 4. par. 3. num. 13.* vbi docent quod numquam Papa diſpenſauit, vt ſub vna ſpecie cōſecraretur. & eſt falſum quod alij *DD.* docuerunt, nempè quod Summus Pontifex diſpenſauit cum Nouarianis, ſcilicet vt ſub ſpecie panis tantum conſecraretur.

Si ſequamur aliam opinionem quæ docet quod Summus Pontifex poteſt diſpenſare, vt ſub vna tantum ſpecie conſecraretur. vtiq; Papa poſſet diſpenſare cum abſtemio.

Quod Papa poteſt diſpenſare, vt ſub ſpecie tantum conſecraretur. docet *Henriquez lib 8. c. 13. num. 1. & dicit Innoc. 8.* diſpenſaſſe. ſaluatur. n. ſubſtantia ſacrificij, dum ſpecies panis ex vi ſacramenti repræſentat corpus exangue, & mortuum Chriſti: præſertim dum frangitur & ore conſumitur: ſimulq; adeſt reipſa ſanguis Chriſti ex concomitantia ad potum ſpiritualem: nec eſt minus efficax ſub concomitantia, quàm ſi bibatur ſub ſpecie vini. Cauſa ſufficiens, ait *Henriquez*, diſpenſandi videtur, quando in Regione ampla deeſſet omnino vinum, in quam apportari vix poteſt, aut aſportatum conſeruari: ne ingens prouincia, aut multa illius oppida priuentur neceſſaria, & vtiliſsima Euchariſtiæ communione, & iugi præſentia corporis Chriſti: quaſi pro illis id ſacramentum non eſſet inſtitutum.

Addit idem *Henriquez loc. cit.* quod *Luc. 23.* Chriſtus duos diſcipulos euntes in Emaus communicauit ſub ſpecie tan-

tum

tum panis à ſe conſecrata.ergo.

Idem docet *Angelus verb. Eucharistia 1. num.20.& Chamerota de Eucharistia cap. 6. verſ.dico tertio.*

Præterea in ordinatione Sacerdotũ vnus tantum communicat ſub vtraq; ſpecie licèt omnes concurrant ad conſecrationem.quæ opinio ſatis mihi placet.

Sed in omni opinione Summum Pontificem poſſe cum abſtemio diſpenſare ad reliquos ordines.nam hoc impedimentum iure naturali videtur ſeſe ſolum extendi ad ſacerdotium. ita *DD.* teſte *Bonac.diſp.7.q.2.par.2.num.27.*

QVÆRITVR VII.

An carentes ordinibus ſacris, poſſint aliquando tangere patenam conſecratam in qua adeſt Euchariſtia?

RESpondet *Suarez tom.3.3.par diſp 81. ſect.8.* ait quod laici ſine cauſa,& temerè tangentes vaſa ſacra vbi continetur corpus Chriſti vix excuſari poſſunt à mortali.ex quo colligitur eſſe licitum cum cauſa iuſta.qualis eſſet.ait *Pellizarius,tract.de monialibus cap.10 ſect.3. nu. 239.* quando confeſſarius volens communicare monialem per feneſtellam communicatorij,cadit in terram particula conſecrata, nam in tali caſu poteſt monialis media patena, eleuare è terra particulam conſecratam, & præbere Sacerdoti,vel poſſet lingua eam ſumere monialis,cui præbebatur,quando decidit mundando poſtea locum ſuper quẽ ceciderat, illum aliquantulum abradẽdo,& puluerem, ſeu abrationem in ſacrarium proijciendo iuxta communem rubricam miſſalis. ita *Pellizarius* qui citat *Cardinalem de Lugo, Dianam, Auerſam,*& alios viros doctos. quidquid dicant alij in oppoſitum. idem dico ego, quando id accidit in cõſeruatorijs vbi ſemper eſt licitus ingreſſus,nempè poſſe media patena fœminam eleuare particulam, & Sacerdoti præbere,vel eam ſumere ſi erat diſpoſita ad communionem:

SED PETES

An caſu quo particula conſecrata labatur ſuper veſtem monialis communicantis, aut ſuper aliqua alia re,vel etiam ſuper manibus ipſiuſmet monialis, an obſeruari debeat rubrica miſſalis.ſi ceciderit,hoſtia ſcilicet conſecrata,extra corporalem in mappam, ſeu alio quouis modo in aliquod linteum, mappa vel linteum huiuſmodi diligenter cauetur, & lotio ipſa in ſacrarium effundatur.

REſpondetur, ex *Pellizar.loc.cit.num. 241.* quod cum Rubrica loquatur expreſsè de mappis, ſeu linteis, non videtur extendenda ad alios ſimiles caſus. Sed diligenter inſpiciendum eſt,nũ in loco ſuper quo cadit hoſtia conſecrata adſit aliquod fragmentum illius: & ſi quod eſt,aliquo ex modis indicatis attollendum eſt reuerenter. Valdè verò decens eſt, vt moniales ipſæ abluerent rem illum ſuper qua cadit particula conſecrata, idq; ad maiorem reuerentiam ſacramenti. ita *DD. cit. ab eodem Pellizario.*

QVÆRITVR VIII.

Eccleſia, an cenſeatur polluta propter modicam effuſionem ſanguinis intus Eccleſiam ortam ex delicto facto in Eccleſia.

REſpondetur, ex *Graphio 1.tom.deciſ. lib.2.c.48.num.25.*non eſſe pollutã, nam effuſio largitatem denotat.ita *Gloſa in c.cum illorum de ſent.excom. cap.reuertimini,16.q.1.gloſ.in clem. ne Romani.*

Nec etiam polluitur Eccleſia quando multum ſanguinis exiret de naſo, quod facilè fit in rixa pueorum. ita *Soto* quem citat,& ſequitur *Graphius loc.cit.*

SED PETES I.

An celebrans in Eccleſia polluta incurrat irregularitatem.

REſpondetur non incurrere irregularitatem. ita *Panorm.* quem citat, & ſequitur *Graphius loc.cit.num.28.*incurrit verò ſuſpenſionem ab ingreſſu Eccleſiæ, vt patet ex *cap.Epiſcopum de priuileg. lib.6.* & ſi cum tali celebratione celebraret, eſſet irregularis. ita *Sylu. verb.conſecratio 2.& Graph.loc.cit.n.29.*

PETES II.

Vtrum totus Chriſtus ſit res oblata in miſſa ſacrificio.

REſpondetur ex communi Theologorum, & Patrum ſententia teſte *Suarez*

Digitized by Google

rez tom.3.3.p.diſp.75.ſect.1. quod Chriſtus Dominus eſt res primò, ac principaliter oblata in hoc ſacrificio, ſed non prout eſt in propria ſpecie exiſtẽs, ſed vt exiſtens ſub ſpeciebus ſacramentalibus.

Probatur Chriſtus, vt exiſtens in propria ſpecie eſt longè diſtans, & veluti inſenſibilis nobis, & ideo non eſt apta materia huius oblationis: nam de ratione ſacrificij eſt, vt res quæ offertur ſit viſibilis, vt colligit *Suarez ex Trid.ſeſſ.22. c.12.* ſed hoc ſacrificium eſt viſibile ergo res oblata eſt etiam viſibilis: ſed Chriſtus exiſtens ſub ſpeciebus ſacramentalibus eſt aliquo modo viſibilis, nempè per ſpecies; prout autem eſt in propria ſpecie nullo modo eſt nobis viſibilis. præterea nullus.n.eſt qui intendat Chriſtum offerre prout in Cœlo exiſtit, ſed prout in altari ponitur ergo, vt exiſtens ſub ſpeciebus ſacramentalibus; eſt res oblata in hoc ſacrificio, & eſt terminus ſacrificationis, non propriè, vt materia, quæ actioni ſacrificandi ſupponatur, quia Chriſtus eſt res oblata in hoc ſacrificio, vt conſecratus per actionem tranſubſtantiatiuam: ſed vt ſic eſt terminus ad quem talis actionis, & per illam habet eſſe ſub ſpeciebus ſacramentalibus.

Reſpondetur ſecundò ſpecies ſacramentales panis, & vini intrinſecè pertinent ad rem oblatam in hoc ſacrificio, ita vt huiuſmodi res oblata per modum termini, non ſit tantum Chriſtus nudè ſũptus, ſed ſimul cum ſpeciebus, ſeu quatenus cum ipſis vnum compoſitum ſacramentale conſtituit, vt ſupradictũ eſt.

Addit verò *Suarez loc. cit.* quia Chriſtus inſtituit, & obtulit hoc ſacrificium, vt ſummus Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech. ſed Melchiſedech obtulit panem, & vinum, Aaron autem oues, & boues, vt patet ex ſacris literis, ergo obtulit aliquo modo panem, & vinum, non ſolum, vt materiam, ſed etiam vt terminum oblationis, tale.n.fuit ſacrificium Melchiſedech, ergo Chriſtus eſt res oblata in ſacramento hoc, quatenus eſt panis vitæ quod habet, vt exiſtit ſub ſpeciebus panis, & cum illis conſtituit vnum viſibilem cibum.

QVÆRITVR IX.

An poſſit dici miſſa votiua alicuius ſancti extra proprium diem. idem petitur de ſanctis beatificatis tantum, & non dum canonizatis à Summo Pontifice.

Reſpondetur ex omnium ſententia; teſte *Caſtro Palao tom.1.tract.4 diſp. 1.punct.5. §.5. num.6. & 7.* omnem Sacerdotem poſſe vbilibet, & quolibet die. miſſam dicere de ſanctis canonizatis, non quidem propriam; quia fortè, nec pro vno die illi eſt aſsignata, ſed votiuam, iuxta regulas miſſæ votiuæ. & idẽ dicit debet de ſanctis beatificatis à Sede Apoſtolica quibus conceſſa eſt miſſa die proprio ſancti, non dum canonizati, nempè ab omnibus dici poſſe miſſam votiuam extra proprium diem, vt affirmat *Caſtrus Palao*, & dicit hoc eſſe probabilius; vt ſatis probat.

QVÆRITVR X.

An ordines omnes minores poſſit conferri ab Epiſcopo in vnico die.

Reſpondetur ex *Sylu. verb. ordo num. 7. affirmatiuè ſecundum Gloſſam in c. de eo*, nempè eodem die omnes minores conferri poſſe vni perſonæ niſi contrarium haberet conſuetudo Eccleſiæ, quę non ſeruata generaret ſcandalum, non autem prima tonſura, & quatuor minores *Bonacina tom.1.diſp.8 q.vnica p.5. num.36.* docet de conſenſu Epiſcopi id poſſe fieri, vbi aduertit cum *DD. à ſe cit. num.35.* quod ſi quis ſuſcipit ordines non ſeruatis interſtitijs nullam incurrit cenſuram, aut irregularitatem, quia non eſt expreſſa in iure.

Nauarr.cap.25. num.71. docet etiam poſt *Trid.* Epiſcopum poſſe diſpenſare, vt vnico die vni conferantur omnes ordines minores.

SED

Difficultas eſt, an ſine cauſa id poſſit facere Epiſcopus, vt vno die vni perſonæ quatuor ordines minores conferatur.

Reſpondetur *Trid.ſeſſ.23.cap.11.* aliud non dicit, niſi aliud Epiſcopo magis expedire videretur conferantur, nõ ſeruatis interſtitijs: ego nihil reperi

apud

apud *DD.* poſt *Trid.* ſed totum negotiũ eſſe poſitum in arbitrio Epiſcopi.

SED PETES

Quæ ætas eſt neceſſaria ad primam tonſurã, & quatuor ordines minores.

RESpondetur requiri ſeptennium completum ad primam tonſuram, & ad tres ordines minores, ad Acolytatum volunt quidam requiri annum duodecimum, vel tertium decimum vt *Gloſſa in cap. final. Rebuff. in praxi benef. tit. de Clericis Emanuel Sà verb. vado num.* 17. *ſed Suarez de cenſuris diſp.* 31 *ſect.* 1. *nu.* 22 docet in minoribus à *Trid.* quòd nulla aſsignatur ætas, & idcirco ſufficit ætas ſeptem annorum completorum. *Henriquez lib.* 10. *cap.* 19. *n.* 5. docet non requiri ad Acolytatum ætatem duodecim annorum. *Martinus Fornarius in addit. ad Tolet. de ordine cap.* 3. *num.* 5. docet quod *Trid.* non præfigit ætatem in ordinibus minoribus, ac proinde ſufficit ætas ſeptem annorum.

QVÆRITVR XI.

An Epiſcopus conferens primam tonſuram in aliena diœceſi ſuo ſubdito abſq; licentia ordinarij vbi confert, incurrat ſuſpenſionem.

RESpondetur, ex communi *DD.* ſententia non poſſe fieri ſine licentia ordinarij.

Sed *Henriquez lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 6. *& alij DD. cit. ſimul cum Fornario de ordine c.* 5. *num.* 4. *Molfeſio, & alij apud Dianam par.* 5. *reſol.* 45. docet quod ſine licentia ordinarij abſq; incurſu ſuſpenſionis poteſt Epiſcopus dare ſuis ſubditis tõſuram, benedictionem ſolemnem, & celebrare miſſam de Pontificali, quia hic actus non pertinet ad iuriſdictionem contentioſam cum ſtrepitu iudicij. ſed non eſt recedendum à communi *DD.* ſententia, & communi praxi, quod petenda eſt licentia ab ordinario loci, vbi eſt conferenda dicta prima tonſura.

SED PETES

An liceat Epiſcopo ordinare proprios ſubditos in aliena diœceſi, ſi habeat licentiam ordinandi ſubditos Epiſcopi illius diœceſis.

RESpondeo cum *Turriano de cenſuris lib.* 5. *diſp.* 46. *dub. vlt. & alijs apud Dianã Part. V. reſol.* 45. *tract.* 10. 5. notandum affirmatiuè. & ratio mihi eſt, quia videtur tacitè conſentire Epiſcopus, & probabiliter præſumi poteſt, vt dum concedit licentiam ordinandi ſuos ſubditos poſsit ordinare etiam ſubditos ordinantis. Supponitur habuiſſe licentiam Epiſcopum ſine clauſula tantum, nempè, vt ſolum decem perſonis conferat ordines tantum.

QVÆRITVR XII.

An Sacerdos, qui ex intentione non nominet aliquem ſanctum ex ijs, qui ponuntur in canone miſſæ peccet mortaliter.

RESpondent aliqui *DD. & præcipuè Nugnus* 3. *par. tom.* 1. *q.* 83. *art* 4. *dub.* 2. *concluſ.* 2. quod peccat mortaliter.

Sed communis *DD.* ſententia docet, teſte *Perſico de officio Sacerdotis lib.* 3. *dub.* 4. *num.* 16. quod ſecluſo contemptu, non peccat mortaliter, ratione paruitatis materiæ.

QVÆRITVR XIII.

Si Sacerdos in canone miſſæ non nominat Epiſcopum loci, an peccet mortaliter.

RESpondetur peccare mortaliter, puta ſi regularis pro nomine Epiſcopi loci, dicat nomen generalis ſuæ religionis. ita præcipit Pius V. & Clem. VIII. vnde refert *Rodriq. tom.* 4. *ſummæ cap.* 51. *num.* 13. declarationem Cardinalium declaraſſe peccare mortaliter qui aliũ præter Epiſcopum loci in canone nominaret. ita etiam docẽt alij *DD.* apud *Perſicum loc. cit. num.* 9.

SED PETES

Qui Romæ celebrat quem Epiſcopum debet nominare.

RESpondetur ex communiſsima *DD.* ſententia teſte *Perſico loc. cit. num.* 8. ſolum Papam eſſe nominandum in canone quia Summus Pontifex eſt Rex, & Antiſtites Romæ. modo non habeat alibi domicilium ait *Nauarr. cap.* 25 *num.* 111. nam tunc etiam Epiſcopum domicilij debet nominare in canone. vnum aduerto, vt alibi docui ſupra cum *DD.* à *me citatis*, quod qui non acquirit domicilium in loco vbi celebrat, debet in cano-

canone nominare Epiſcopum domicilij,& non illius vbi moratur,vt hoſpes.

QVÆRITVR XIV.

An calix amittat conſecrationem ſi à Prælato,vel Parocho,aut aurifice aliquibus ictibus percutiatur?

RESpondetur de iure non amittere cõſecrationem cùm ſit opus,vt ſuperficies grauiter, ſeu enormiter tollatur, aut lædatur.tamen de conſuetudine introductum eſt, vt medijs ictibus prædictis amittat conſecrationem, ideo denuo eſt conſecrandus. ita *Naldus verb. calix num. 1. qui citat Vgolin. & Azor.*

Addit præterea idem *Naldus* cum *Azor. ab ipſo cit.* quod cappa calicis tornatilis, quæ eſt ſeparabilis à pede conſeruat conſecrationem poſt ſeparationem.

Aduertit præterea idem *Naldus loc.cit.* cũ *Turrecremata* quod calix ſacratus laicis vendendus debet prius conflari, & non ſufficere eum confringere.

Addit *Facundez* cum *DD. à ſe cit. pracept. 1. lib 3. cap. 21. num. 24* quod calices inaurati licèt paulatim propter vſum deaurationem amittant non perdunt tamen conſecrationem. quia conſecratio adheret etiam materiæ vbi aurum eſt collocatum.Sed ſi calix conſecratus de nouo deauretur, cùm totus nouo auro ſuperinduatur, noua eget conſecratione.

QVÆRITVR XV.

An Sacerdos ſine miſſale, ac memoniter celebrare poſſit.

RESpondetur ex communi *DD.* ſententia,teſte *Facundez loc.cit.nu.23.*quod peccat ſine miſſale celebrare ratione periculi obliuionis ob aliquam perturbationem quæ in celebranda miſſa occurrere poſsit.

Sed *Vaſquez tom. 3. diſp. 233. c. 3. in fine* debet quod ſi alicui Sacerdoti adeſt tàm debilis facultas videndi, vt legere non poſsit,& tamen ſatis videt, vt calicem, & hoſtiam conſecratam debita cum reuerentia eleuare adorare, & ſumere, & reliqua omnia,quę circa illa fieri ſolent abſq; vlla irreuerentia efficere permitti poteſt huic memoriter miſſam celebrare ſi moraliter nullum ſit periculum errandi quamuis non ſine libro, ne notã aliquam incurreret apud alios, *Rodriquez 1. p ſumm cap. 249. concluſ. 19.* non condemnat ad mortale celebrantem ſine miſſali,ſecluſo contemptu, & ſcandalo, ac poſita graui cauſa dummodo ſatis expertus ſit non errandi.

Diana verò de celebrat. miſſarum reſol. 46. docet, quod non peccat mortaliter Sacerdos ſi celebrat in loco vbi non adeſt miſſale dummodo moraliter non dubitet errandi.citat *Layman Villalobos, & Ledeſma* pro hac ſententia. ſed quãtum ad *Layman*, vt ego vidi nihil dicit,ſubiungit *Diana* loco miſſalis debere poni alium librum ad euitandum aliquam notam apud alios.

QVÆRITVR XVI.

Religioſus ordinatus extra tẽpora, vel abſq; legitima ætate, vel abſq; dimiſſorijs ſui Prælati an incurrat ſuſpenſionem Pij Secundi ſi bona fide id fecit.

RESpondetur ex *Portel. in dub. regul. verb. ordines ſacri num. 13* non incurrere ſuſpenſionem. ita docet etiam *Miranda tom. 1. q. 39. art 6 qui citat Nauarr.* vbi aſſerit eſſe neceſſariam culpam læthalem ad incurrendam hanc cẽſuram: idem docet *Auila de cenſuris p. 3. diſp. 5. dub. 7.* idem docet *præpoſit.* quem citat, & ſequitur *Diana 5. par. tract. 10. reſol. 32. & 3. p. idem Diana reſol. 192.*

Scio verò alios *DD.* docere incurrere ſuſpenſionem.

SED PETES I.

Quomodo in foro exteriori probanda ſit bona fides ordinati.

RESpondetur ex generali regula quod ea quæ ex propria noſtra voluntate dependent iuramento probantur ſecũdum *Bartol. in l inter omnes,§. rectè nu. 2. Gloſſa ff. de ſacrif. furtis Alexander conſ. 133.* & alij apud *Calam tract. de modo articulabili num. 159.* ſed hec regula non habet locum, quoties iudex haberet indicia,& præſumptiones in oppoſitum. vt benè aduertit idem *Cala cum DD. à ſe cit. loc. cit.* ergo idem dicendum eſt in caſu noſtro; cùm res ſit difficilis probationis iuramento probanda eſt bona fides ordinati.

Addo ego ſi concurrat bona vita ex quo dubitari non poſsit de dolo.

Aaa PE-

Digitized by Google

PETES II.

An ſuſpenſus ex ordinatione ante legitimam ætatem poſſit celebrare, illa completa ſine alia diſpenſatione.

RESpondent communiter *DD.* teſte *Diana par* 5. *tract.*10. *reſol.*38. non poſſe ſed *Corduba Soto,& Medina cit. ab eodem Diana loc. cit.* § *non deſinam* docent poſſe celebrare completa ætate ſine alia diſpẽſatione, ſi id fecit bonafide.

QVÆRITVR XVII.

An ſit irregularis qui indicat ſatellitibus vbi eſt Reus, qui poſtea eſt damnatus ad mortem.

RESpondetur ex communi *DD.* ſententia, teſte *Bonacina diſp.*7. *q.*4. *par.*1. *num* 19. eſſe irregularem. Secus dicendum eſt quando probabiliter neſciuit illum fuiſſe quæſitum ad mortem, vel ad mutilationem, vt quia neſciebat ipſum eſſe ſatellitem, aut eius inimicum aut ab eo fuiſſe commiſſum delictum, nempè non eſſe irregularem, etiam ſi ſecuta fuerit mors, aut mutilatio. ita *DD* teſte *Bonacina loc. cit. num.* 20.

Idem dicit *Bonacina q.*4. *par.*6. *nu.*7. nempè non eſſe irregularem qui fure Domi inuento clamauit ad vitam, vel ad res ſuas defendendas ad latrones ad latrones, vel cape, cape. Secus dicendum ſi clamauit occide occide.

Addit præterea *Bonacina cum DD. à ſe cit.* illum non fieri irregularem qui clamauit ad latrones. etiam ſi ob id ſatellites furem repererint; & iudex illum morti ad iudicauerit modo tamen præmiſerit proteſtationem citra pœnam ſanguinis, & non fecerit animo vendictæ, ſed intentione rei ſuæ conſeruandæ.

SED PETES I.

Quando eſt licita proteſtatio citra pœnam ſanguinis, ad euadendam irregularitatem, an debeat fieri in ſcriptis, & quid ſi ficto animo fiat dicta proteſtatio.

RESpondetur ex communi *DD.* ſententia, teſte *Bonac diſp* 3. *tom.* 1. *q.* 3. *p* 1. *num* 9. in primis proteſtatio facienda eſt coram iudice apud quem deponitur querela his, vel ſimilibus verbis: Domine peto, vt cures mihi ſatisfactionem, vel reſtitutionem exhiberi à Titio qui mihi dandum intulit, proteſtorq; me nulla ratione intendere pœnam ſanguinis mutilationem, aut mortem, vt colligitur ex *ca. ſecund. de homicid. lib* 6. quare accuſans non euadit irregularitatem quando dicit ſolum, peto meum intereſſe. & nihil aliud addit. Non eſt tamẽ neceſſe proteſtationem fieri in ſcriptis, quam nullo iure probatur ſcripturam requiri ita *Bonac. & Vgolin.* itaq; proteſtatio ſolo animo facta, & non expreſſa nihil iuuat. ficta verò proteſtatio, ſed animo interno petens vindictam, iuuat ad euadendam irregularitatem, ſecundum ſententiam. *Henriquez, Suarez Conincho*, & alios quos citat, & ſequitur *Bonacin.* quidquid dicant alij *DD* in oppoſitum.

Addunt *DD.* teſte *Bonacin. loc. cit. num.* 3. *&* 4. quod accuſans aliquem in iudicio debet eſſe propter iniuriã illatam propriæ perſonæ, vel ſuis bonis non alijs, etiam conſanguineis,

Addunt præterea grauiſsimi DD. quos citat. & ſequitur *Bonacin loc cit. num* 3. cum qui accuſat, vel denunciat non petendo vindictam, ſed ſatisfactionem, vel intereſſe ſibi debitum, etiam in criminibus dignis morte, non fieri irregularem, proteſtando expreſsè ſe non intendere pœnam ſanguinis etiam ſi poſtea ſequatur mutilatio, vel mors, eãq; certo ſecuturam accuſator præuiderit. hoc eſt permiſſum ex *cap. Prælatis de homicid. lib* 6. ne laici ſcientes clericos nõ poſſe abſq; nota irregularitatis querelam coram iudice deponere, audaciores fierent ad inferendas illis iniurias.

Addunt præterea DD. teſte *Bonac. loc. cit.* hoc eſſe verum etiam ſi ille qui petit ſatisfactionem, poſsit res ſuas alia via recuperare aut præuideat Reum occidendum, aut etiam ſi in mente ſua intendat mortem malefactoris, nempè non incurrere irregularitatem, vt colligitur ex *cap. Prælatis ſecundo*.

Addunt deniq; DD. quod laici, ne incurrant irregularitatem, etiam poſſunt vti tali proteſtatione.

PETES II.

An clericus poſſit accuſare iniuſtum damnificatorem ſuæ Eccleſiæ.

RESpondetur, ex communi DD. ſententia, teſte *Bonacina loc. cit. num.* 5. poſ-

ſe

ſe accuſare præuia proteſtatione, quia bona Eccleſiæ ad ipſum pertinent.

Addunt DD teſte *Bonacin. num.6.* clericũ accuſantem alterum ad ſui defenſionem, vel ſuorum non incurrere irregularitatem, etiam ſi ſequatur mors præmiſſa proteſtatione, citra pœnam ſanguinis.

PETES III.

Vtrũ qui alteri in periculo vitæ, vel amiſsionis bonorum exiſtenti conſulit, vt accuſet, vel denunciet cum proteſtatione citra pœnam ſanguinis ad ſeruandam vitam, vel bona incurrat irregularitatem.

Reſpondetur ex Comitolo, *Filiuccio cit: à Bonac. num.12.* quos ipſe ſequitur nõ incurrere irregularitatem, ratio eſt, quia ſicut accuſans in præfato caſu cũ proteſtatione non fit irregularis, ita neq; conſulens.

PETES IV.

An liceat clerico detegere proditiones, & coniurationes factas contra Rempublicam.

Reſpondetur ex Caiet. quem citat, & ſequitur *Nauarr.cap.23. num.*11. licere, & poſſe fieri, ob eas illi morte plectantur, modo id faciat proteſtatus ſe id facere, vt periculo imminenti obuietur citra pœnam ſanguinis.

PETES V.

An in Eccleſia polluta poſſint adminiſtrari Sacramenta.

Reſpondetur ex *Sayro de cenſuris lib.5. cap.16 num.1.* quod pollutio, ſeu violatio Eccleſiæ ſimilis eſt interdicto loci in hoc, quod in Eccleſia benedicta prohibentur celebrari miſſæ, & alia officia diuina ſub peccato mortali, ſi illius violatio publica ſit. Sed in interdicto locali ſiue ſit interdictum generale, ſiue ſpeciale poſſunt adminiſtrari in primis Sacramentum baptiſmi pro paruulis, & etiam pro adultis Secundo Sacramẽtum confirmationis. Tertiò Sacramentum pænitentiæ non ſolum infirmis, ſed etiam ſanis ita cõmuniter docent DD. teſte *Sayr. de cenſuris lib.5. c.7. num.6.7. 8. & Nauarr. cap.27. num.* 178. ergo ſi hæc poſſunt fieri in Eccleſia interdicta, etiam fieri poteſt in Eccleſia polluta.

PETES VI.

An aliquando polluatur Eccleſia per ſepulturam alicuius intra dictam Eccleſiam.

Reſpondetur, quod primò polluitur Eccleſia, quando in ea ſepelitur excõmunicatus, vt patet ex *cap. conſuluiſti de conſecrat. Eccleſiæ. docet Tolet. lib.5. c. 8. num.11.* & eſt communis DD. ſententia teſte *Sayr. de cenſuris lib. 5. cap. 16. num.21.* intelligitur ſi eſt excommunicatus vitandus, ſeu denunciatus, vt rectè aduertit idem *Sayr. loc. cit.* ſecus ſi non eſt vitandus excommunicatus.

Aduertit præterea idem *Sayr. loc. cit.* quod interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ ſi moriatur hoc interdicto durante, non debet in Eccleſia, vel cæmeterio ſepeliri niſi pænituerit, non tamen ibi ſepultus facit locum pollutum, cum non ſit excommunicatus. & ſic intelligit *Paluda. cit. à Sayr. cap. is cui, §.1. de ſent. excomm. lib.6.* item interdictus ſimpliciter ſi ſepeliatur in loco ſacro, non propterea cenſetur locus ille pollutus, cùm hoc non ſit in iure expreſſum, & pœna potius eſt reſtringenda, quàm amplianda. ita *Sayr. loc. cit.* Secundò polluitur Eccleſia cum ſepelitur aliquis infidelis, vt habetur *in cap. Eccleſia 1. de conſecrat. d. 1.* vt aduertit *Tolet loc. cit.* & eſt communis DD. teſte *Sayr. loc. cit.* vbi addit quod in hoc caſu oportet parietes Eccleſiæ rudere.

Tertiò polluitur Eccleſia cùm conſecratur Eccleſia ab Epiſcopo publicè excõmunicato, vt habetur ex *cap conſuluiſti allegato,* & docet *Tolet. loc. cit. & eſt communis* DD. ſententia teſte *Sayr. loc. cit. num.27.*

Aduertunt DD. teſte *Sayr. loc. cit.* quod quando ſepelitur infidelis in *Eccleſia*, ſi *Eccleſia* erat conſecrata, reconcilianda eſt, & prædictũ corpus infidelis proijciendum eſt, ſi diſcerni poſsit ab alijs, alioquin ſi diſcerni non poteſt commodè, melius eſt ipſum relinqui vna cum oſsibus fidelium, quam ipſa oſſa ipſorũ fidelium vna cum oſsibus infidelis exhumari.

Addunt verò *Panorm. & Sylu. cit. à Sayr.* quod non ſunt radendi parietes, quia per abrationem parietum violaretur conſecratio, & non eſſet reconcilianda

Digitized by Google

ſolum ſed etiam reconſecranda.

Si autem cathecumenus in Eccleſia, vel cæmeterio, ante baptiſmum ſepeliatur, licèt fieri non debeat, non tamen polluitur Eccleſia aut cæmeterium, quoniã non reputatur quoad hoc infidelis, ſed creditur habuiſſe baptiſmum flaminis, ſicut nec de illo, qui in ſuo ſanguine baptizatur, & tamquam martyr ſepelitur. ita *Sayr loc cit.*

Addit *Palud* quem citat *Sayr.* & ſequitur quod filius fidelium mortuus ante baptiſmum non ſolet ſepeliri in loco ſacro, niſi mater moriatur in partu: non tamen polluitur locus, ſi puer ibi ſepeliatur, quia licèt non ſit fidelis, non eſt tamen propriè gentilis, vel infidelis, quia eſt filius fidelium. Puer autem filius infidelium tumulatus bene pollueret, ſicut ſi eſſet magnus, ac adultæ ætatis.

Aduertunt DD. teſte *Sayr. loc. cit.* quod quando mater fidelis moritur in partu exijt mortuum, vel qui ſtatim ante baptiſmum moritur, conſuetum eſt, vt ſepeliatur cum ea, licèt ſciamus ipſum eſſe damnatum, quia reputatur, quaſi pars viſcerum, & pro honore matris chriſtianæ coniunguntur in ſepultura, quaſi fuerſit coniunctum, & numquam ſeparati in vita, & in morte, & ideo non polluitur locus.

Præterea aduertunt DD. teſte *Sayr. loc. cit. num.* 28. quod quando Eccleſia polluitur, intelligitur pollutum etiam cœmeterium. non ſic quando polluitur cœmeterium intelligitur polluta Eccleſia. ratio eſt, quia magis dignum trahit ad ſe minus dignum, non è contra.

Deniq; aduertunt omnes DD. & præſertim *Facundez precept. 1. lib. 3. cap. 14. num. 31. 32. & 33.* quod adhoc, vt cenſeatur polluta Eccleſia, eſt opus vt factum, ſeu delictum ſit publicum vnde quamuis duo, vel tres delictũ ſciant, & videant; ſi taceant. non cenſetur adhuc violata Eccleſia Satis eſt, vt ſit delictum publicum, vt notitia illius, vel in plebe; vel in Parochia habeatur.

Addit *Facundez num* 34. hæc ſequentia verba alij ſatis probabiliter aſſerunt nõ ſufficere quamcunq; delicti notitiam, nec Eccleſiam cenſendum eſſe pollutã, donec iudicis ſententia declaratum ſit, Eccleſiam illam eſſe pollutam. idem tenet *Diana par. 6. tract. 6. reſol. 27.* ſed idẽ *Facundez* docet, quod oppoſitum eſt tenendum, & ſic mihi videtur eſſe praxim Eccleſiæ, nempè non deſiderari iudicis ſententiam, adhoc vt cenſeatur Eccleſia polluta ſed ſufficere vt publicè ſciatur delictum, abſq; alia declaratione.

PETES VII.

An in Eccleſia polluta ſi quis celebret, remaneat conſecrata.

Reſpondetur ex *Henriquez lib. 9. cap. 27. num. 5. in gloſ. litera G.* non eſſe pollutam amplius, ſi in ea celebretur, quia præſentia corporis Chriſti dum in Eccleſia celebratũr, reputanda eſt pro ſufficienti reconciliatione. ita alij DD. quos citat, & ſequitur *Diana par. 6. trac. 6. reſol. 28. & Perſicus de officio Sacerdotis lib 1 dubio 6 num 61. & Eman. Sà correctus verb. Eccleſia num. 19.* vbi docet, ſimul cum alijs apud *Dianam* etiam ſi mala fide celebretur in Eccleſia polluta, puta ſi quis ante celebrationem ſciat eſſe pollutam, & celebret remanere reconciliatam. Nec diſſentit *Henriquez*, quia nullam facit mentionem de bona, & mala fide circa celebrationem. Sed abſolutè dicit non eſſe amplius pollutam Eccleſiam ſi in ipſa celebretur. Scio verò alios DD docere, etiam ſi bona fide celebretur, non eſſe reconciliatam Eccleſiam.

Layman cit à Diana requirit bonam fidem in celebratione adhoc, vt Eccleſia cenſeatur reconciliata.

QVÆRITVR XVIII.

Quidam cum ſacculis arena fuit ita acriter contuſus, in Eccleſia vt poſt tres dies extra illam mortuus eſt, an Eccleſia remanſerit polluta?

Reſpondent aliqui DD. remanere Eccleſiam pollutam. Sed alij DD docent nõ remanere pollutam Eccleſiam, ſi extra Eccleſiam moriatur, ſecus ſi intra Eccleſiam moriatur. ratio eſt quia contuſio ex ſe non eſt cauſa effuſionis ſanguinis, & mors non eſt ſecuta in Eccleſia licèt ſit in illa incœpta, ergo non debet remanere Eccleſia polluta.

Aliter dicendum, quando quis accepto vulnere in Eccleſia, extra illam effuderit ſanguinem, vel obijerit quia vulnus ex ſe cauſa proxima eſt effuſionis ſanguinis, & per accidens eſt quod non effun-

fundat, idcirco in hoc caſu remanet polluta Eccleſia. non autem quando quis fuit contuſus in Eccleſia, & extra illam obijcerit. ita *Suarez tom. 3. 3. par. diſp. 81. ſect. 4. cap. 1.* & hanc ſententiam *Suarez* ſequitur *Præpoſitus 3. par. q. 83. art. 3. dub. 2. num. 152.*

Vnde ſequitur quod non violatur Eccleſia, ſi quis vino conſecrando immiſcuiſſet aliquid veneni, vt illius ſumptione Sacerdos moreretur extra Eccleſiam. ita *Reginald tom. 2. lib. 29. c. 9 ſect. 5. num. 18.* quia venenum non per ſe eſt cauſa effuſionis ſanguinis, ac proinde dum in Eccleſia non eſt ſanguis effuſus, nec mors eſt ſecuta in Eccleſia non debet Eccleſia remanere polluta.

QVÆRITVR XIX.

An ſit licitum laico tangere Euchariſtiam in aliquo caſu.

RESpondetur ex communi DD. ſententia teſte *Facundez præcept. 3. lib. 3. ca. 1. num 1.* licere laico eleuare hoſtiam conſecratam è terra quando non adeſt ſacerdos qui id facit, aut facere velit. nec ad hanc contrectationem tenetur eſſe in gratia, quia non eſt actus, nec miniſtratio Sacramenti.

QVÆRITVR XX.

An pro cathecumenijs poſſint offerri ſacrificia

ANTEQVAM RESPONDEAM.

SCiendum eſt quod cathecumeni dupliciter appellantur à Theologis, id eſt competētes, & incompetentes, competentes ſunt illi qui petunt baptiſmū, & nomen ſuum Eccleſiæ dant, vt baptizentur, & recipiuntur ab *Eccleſia*, vt inſtruantur, & ad baptiſmum præparentur, incompetentes dicuntur illi, qui cōciones audiunt, & volunt fieri chriſtiano, ſed non dum baptiſmum petierunt.

HIS POSITIS.

REſpondetur ex communi DD. ſententia, teſte *Facundez de quinq; præceptis Eccleſiæ præcept. 1. lib. 3. cap. 13. num. 29.* quod pro cathecuminis, qui dicuntur competentes poteſt offerri ſacrificium etiam ſi ante baptiſmum moriantur, & per eos illius ſuſceptio non ſteterit. Secus pro cathecuminis qui dicuntur incompetentes.

Scio verò multos alios Theologos oppoſitum docere, nempè etiam pro cathecumenis, qui dicuntur competentes directè ſacrificium non poſſe offerri.

Sed in omni opinione indirectè non ſolū pro cathecumenis, ſed etiam pro infedelibus poſſunt offerri ſacrificia, vt docent DD. teſte *Facundez loc. cit. nu. 26.* nempè pro amplificatione, & bono totius *Eccleſiæ* in communi, ſed non in particulari pro hoc, vel pro illo. nam hoc nihil aliud eſt quam orare, & ſacrificium offerre pro bono fidei, & totius *Eccleſiæ*, & vt hæretici, & infideles conuertantur.

QVÆRITVR XXI.

An qui metu cadente in virum conſtantem recipit ordines, ſit valide ordinatus.

REſpondetur primo ex omnium DD. ſententia, teſte *Sanchez de matrim. lib. 7 diſp. 29. num. 1.* quod qui vi præciſa ordinatur ab *Epiſcopo* non valet ordo nec character recipitur, vt conſtat ex *cap. maiores de baptiſmo*.

Reſpondetur ſecundò ex communi DD. ſententia, teſte *Sanchez loc. cit. num. 2.* cum qui poſt matrimonium, metu viri conſtantis, recipit ordinem ſacrum, eſſe validè ordinatum, ſed poſſe illo matrimonio liberè vti, ac ſi ordinem non accepiſſet, & hoc eſt verum, etiam ſi matrimonium conſumatum non ſit. ita *DD cit. à Sanchez.*

Verum ſi continere nolit non fruitur priuilegijs clericalibus æquum. n non eſt, vt qui onus ſentire recuſat, ſentiat commodum. at vtetur his priuilegijs, dum non tranſit ad actum contrarium. Vnde ſi ante ordines ſuſceptos eſſet coniugatus, & vxor vellet continere, ipſe autem nolit, non gaudebit priuilegijs clericalibus. at ſi ipſe eligat in quantum ſibi per matrimonij leges permittitur continere, nimirum non petendo debitum, & obliget ſe ad caſtitatem, ac clericorum more viuat gaudebit priuilegijs clericalibus. ita DD *cit. à Sanchez loc. cit. num. 3.*

Intelligit verò *Sanchez cum DD. à ſe cit.* hunc debere frui clericalibus priuilegijs, ſi non ſit bigamus, & tunc non in omnibus, ſed ſolis ijs, quibus fruuntur cæteri clerici coniugati, cum vnica ex vir-

Digitized by Google

RESpondetur ex *Bonacina loc. cit. nu.*4. hoc conceſſum fuiſſe Apoſtolis ex peculiari facultate Chriſti cùm non dũ eſſet editum Euangelium.

PETES V.

Cur verba per modum imperatiuum pertineant ad formam ordinis, ſcilicèt accipe poteſtatem offerendi ſacrificia, &c. accipe Spiritum ſãctum quorum remiſeritis, &c.

RESpondetur ex *Henriquez lib.*10. *cap.* 5. *num.* 1. quia Epiſcopus qui profert formam ordinis imperat exteriorẽ actum, vt ſignificet quod ordinatus debeat in vſu poteſtatis ſe exercere ne fruſtra ocioſam potentiam receperit.

PETES VI.

An inuocatio Sanctiſsimæ Trinitatis ſit de eſſentia in collocatione ordinis.

RESpondetur ex *Henriquez lib.* 10. *c.*5. quod inuocatio ſanctiſsimæ Trinitatis non pertinet ad neceſsitatem formæ, niſi in ſolo baptiſmo, & confirmatione: ex vſu tamen Eccleſiæ decenter additur in ordinatione, vt concilium Florentinum explicat. eſt communis *DD* ſententia.

PETES VII.

Epiſcopus per ſaltum fuit promotus, ac proinde caret ordine Diaconi, aut Acolythi, an poſſit validè alteri conferre dictos ordines.

RESpondetur ex *Henriquez loc. cit.* quod non poteſt eum ordinem alteri conferre, quia Epiſcopus, vel Sacerdos non continet eminenti ratione, & virtute ordines inferiores, quos forte non recepit.

PETES VIII.

An Clericus initiatus maioribus ordinibus, aut habens beneficium, peccet mortaliter non geſtando coronam clericalem, vel habitum ad longum tempus abſq; iuſta cauſa.

RESpondetur ex communiſsima *DD.* ſententia teſte *Bonacin. loc. cit. ſed punct. vltimo num.*3. peccare mortaliter. Exiſtentes verò in minoribus ordinibus facilius excuſari poſſunt à peccato ſi non deferant habitum, & tonſuram. ita *Bonacin. loc. cit.*

Henriquez cum aliis *DD. à ſe citat. lib.*10. *cap.* 11. *num.*1. docet quod non peccant mortaliter ſi habitum, aut tonſuram non deferant etiam abſq; iuſta cauſa.

Plus addit *Marchinus de ordine par.*1. *trac.* 2. *cap.*6. vbi excuſat à mortali clericos etiam in ſacris, & beneficiatos non geſtantes coronam clericalem, & licèt aliqui Canones aduertant hoc, dicit ipſe non præcipere ſub culpa læthali citat. *Caiet. & Henriquez* quos vidi, nec colligo fuiſſe huius ſententiæ, ac proinde non recedo à prima ſententia, nam cõſuetudo ſic obtinuit, vt ſacris initiatis ſaltem deferant coronam clericalem, & contrarium facere, eſſet quid ſcandaloſum.

PETES IX.

Quà de cauſa deferatur tonſura à Clericis.

RESpondetur ex *Bonacina loc. cit. nu.*4. primò ad ſignificandam vitam puram, & apertam, quam viri Eccleſiaſtici habere debent. Secundò ad repræſentandam coronam Chriſti ſpineam, cuius meminiſſe debent fideles, & præſertim clerici.

PETES X.

An clerici peccent geſtando arma abſq; iuſta cauſa, vel abſq; Sedis Apoſtolicæ diſpenſatione, vel abſq; legitima conſuetudine.

RESpondetur ex communi *DD.* ſentẽtia teſte *Bonacin. loc cit. num.*5. peccare, quia vſus armorum prohibetur ex *cap. clerici, & clem. vltima de vita, & honeſtate clericorum* ex iuſta cauſa nõ peccat clericus ſi deferat arma, ſecluſo ſcãdalo, puta ad defenſionem rerum ſuarum, aut propriæ vitæ, ſi aliter commodè nequeat res proprias, aut vitã tuers, & defendere. ita *Bonac. loc. cit.*

PETES XI.

Vtrum Epiſcopus poſſit alicui clerico dare facultatem deferendi arma.

RESpondetur negatiuè, quia Epiſcopus nõ poteſt diſpenſare ſupra ius commune,

Digitized by Google

mune, ſed deferre arma clericis eſt prohibitum à iure communi. ergo.

PETES XII.

An Diaconus ſubdiaconus peccent mortaliter frequenter canentes Epiſtolam, & Euāgelium in peccato mortali; & an Aeolythi qui ſolemniter cereos ferunt in peccato mortali, peccent mortaliter.

RESpondetur primò ex multis *DD.* & præcipuè *D Th.* peccare mortaliter Diaconum, aut ſubdiaconum canentes Euangelium, aut Epiſtolam in peccato mortali quia ſancta ſanctæ tractanda ſunt.

Sed multi alij *DD.* teſte *Diana 3. par. trac. 4 de ſacram. de reſol.* 195. docent non peccare mortaliter quia talis actio non eſt diſpenſatio meritorum Chriſti, vt ſunt ſacraměta, aut opus in ſe tam ſanctum, vt adſit tam grauis obligatio exercendi illud in gratia.

Reſpondetur ſecundo ex *Gabrera*, quem citat, & ſequitur *Diana loc. cit. reſol.* 196. quod neq; Acolythi peccant mortaliter ſolemniter ferentes cereum. hanc ſententiam à fortiori debent ſequi *DD.* docentes non peccare mortaliter diaconum, aut ſubdiaconum canentes ſolemniter Epiſtolam, aut Euangelium in peccato mortali.

Scio verò ſatis ſcrupuloſè docuiſſe Philippum Fabrum *in 4. ſent. diſt. 24. q. 1. diſp. 1. cap. 3. num.* 8. nempè Acolythum ſupradictum peccare mortaliter.

QVÆRITVR V.

Sacerdos poſt ſumptionem ſanguinis aduertit ſumpſiſſe aquam, & non fuiſſe vinum illud quod conſecrauit, quid facere debet.

RESpondent quaſi innumeri *DD.* & aduertit Rubrica Miſſalis iuſſu edita ex Clem. 8. quod tantum vinum cum aqua debet Sacerdos iterum conſecrare, incipiendo ab illis verbis ſimili modo, præuia oblatione, ſaltem mente cōcepta ad euitandum ſcandalum. Si alia hoſtia iterum conſecraretur, vt multi *DD.* docuerunt, nempè eſſe neceſſariū, vt alia hoſtia conſecraretur,

SED

Difficultas eſt ſi Sacerdos ſecreto celebraret, & nullum adeſſet ſcandalum an teneatur non ſolum vinum cum aqua, ſed etiam aliā hoſtiam conſecrare.

RESpondetur, ex *Scoto in 4. diſt. 3.* ſine vlla diſtinctione quod Sacerdos ſi aduertit ſumpſiſſe aquam, tenetur iterū conſecrare vinum. nec diſtinguit quod ſi publicè celebrat, vel priuatè; idem docet *Tolet. lib. 2. cap. 1. num. 6.* nempè ſolum vinum eſſe iterum conſecrandū, nec facit vllam mentionē nempè quando publicè, vel priuatè celebrat Sacerdos. idem docet *Azor. part. 1. lib. 10. cap. 33. q. 5.* vbi docet quod ſententia Scoti eſt probabilis; & refert opinionem Soti non diſtinguentis inter ſacrificium publicum, & priuatum. Sed Scotus abſolutè id docet. & ratio eſt, quia ſi ſolum vinum conſecretur non tamen cenſetur, vt vna ſpecies ſine alia conficiatur, quia conſecratio ſanguinis moraliter coniungitur priori conſecrationi hoſtiæ, & ex vtraq; fit vna moralis actio, & vnum ſacrificium. & licèt Rubrica miſſalis aduertat tunc ſolum vinum eſſe conſecrandum, quando celebratio fit publica, tamen rubricæ miſſalis nō ſunt ſpeciales conſtitutiones inducentes nouam obligationem, ſed tantam inſtructiones iuxta probabilem opinionem. ita *Perſius lib. 1. de officio Sacerd. dub. 11. num. 103 idem docet Diana 1. par. tract. de celebrat. Miſſarum reſol. 70.*

Aduertunt *DD.* teſte *Perſico loc. cit.* quod ſi Sacerdos ex ignorantia inconſideratione, vel perturbatione non ſuppleat defectum, nec perficiat ſacrificium, nēpè non iterum conſecrando vinum excuſari à mortali.

SED PETES I.

Quid dicendum ſi conſecrando vinum iterum, generaret alicui ſcandalum in caſu ſupradicto, an eſſet iterum conſecrandum.

RESpondetur ex *Scoto loc. cit.* quod hoc eſt ſcandalum paſſiuum, non datū, nam factum bonum eſt, & neceſſarium. & quilibet debet iudicare quod eſt bonum, ſi cauſam neſciat, ſupponendo quod Sacerdos habeat bonam cauſam. Quilibet etiam ſi ſciret cauſam deberet

Digitized by Google

approbare. Poteſt ſatis bene cauere à ſcandalo ſi cautè fiat, puta ſi Sacerdos vadit ad cornu altaris quaſi pro vino recipiendo poſt communionem, & infuſo vino, & aqua redit ad medium altaris, & conſecret illud incipiendo ab illis verbis ſimili modo. præuia oblatione ſaltem mente concepta.

Quando verò eſt completum ſacrificium, & aduertit ſumpſiſſe aquam, non tenetur iterum conſecrare vinum. vt dixi cum *Suarez à me cit. §. petes 64. tit. de Miſcell. pertinentibus ad ſacrificiū Miſſa.*

PETES II.

Quid faciet Sacerdos ſi quando haberet aquā in ore, putando ſumpſiſſe vinum conſecratum antequam deglutiat aduertit?

RESpondetur ex *Angelo verb. miſſa nu.* 17. & citat *director. lib. 1. tit.* 17. quod ſi poteſt ſine ſcandalo ſputet in calice, & extrahat particulam hoſtiæ, & aquam reponat in alio vaſe, & ſic accipiat vinum, & conſecret, & in eo ponat particulam hoſtiæ, & ſumat poſtea illam aquam, ideſt poſt ſumptionem ſanguinis, ſi poteſt facere ſine periculo vomitus, vel ſi timet de vomitu, reponat aquā in ſacrario. hucuſq. Angelus. addo ego ex eius doctrina ſequitur quod ſi non poteſt ſine ſcandalo ſputare aquam debet illam deglutire, & iterum conſecrare vinum; quia magis vrget euitatio ſcādali, quam præceptum de ieiunio ad ſumendum ſanguinem.

PETES III.

Si poſt completum ſacrificium Miſſæ in ſacreſtia reperiantur fragmenta hoſtiæ conſecrata, an poſſint ſumi à Sacerdote.

RESpondent communiter *DD.* non eſſe licitum, ſed tantum ſumi poſſe dum Sacerdos adeſt in altare. Sed *Granaldus*, & alij apud *Dianam par. 5. tract. 14. reſol* 43. docet poſſe ſumi, ſi Sacerdos in ſacreſtia non depoſuerit veſtes ſacerdotales. hæc opinio eſt probabilis, ait *Diana*, *& ego docui in tract. de Miſcell. tom. 1. q. 313.*

PETES IV.

An Sacerdos teneatur applicare fructum miſſæ ex opere operantis, & alia orationes quæ in miſſa fiunt ei à quo accepit ſtipendium pro miſſa applicanda?

RESpondetur ex *Coninche q. 83. art. 1. dub. 10. num* 195. ſic ijs pro quibus tenemur ſacra dicere, propriè debitum eſſe eum fructū qui percipitur ex opere operato, quia hic eſt proprius fructus ipſius ſacri, aut ad ſummum, etiam is qui impetratur in perſona Chriſti. Quare obligati pro certis dicere ſacrū, liberè poſſunt eum fructum quem, vt perſonæ priuatæ percipiunt alijs applicare, ſiue is percipiatur per modum impetrationis, ſiue ex opere operantis per modum meriti, aut ſatisfactionis. atq; ita in memento Sacerdos poteſt Deo commendare quoſcunq; voluerit, offerendo pro ijs priuatim ipſum ſacrificium. quia per eiuſmodi oblationes nihil detrahitur fructui qui reſpondet oblationi prout fit in perſona Chriſti. ita alij *DD. apud Dianam par. 5. tract. 14. reſol. 80. ſed alij oppoſitum docent.*

PETES V.

An officium v. g. defunctorum pro animabus purgatorij, applicatum ac dictum à perſona carente diuina gratia, proſit dictis animabus purgatorij. quæſtio eſt, quando non eſt miniſter eccleſiæ ſed eſt perſona priuata.

RESpondet *Soto cit. à Diana par. 5. trac. 14. reſol* 79 non prodeſſe.

Sed *Petrus Nauarr. lib. 2. de reſtit. c. 2. num.* 254 *citans Nauarr. & Couarr.* oppoſitū. docet quod laicus recitans horas canonicas, & orationem dominicam licèt ſit in peccato mortali proderunt ſaltem hæ preces his pro quibus fit oratio, quia ex quo Eccleſia eas inſtituit per ſe ſunt Deo gratiores & Eccleſia eas quolibet ſuo membro Deo offerri voluit.

Sed ego non intelligo opinionem *Petri Nauarri* nam ſi loquitur de applicatione ſuffragij facta à perſona priuata exiſtente in peccato mortali certum eſt quoad fructum ſatisfactoriam ex opere operantis nihil iuuat, quia ad rationem ſuffragij peracti ex perſona priuata requiritur ſtatus gratiæ, adhoc, vt ſit ſatisfactorius valor precum, vt eleganter

docet

Digitized by Google

docet *S. Fauſt. lib. 1. de indulg. q. 3.* vbi enumerat conditiones neceſſarias ad ſupradictum fructum.

Si verò loquamur de fructu impetratorio, poteſt peccator impetrare, licèt nõ poſsit mereri ait *D. Th. 2. 2 q. 83 art. 6.* quia meritum innititur iuſtitiæ, impetratio autem innititur gratiæ.

PETES VI.

Quid dicendum ſi Epiſcopus eſt denunciatus excommunicatus, vel publicus percuſſor Clerici; an poſſit Sacerdos in Canone, vel in alijs Eccleſiæ precibus nominare?

Reſpondetur non poſſe, vt aduertit *S. Fauſt. tract. de indulgentijs l. b. 1. q. 45.* §. hinc, & colligitur ex communi doctrina *DD.* & præcipuè *Henriquez lib. 9. c. 15. num 3.* nam excommunicati retenta fide, manent membra Eccleſiæ, ſed ſecundum quid præciſa quantum ad publica Eccleſiæ ſuffragia, ſacramenta, & beneficia eccleſiaſtica. & miſſæ publicæ orationes pro omnibus oblatæ à publico miniſtro cum communi intentione Eccleſiæ, non proſunt ijs excommunicatis, qui contumaciter manent in mora culpabili petendi abſolutionem.

QVÆRITVR VI.

An qui caret indice, vel pollice ſit irregularis.

Reſpondetur affirmatiuè nempè eſſe irregularem, vt docui *titul. de Miſcellan. pertinentibus ad ſacrificium miſſæ* §. *petes 22.*

Nunc addo quod ſi ſuſcepto ſacerdotio alicui aduenit amputatio pollicis, vel indicis, poteſt pręſtare ea omnia, ad quę non impeditur per illum defectum, vnde quamuis ſit inhabilis ad celebrationem miſſæ, nihilominus non eſt inhabilis ad reliqua ſacerdotij officia, eo quod poſsit illa præſtare, conſequenter poteſt confeſsiones audire, concionari, exercere ordinem Diaconi canendo Euangelia eas ſicut etiam ſacerdos cæcus poteſt confeſsiones audire: quas etiam poteſt audire ſacerdos, qui ſuſcepto ſacerdotio morbo caduco corripitur, vt colligitur ex *cap. presbyterum de clerico ægrotante*. ita etiam affirmant *DD.* teſte *Bonacina tom. 1. diſp. 7. par. 2. num. 25.*

HINC

Patet eum qui ſuſcepto ſacerdotio fit abſtemius, ita vt non poſsit deguſtare vinum, poſſe vti ſacerdotio, excepta celebratione. ante promotionem ſi ſit omnino abſtemius, eſt irregularis. ita *DD.* teſte *Bonacin. loc. cit. num. 26.*

SED PETES I.

An Summus Pontifex poſſit cum abſtemio diſpenſare, vt promoueatur ad ſacerdotium.

Reſpondetur non poſſe ſi ſequamur ſententiam eorum qui dicunt Summum Pontificem non poſſe diſpenſare, vt ſub vna tantum ſpecie fiat conſecratio, vt tenent *Suarez, Sylu. Soto*, & multi alij apud *Bonacin. tom. 1. diſp. 4. par. 3. num. 13.* vbi docent quod numquam Papa diſpenſauit, vt ſub vna ſpecie cõſecraretur. & eſt falſum quod alij *DD.* docuerunt, nempè quod Summus Pontifex diſpenſauit cum Nouarianis, ſcilicet vt ſub ſpecie panis tantum conſecraretur.

Si ſequamur aliam opinionem quæ docet quod Summus Pontifex poteſt diſpenſare, vt ſub vna tantum ſpecie conſecraretur. vtiq; Papa poſſet diſpenſare cum abſtemio.

Quod Papa poteſt diſpenſare, vt ſub ſpecie tantum conſecraretur. docet *Henriquez lib 8. c. 13. num. 1. & dicit Innoc. 8.* diſpenſaſſe. ſaluatur. n. ſubſtantia ſacrificij, dum ſpecies panis ex vi ſacramenti repræſentat corpus exangue, & mortuum Chriſti: præſertim dum frangitur & ore conſumitur: ſimulq; adeſt reipſa ſanguis Chriſti ex concomitantia ad potum ſpiritualem: nec eſt minus efficax ſub concomitantia, quàm ſi bibatur ſub ſpecie vini. Cauſa ſufficiens, ait *Henriquez*, diſpenſandi videtur, quando in Regione ampla deeſſet omnino vinum, in quam apportari vix poteſt, aut aſportatum conſeruari: ne ingens prouincia, aut multa illius oppida priuentur neceſſaria, & vtiliſsima Euchariſtiæ communione, & iugi præſentia corporis Chriſti: quaſi pro illis id ſacramentum non eſſet inſtitutum.

Addit idem *Henriquez loc. cit.* quod *Luc. 23.* Chriſtus duos diſcipulos euntes in Emaus communicauit ſub ſpecie tantum

tum

Digitized by Google

tum panis à ſe conſecrata.ergo.

Idem docet *Angelus verb. Eucharistia* 1. *num.*20.*& Chamerota de Eucharistia cap.* 6.*verſ.dico tertio*.

Præterea in ordinatione Sacerdotũ vnus tantum communicat ſub vtraq; ſpecie licèt omnes concurrant ad conſecrationem.quæ opinio ſatis mihi placet.

Sed in omni opinione Summum Pontificem poſſe cum abſtemio diſpenſare ad reliquos ordines.nam hoc impedimentum iure naturali videtur ſeſe ſolum extendi ad ſacerdotium. ita *DD.* teſte *Bonac.diſp.*7.*q.*2.*par.*2.*num.*27.

QVÆRITVR VII.

An carentes ordinibus ſacris, poſſint aliquando tangere patenam conſecratam in qua adeſt Eucharistia?

RESpondet *Suarez tom.*3.3.*par diſp* 81. *ſect.*8.ait quod laici ſine cauſa,& temerè tangentes vaſa ſacra vbi continetur corpus Chriſti vix excuſari poſſunt à mortali.ex quo colligitur eſſe licitum cum cauſa iuſta qualis eſſet,ait *Pellizarius,tract.de monialibus cap.*10 *ſect.*3. *nu.* 239. quando confeſſarius volens communicare monialem per feneſtellam communicatorij,cadit in terram particula conſecrata, nam in tali caſu poteſt monialis media patena, eleuare è terra particulam conſecratam, & præbere Sacerdoti,vel poſſet lingua eam ſumere monialis,cui præbebatur,quando decidit mundando poſtea locum ſuper quẽ ceciderat, illum aliquantulum abradẽdo,& puluerem, ſeu abrationem in ſacrarium proijciendo iuxta communem rubricam miſſalis. ita *Pellizarius* qui citat *Cardinalem de Lugo*, *Dianam, Auerſam*,& alios viros doctos. quidquid dicant alij in oppoſitum. idem dico ego, quando id accidit in cõſeruatorijs vbi ſemper eſt licitus ingreſſus,nempè poſſe media patena fœminam eleuare particulam, & Sacerdoti præbere,vel eam ſumere ſi erat diſpoſita ad communionem:

SED PETES

An caſu quo particula conſecrata labatur ſuper veſtem monialis communicantis, aut ſuper aliqua alia re,vel etiam ſuper manibus ipſiuſmet monialis, an obſeruari debeat rubrica miſſalis.ſi ceciderit,hoſtia ſcilicet conſecrata,extra corporalem in mappam, ſeu alio quouis modo in aliquod linteum, mappa vel linteum huiuſmodi diligenter cauetur, & lotio ipſa in ſacrarium effundatur.

REſpondetur, ex *Pellizar.loc.cit.num.* 241. quod cum Rubrica loquatur expreſsè de mappis, ſeu linteis, non videtur extendenda ad alios ſimiles caſus. Sed diligenter inſpiciendum eſt,nũ in loco ſuper quo cadit hoſtia conſecrata adſit aliquod fragmentum illius: & ſi quod eſt,aliquo ex modis indicatis attollendum eſt reuerenter. Valdè verò decens eſt, vt moniales ipſæ abluerent rem illum ſuper qua cadit particula conſecrata, idq; ad maiorem reuerentiam ſacramenti. ita *DD. cit. ab eodem Pellizario*.

QVÆRITVR VIII.

Eccleſia, an cenſeatur polluta propter modicam effuſionem ſanguinis intus Eccleſiam ortam ex delicto facto in Eccleſia.

REſpondetur, ex *Graphio* 1.*tom.deciſ. lib.*2.*c.*48.*num.*25.non eſſe pollutã, nam effuſio largitatem denotat.ita *Gloſa in c.cum illorum de ſent.excom. cap.reuertimini,*16.*q.*1.*gloſ.in clem. ne Romani.*

Nec etiam polluitur Eccleſia quando multum ſanguinis exiret de naſo, quod facilè fit in rixa puerorum. ita *Soto* quem citat,& ſequitur *Graphius loc.cit.*

SED PETES I.

An celebrans in Eccleſia polluta incurrat irregularitatem.

REſpondetur non incurrere irregularitatem. ita *Panorm.* quem citat, & ſequitur *Graphius loc.cit.num.*28.incurrit verò ſuſpenſionem ab ingreſſu Eccleſiæ, vt patet ex *cap.Epiſcopum de priuileg. lib.*6. & ſi cum tali celebratione celebraret, eſſet irregularis. ita *Sylu. verb.conſecratio* 2.*& Graph.loc.cit.n.*29.

PETES II.

Vtrum totus Christus *ſit res oblata in miſſa ſacrificio.*

REſpondetur ex communi Theologorum, & Patrum ſententia teſte *Suarez*

Digitized by Google

rez tom.3.3.p.diſp.75.ſect.1. quod Chriſtus Dominus eſt res primò, ac principaliter oblata in hoc ſacrificio, ſed non prout eſt in propria ſpecie exiſtēs, ſed vt exiſtens ſub ſpeciebus ſacramentalibus.

Probatur Chriſtus, vt exiſtens in propria ſpecie eſt longè diſtans, & veluti inſenſibilis nobis, & ideo non eſt apta materia huius oblationis: nam de ratione ſacrificij eſt, vt res quæ offertur ſit viſibilis, vt colligit *Suarez ex Trid.ſeſſ.22. c.12.* ſed hoc ſacrificium eſt viſibile ergo res oblata eſt etiam viſibilis: ſed Chriſtus exiſtens ſub ſpeciebus ſacramentalibus eſt aliquo modo viſibilis, nempè per ſpecies; prout autem eſt in propria ſpecie nullo modo eſt nobis viſibilis. prætereà nullus.n.eſt qui intendat Chriſtum offerre prout in Cœlo exiſtit, ſed prout in altari ponitur ergo, vt exiſtens ſub ſpeciebus ſacramentalibus; eſt res oblata in hoc ſacrificio, & eſt terminus ſacrificationis, non propriè, vt materia, quæ actioni ſacrificandi ſupponatur, quia Chriſtus eſt res oblata in hoc ſacrificio, vt conſecratus per actionem tranſubſtantiatiuam: ſed vt ſic eſt terminus ad quem talis actionis, & per illam habet eſſe ſub ſpeciebus ſacramentalibus.

Reſpondetur ſecundò ſpecies ſacramentales panis, & vini intrinſecè pertinent ad rem oblatam in hoc ſacrificio, ita vt huiuſmodi res oblata per modum termini, non ſit tantum Chriſtus nudè ſūptus, ſed ſimul cum ſpeciebus, ſeu quatenus cum ipſis vnum compoſitum ſacramentale conſtituit, vt ſupradictum eſt.

Addit verò *Suarez loc. cit.* quia Chriſtus inſtituit, & obtulit hoc ſacrificium, vt ſummus Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech. ſed Melchiſedech obtulit panem, & vinum, Aaron autem oues, & boues, vt patet ex ſacris literis, ergo obtulit aliquo modo panem, & vinum, non ſolum, vt materiam, ſed etiam vt terminum oblationis, tale.n.fuit ſacrificium Melchiſedech, ergo Chriſtus eſt res oblata in ſacramento hoc, quatenus eſt panis vitæ quod habet, vt exiſtit ſub ſpeciebus panis, & cum illis conſtituit vnum viſibilem cibum.

QVÆRITVR IX.

An poſſit dici miſſa votiua alicuius ſancti extra proprium diem idem petitur de ſanctis beatificatis tantum, & non dum canonizatis à Summo Pontifice.

Reſpondetur ex omnium ſententia; teſte *Caſtro Palao tom.1.tract.4 diſp.1.punct.5. §.5. num.6. & 7.* omnem Sacerdotem poſſe vbilibet, & quolibet die miſſam dicere de ſanctis canonizatis, non quidem propriam; quia fortè, nec pro vno die illi eſt aſsignata, ſed votiuam, iuxta regulas miſſæ votiuæ. & idē dicit debet de ſanctis beatificatis à Sede Apoſtolica quibus conceſſa eſt miſſa die proprio ſancti, non dum canonizati, nempè ab omnibus dici poſſe miſſam votiuam extra proprium diem, vt affirmat *Caſtrus Palao*, & dicit hoc eſſe probabilius; vt ſatis probat.

QVÆRITVR X.

An ordines omnes minores poſſit conferri ab Epiſcopo in vnico die.

Reſpondetur ex *Sylu. verb. ordo num. 7. affirmatiuè ſecundum Gloſſam in c. de eo*, nempè eodem die omnes minores conferri poſſe vni perſonæ niſi contrarium haberet conſuetudo Eccleſiæ, quę non ſeruata generaret ſcandalum, non autem prima tonſura, & quatuor minores *Bonacina tom.1.diſp.8 q.vnica p.5. num.36.* docet de conſenſu Epiſcopi id poſſe fieri, vbi aduertit cum *DD. à ſe cit. num.35.* quod ſi quis ſuſcipit ordines non ſeruatis interſtitijs nullam incurrit cenſuram, aut irregularitatem, quia non eſt expreſſa in iure.

Nauarr.cap.25. num.71. docet etiam poſt *Trid.* Epiſcopum poſſe diſpenſare, vt vnico die vni conferantur omnes ordines minores.

SED

Difficultas eſt, an ſine cauſa id poſſit facere Epiſcopus, vt vno die vni perſonæ quatuor ordines minores conferatur.

Reſpondetur *Trid.ſeſſ.23.cap.11.* aliud non dicit, niſi aliud Epiſcopo magis expedire videretur conferantur, nō ſeruatis interſtitijs. ego nihil reperi

apud

Digitized by Google

apud *DD.* poſt *Trid.* ſed totum negotiũ eſſe poſitum in arbitrio Epiſcopi.

SED PETES

Quæ ætas eſt neceſſaria ad primam tonſurã, & quatuor ordines minores.

RESpondetur requiri ſeptennium cõpletum ad primam tonſuram, & ad tres ordines minores, ad Acolytatum volunt quidam requiri annum duodecimum, vel tertium decimum vt *Gloſſa in cap. final. Rebuff. in praxi benef. tit. de Clericis Emanuel Sà verb. vado num.* 17. *ſed Suarez de cenſuris diſp.* 31 *ſect.* 1. *nu.* 22 docet in minoribus à *Trid.* quòd nulla aſsignatur ætas, & idcirco ſufficit ætas ſeptem annorum completorum. *Henriquez lib.* 10. *cap.* 19. *n.* 5. docet non requiri ad Acolytatum ætatem duodecim annorum. *Martinus Fornarius in addit. ad Tolet. de ordine cap.* 3. *num.* 5. docet quod *Trid.* non præfigit ætatem in ordinibus minoribus, ac proinde ſufficit ætas ſeptem annorum.

QVÆRITVR XI.

An Epiſcopus conferens primam tonſuram in aliena diœceſi ſuo ſubdito abſq; licentia ordinarij vbi confert, incurrat ſuſpenſionem.

RESpondetur, ex communi *DD.* ſententia non poſſe fieri ſine licentia ordinarij.

Sed *Henriquez lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 6. *& alij DD. cit. ſimul cum Fornario de ordine c.* 5. *num.* 4. *Molfeſio, & alij apud Dianam par.* 5. *reſol.* 45. docet quod ſine licentia ordinarij abſq; incurſu ſuſpenſionis poteſt Epiſcopus dare ſuis ſubditis tõſuram, benedictionem ſolemnem, & celebrare miſſam de Pontificali, quia hic actus non pertinet ad iuriſdictionem contentioſam cum ſtrepitu iudicij. ſed non eſt recedendum à communi *DD.* ſententia, & communi praxi, quod petenda eſt licentia ab ordinario loci, vbi eſt conferenda dicta prima tonſura.

SED PETES

An liceat Epiſcopo ordinare proprios ſubditos in aliena diœceſi, ſi habeat licentiam ordinandi ſubditos Epiſcopi illius diœceſis.

RESpondeo cum *Turriano de cenſuris lib.* 5. *diſp.* 46. *dub. vlt. & alijs apud Dianã Part. V. reſol.* 45. *tract.* 10. §. notandum affirmatiuè. & ratio mihi eſt, quia videtur tacitè conſentire Epiſcopus, & probabiliter præſumi poteſt, vt dum concedit licentiam ordinandi ſuos ſubditos poſsit ordinare etiam ſubditos ordinantis. Supponitur habuiſſe licentiam Epiſcopum ſine clauſula tantum, nempè, vt ſolum decem perſonis conferat ordines tantum.

QVÆRITVR XII.

An Sacerdos, qui ex intentione non nominet aliquem ſanctum ex ijs, qui ponuntur in canone miſſæ peccet mortaliter.

RESpondent aliqui *DD. & præcipuè Nugnus* 3. *par. tom.* 1. *q.* 83. *art* 4. *dub.* 2. *concluſ.* 2. quod peccat mortaliter.

Sed communis *DD.* ſententia docet, teſte *Perſico de officio Sacerdotis lib.* 3. *dub.* 4. *num.* 16. quod ſecluſo contemptu, non peccat mortaliter, ratione paruitatis materiæ.

QVÆRITVR XIII.

Si Sacerdos in canone miſſæ non nominat Epiſcopum loci, an peccet mortaliter.

RESpondetur peccare mortaliter, puta ſi regularis pro nomine Epiſcopi loci, dicat nomen generalis ſuæ religionis. ita præcipit Pius V. & Clem. VIII. vnde refert *Rodriq. tom.* 4. *ſummæ cap.* 51. *num.* 13. declarationem Cardinalium declaraſſe peccare mortaliter qui aliũ præter Epiſcopum loci in canone nominaret. ita etiam docẽt alij *DD.* apud *Perſicum loc. cit. num.* 9.

SED PETES

Qui Romæ celebrat quem Epiſcopum debet nominare.

RESpondetur ex communiſsima *DD.* ſententia teſte *Perſico loc. cit. num.* 8. ſolum Papam eſſe nominandum in canone quia Summus Pontifex eſt Rex, & Antiſtites Romæ, modo non habeat alibi domicilium ait *Nauarr. cap.* 25. *num.* 111. nam tunc etiam Epiſcopum domicilij debet nominare in canone. vnum aduerto, vt alibi docui ſupra cum *DD.* à me citatis, quod qui non acquirit domicilium in loco vbi celebrat, debet in cano-

Digitized by Google

canone nominare Epiſcopum domicilij,& non illius vbi moratur,vt hoſpes.

QVÆRITVR XIV.

An calix amittat conſecrationem ſi à Prælato,vel Parocho,aut aurifice aliquibus ictibus percutiatur?

RESpondetur de iure non amittere cõſecrationem cùm ſit opus,vt ſuperficies grauiter, ſeu enormiter tollatur, aut lædatur.tamen de conſuetudine introductum eſt, vt medijs ictibus prædictis amittat conſecrationem, ideo denuo eſt conſecrandus. ita *Naldus verb. calix num.1. qui citat Vgolin.& Azor.*

Addit præterea idem *Naldus* cum *Azor. ab ipſo cit.* quod cappa calicis tornatilis, quæ eſt ſeparabilis à pede conſeruat conſecrationem poſt ſeparationem.

Aduertit præterea idem *Naldus loc.cit.* cũ *Turrecremata* quod calix ſacratus laicis vendendus debet prius conflari, & non ſufficere eum confringere.

Addit *Facundez* cum *DD. à ſe cit.præcept. 1.lib 3.cap.21.num.24* quod calices inaurati licèt paulatim propter vſum deaurationem amittant non perdunt tamen conſecrationem. quia conſecratio adheret etiam materiæ vbi aurum eſt collocatum.Sed ſi calix conſecratus de nouo deauretur, cùm totus nouo auro ſuperinduatur, noua eget conſecratione.

QVÆRITVR XV.

An Sacerdos ſine miſſale, ac memoniter celebrare poſſit.

RESpondetur ex communi *DD.* ſententia,teſte *Facundez loc.cit.nu.23.* quod peccat ſine miſſale celebrare ratione periculi obliuionis ob aliquam perturbationem quæ in celebranda miſſa occurrere poſsit.

Sed *Vaſquez tom.3. diſp.233.c.3. in fine* debet quod ſi alicui Sacerdoti adeſt tàm debilis facultas videndi, vt legere non poſsit,& tamen ſatis videt, vt calicem, & hoſtiam conſecratam debita cum reuerentia eleuare adorare, & ſumere, & reliqua omnia,quę circa illa fieri ſolent abſq; vlla irreuerentia efficere permitti poteſt huic memoriter miſſam celebrare ſi moraliter nullum ſit periculum errandi quamuis non ſine libro, ne notã aliquam incurreret apud alios, *Rodriquez 1.p ſumm cap.249. concluſ.19.* non condemnat ad mortale celebrantem ſine miſſali,ſecluſo contemptu, & ſcandalo, ac poſita graui cauſa dummodo ſatis expertus ſit non errandi.

Diana verò de celebrat. miſſarum reſol.46. docet, quod non peccat mortaliter Sacerdos ſi celebrat in loco vbi non adeſt miſſale dummodo moraliter non dubitet errandi.citat *Layman Villalobos, & Ledeſma* pro hac ſententia. ſed quãtum ad *Layman*, vt ego vidi nihil dicit,ſubiungit *Diana* loco miſſalis debere poni alium librum ad euitandum aliquam notam apud alios.

QVÆRITVR XVI.

Religioſus ordinatus extra tẽpora, vel abſq; legitima ætate, vel abſq; dimiſſorijs ſui Prælati an incurrat ſuſpenſionem Pij Secundi ſi bona fide id fecit.

RESpondetur ex *Portel. in dub. regul. verb.ordines ſacri num.13* non incurrere ſuſpenſionem. ita docet etiam *Miranda tom.1.q.39.art.6 qui citat Nauarr.* vbi aſſerit eſſe neceſſariam culpam læthalem ad incurrendam hanc cẽſuram: idem docet *Auila de cenſuris p.3. diſp.5. dub.7.*idem docet *præpoſit.* quem citat, & ſequitur *Diana 5.par. tract. 10. reſol. 32. & 3.p. idem Diana reſol.192.*

Scio verò alios *DD.* docere incurrere ſuſpenſionem.

SED PETES I.

Quomodo in foro exteriori probanda ſit bona fides ordinati.

RESpondetur ex generali regula quod ea quæ ex propria noſtra voluntate dependent iuramento probantur ſecũdum *Bartol.in l inter omnes,§.rectè nu.2. Gloſſa ff. de ſacrif. furtis Alexander conſ. 133.*& alij apud *Calam tract. de modo articulabile num.159.* ſed hec regula non habet locum, quoties iudex haberet indicia,& præſumptiones in oppoſitum. vt benè aduertit idem *Cala cum DD. à ſe cit.loc.cit.*ergo idem dicendum eſt in caſu noſtro; cùm res ſit difficilis probationis iuramento probanda eſt bona fides ordinati.

Addo ego ſi concurrat bona vita ex quo dubitari non poſsit de dolo.

PETES II.

An ſuſpenſus ex ordinatione ante legitimam ætatem poſſit celebrare, illa completa ſine alia diſpenſatione.

RESpondent communiter *DD.* teſte *Diana par.* 5. *tract.* 10. *reſol.* 38. non poſſe ſed *Corduba Soto, & Medina cit. ab eodem Diana l. c. cit.* § *non deſinam* docent poſſe celebrare completa ætate ſine alia diſpẽſatione, ſi id fecit bonafide.

QVÆRITVR XVII.

An ſit irregularis qui indicat ſatellitibus vbi eſt Reus, qui poſtea eſt damnatus ad mortem.

REſpondetur ex communi *DD.* ſententia, teſte *Bonacina diſp.* 7. *q.* 4. *par.* 1. *num* 19. eſſe irregularem. Secus dicendum eſt quando probabiliter neſciuit illum fuiſſe quæſitum ad mortem, vel ad mutilationem, vt quia neſciebat ipſum eſſe ſatellitem, aut eius inimicum aut ab eo fuiſſe commiſſum delictum, nempè non eſſe irregularem, etiam ſi ſecuta fuerit mors, aut mutilatio. ita *DD* teſte *Bonacina l. c. cit. num.* 20.

Idem dicit *Bonacina q.* 4. *par.* 6. *nu.* 7. nempè non eſſe irregularem qui fure Domi inuento clamauit ad vitam, vel ad res ſuas defendendas ad latrones ad latrones, vel cape, cape. Secus dicendum ſi clamauit occide occide.

Addit præterea *Bonacina cum DD. à ſe cit.* illum non fieri irregularem qui clamauit ad latrones, etiam ſi ob id ſatellites furem repererint; & iudex illum morti ad iudicauerit modo tamen præmiſerit proteſtationem citra pœnam ſanguinis, & non fecerit animo vendictæ, ſed intentione rei ſuæ conſeruandæ.

SED PETES I.

Quando eſt licita proteſtatio citra pœnam ſanguinis, ad euidendam irregularitatem, an debeat fieri in ſcriptis, & quid ſi ficto animo fiat dicta proteſtatio.

REſpondetur ex communi *DD.* ſententia. teſte *Bonac diſp* 3. *tom.* 1. *q.* 3. *p* 1. *num* 9. in primis proteſtatio facienda eſt coram iudice apud quem deponitur querela his, vel ſimilibus verbis: Domine peto, vt cures mihi ſatisfactionem, vel reſtitutionem exhiberi à Titio qui mihi dandum intulit, proteſtorq; me nulla ratione intendere pœnam ſanguinis mutilationem, aut mortem, vt colligitur ex *ca. ſecund. de homicid. lib 6.* quare accuſans non euadit irregularitatem quando dicit ſolum, peto meum intereſſe. & nihil aliud addit. Non eſt tamẽ neceſſe proteſtationem fieri in ſcriptis, quam nullo iure probatur ſcripturam requiri ita *Bonac. & Vgolin.* itaq; proteſtatio ſolo animo facta, & non expreſſa nihil iuuat. ficta verò proteſtatio, ſed animo interno petens vindictam, iuuat ad euadendam irregularitatem, ſecundum ſententiam. *Henriquez, Suarez Coninchο*, & alios quos citat, & ſequitur *Bonacin.* quidquid dicant alij *DD.* in oppoſitum.

Addunt *DD.* teſte *Bonacin. loc. cit. num.* 3. *&* 4. quod accuſans aliquem in iudicio debet eſſe propter iniuriã illatam propriæ perſonæ, vel ſuis bonis non alijs, etiam conſanguineis,

Addunt præterea grauiſsimi DD. quos citat, & ſequitur *Bonacin loc cit. num* 3. cum qui accuſat, vel denunciat non petendo vindictam, ſed ſatisfactionem, vel intereſſe ſibi debitum, etiam in criminibus dignis morte, non fieri irregularem, proteſtando expreſsè ſe non intendere pœnam ſanguinis etiam ſi poſtea ſequatur mutilatio, vel mors, eãq; certo ſecuturam accuſator præuiderit. hoc eſt permiſſum ex *cap. Prælatis de homicid. lib 6.* ne laici ſcientes clericos nõ poſſe abſq; nota irregularitatis querelam coram iudice deponere, audaciores fierent ad inferendas illis iniurias.

Addunt præterea DD. teſte *Bonac. loc. cit.* hoc eſſe verum etiam ſi ille qui petit ſatisfactionem, poſsit res ſuas alia via recuperare aut præuideat Reum occidendum, aut etiam ſi in mente ſua intendat mortem malefactoris, nempè non incurrere irregularitatem, vt colligitur ex *cap. Prælatis ſecundo*.

Addunt deniq; DD. quod laici, ne incurrant irregularitatem, etiam poſſunt vti tali proteſtatione.

PETES II.

An clericus poſſit accuſare iniuſtum damnificatorem ſuæ Eccleſiæ.

REſpondetur, ex communi DD. ſententia, teſte *Bonacina loc. cit. num.* 5. poſſe

Digitized by Google

ſe accuſare prauia proteſtatione, quia bona Eccleſiæ ad ipſum pertinent.

Addunt DD teſte *Bonacin. num.6.* clericũ accuſantem alterum ad ſui defenſionem, vel ſuorum non incurrere irregularitatem, etiam ſi ſequatur mors præmiſſa proteſtatione, citra pœnam ſanguinis.

PETES III.

Vtrũ qui alteri in periculo vitæ, vel amiſsionis bonorum exiſtenti conſulit, vt accuſet, vel denunciet cum proteſtatione citra pœnam ſanguinis ad ſeruandam vitam, vel bona incurrat irregularitatem.

RESpondetur ex Comitolo, *Filiuccio cit: à Bonac. num.12.* quos ipſe ſequitur nõ incurrere irregularitatem, ratio eſt, quia ſicut accuſans in præfato caſu cũ proteſtatione non ſit irregularis, ita neq; conſulens.

PETES IV.

An liceat clerico detegere proditiones, & coniurationes factas contra Rempublicam.

REſpondetur ex Caiet. quem citat, & ſequitur *Nauarr.cap.23. num.11.* licere, & poſſe fieri, ob eas illi morte plectantur, modo id faciat proteſtatus ſe id facere, vt periculo imminenti obuietur citra pœnam ſanguinis.

PETES V.

An in Eccleſia polluta poſſint adminiſtrari Sacramenta.

REſpondetur ex *Sayro de cenſuris lib.5. cap.16 num.1.* quod pollutio, ſeu violatio Eccleſiæ ſimilis eſt interdicto loci in hoc, quod in Eccleſia benedicta prohibentur celebrari miſſæ, & alia officia diuina ſub peccato mortali, ſi illius violatio publica ſit. Sed in interdicto locali ſiue ſit interdictum generale, ſiue ſpeciale poſſunt adminiſtrari in primis Sacramentum baptiſmi pro paruulis, & etiam pro adultis Secundo Sacramẽtum confirmationis. Tertiò Sacramentum pœnitentiæ non ſolum infirmis, ſed etiam ſanis ita cõmuniter docent DD. teſte *Sayr. de cenſuris lib.5. c.7. num.6.7. 8. & Nauarr. cap.27. num.* 178. ergo ſi hæc poſſunt fieri in Eccleſia interdicta, etiam fieri poteſt in Eccleſia polluta.

PETES VI.

An aliquando polluatur Eccleſia per ſepulturam alicuius intra dictam Eccleſiam.

REſpondetur, quod primò polluitur Eccleſia, quando in ea ſepelitur excõmunicatus, vt patet ex *cap. conſuluiſti de conſecrat. Eccleſiæ. docet Tolet. lib.5. c. 8. num.11.* & eſt communis DD. ſententia teſte *Sayr. de cenſuris lib. 5. cap. 16. num.21.* intelligitur ſi eſt excommunicatus vitandus, ſeu denunciatus, vt rectè aduertit idem *Sayr. loc. cit.* ſecus ſi non eſt vitandus excommunicatus.

Aduertit præterea idem *Sayr. loc. cit.* quod interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ ſi moriatur hoc interdicto durante, non debet in Eccleſia, vel cæmeterio ſepeliri niſi pænituerit, non tamen ibi ſepultus facit locum pollutum, cum non ſit excommunicatus. & ſic intelligit *Paluda. cit. à Sayr. cap. is cui, §.1. de ſent. excomm. lib.6.* item interdictus ſimpliciter ſi ſepeliatur in loco ſacro, non propterea cenſetur locus ille pollutus, cùm hoc non ſit in iure expreſſum, & pœna potius eſt reſtringenda, quàm amplianda. ita *Sayr. loc. cit.* Secundò polluitur Eccleſia cum ſepelitur aliquis infidelis, vt habetur *in cap. Eccleſia 1. de conſecrat. d. 1.* vt aduertit *Tolet loc. cit.* & eſt communis DD. teſte *Sayr. loc. cit.* vbi addit quod in hoc caſu oportet parietes Eccleſiæ rudere.

Tertiò polluitur Eccleſia cùm conſecratur Eccleſia ab Epiſcopo publicè excõmunicato, vt habetur ex *cap conſuluiſti allegato*, & docet *Tolet. loc. cit. & eſt communis* DD. ſententia teſte *Sayr. loc. cit. num.27.*

Aduertunt DD. teſte *Sayr. loc. cit.* quod quando ſepelitur infidelis in Eccleſia, ſi Eccleſia erat conſecrata, reconcilianda eſt, & prædictũ corpus infidelis proijciendum eſt, ſi diſcerni poſsit ab alijs, alioquin ſi diſcerni non poteſt commodè, melius eſt ipſum relinqui vna cum oſsibus fidelium, quam ipſa oſſa ipſorũ fidelium vna cum oſsibus infidelis exhumari.

Addunt verò *Panorm. & Sylu. cit. à Sayr.* quod non ſunt radendi parietes, quia per abrationem parietum violaretur conſecratio, & non eſſet reconcilianda

Digitized by Google

fundat, idcirco in hoc caſu remanet polluta Eccleſia. non autem quando quis fuit contuſus in Eccleſia, & extra illam obijerit. ita *Suarez tom. 3. 3. par. diſp. 81. ſect. 4. cap. 1.* & hanc ſententiam *Suarez* ſequitur *Prepoſitus 3. par. q. 83. art. 3. dub. 2. num. 152.*

Vnde ſequitur quod non violatur Eccleſia, ſi quis vino conſecrando immiſcuiſſet aliquid veneni, vt illius ſumptione Sacerdos moreretur extra Eccleſiam. ita *Reginald tom. 2. lib. 29. c. 9 ſect. 5. num. 18.* quia venenum non per ſe eſt cauſa effuſionis ſanguinis, ac proinde dum in Eccleſia non eſt ſanguis effuſus, nec mors eſt ſecuta in Eccleſia non debet Eccleſia remanere polluta.

QVÆRITVR XIX.

An ſit licitum laico tangere Euchariſtiam in aliquo caſu.

RESpondetur ex communi DD. ſententia teſte *Facundez precept. 3. lib. 3. ca. 1. num 1*[illegible] licere laico eleuare hoſtiam conſecratam è terra quando non adeſt ſacerdos qui id facit, aut facere velit. nec ad hanc contrectationem tenetur eſſe in gratia, quia non eſt actus, nec miniſtratio Sacramenti.

QVÆRITVR XX.

An pro cathecumenijs poſſint offerri ſacrificia

ANTEQVAM RESPONDEAM.

SCiendum eſt quod cathecumeni dupliciter appellantur à Theologis, id eſt competẽtes, & incompetentes, competentes ſunt illi qui petunt baptiſmũ, & nomen ſuum Eccleſiæ dant, vt baptizentur, & recipiuntur ab Eccleſia, vt inſtruantur, & ad baptiſmum præparentur, incompetentes dicuntur illi, qui cõciones audiunt, & volunt fieri chriſtiano, ſed non dum baptiſmum petierunt.

HIS POSITIS.

REſpondetur ex communi DD. ſententia, teſte *Facundez de quinq; preceptis Eccleſiæ precept. 1. lib. 3. cap. 13. num. 29.* quod pro cathecuminis, qui dicuntur competentes poteſt offerri ſacrificium etiam ſi ante baptiſmum moriantur, & per eos illius ſuſceptio non ſteterit. Secus pro cathecuminis qui dicuntur incompetentes.

Scio verò multos alios Theologos oppoſitum docere, nempè etiam pro cathecumenis, qui dicuntur competentes directè ſacrificium non poſſe offerri.

Sed in omni opinione indirectè non ſolũ pro cathecumenis, ſed etiam pro infedelibus poſſunt offerri ſacrificia, vt docent DD. teſte *Facundez loc. cit. nu. 26.* nempè pro amplificatione, & bono totius Eccleſiæ in communi, ſed non in particulari pro hoc, vel pro illo. nam hoc nihil aliud eſt, quam orare, & ſacrificium offerre pro bono fidei, & totius Eccleſiæ, & vt hæretici, & infideles conuertantur.

QVÆRITVR XXI.

An qui metu cadente in virum conſtantem recipit ordines, ſit valide ordinatus.

REſpondetur primo ex omnium DD. ſententia, teſte *Sanchez de matrim. lib. 7 diſp. 29. num. 1.* quod qui vi præciſa ordinatur ab Epiſcopo non valet ordo nec character recipitur, vt conſtat ex *cap. maiores de baptiſmo.*

Reſpondetur ſecundò ex communi DD. ſententia, teſte *Sanchez loc. cit. num. 2.* cum qui poſt matrimonium, metu viri conſtantis, recipit ordinem ſacrum, eſſe validè ordinatum, ſed poſſe illo matrimonio liberè vti, ac ſi ordinem non accepiſſet, & hoc eſt verum, etiam ſi matrimonium conſumatum non ſit. ita *DD cit. à Sanchez.*

Verum ſi continere nolit non fruitur priuilegijs clericalibus æquum. n non eſt, vt qui onus ſentire recuſat, ſentiat commodum. at vtetur his priuilegijs, dum non tranſit ad actum contrarium. Vnde ſi ante ordines ſuſceptos eſſet coniugatus, & vxor vellet continere, ipſe autem nolit, non gaudebit priuilegijs clericalibus. at ſi ipſe eligat in quantum ſibi per matrimonij leges permittitur continere, nimirum non petendo debitum, & obliget ſe ad caſtitatem, ac clericorum more viuat gaudebit priuilegijs clericalibus. ita *DD cit. à Sanchez loc. cit. num. 3.*

Intelligit verò *Sanchez cum DD. à ſe cit.* hunc debere frui clericalibus priuilegijs, ſi non ſit bigamus, & tunc non in omnibus, ſed ſolis ijs, quibus fruuntur cæteri clerici coniugati, cum vnica ex vir-

Digitized by Google

nus eſt qualiſcunq; vſus ſacramenti, ſed quatenus eſt perfecta conſumptio, & immutatio diuinæ oblatæ.

Probatur præterea ſacrificium miſſæ non eſt ſolum ſacrificium, ſed etiam eſt holocauſtum: ſed de ratione holocauſti eſt, vt tota victima conſumetur, & realiter immutetur: ſed hoc non fit in hoc ſacrificio, niſi per ſumptionem Sacerdotis, vt conſtat quia ante illam Chriſtus realiter manet ſub ſpeciebus, & ſic eſt victima ſacrificanda: ergo ſumptio per quam quodammodo perfectè immutatur & amictit illud eſſe, quod ſub ſpeciebus habet, eſt de eſſentia ſacrificij: nam hoc ſacrificium, eſt etiam holocauſtum, vt ſupra dictum eſt, in quo victima debet perfectè conſumi. ita *Gabriel Soto, & alij cit. à Suar. loc. cit. ſect.* 5.

Sed *Suarez* docet conſiſtere eſſentiam ſacrificij in ſola conſecratione, quia per conſecrationem repræſentatur paſsio Chriſti, & recognoſcitur Deus auctor omnium, quatenus per hanc actionem fit mirabilis quædam, & ſupernaturalis rerum immutatio in hũc finem, vt Deo offeratur, ſeu in honorem eius, in altari ipſius præſens fiat res nobiliſsima maximeq; illi grata, quæ eſt Chriſtus Deus homo.

HINC

Colligitur ait *Suarez loc. cit.* oblationem quæ fit ante conſecrationem, & poſt conſecrationem nullo modo eſſe de eſſentia ſacrificij. an verò conſecratio vnius, vel vtriuſq; ſpeciei ſit de eſſentia ſacrificij; vide *Suarez loc. cit. ſect.* 6. vbi ponit varias Theologorum ſententias, ſed ipſe docet de eſſentia ſacrificij eſt, conſecratio vtriuſq; ſpeciei.

SED PETES I.

Cur in die paraſciue non ſit ſacrificium, & in die Natiuitatis Domini ſit triplex ſacrificium.

Reſpondetur ex *D. Th.* quem citat, & ſequitur *Suarez ſect.* 4. *columna* 4. *in fine*, §. *in confirmatione*, quia in die Veneris Sancti recolitur realis mors Chriſti, ſeu ſacrificium cruentum prout in ſimili die reipſa geſtum eſt, & proinde non fit tunc conſecratio, ne fiat expreſſa, aut myſtica repræſentatio mortis Chriſti.

Dicuntur verò tres miſſæ in die natalis, ſcilicet propter tres Chriſti generationes, ſcilicet æternam temporalem ſecũdum carnem, & ſpiritualem.

PETES II.

An Epiſcopus poſſit diſpenſare, vt illegitimus poſſit recipere ordines maiores.

Reſpondetur ex communiſsima DD. ſententia teſte *Barboſa de poteſt. Epiſcopi allegat.* 45. *num.* 19. affirmatiuè, nempè poſſe Epiſcopum diſpenſare cũ illegitimis ex quocunq; etiam damnato coitu ad minores ordines, & ad beneficium ſimplex, vt patet non ſolum ex torrente DD. ſed etiam ex *cap.* 1. *de filijs presbyter. in* 6. quoad beneficium ſimplex limitatur, niſi illud requirat ordinem ſacrum, nam tunc non poſſet diſpenſare Epiſcopus quando ſtatuto, vel cõſuetudine, vel priuilegio beneficium requirit ſacrum ordinem. ita *gloſſa in c.* 1. *de filijs presbyt. loc. cit.* & affirmat *Azor.* quem citat, & ſequitur *Barboſa loc. cit.*

Quoad collationem ordinum minorum requiritur cauſa in huiuſmodi diſpenſatione facienda per Epiſcopũ, & quod eorum ſuffragantibus meritis fiat. ita DD. communiter affirmant, teſte eodẽ *Barboſa loc. cit.* eſſet verò iuſta cauſa ſi ordinandus eſſet vir probatæ vitæ, & numquam ſit lapſus in aliquod delictũ, & ob bonum finem intenderet ſuſcipere ordinem. ita mihi eſt dicendum, & eiuſdem ſententiæ eſt *Conradus* vir doctus, & mihi amiciſsimus cùm nihil repererim eſſe à DD explicatũ, cùm nihil aliud dicant quod requiritur iuſta cauſa, & quod fiat ſuffragantibus meritis ordinandi.

QVÆRITVR XXIV.

Quinam dicantur facere celebrare miſſam conuentualem.

Reſpondetur quod in omni Eccleſia collegiali, eſt celebranda miſſa conuentualis, ideſt miſſa de officio occurrenti; & quia monaſteria religioſorum ſunt collegia, ergo etiam Religioſi tenentur in ſuis Eccleſijs celebrare miſſam conuentualem ita DD. teſte *Tamborino de iure Abbat. ſſarum diſp.* 15. *quæſit.* 6. *fol. mihi* 168. vbi extendit hãc obliga-

Digitized by Google

gationem cum DD. *à ſe citat.* etiam quoad monaſteria monialium, nam eadem eſt ratio, cùm ſint etiam collegia ergo tenentur facere celebrare miſſam conuentualem.

Sed vnum aduertit quod talis miſſa non eſt neceſſariò applicanda generaliter pro viuis,& defũctis nam ipſe ait,quod talis conſtitutio ſolum obligat fratres minores nempè. vt ſatisfaciant benefactoribus ipſorum viuentium de eleemoſynis. ſed hæc ratio ceſſat in monialibus ſuos redditus,& ſua bona habentibus, quæ ſecum afferunt ad monaſteria,& de quibus viuunt, non autem de eleemoſynis.

QVÆRITVR XXV.

An reliquiæ ſanctorum poſſint à laicis ſine peccato tangi?

Reſpondetur ex *Sanchez in ſumma lib. 2.cap.43.num.26.* non peccare venialiter laicos,ſi ſine contemptu,& reuerẽter tangant.quia non eſt prohibitum in iure.ita *Sanchez loc.cit ſed Azor. cit.ab eodem Sanchez* cenſet eſſe culpam venialem ſi à laicis,vel à conſtitutis in minoribus ordinibus dictæ reliquiæ tangantur.

QVÆRITVR XXVI.

Quod nam peccatum commictitur ſi à laico tangatur calix,vel patena conſecrata, vel corporale.

Reſpondetur ex *Sanchez loc.cit.nu.26.* non peccare venialiter,ſi laici reuerenter tangant Sed alij cognoſcunt culpam venialem leuem,vel nullam ait *Soto in 4 diſt.13.q.2.art.3. ad 3 ſic cit. à Sãchez loc cit. num.27.* & canones id prohibentes intelligi de conſilio.

QVÆRITVR XXVII.

An Agnus Dei poſſit tangi à laicis.

Reſpondetur ex *Sanchez loc.cit. nu.27.* non eſſe peccatum veniale ſi à laico tangatur quia ſi vſus obtinuit, ita *Sanchez.*

QVÆRITVR XXVIII.

An Agnus Dei poſſit depingi, vel aliquis color imponi?

Reſpondetur negatiuè, & hoc eſſe interdictum ſub excommunicatione latæ ſententiæ ſic ſtatuit Gregor. 13. in quando motu proprio.quando verò de facto depingantur, poſſunt retineri,ſed non poſſunt vendi. ita *Sanchez loc. cit. nu.28* vt habetur ex eodem motu proprio Gregor.quod intelligit.*num.29.* de venditione ſimoniaca, qualis eſt, ſi ratione benedictionis vendantur,aut pluris ratione illius. Secus ſi ratione ſolius materiæ ex qua conficiuntur,& impenſarum in eis conficiendis, & à Roma portandis vendantur. ita *Sanchez loc. cit.* quidquid dicat *Azor.in oppoſitum.*

QVÆRITVR XXIX.

An Reliquiæ extra capſam poſſint oſtendi?

Reſpondetur antiquas reliquias non poſſe oſtendi extra capſam.Sic præcipitur grauibus verbis *ex cap.* ſi Reliquiæ. vt affirmat etiam *Sanchez loc.cit. num.21.*

QVÆRITVR XXX.

An interdicatur exponere reliquias venales.

Reſpondetur ex communiſsima DD. ſententia teſte *Sanchez in ſumma lib. 2.cap.43.num.22.* negatiuè,& eſſet apertiſsima ſimonia, quia pretio æſtimatur res ſpiritualis, & ſacra. Sed ſi reliquiæ eſſent apud infideles,tunc ad redimendam vexationem poteſt exhiberi pretium,vt poſsideantur, ac retineantur à fidelibus.ratio eſt quia infideles vexant fideles retinendo iniuſtè reliquias illas. ita *Philiarcus, & Vgolin.* quos citat, & ſequitur *Sanchez loc. cit.*

QVÆRITVR XXXI.

An liceat reliquias furtiuè ſubtrahere.

Reſpondetur ex communi DD. ſentẽtia teſte *Sanchez loc.cit. num.23.* id non licere,ſed eſſe furtum ſacrilegium. limitant DD. niſi eſſent apud infideles, quia sũt iniuſti poſſeſſores.

SED

SED PETES

An ſit aliqua excommunicatio contra reliquiarum fures.

RESpondet *Azor. tom. 1. lib. 9. c. 8. q. 10.* hos incurrere excommunicationē minorem, ſed communis DD. ſententia teſte *Sanchez loc. cit. num. 24.* docet quod nullus caſus eſt in vſu in quo huiuſmodi excommunicatio incurratur præter communicationem cum excommunicato.

QVÆRITVR XXXI.

An conſtitutus in minoribus poſſit canere Epiſtolam.

REſpondetur, ex *Sylu. verbo irregularitas q. 27. & Gal. ab ipſo cit.* affirmatiuè ſi ſine manipulo id faciat, *Tunicellam* etiam non ſubdiaconus portare poteſt.

QVÆRITVR XXXII.

An Sacerdos poſſit celebrare coram excommunicato, ſine peccato; & quam pœnam incurrit ſi celebrat.

REſpondetur in primis non peccare ſi adeſt excommunicatus toleratus, nempè occultus, & non publicus percuſſor clerici, vt patet ex Concilio Cōſtantienſi Concilium. n. Coſtantienſe non prohibet communicationem in diuinis, nec in humanis cum dictis excommunicatis, vt communiſsima DD. ſententia affirmat teſte *Bonac. tom. 1. diſp. 1. q. 2. pr. 1. propoſit 3. num. 9.*

Si verò adeſt excommunicatus vitandus Ideſt excommunicatus per cedolones, vel publici clerici percuſſor monendus eſt, vt exeat. Si verò poſt admonitionem noluerit exire, poteſt etiam per vim expelli, quamuis ſit clericus neque incurritur excommunicatio, vt colligitur ex *cap. veniens de ſent. excom. & docent DD. apud Bonacin. loc. cit.* Quod ſi non vult exire, & non poteſt expelli ſine periculo, tūc tēporis omittēda eſſe diuina officia, & miſſā ipſā Sed ſi canon miſſæ ab ijs verbis Te igitur Clemētiſſime Pater, eſt inceptus, tunc eſt proſequēda miſſa. & debet eam perficere vſq; ad ſumptionem vtriuſq; ſpeciei qua perfecta, poterit ſe in ſacriſtiam, vel in alium recipere, ibique reliquas orationes perficere. ita *Suarez, Henriquez Reg nald. & alij cit. ab eodem Bonacin. loc. cit.*

Vnūm quod excommunicati tolerati peccant mortaliter, ſi aſsiſtunt diuinis officijs, ſine iuſta cauſa, vel communionē habent in humanis ſine iuſta cauſa, & peccant venialiter quoad communionem in humanis, quia Concilium Conſtantienſe nullum fauorem eis conceſſit, ſed tantum non excommunicatis nō prohibuit communionem tum in diuinis, tum in humanis dictis excommunicatis toleratis. ita DD. *à me citati in 1. tom. de Miſcellaneis practicis q. 253. ſ. petes primo in fine.*

SED PETES I.

Quam pœnam incurrat celebrans coram excommunicato vitando.

REſpondetur non ſolum peccare mortaliter, neq; ſolum incurrere minorem excommunicationem quæ incurritur ex participatione cum huiuſmodi excommunicato, vt patet ex *c. 15.* qui *de ſent. excomm.* ſed etiam incurrere interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ, ſi celebret ſcienter coram illo, vt patet ex *cap. Epiſcopum de priuilegijs in 6.* verum tamen eſt non incurrere irregularitatem niſi celebret, vel actus ordinis exerceat dum eſt interdictus, nam irregularitas non incurritur, niſi ſit in iure expreſſa, ita DD. communiter apud *Bonacin. loc. cit.*

PETES II.

Vtrum Sacerdos qui poſt inchoatam miſſam aduertit eſſe cadauer publici excommunicati, teneatur miſſam inchoatam relinquere ſicut tenetur quando aduertit adeſſe hominem excommunicatum vitandum.

REſpondetur negatiuè. quia Sacerdos poteſt ſua priuata intentione nolle participare cum eo cadauere; non poteſt tamen aliquod opus circa illūd cadauer exercere v. g. benedicendo, vel orando pro ipſo, &c. alioquin dicetur cum ipſo communicare. ita *Henriquez Sayr. Reginald. & alij apud Bonac. loc. cit.*

PETES III.

An excommunicatus, qui miſſam audit non ſolum peccet mortaliter, ſed etiam incurrat aliquam aliam pœnam.

RESpondeo præter peccatum mortale nullam pęnam incurrere, quia nihil eſt in iure expreſſum. vt aduertit *Bonacina tom. 1. diſp. 2. p. 3. propoſit. 2. num. 6.*

Neq; dicas qui communicat cum excommunicato vitando incurrit excommunicationem minorem, ergo etiam ipſe excommunicatus eandem pænam incurrit communicando cum fidelibus in auditione miſſæ, nam argumenta à pari, vel à fortiori in materia cenſurarum non valet, cùm ſit materia odioſa, ita *DD.* teſte *Bonac. loc. cit.*

Addunt vero *DD.* ſacerdotem excommunicatum qui ſua auctoritate eſt cauſa, vt miſſa, vel alia diuina officia coram ſe celebrentur, incurrere irregularitatem, vt patet ex *cap. tanta de exceſſibus Prælat. & cap. ill d de clerico excommunicato miniſtrante. ita Vgolin. Sayr. & alij apud Bonac. loc. cit.* ratio eſt, quia Sacerdos excommunicatus celebrando incurrit irregularitatem, ergo etiam illã incurrit, quando ſua auctoritate, vt alter coram ſe excommunicato celebret, nam qui per alium facit per ſe ipſum facere cenſetur. Secus dicendum eſt quando ille qui præcipit coram ſe celebrari non eſt Sacerdos, nam tunc non incurrit irregularitatem, vt rectè docet *Bonac. loc. cit.*

PETES IV.

An excommunicatus admonitus à celebrante, vt exeat, & non vult exire ab Eccleſia, incurrat aliquam pœnam.

REſpondetur incurrere nouam excõmunicationem Papæ reſeruatam, vt patet ex *cap. eos de ſent. excom.* eandem excommunicationem incurrit interdictus qui poſt monitionem non vult exire. eadem cenſura afficitur qui prohibet quo minus publicè excommunicati, vel interdicti de Eccleſia exeant eo tempore quo miſſa celebratur ſi admoniti fuerint à celebrantibus exire. ita *cap grauis de ſent. excom ita DD.* teſte *Bonacin. loc. cit. num 6.* audientes miſsã cum excommunicato vitando peccant mortaliter, & incurrunt excommunicationem minorem, vt alibi docui.

QVÆRITVR XXXIII.

An in Eccleſia polluta poſſint celebrari diuina officia, ac miſſam.

REſpondetur ex communi *DD.* ſentẽtia teſte *Suarez tom. 3. 3. par. diſp. 8 ſect. 4. §. bis poſitis* negatiuè, nempè prohiberi, etiam non ſolum miſſam ſed etiã diuina officia in Eccleſia polluta.

Quibus caſibus polluitur Eccleſia ſupradixi.

SED PETES I.

An ſit idem in rigore pollutio Eccleſiæ ac interdictum?

REſpondetur ex *Suarez loc. cit. §. ſed quæret in fine* negatiuè. quia locus violatus, ſeu pollutus propriè, & in rigore loquendo non eſt interdictus, vt patet, ex *cap. is qui manifeſtè probatũ eſt.*

PETES II.

Quam pœnam incurrit qui in Eccleſia polluta, aut interdicta celebrat?

REſpondetur ex eodem *Suarez loc. cit. §. ſed quæret* non incurrere aliquam cenſuram celebrantem in Eccleſia polluta, ſeu violata, & conſequenter dum non violat cenſuram non incurrit irregularitatem, licèt grauiter peccet celebrando. Secus eſt dicendum ſi quis celebrat in Eccleſia interdicta, nam qui celebrat in loco interdicto incurrit ſuſpenſionem ipſo facto, vt colligitur ex *cap. Epiſcop. de priuileg in 6.* & ſi iterum poſt ſuſpenſionem celebret, aut ſimiles actus ordinis exerceat fit irregularis. ita *Suarez loc. cit.*

PETES III.

Quid faciet Sacerdos ſi dum celebrat Eccleſia violatur?

REſpondetur ex communi *DD.* ſentẽtia teſte *Suarez loc. cit. § ſecundo* quæret, ſi violatio contingat poſt canonem inceptum ideſt poſt Te igitur Clementiſsime Pater abſoluere debet miſſam abſq; interruptione, quia iam cenſetur, quaſi ſubſtantialiter inchoatum ſacrificium.

Digitized by Google

ficium. Si autem non dum canonem inchoauit, debet ceſſare, donec Eccleſia reconciliata ſit.

Addo ego in caſu quod perficienda ſit miſſa, quia inchoauit Sacerdos canonem, debet perficere vſq; ad ſumptionem vtriuſq; ſpeciei, vt aliæ orationes perficiendæ ſunt in ſacriſtia, ſicut dictum eſt de excommunicato vitando qui noluit exire ab Eccleſia, & vult aſſiſtere Miſſæ.

QVÆRITVR XXXIV.

An interdicto locali particulari, vel generali non ſolum prohibeatur celebrare miſſam, ſed etiam diuina officia.

Reſpondetur ex *Suarez de cenſuris diſp.* 34. ante ſectionem primam affirmatiuè; nempè non poſſe celebrari diuina officia.

QVÆRITVR XXXV.

An Sacerdos celebrare poſſit ſine ſacris veſtibus ſine peccato mortali?

Reſpondetur ex communiſsima *DD.* ſententia, teſte *Paſqualigo in quæſtion. canon. q.* 31. *nu.* 3. non poſſe celebrare ſine peccato mortali.

SED

Difficultas eſt an ratione paruitatis materiæ excuſetur Sacerdos, ſi non celebrat ſine aliqua veſte ſacra puta ſine manipulo, aut cingulo.

Reſpondent multi *DD.* teſte *Facundez praecept.* 1. *lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 10. eſſe peccatum mortale. Sed alij grauiſsimi *DD.* teſte eodem *Facundez num.* 11. docent non eſſe peccatum mortale ſed ſolum veniale ſacrum facere ſine cingulo benedicto, quia eſt materia ſatis leuis, & veſtis quædam minus conſiderabilis quàm aliæ veſtes, immo potius dicendum eſt, cingulum eſſe ligaturam veſtimentorum, quam indumentum. hæc opinio vocatur à *Facundez* ſatis probabilis.

Cauſa autem excuſans à veniali eſſe poteſt, vel neceſsitas vrgens audiendi ſacri, vel celebrandi ex feſti præcepto, vel vincendi tentationem aliquam, vel feruor magnæ deuotionis, & aliquando neceſsitas corporalis ſtipis ipſius miſſæ ad vitæ ſubſtentationem.

Addunt verò *DD.* teſte *Facundez loc. cit. num.* 13. & *Suarez tom.* 3. 3. *par. diſp.* 82. *ſect.* 2. §. *tertio* obſeruandum, quod Sacerdos poteſt loco cinguli vti ſtola oblonga in defectu illius, & loco ſtolæ vti etiā manipulo ſi oblongum ſit, vt ſupplere poſsit commodè vicem ſtolæ. & in hoc nullam requirunt cauſam, nec requiritur noua benedictio.

Aduertunt præterea *DD.* teſte *Facundez loc. cit. num.* 14. quod ſi cingulum ſit fractum, & altera pars cinguli tanta remanet, vt ſufficiat ad honeſtè cingendum, licitum eſt cum eo celebrare maximè in neceſsitate: melius licebit ſi antequā ex toto rumpatur, & in duas partes diuidatur, nodo aliquo replicetur, & roboretur.

QVÆRITVR XXXVI.

An pixis plena particulis poſitis in tabernaculo clauſo validè conſecretur à Sacerdote habente intentionem conſecrandi.

Reſpondetur ex *Henriquez lib.* 8. *cap.* 14 *num.* 2. quem ſequitur *Rodriquez par.* 1. *cap.* 247. *num* 11. poſſe, ac validè fieri conſecrationem intra cuſtodiam ſeu intra tabernaculum clauſum. ita alij *DD.* idem videtur docere teſte *Paſqualigo de quæſt. canon. q.* 30. *num.* 1.

Sed alij *DD.* quos citat, & ſequitur *Paſqualigo loc. cit.* docent hoc prorſus fieri non poſſe nempè conſecrationem hoſtiarum intra cuſtodiam, ſeu intra tabernaculum: intra *Pixidem* verò clauſum, docent omnes *DD.* id fieri poſſe, ſed melius eſt, vt diſcoperiatur pixis, quādo facienda eſt conſecratio. ratio ſecūdæ ſententiæ quia quando hoſtia eſt intra tabernaculum non eſt præſens moraliter ante Sacerdotem, nec poteſt demonſtrari per ſenſum aliquem. Sed ego poſt factum dicerem quod iſtæ ſpecies ſacramentales conſecratæ intra tabernaculum, ſeu cuſtodiæ ſub conditione eſſent adorandæ, cùm dubium ſit, an ſint conſecratæ, & eſſent conſumendæ à Sacerdote ante ablutionem, vel eſſent conſeruandæ donec corrumperentur, nempè quando generantur vermes.

Digitized by Google

QVÆRITVR XXXVII.

An ſumptio Tabachi impediat celebrationem miſſæ.

RESpondetur ex *DD.* quos citat *Diana par.1.tract.13. Miſcell. reſol.1. & par.8 reſol.3.* non impedire celebrationem miſſæ, ſiue ſumatur tabachus in folio puluere,& fumo, licet ex tali ſumptione tabachi,aliquis humor traijciatur in ſtomachum, modo non intret per os,ſed per nares, immo etiam ſi intraret per os, nec etiam impediret celebrationem miſſæ,vel ſumptionem Euchariſtiæ ſi per modum attrahactionis, ſeu reſpirationis, non autem per actionem, quæ fit comeſtio, aut potatio. vt ſatis probat *Diana loc.cit.* immo addũt *DD. cit. à Diana* quod ſi per modum reſpirationis aliquid attraheretur in ſtomachum quod poſsit nutrire, nec etiam impediret celebrationem miſſæ, quia non violaretur ieiunium naturale, quia hoc non traijcitur per modum cibi,vel potus quod fit comedendo, vel bibendo.

Addunt præterea *DD. cit. ab eodem Diana par.5. loc.cit.* quod etiam ſi aliquid per os traijciatur in ſtomachum per modũ cibi,& res in ſe non eſt nutritiua, vt eſt papirus,lapis, &c. nec etiam frangeret ieiunium naturale,& conſequenter nec impediret communionem.

Aduertit deniq; *Diana loc. cit.* quod licèt ſumptio tabachi non impediret communionem eſſet irreuerentia ſumptio illius ante communionem.

SED PETES

An ſumptio tabachi intra Eccleſiam ſit peccatum mortale?

RESpondetur affirmatiuè, nempè ex genere ſuo eſſe peccatum mortale ſumere tabachum in Eccleſia, vel in atrijs, vel ambitu ipſius Eccleſiæ, niſi paruitas materiæ adſit, nam tunc eſſet ſolum veniale ratio eſt, quia dicitur Pſal.92. *Domum tuam Domine decet ſanctitudo*; ſed extrahere excrementa à naſo intra loca ſupradicta fit reuerentiæ debitæ loco Deo dicato ergo.

Confirmat hanc doctrinam Conſtitutio Vrbani 8. anno 1642.ſub die 30.Ianuarij,vbi prohibet ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ ſumptionem tabachi,ſiue ſolidi,ſiue in fruſtra conciſi,ſiue in puluerem redacti,ſiue in fumum,in Eccleſijs, & earundem atrijs, ac ambitu ipſius Eccleſiæ. quæ conſtitutio comprehendi omnes, tam mares,quàm fœminas,tam laicos,quàm Eccleſiaſticos, Regulares, etiam ordinis militaris S. Ioannis Hieroſolymitani, vt patet ex dicta Coſtitut.relata à *Paſqualigo in quæſtionibus canonicis q.175.*& licèt quoad cenſuram ſolum cõprehendat omnes exiſtentes intra Diœceſim Hiſpalenſem, vt patet ex dicta Conſtit.Vrb.8. tamen quoad peccatum mortale obligat vbiq; locorum,vt ſatis probabile putat *Paſqualigo loc cit.* quia excommunicatio ſupponit peccatum mortale,alias eſſet irrita, vt docent cõmuniter *DD.* ergo cùm Summus Pontifex ediderit talem conſtitutionem ſuppoſuit prohibuiſſem rem malam in ſe,non quia illam prohibuit.

QVÆRITVR XXXVIII.

Si quis bona fide, ac inuincibili ignorantia ſuſcipit ordines ante legitimam ætatem, incurrat ſuſpenſionem,& an completa ætate celebrare poſſit ſine alia diſpenſatione.

RESpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *Nauarr.cap.27.num.155.in fine*, non incurrere ſuſpenſionem quia Pius Secundus ſuſpendit eos qui ante legitimam ætatem ordinem ſacrum accipere præſumpſerit ergo ſupponit culpam.

Eiuſdem opinionis eſt *Coninchus de Sacramentis diſp.15. dub. 5. num 36.* & addit quod conſtit.Pij V etiam requirit præſumptionem. Quare quis eſt excuſatus à cenſura ratione bonæ fidei.ita *Coninchus loc cit.*

Idem docet *Auila citat.à Diana 3.par.trac.4.de ſacram. reſol 192.* idem docet *Toletus lib.1.cap.49.num.4.* & alij apud *Dianam par.5. tract.10. de ſuſpenſione reſolut.34.*itaq; concludunt *DD.*quod bona fides excuſat à cenſura, & completa legitima ætate ad ordines, non indiget diſpenſatione,vt poſsit illos exercere.

Idem docent *DD.* teſte *Barboſa de poteſt. Epiſcopi allegat.16. num.17.* etiam poſt connitationem Pij, & Sixti non incurrere ſuſpenſionem eum qui bona fide ante legitimam ætatem ſuſcepit ordinem, & completa legitima ætate poteſt exer-

Digitized by Google

exercere ſuſceptor, & promoueri ad alios ordines abſq; alia diſpenſatione. & ratio à priori eſt, quia non debetur pena vbi non adeſt culpa: ſed in caſu noſtro nulla culpa eſt commiſſa, vt ſuppono, ergo non debetur pena, ita etiam docet *Sanchez de matrim. lib. 7. diſp. 30. num. 14.* Secus dicendum eſt ſi quis mala fide ſuſcepit ordines ante legitimam ætatem, tunc. n. eſt ſuſpenſus, nec poteſt vti ſuſceptis, & ad alios promoueri ſine diſpenſatione Summi Pontificis.

QVÆRITVR XXXIX.

In aliquo caſu an Epiſcopus poſſit diſpenſare cũ irregulari ex homicidio occulto, vt miniſtret in ordinibus ſuſceptis.

RESpondetur ex *Suarez de cenſuris diſp. 44. ſect. 4. num. 35.* per homicidium quantumuis occultum incurri irregularitatem, & Summo Pontifici reſeruari eius diſpenſationem, vt docet *Suarez.* & colligit ex *Trid ſeſſ. 24 cap. 6. de reſeruat.* quamuis alij caſus occulti ibi Epiſcopo delegentur. ita communiter docent *DD.* teſte *Sayr. de cenſuris cap. de irregularit. num. 6.* nempè incurri irregularitatem per homicidium quãtumuis occultum.

Alfonſus verò de *Caſtro lib. 2. de poteſt. leg. pœnal. l. vlt. verſ 3. ſic cit à Couarruuia* docet, quod non incurritur irregularitas per homicidium omnino occultum quod probari non poteſt, niſi per eorũ confeſsionem, & canones non obſtare, quia dicit ipſe, intelligendos eſſe in eo caſu quando crimina omnino occulta non ſunt; ſed poſſunt in iudicio probari ſaltem paucis teſtibus. Sed hæc opinio eſt ſingularis, & vt falſa reijcitur à *Sayr. loc. cit.* & etiam reijcitur à *Couarruuia tit. de irregularit. 2. par. reſolut. 83. num. 4. fol. mihi 587.* ſed ego vidi locum *Alfonſi de Caſtro, qui in fine,* ait poſt Tridentinum non habere locum ſuam opinionem. Sed eſſe omnino reijciendam.

PETES II.

An filius presbyteri ex coniugata poſſit promoueri ad ſacros ordines, quando eſt occultum.

RESpondetur ex *Alfonſ. de Caſtro cit. à Couarr. loc. cit § hinc illud.* quod poteſt promoueri ſi ita occultè ſit genitus, vt non poſsit aliunde probari, quã per parentum aſſertionem, ſed alij DD, teſte eodem *Couarr.* reijciunt hanc opinionem.

QVÆRITVR XXXX.

An quando Chriſtus Dominus Euchariſtiam conſecrauit, aliqua verborum forma ſit vſus?

RESpondetur ex communiſsima Theologorum ſententia, teſte *Perſico de officio Sacerdotis lib. 3. dub. 2. num. 8.* Chriſtum conſecraſſe eiſdem verbis quibus nos conſecramus, ſcilicet hoc eſt Corpus meum, & hic eſt calix ſanguinis mei.

Scio verò aliter *DD.* docuiſſe, teſte *D. Th. 3. par. q. 78. art. 1. ad 1.* nempè Chriſtum conſecraſſe abſq; omni forma verborũ propter poteſtatem excellentiæ quam habebat, alij dixerunt, teſte eodem *D. Th.* Chriſtum conſecraſſe, dum illum benedixit, alij dixerunt Chriſtum eiſdem verbis conſecraſſe, quibus nunc Sacerdotes conſecrant. Sed bis ea verba protuliſſe. primo ſecreto, ſecundo verò publicè. quæ ſententiæ vix poſſunt defendi à temeritate. nam prima Concluſio noſtra, quod Chriſtus ſemel protulerit verba conſecrationis, quibus nos conſecramus, non ſolum eſt communis Theologorum ſententia, ſed etiã omnium fere veterum Patrum expreſſa traditio, vt benè refert auctoritates Patrum *Perſic. loc. cit.*

SED PETES I.

An Chriſtus dum benedixit, ac fregit panem, ſimul etiã verba conſecrationis protulerit?

RESpondetur ex multis Theologis teſte *Perſico loc. cit.* quod ordo rei geſtæ à Chriſto in vltima cæna ſic exprimi poteſt. accepit Ieſus panem, & benedixit dicens; hoc eſt corpus meum; deinde fregit deditq; diſcipulis ſ[illegible] ac ait accipite, & comedite.

Aduertit *Suarez tom. 3. 3. par. diſp. 58. ſect. 2.* Chriſtum ſimul benedixiſſe fregiſſe, ac cæpiſſe porrigere, & quaſi offerre panem, ac verba proferre ſi loquamur de morali concomitantia, ſed ſecundũ phyſicam durationem, verius eſſe prius abſoluiſſe verba conſecrationis, quàm panem, vel vinum diſcipulis dederit, vt docet *Trid. ſeſſ. 13. c. 3.*

PE-

Digitized by Google

PETES II.

An Chriſtus prius fregerit panem, quam conſecrauit.

RESpondent multi Theologi probabiliter, teſte *Perſico loc.cit* fractionem factam poſt conſecrationem, & Euangeliſtas locutos eſſe per anticipationẽ. Sed *D.Th 3.p q.78.art.ad 1.* cum communi Theologorum ſententia docet Chriſtum prius panem fregiſſe, quam conſecrauerit, quia ita habet ordo, & contextus Euãgeliſtarum *Matth.26. Marc. 14. Luc.22. & 1. ad Cor. 11.* ac proindè dicendum eſt, Chriſtum poſtquam accepit, & benedixit panem; illum in partes ſufficientes fregiſſe, & in patena accomodatas poſuiſſe, ſuiſq; manibus diſcipulis ſuis porrexiſſe dicens accipite, & comedite hoc eſt Corpus meum quibus dictis, ſinguli partem ſuam acceperunt, & communicauerunt,

QVÆRITVR XXXXI.

An quando duo Sacerdotes ſimul conſecrant, vterq; poſſit ſacrificium miſſæ applicare?

RESpondetur affirmatiuè ex *Perſico lib. 2.de officio Sacerd.dub.12. num.79.*

QVÆRITVR XXXXII.

An quando vnus Sacerdos conſecrauit ſolum corpus Chriſti, & morte, vel alio impedimento ſanguinem conſecrare non potuit; ſed ab alio Sacerdote, qui defectum prioris suppleuit, ſanguis conſecratur. applicatio fructus ſacrificij pertineat ad priorem ſacerdotem, an verò ad poſteriorem.

RESpondetur ad poſteriorem pertinere. ita *Vaſquez 3.par.diſp.231. cap.6. num.41. & Suarez tom.3. 3.par. diſp 79. ſect.12.§.ſed tunc occurrit vlterius*. verũ & Suarez alias rationes in oppoſitum quæ etiam ſunt efficaces ac proindè optimum conſilium eſt, ſecundum Sacerdotem ſupplentem miſſam in caſu prædicto debere referre ſuam intentionem quoad applicationem ſacrificij ſecundum intentionem prioris Sacerdotis.

QVÆRITVR XXXXIII.

An ex vi verborum conſecrationis per concomitantiam veniat etiam præputium Chriſti, an capilli, an vngues.

RESpondetur primò ex *Suarez 3. part. diſp.51.ſect 3.§.dico primò.* affirmatiuè, quia re vera pertinet ad integritatem corporis. Neq; dicas quod quando primum Chriſtus dixit hoc eſt Corpus meum non venit præputium, quia in ipſo nõ erat, nam ſatis eſt quod ſi erat, veniſſet per concomitantiam ex vi verborum, ergo cum in Chriſto nunc adſit præputium venit ex vi verborum per concomitantiam dictum præputium, vt rectè docet *Suarez loc cit ſed Tolet.in Luc. q 31.* vt videbimus lucam ait præputium conſeruari in terra calcatæ prope Romam, ac proindè non venire ex vi verborum in conſecratione.

Reſpondetur ſecundò ex *Vaſquez, & Henriquez cit Perſico de officio Sacerdotis lib. 3.dub.17.num.129.* affirmatiuè, nempè per concomitantiam ex vi verborum conſecrationis venire capillos, & vngues corporis Chriſti, quia quamuis capilli, & vngues non ſint animati, nec ab illis dependeat vita Chriſti, tamen per concomitantiam ſunt ſub ſpeciebus panis quia ſunt coniuncti vi naturali cum corpore.

SED PETES

Qui conſecrauit præputium Chriſti, & quando à Chriſto fuit reaſſumptus.

RESpondetur ex *Suarez tom. 2. 3.part. diſp.15.ſect.1. in fine* fuiſſe conſeruatum à B. Virgine, & reaſſumptũ à Chriſto in reſurrectione, vt affirmant Theologi, teſte *Bonacina de incarnat.diſp.3.q. 2.par. 1. num. 5. ſed Toletus in D. Luc.q. 31.* docet præputium Chriſti conſeruari in terra calcatæ in ede ſanctorum, Cornelij, & Cypriani, calcata eſt prope Romam, & fuit ſurreptum dictum præputium à Baſilica Lateranenſi loco qui ſancta ſanctorum nuncupatur.

Digitized by Google

QVÆRITVR XXXXIV.

An vino conſecrando, ſit priùs aquam permiſcenda.

RESpondetur affirmatiuè ex catholica ſententia, quia Chriſtus Dominus vinum aqua miſtum conſecrauit, & quā uis ex ſcripturis id expreſsè non habeamus, tamen habemus ex antiqua traditione; ita *S. Iacobus in ſua liturgia. 6. Synodus in Trullo anno 690. Clem. Roman. lib. 8. conſtitut. Apoſtolic. c. 17. S. Ireneus l. b. 4. c. 57. S. Cyprianus lib. 2. epiſt. 3. Concilium Carthaginenſe 3. in quo interfuit D. Auguſt.* & ita docent tam Patres græci, quàm latini, ac proindè rectè dānatur error Ebionitarum qui dixerunt ſolam aquam in calice offerendam eſſe, alius error fuit Armenorum qui dicebant ſolum vinum in calice offerendum eſſe.

SED PETES I.

An ſit propoſitio certa de fide, Chriſtum Dominum in cœna, vinum aqua in calice miſtum conſecraſſe.

REſpondetur in hac re varias eſſe Theologorum ſententias; nam multi affirmant nō eſſe de fide, alij probabilius docent propoſitionem eſſe de fide, & ad fidei dogmata pertinere, cùm ex Patribus, & Concilijs manifeſtè ſit tradita, vt patet ex ſcriptura *Prouerb. 9.* venite comedite, & bibite vinum quod miſcui vobis. & Sancti Patres intelligunt de Euchariſtia ſaltem in ſenſu ſpirituali. patet etiam ex Concilio Florentino in decreto *Eugen. 4. de Sacramento Euchar. & Trid. ſeſſ. 22. cap. 3.* & alia concilia. & expreſsè tenet *Bellarminus lib. 4. de Euchariſtia cap. 10. columna 2. §. cæterum*, & alij apud *Perſicum de officio Sacerdotis lib. 1. dub. 4. num. 31. 32. 34. & 35.*

Congruentiæ miſtionis vini, & aquæ in calice offerendo ſunt tres. Prima quia Chriſtus Dominus ita feciſſe creditur. Secunda quia de latere Chriſti exiuit ſanguis, & aqua. Tertia ad ſignificandam vnionem Chriſti cum Eccleſia. ita *DD.* & Patres apud *Perſicū loc. cit. n. 37.*

PETES II.

An aqua permiſcenda ſit vino in calice offerendo de neceſſitate Sacramenti, ita vt ſi non ſit aqua in vino non fiat conſecratio ex vi verborum conſecrationis.

REſpondent aliqui *DD.* eſſe de neceſsitate Sacramenti, aliàs non conficeretur corpus Chriſti ex vi verborum conſecrationis. quia ſic inſtituit Chriſtus Sacramentum, vt ſuprà probatum eſt, vt habemus ex antiqua Eccleſiæ traditione, & conſuetudine, Sanctorum Patrum, & Conciliorum teſtimonio cōfirmata. Necnon hoc docet *S. Cyprianus lib. 2. epiſt. 3.* idem habetur ex *Iulio III. ex cap. cum omne de conſecrat. c. 2. & Concil. Bracharenſe 3. can. 1.*

Sed communiſsima *DD.* ſententia docet, vinum non eſſe de neceſsitate Sacramēti, ſed tantum de neceſsitate præcepti, itaq; vinum ſine aqua ex vi verborum conſecrationis tranſubſtantiatur in ſanguinem Chriſti, vt docet *D. Th. 3. part. q. 74. art. 7.* hæc ſententiæ præter torrentem Theologorum colligitur ex *Trid. ſeſſ. 13.* in qua agit de hoc Sacramento nihil de aquæ miſtione dixit, ſed ſolum panem, & vinum eſſe propriam materiam, & *ſeſſ. 22. cap. 7.* docet *Trid.* præceptum eſſe ab Eccleſia Sacerdotibus, vt aquam vino in calice offerendo miſcerent.

Neq; obſtat quod Chriſtus conſecrauit vinum cum aqua; nam non quidquid Chriſtus inter conſecrandum ſeruauit, eſt de eſſentia Sacramenti, ſed tantum materia, & forma, vt benè docet *Scotus in 4. d. 9. quaſt. 1. art. 6. ad 1.*

Neq; obſtant auctoritas S. Cypriani, & Cōcilia citata, nam licèt dicant calicem Domini eſſe non poſſe ſine aqua, tamen verbum poteſt intelligitur, quod conuenienter eſſe non poteſt, vt explicat *D. Th. 3. par. q. 74. art. 7. ad 1.*

SED PETES III.

An aqua ſit de eſſentia panis.

REſpondetur ex *D. Thom. 3. par. q. 74. art. 7. ad 1.* quod aqua eſt de eſſentia panis, ac proinde ſequitur quod ſi quis conſecraret panem, in quo non eſſet aqua prius in pane non conficeretur corpus Chriſti ex vi verborum, nam Chri-

Digitized by Google

Chriſtus conſecrauit panem, & vinum, ergo vbi deeſt eſſentia panis, & vini, nulla fit conſecratio: ſed aqua eſt de eſſentia panis ſecundum D.Thomam, ergo ſi in farina non miſcetur aqua, nō eſt verè panis, ac proinde fieri non poteſt tranſubſtantiatio ex vi verborum corpus Chriſti. Aduertit *D.Th loc.cit. ad 3.* quod ſi in farina admiſcetur aqua roſacea, vel quicunq, alius liquor, quàm vera aqua, non poſſet ex eo confici Sacramentum quia non eſt verus panis. *Caietan.* & alij *cit. à Suar. 3. par. tom.3. diſp.44. ſect.2.* putant ex farina, & aqua roſacea fieri panem eiuſdem ſpeciei cū alio communi. ſed diſplicet hæc opinio *Suarez* cum ſit contra communem opinionem Theologorum.

PETES IV.

An aqua miſcenda ſit vino in calice offerendo, ut de neceſsitate præcepti diuini, an verò Eccleſiaſtici.

RESpondetur multos graues *DD.* apud *Perſicum de officio Sacerdotis l. b. 1. dub.6.* docere dictam miſtionem faciendā eſſe de neceſsitate præcepti diuini, Sed communior *DD.* ſententia docet ſupradictam miſtionem eſſe de præcepti Eccleſiaſtici neceſsitate; vt clarè colligitur ex *Trid. ſeſſ.22. cap.7.*

PETES V.

Quiſnam fuit primus qui hoc præceptum miſcendi aquam vino tradidit.

RESpondetur ex communi *DD.* ſentētia, teſte *Perſico loc.cit. num.49.* hoc præceptum à temporibus Apoſtolorum in Eccleſia fuiſſe; veriſimile tamen eſſe Alexandrum Papam, qui fuit quintus, vel ſextus poſt S. Petrum fuiſſe primū, qui tradidit ſcriptum hoc præceptum. quod ante ipſum traditione tantum, & vſu in Eccleſia habebatur, vt patet ex liturgijs *S. Iacobi, & S. Marci.*

PETES VI.

An vino poſſit miſceri aqua roſacea, vel artificialis, antequam fiat conſecratio.

RESpondetur ex *D.Thom. 3 p q.74. art. 7. ad 3.* negatiuè, ſed ſolum aqua naturalis miſceri debet. Vnde in caſu neceſsitatis, quo aqua naturalis haberi non poſſet, nec abſq; ſcandalo miſſa cæpta poſſet omitti, nulla aqua roſacea, vel artificialis eſt admiſcenda. ita *DD.* teſte *Perſico loc.cit.dub.9.nu.53.*

PETES VII.

An aqua miſcenda vino in calice offerendo debeat eſſe frigida, & an ſit peccatum mortale miſcere calidam. & quid dicendum de aqua, quæ non eſſet pura, ſed aliquid ſalis haberet admixtum.

RESpondetur ex *Perſico loc. cit. dub.7. num.55.* quod eſſet peccatum mortale in hoc ſacrificio nouum ritum introducere, ac proindè ſi quis miſceret aquam calidam contra communem, Eccleſiæ conſuetudinem peccaret mortaliter. Si verò in aliqua frigidiſsima regione eſſet conſuetudo miſcēdi aquā calidam, ne forte vinum congeletur, poſſet ſine vllo peccato id fieri, & idem dicendum eſt de aqua, quæ non eſſet pura, ſed aliquid ſalis haberet admixtum ſi ob inopiam purioris in aliqua Eccleſia ſoleret vino miſceri. ita *Perſicus loc.cit.* qui hoc colligit ex *Suarez, & Reginald. ab ipſo cit.*

PETES VIII.

Quando aqua miſcenda eſt in ſacrificio, & quod ſi in dolio fuerit admiſta aqua, vel Domi.

RESpondetur ex communiſsima *DD.* ſententia, teſte *Perſico de officio ſacerdotis lib.1.dub.7.num 62 & 63 64 & 65.* aquam miſcendam eſſe vino tempore ſacrificij, & non ante, vt minimum ante calicis oblationem, quia ſi alio tempore fieret non eſſet ceremonia ſacra, nec ſacramenta haberent ſignificationem, ac proinde etiam ſi miſtio aquæ vino fuiſſet facta in dolio, vel Domi iterum eſſet facienda tempore ſacrificij, alioquin non ſignificaret ea, quæ ſancti Patres, & Concilia dicunt, & præſertim colligitur, ex *Iul o Papa in cap.cum omne de conſecrat.diſt.2.*

Patres verò ordinis prædicatorum, ex cōſuetudine Miſcent aquam vino ſtatim ante introitum miſſæ.

Digitized by Google

PETES IX.

Si ſacerdos ex obliuione omiſerit promiſcere aquam vino, quid tenetur facere.

RESpondetur ex communiſsima *DD.* ſententia teſte *Perſico loc. cit. nu. 64.* ſi aduertat ante conſecrationem calicis, licet hoſtiam conſecrauerit debet ponere aquam. ita etiam docet Rubrica miſſalis. ſi aduertat nō fuiſſe aquam poſitam poſt conſecrationem calicis non debet ponere aquam. ita Rubrica miſſalis.

PETES X.

Quiſnam debeat aquam vino in calice miſcere.

REſpondetur ex *Ledeſma cit. à Suarez tom. 3. 3. par. diſp. 45. ſect. 3. in fine* debere eſſe eundem Sacerdotem qui miſſæ ſacrificium offert. quia aliàs non ſignificaretur quod Eccleſia intendit, ſed *Suarez loc. cit.* putat ſimpliciter non eſſe neceſſarium, nec præceptum, quia in miſſali romano præſcribitur, vt in miſſis ſolemnibus ſubdiaconus infundat aquam à Sacerdote benedictam in calicem, in miſsis priuatis tutum eſt ſeruare quod *Ledeſma* dicit.

QVÆRITVR XXXXV.

Vtrum aqua vino miſta conuertatur in ſanguinem Domini, & ſub hac intentione miſceri debeat.

REſpondent aliqui Theologi *cit. à Suarez loc cit ſect. 4.* aquam non conuerti in ſanguinem, ſed in quemdam humorem aqueum, ſeu phegma. Sed hæc ſententia damnatur, vt abſurda, erronea, & catholicæ veritati contraria, ex ſacris canonibus, *in cap. cum Marthæ, & in cap. quadam de celebrat. miſſæ.*

Secunda ſentētia eſt, aquam vino miſtam non conuerti, ſed manere in propria ſpecie, & natura admiſtam ſpeciebus vini poſt conſecrationem. hæc ſententia eſt minus probabilis ait *Innoc. 3. in cap. cum Marthæ.* verum eſt ab omnibus ſcholaſticis reiecta.

SED

Difficultas eſt vtrum, vt aqua conuertatur in ſanguinē Chriſti Domini neceſſe ſit prius conuerti in vinum, vel poſſit immediatè in ſanguinem tranſire.

REſpondetur ex *Adamo lib. 1. de Eucharistia c. 13.* aquam immediatè conuerti in ſanguinem Chriſti, etiā ſi prius ideſt ante conſecrationem vini non fuerit conuerſa in vinum. aliàs ſacerdos die natalis non poſſet celebrare ſecundam, & tertiam miſſam, ſi in prima miſſa aqua non fuerit conuerſa in vinum, quia celebraret non ieiunus; & aliàs ſequeretur, quod non poſſet adorari totū illud quod eſt in calice, ſaltem quando moraliter conſtaret aquam non fuiſſe conuerſam in vinum ante conſecrationem vini. ita multi Theologi quos citat, & ſequitur *Coninchus q. 74. art. 8. & Tolet. l. 2. c. 25. num 4.* Sed *D. Th. 3. part. q. 74. art. 8.* quem ſequuntur ferè omnes Theologi, quos citat, & ſequitur *Suarez tom. 3. 3. par. diſp. 45. ſect. 4.* docet aquam non conuerti in ſanguinem, niſi prius in vinum tranſmutetur. ratio huius ſententiæ eſt, quia materia conſecrationis ſolum eſt vinum, cui aqua miſcetur, non vt materia, ſed ſolum per modum cæremoniæ ad ſignificationem quamdam.

Probatur præterea à poſteriori, & abſurdo, nam ſi aqua durans in ſubſtantia ſua, conuerteretur in ſanguinem Chriſti, eadem ratione ſanguis Chriſti contineretur, & conſeruaretur ſub accidētibus aquæ, ergo ſi contingeret ſpecies vini accescere, ita vt nō cōſeruarēt ſubſtantiā vinis, ſpecies autem aquæ integras manere, conſeruaretur ſanguis Chriſti ſub ſpeciebus aquæ, etiam ſi deſineret eſſe ſub ſpeciebus vini quod hoc aſſerere eſt inconueniens, & abſurdum. ita *Suarez loc. cit.*

Ad argumenta contrariæ opinionis.

REſpondet *Suarez loc. cit.* ad illud de ieiunio, ſatis eſſe, vt probabiliter credatur aquam conuerſam eſſe in vinum, ſi tamen interdum accideret, certum eſſe talem conuerſionem non eſſe factā, conſultius eſſet, vt ſacerdos ſe exiſtimaret non ieiunum, neq; iterum deberet celebrare die natalis, quamquam ſi vellet alteri opinioni adhærere, non damnaret *Suarez.*

Digitized by Google

Ad illud de adoratione.

RESpondet *Suarez loc. cit.* non adorare fideles quidquid eſt in calice, poſſunt.n. interdũ in calice eſſe paleæ, &c. ſed adorare id quod eſt conſecratum ſub ſpeciebus vini.

HINC

COlligit primò *Suarez loc. cit.* ſi poſt conſecrationem contingat, ſpecies conſecratas corrumpere aquam, illam conuerti in ſolum vinum, & non in ſanguinem Chriſti, quia hæc conuerſio nõ fit niſi per formam, quæ iam habuit totum ſuum effectum: ſpecies autem conſecratæ virtutem retineat ad generandum vinum, ac ſi ſubſtantia adeſſet.

Secundò colligit ſi contingat, aquam cõuerti in vinum, in eodem momento in quo perficitur forma conſecrationis, & conuertitur vinum in ſanguinem, in eo caſu aquam conuerti in vinum, & non in ſanguinem quia dictum eſt aquam non poſſe immediate tranſire in ſanguinem.

SED

Quid dicendum ſi contingat conuerſionem aquæ in vinum fieri, ante finitam formam, tamen poſt illam inchoatam, & poſt dictũ pronomen hic.

RESpondet *Suarez loc. cit.* probabile eſſe tunc conuerti in ſanguinem, quia in inſtanti conſecrationis aqua eſt iam vinum. Sed oppoſitum docet eſſe probabilius, nempe quod non fiat conſecratio.

QVÆRITVR I.

Qua ætate adoleſcens, vel puella ingredi poſſit religionem inuitis parentibus.

REſpondetur ante annos pubertatis non poſſunt inuitis parentibus, vel tutoribus religionem intrare, aut habitum ſuſcipere, quod ſi contra fecerint poſſunt repeti, & religio compelli officio iudicis eccleſiaſtici reſtituere, vt colligitur clarè ex *reſcripto Alex. 3. cap. ad noſtram, & ex cap. ſignificatum de regul.* & eſt communis DD. ſententia, teſte *Leſſio diſp. de ſtatu vitæ deligendo q. 1.* annus pubertatis in maſculo eſt annus decimus quartus completus, & in fæmina duodecimus annus completus.

Aduerte tamen ſi parentes ſciant filium impuberem religionem ingreſſum habitum ſuſcepiſſe, & per annum integrũ, & diem diſſimulando non contradixerint non habere amplius ius repetendi, ſed liberum eſſe puero manere, vt expreſsè habetur in *Concil. 10 Toletano 11. c. 6. & Concil. Triburienſi cap. 24. & in Concilio Moguntino cap. ſi quis extrau. de regularibus.*

Idem dicitur quando impuberes cum bona parentum venia ingreſsi ſunt religionem, nempe parentes non habere amplius ius repetendi. vt *Fuſius* probat *Leſſius loc. cit. num 5.*

Adepta pubertate efficiuntur ſui iuris, & liberi à parentum poteſtate quoad Religionis ingreſſum, ita vt parentes non poſsint eos cogere, aut intrent, aut impedire ne intrent, eſt certiſsima doctrina. neq; de hoc eſt dubitandum, ait *Leſſius loc. cit. num. 6.*

SED PETES

Quando poſſit inchoari nouitiatus poſt Tridentinum.

REſpondetur poſſe inchoari ab adoleſcente anno decimo quarto completo, & à puella anno duodecimo cõpleto; nõ antea: ratio eſt quia in ea ætate, & non antea, poterat inchoari iure antiquo: Trid. autem nihil in hac re innouauit, ſed tãtum circa profeſsionẽ vt quædam de nouo conſtituit, nempe nẽ profeſsio non fiat niſi anno probationis exacto, & decimo ſexto anno completo ætatis: ante Tridentinum erat licitum renunciare anno probationis, & valebat profeſsio abſq; probatione anno decimo quarto completo facta, vt ex multis iuribus *extr. de regularibus conſtat*, & aduertit *Leſſius loc. cit. nu. 11.*

QVÆRITVR II.

An expediat, vt iuuenes ingrediantur religionem, an ſenes, vel maturæ ætatis.

REſpondetur ex ſententia omnium DD. & Sanctorum Patrum, teſte *Leſſio de ſtatu vitæ deligendo q. 2. num. 13.* valdè expedire eſſeq; ſaluberrimũ conſilium, vt quis iuuenis ſe religioni mãcipet, antequam corruptelas ſeculi ſuo damno ſit expertus, *colligitur hac veri-*

Digitized by Google

tas ex varijs locis diuinæ ſcripturæ. 1. Thren. 3. bonum eſt viro cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua: ſedebit ſolitarius, & tacebit: quia leuauit ſe ſuper ſe. quem locum D. Th & alij apud Leſſium loc. cit. intelligant de eo qui in primo adoleſcentiæ flore iugum religionis capeſcit. Secundò Matth. 19. & Luc. 10 ait ſi vis perfectus eſſe vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in Cælo, & veni ſequere me. hæc verba fuerunt dicta à Chriſto Domino erga adoloſcentulum, qualis eſt quatuordecim, quindecim, vel ſexdecim annorum, vt ex textu græco colligitur, & aduertit Leſſius loc. cit. S. Ioannes Euangeliſta iuuenis, & à ſeculi corruptione adhuc immunis, Dominum ſecutus eſt, & idcirco ſingulari amore à Domino dilectus, adeo vt paſsim vocetur in ſcriptura diſcipulus dilectus, diſcipulus quem diligebat Ieſus, vade, & maxima ei myſteria præcæteris à Domino reuellata ſunt, vt refert Hierony. lib. 1. contra Iouinianos. plurimi etiam in veteri teſtamento ab ineunte ætate Domino conſecrabantur, vt Sampſon, Samuel, & Nazarei.

Patet hæc veritas præterea ex innumeris exemplis Sanctorum. nam S. Paulus prima Eremita, & Sanctus Antonius, & S. Hilarion, anno decimo quinto ætatis, venditis omnibus, & in pauperes diſtributis ſe in deſertum contulerunt, & totos Deo manciparunt; S. Simeon Stylita anno decimotertio. S. Benedictus valdè iuuenis erat quando omnia deſeruit, nempè decem, vel duodecim annorum. vt notat Leſſius loc. cit. & multi alij, quos numerat idem loc. cit.

Neq; quod prius experiendi ſunt in præceptis, & vita communi, quam in conſilijs quæ ad perfectionem pertinent, nã præcepta non ordinantur ad conſilia, ſed cõſilia ad præcepta. vt. n. perfectius ſeruentur præcepta, ſuſcipiuntur conſilia. perfectio. n. conſiſtit in dilectione Dei, & proximi quæ præceptis continetur, non in caſtitate, vel paupertate, vel obedientia Prælati quæ ad conſilia pertinent, ſed hæc adhibentur tamquã adminicula quibus diſponimur, & iuuamur ad dilectionem, & animi coniũctionem cum Deo, paupertas. n. voluntaria tollit infinitas mentis implicationes, & impedimenta charitatis, quæ diuitiarum amor. & ſtudium adferre cõſueuit, caſtitas, omnes matrimonij, vxoris, liberorum, & rei domeſticæ curas: obedientia libertatem euagandi, & ſectandæ propriæ voluntatis adimit arbitrium, & ſimul ad omnem virtutem dirigit, omniumq; errata corrigit. nam vt ait B. Ioannes epiſt. 1. c. 2. quidquid eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ, concupiſcentia carnis tollitur per caſtitatem, concupiſcentia oculorum per paupertatem: ſuperbia vitæ per ſubiectionem, & obedientiam.

QVÆRITVR III.

An opus ſit longa deliberatione, & cum quibus ea deliberatio inſtituenda ſit antequã quis ingrediatur religionem. ſed tota difficultas eſt, an ſit expediens alicui peculiari perſonæ, vt ingrediatur religionem.

Reſpondetur primò, quod qui ſunt idonei ad religionem, & impedimẽtis non tenentur, non eſt opus magna deliberatione cauſa ingrediendi religionem. quia ſicut in genere ſaluberrima res eſt renunciatio ſeculi, & religionis ingreſſus ita, & cuilibet in particulari, niſi aliquid ex impedimentis interueniat, vt qui rationibus reddendis obnoxij ſiut, vel parentibus, extrema, vel graui penuria preſsis ſuccurrere debent: vel ſi ex ingreſſu religionis grauiſsima incommoda ſequerentur v. g. translatio ditionis ad hæreticos, vt interdum in filijs principum accidit, nã conſilium Chriſti ad omnes, & ſingulos pertinet. Omnibus. n dictum eſt Matth. 19. qui poteſt capere capiat. hoc eſt neminem cogo, omnes inuito, cui tantũ eſt animi, vt rem tantam auſit aſpicere ne omittat: omnibus conuenire ſi vis perfectus eſſe, vade, vende, omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in Cœlis, & veni ſequere me idem Matth. c. 19.

Reſpondetur ſecundò conſultationem de negotio religionis & ſeculi deſerendi, non eſſe inſtituendam cum hominibus ſecularibus, nihil niſi mundana ſapientibus, neq; in ea cauſa conſilium exquirendum eſt, etiam ſi ſanguine eſſent cõiunctiſsimi. ita paſsim Sancti Patres, Spiritus, & perfectionis magiſtri. vt ait Paul 1. ad Cor. 1. animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei. nec ſeculo addictus percipit ea quæ ſunt religionis: neq; diuitiarum, & honorũ

ſectator, paupertatis,& humilitatis bona intelligit.

Monent quaſi innumeri Sancti Patres teſte *Leſſio* de ſtatu vitæ diligendo quod non ſolum à conſanguineis ſecularibus non ſit accipiendum conſilium circa ingreſſum religionis, ſed neq; eſſe mutandum propoſitum ingrediendi religionem ob eorum blanditias quærimonias, aut minas. Vnde *Ioannes Climacus gradu* 3. ſic ait melius eſt contriſtare parentes, quàm contriſtare Dominum Ieſum Chriſtum. vnde dicitur *Matth.* 10. inimici hominis domeſtici eius.

S E D

Maior difficultas eſt in eligenda religione nam non omnes religiones ſunt accomodatæ omnibus perſonis.

Reſpondetur in primis debet homo ad Deum recurrere, vt inſpiret quid ipſi maximè, & ſibi maximè ſalutare ſit. itaq; dices cum Dauid *Pſal.* 142. *Nota fac mihi viam in qua ambulem, quia ad te leuaui animam meam*, *& pſal.* 142. *doce me facere voluntatem, tuam quia Deus meus es tu.* Secundò debet quis conſiderare talenta à Deo accepta, nimirum valetudinem corporis, vires ingenij eruditionem, aptitudinem ad res agendas, propenſionem naturæ, &c. Tertiò circa religionem eligendam quinq; potiſsimum expendenda ſunt. Primò an eſſentialia vota ſeruentur, ita vt abſit proprietas, & ſuperfluitas; abſint commeſſationes, & compotationes, & liberiora cum fœminis commercia, quæ caſtitatis naufragium inferunt; abſint exemptiones, & libertas, ſuo iure, & arbitratu viuendi. Secundò, an religioſa diſciplina vigeat. hæc oſtenditur moribus externis, religioſè compoſitis: reuerentia in rebus diuinis, modeſtia in congreſsibus, circumſpectione in colloquijs, temperantia in menſa, ſilentio in domo, quiete in cubiculo. Tertiò an ſit concordia, & vnio fraterna. ſignū vnionis eſt ſi amicè inter ſe agant, & mutuò honorem deferant; ſi inuicem iuuent, & alius de alio bene loquatur. Quartò an ambitio locum non habeat. Religio.n. eſt ſchola humilitatis, & mortificationis. Quintò etiam poteſt venire in conſiderationem, an formam habeat vitæ Apoſtolicæ hanc.n. formam docet *D. Th.* 2.2. *q.* 188 *art.*6. eſſe perfectiſsimam: quia vitam contemplatiuam coniungit cum excellentiſsima actione, qua ſalus animarum, exemplo Chriſti Domini, & Apoſtolorum eius procuratur. Deniq; cum viro etiam prudentiæ, & religioſo, qui experientiam habeat ſtatus religioſi, ſalubriter initur hæc deliberatio. ſicut.n. qui vult edificare non ſutores aduocat, vel aurifices, nec qui ęgrotati iuriſperitos, ſedille, architectos hic medicos: huic tamen conſiliario cauendum, ne quid cupidè agat, & ſtatim ad ſuam religionem pertrahere conetur.

Præterea cum conſultationem debet quis vti Sacramentis pænitentiæ, & Euchariſtiæ, ac preces quotidianas.

Q V Æ R I T V R IV.

Quomodo ſciri poterit, an vocatio ad religionem ſit à Deo?

Reſpondetur ſi tota ratio quæ impellit animum ad religionem eſt bonū ſpirituale, nempè vt periculis ſeculi te eximas, vt Chriſti vitam imiteris, vt cōſilia exequaris, vt te totum Deo conſecres, eiq; ſeruias perfectius, vt ſaluti tuę conſulas, vt alios ad ſalutem pertrahas, non eſt dubitandum, quin talis vocatio ſit à Deo, quia affectus iſtorum bonorū ſpiritualium non poteſt prouenire à Dæmone, nec à natura propenſione ergo neceſſe eſt, vt proueniat à Deo. conſequentia eſt manifeſta, quia tres tantum ſunt origines, ſeu fontes noſtrarū cogitationum, & affectuum internorū: ſpiritus bonus, ſpiritus malus, & ſpiritus humanus, vt docet *Moyſes*, apud *Caſſianum collat.* 1. *cap.* 19. & communiter docent Theologi teſte *Leſſio diſp. de ſtatu vitæ deligendo q.*5. *num.* 57.

Non eſſe à ſpiritu malo, clariſsimum eſt, quia non eſt ipſe ſibi contrarius, nec intendit Diabolus regnum ſuum deſtruere; ſed ſi ſuggeret hominibus deſertionem ſeculi, contemptum mundi, imitationem Chriſti, ingreſſum religionis eſſet ſibi contrarius, & regnum ſuū quod conſiſtit in appetitu diuitiarum, voluptatum, bonorum, &c. deſtrueret quod tamen nullo modo intendit. iuxtà *illud Ioan.* 5. *&* 2. *totus mundus in maligno eſt poſitus, hoc eſt in poteſtate, & dominatu Diaboli, & Luc.* 11. *dicitur omne quod eſt in mundo concupiſcentia carnis eſt*, & concupiſcentia oculorum, & ſubia vitæ. Neq;

Digitized by Google

Neq; eſſe à ſpiritu humano, ſeu à natura corrupta naſci poteſt,hic.n.ad omnia contraria non inclinat,nimirum ad appetitum diuitiarum, voluptatum, bonorum,libertatis,dominationis: & maximè refugit ea,quæ his ſunt contraria nempè mortificatio carnis,paupertas, ſubiectio, humilitas, &c.concludit deniq; *D.Thom. 2.2. q. vltima ad* 1. quod qui ad religionem accedit non poteſt eſſe dubium, an propoſitum de ingreſſu religionis in eius corde exortum ſit à ſpiritu Dei, cuius eſt ducere hominẽ in terram rectam. *Neq; obſtat illa ſententia. Nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus ſi ex Deo ſint*, quia hoc non pertinet ad illum qui vult religionem ingredi, quia ille non habet rationem dubitandi, ſed pertinet ad eos qui illũ ſunt admiſſuri. Cùm.n.cor eius non poſsint intueri, meritò dubitari poſſint, & probare vtrum ſpiritu Dei moueantur.

Nec obſtat quod aliqui non perſeuerent in religione. id.n.non eſſe ſignum vocationem non fuiſſe à Deo, quia non omne quod eſt à Deo, eſt incorruptibile, alioquin illi qui ſemel accepiſſent à Deo gratiam non poſſunt amplius peccare, nec gratiam amittere, quod eſt hæreticum. ita *S.Th loc.cit.*

Secus ſi totus, vel primarius finis, cuius amore ad religionẽ impelleris, eſt quid humanum, ſeu temporale, nempè non eſſe à ſpiritu Dei. interdum tamen accidit, vt is qui non ſancta intentione, ſed ſolius temporalis commodi amore ad religionem venit accepta bona inſtructione, & directione intentionem mutet,& ſolius boni ſpiritualis deſiderio illam diligere incipiat. vt docet *Climacus grad.* 1.fieri.n.poteſt,vt ſi amore temporalium non ſit inordinatus, ſpiritus Dei dirigat hominem ad electionem religionis amore boni temporalis, vt ſic ſenſim in religione conſtitutus,ad bonorum ſpiritualium amorẽ inducatur, ſic iudæi promiſsionibus bonorum temporalium inducebantur ad legem diuinam ſeruãdam,vt optime docet *Leſſ.loc.cit.num.63*.

Præterea dico, quod ſi ſpes bonę temporalis conſequendi, vel mali temporalis euitandi,non eſt primaria cauſa electionis religionis,ſed ſolum ſecundaria,talis electio, & vocatio cenſenda eſt eſſe à Deo. duobus modis rem aliquam tẽporalem poſſe nobis eſſe cauſam intrãdæ religionis. Primò per modum occaſionis, vt cum quis occaſione alicuius infortunij, vel periculi incipit conſiderare vanitatem ſeculi, vel diſcrimen ſalutis in quo verſatur,& concipit propoſitum religionis,qui modus eſt valdè creber, eoq; diuina prouidentia ſæpiſſimè vtitur, vt inumera exẽpla adſunt. Secundò per modum cauſæ motricis: cùm aliquid temporale nos allicit, vt hic,& nunc ſtatum religionis amplectamur: vt cùm quis paupertate preſſus, vel iuris circumſeptus,vel moleſtijs exagitatus cogitat ſe hæc mala euitaturũ ingrediendio religionem, & idcirco ſeriò ea de re deliberare incipit, & concludit. & ſi,n.hic amore commodi alicuius temporalis moueatur, vt ad animum ad religionem applicet; tamen non hoc ſolum neq; principaliter in religione ſpectat,aut æſtimat,ſed potiſsimum ſpectat bonum ſpirituale, quod illa ſecum adfert, & illud principaliter per eam acquirere intendit.

Nec obſtat quod ad eam non applicaſſet animum,niſi commoditatem temporalem in ea vidiſſet: quia hoc non eſt ſignum quod eam non appetat ob bonũ ſpirituale, aut quod bonum ſpirituale non ſit præcipuus finis, quem per religionem aſſequi intendit; ſed quod hic, & nunc ſe ad illum non applicaſſet niſi bono ſpirituali illud temporale vidiſſet coniunctum, vt docet *Leſſ. loc. cit. num.*68.

EX HIS.

SEquitur, vacuum eſſe petere in hoc negotio aliquam reuelationem, vel ſignum diuinum quo animus certus reddatur,an ſit vocatio à Deo; quia id eſt præter morem diuinæ prouidentiæ, quæ etiam in maximis rebus noſtram ſalutem concernentibus, vult nos eſſe contentos morali quadam certitudine, alioquin poſſemus etiam reuelationem exigere, vt ſciamus nos eſſe legitimè baptizatos,vel ſacerdotio initiatos, vel ritè diſpoſitos ad aliquod Sacramentum ſuſcipiendum, quod inſolens eſt,& abſurdum.in rebus.n agendis ſufficit moralis certitudo.

QVÆ-

QVÆRITVR V.

Quid faciendum ei, qui nondum deliberauit ſerio de ſtatu capeſcendo?

Reſpondetur ex *Leſſio tract. de ſtatu vitæ deligendo q.6. num.71.* quod quis debet poſt annum pubertatis ſerio de ſtatu ſuo deliberare; & in primis debet recurrere ad Deum media oratione, vt illuminet ſtatum, vt ei poſsit ſeruire, & adipiſci paradiſum, propter quem creatus eſt homo, quandoquidem omnia quæ ſunt in mundo, à Deo ſunt inſtituta pro tempore huius vitæ, vt noſtris neceſsitatibus ſeruiant, & iuuent ad finem noſtrum obtinendum:ac proindè non amplius ex illis appetendum eſt, aut vſurpandum, quàm conducat fini ideſt Deo, & omne illud fugiendũ eſt quod timetur obfuturum; vt ait diuina Scriptura *Math 16.* Quid .n.prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur,animæ verò ſuæ detrimentum patiatur.

Omnia .n.iſta temporalia,ſunt media quędam ad vlteriorem finem deſtinata:ſed media non propter ſe, ſed ob ſolum finem ſunt expetenda. At quia in omni ſtatu quis poteſt Deo ſeruire,& acquirere paradiſum,idcirco neceſſaria eſt magna conſideratio in deligendo ſtatu vitæ; nam non omnes poſſunt eſſe religioſi,vel vnam profeſsionem ſequi, nã in mundo debent eſſe diuerſi ſtatus,variæ profeſsiones, varia officia in regimine Reipublicæ ac proindè iuxta cõditionem peculiaris perſonæ debet eſſe accomodatus ſtatus illius;nam vt benè docet *Leſſ.loc.cit.* multi in matrimonio æternam ſalutem amiſerunt, qui in religione ſaluti fuiſſent: quidem ècontra in religione pereunt, qui in matrimonio ſalutem fuiſſent conſecuti.nonnulli pereunt in hac religione,qui non periiſſent in alia. idem dicendum de omnibus dignitatibus officijs,ſtatibus, artibus,opificijs ſocietatibus alijſq; vitæ generibus. Quàm multis dignitas Eccleſiaſtica, vel canonicatus fuit cauſa perditionis? Quàm multis Maieſtas Regia,& potentia ſecularis? item ſtudium accumulandi,proleſq; ditandi? ſunt.n. nonnulli ſtatus,& ſtudia,quæ plurimas peccatorum occaſiones ingerunt;Nam ea eſt naturæ noſtræ conditio,is rerum humanarum curſus, vt ex rebus alioquin per ſe indifferentibus aliæ nobis ſint futuræ ſaluti,aliæ exitio.

EX QVIBVS.

Colligitur quod perſpicuum eſt, eum qui ſaluti ſuæ benè conſultum cupit, non debere abſq; præuia deliberatione ſtatum ſibi vitæ deligere, nempè media aſsidua, oratione, & indifferentia, ad quemlibet ſtatum, quem Deus voluerit.

Verum difficile eſt, vt quis hac ratione debito modo vtatur in medijs turbis negotiorum; quia mentem colleptam habere oportet,& ab alijs curis, ac cogitationibus vacuam. Vnde ſaluberrimum conſilium eſt, vt ſepoſitis omnibus negotijs,ad aliquot dies ſecedas,& alicui viro ſpiritali in talibus exercitato te tradas in diſciplinam, vt ab eo in negotio tanti momenti dirigaris.

QVÆRITVR VI.

An expediat ingreſsum religionis differre in longum tempus donec iudicium maturuerit?

ANTEQVAM RESPONDEAM.

Sciendum eſt, quod multæ poſſunt occurrere cauſæ differendi ingreſſum religionis.Prima eſt ætas tenera.Secunda ſtudia literarum.Tertia parentum preces,minæ,mœror. Quarta,vt magis proberis in ſeculo, & rerum mundi capias experimentum. Quinta timor deficiendi.Sexta voluntas magis deliberata. Septima parentum inopia,vel alia obligatio,cui antea ſatisfaciendum ſit. Octaua morbus impediens religionis exercitia.

HIS POSITIS.

Reſpondetur ex communi *DD.*ſententia, & Patrum teſte *Leſſio loc.cit.q.7.* quod nulla harum cauſarum, præter duas vltimas, nempè parentum inopiã, vel aliam obligationem, cui antea ſit ſatisfaciendum.& morbum,eſt ſufficiẽs cauſa, vt merito in longum differenda ſit executio ingreſſus religionis, ſi ætas pubertatis adſit, & de vocatione diuina conſtet,de prima cauſa conſtat, vt ſupradictis. De ſecunda,melius in religione ſtudere poterit, ſi expediat. De

tertia

Digitized by Google

tertia non eſt ſufficiens, vt per ſe patet. de quarta nempè, vt in ſeculo manens, & cum ſecularibus verſans proberis; eſt ſatis periculoſum hoc experimentum quandoquidem hoc nō eſt aliud quàm ſub honeſta ſpecie probationis, ſpiritum velle extinguere: & eum qui in portum ſalutis, locumque ſecurum parabat euadere, la-ueis mundi implicare, & tentationum procellis exponere.

Quinta eſt metus non perſeuerandi, ob difficultates quas imaginantur. Verum hæc cauſa vana eſt, nam vt ait *Apoſt. ad Phil. 2. qui. n. dedit velle, dabit, & perficere, & Matth 11. ſic ait, venite ad me homines qui laboratis, & onerati eſtis. & ego reficiam vos. tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde.* iugum. n. meum ſuaue eſt, & onus meum leue.

Sexta cauſa differendi ingreſſum religionis erat maior deliberatio. nam ſi ſatis conſtat diuinam eſſe vocationem, non eſt opus longiore deliberatione.

Septima cauſa erat parentum inopia, ſiue extrema ea ſit, ſiue etiam grauis. hæc legitima eſt cauſa differendi ingreſſum religionis: imo ea præſente, vel etiam imminente filius intrare non poteſt, ſed debet in ſeculo manere, vt parentes alat. ad hoc. n. iure naturæ, & diuino tenetur. Præcipit. n. Deus in decalogo exod. 20. honora Patrem tuum, & matrem tuam, vt ſis longeuus ſuper terram, &c. qui honor non ſolum in obediendo, & deferendis reuerentiæ ſignis, ſed etiam, & quidem præcipuè, in præbendo ſubſidio vitæ neceſſario conſiſtit, vt probat *S. Hieronym. Matth. 15. & S. Ambroſ. Luc. 18.*

Aduerte tamen ſi alios fratres, vel ſorores habeas à quibus parens commodè ſubſtentari queat, non eſſe opus manere in ſeculo. idem dicendum ſi manendo in ſeculo non poſsis ei quidquam ſubſidij præbere; vel ſi in religione exiſtens æquè, vel magis poſsis illum iuuare, quàm manendo in ſeculo.

Simili modo ingreſſum impedit omnis obligatio, cui ante ingreſſum neceſſario ſatisfieri debet, niſi legitimo modo relaxetur: vt ſi ſeruituti, vel reddendis rationibus ſis obnoxius: ſi Virginem ſub promiſsione matrimonij deſloraueris, &c.

Octaua cauſa erat morbus. hæc etiam eſt legitima cauſa ad differendum ingreſſum religionis donec curetur, præſertim ſi talis ſit, vt religionis functiones impediat, vel non videatur ibi commodè poſſe curari.

QVÆRITVR VII.

Quæ, & quanta ſint commoda religionis?

RESpōdetur tria generatim eſſe commoda religionis, ſeu fructus ſub quibus cætera omnia comprehenduntur: primum quod omnia penè ſalutis impedimenta remoueat. Secundum quod omnia adiumenta, & præſidia ſecum adducat. Tertium quod debitum quo Deo obſtricti ſumus, eo modo quo fas eſt homini, ſatisfaciat nihil autem in hac vita poteſt eſſe homini optabilius, quam carere impedimentis, & abundare ſalutis adminiculis, & debitam Deo gratitudinem præſtare.

Patet primo quoad votum obedientiæ, nam per illam cohibetur vſus arbitrij maxima n pars peccatorum, quæ per orbem fiunt, ex hac ſoluta libertate, & defectu probi rectoris committuntur. Sicut equus indomitus ſublato fræno huc, illuc facilè impellitur, donec in aliquod præcipitium, vel cæcam foueā cadens ſe perdat, & ſeſſorem: ita ſublata directione bona moderatoris, pleriq; mortalium per omne genus vitiorum volutatur, donec in barathri præcipitium ruentes, animam pariter, & corpus amittant: vtrumq; hoc impedimentum, & tantorum origo malorum tollitur profeſsione obedientiæ.

Patet ſecundò quoad votum paupertatis, nam appetitus diuitiarum eſt cauſa quandoq; multorum peccatorum. vt ſunt fraudes in contractibus, homicidia, latrocinia, &c. hoc autem impedimentum ſalutis tollitur profeſsione paupertatis. vnde ait Dominus *Matth. 19.* facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnum cælorum.

Patet tertiò quoad votum caſtitatis; quādoquidem amor, & ſtudium carnis voluptatum eſt multis, quaſi innumeris cauſa perditionis. paucisſimi. n. ſunt qui huius mali letifero veneno non inficiantur. & fructus peſtilentiæ non deguſtent. duo generatim ſunt mala grauiſsima, quæ amor iſte in nobis parit. primum eſt; quod mentem omnibus ſalutaribus cogitationibus ſpoliet, & impuris, ac pernicioſis impleat. Secundum

quoad

quoad mortiferas delectationes appetendas aſsiduè incitet,& vt eas aſſequatur,nullum genus ſceleris patrare recuſet. itaq; & finis quem directè intendit ſcelus eſt, nempè impura voluptas, & media quibus ad hunc finem contendit, plerumq; ſcelerata fiunt. Quod ſi quis matrimonio iungatur,vt abſq;ſcelere fruatur voluptate nihilominus tamen prius incommodum non euadet. Mens.n.innumeris implebitur curis, & cogitationibus rei familiaris, vt vxorem,& famulam regat,vt coniugi ſatisfaciat,vt ſuæ domui neceſſaria comparet,vt amicos excipiat,vt victum lucretur,vt liberos educet,vt eos loclupetet, vt honoratè inter ſuos viuat,&c.

Hinc videmus pleroſq; qui in matrimonio vinculis ſunt conſtricti,occupatos, & ſollicitos de rebus terrenis, vt vix ſemel ſerio de ſua ſalute cogitare queant. interſunt quidam ad horam ſemel, aut bis per hebdomadam rebus diuinis, ſed mens ita conſuetis curis ad terrena abripitur, vnde & ſi corpore adſint diuinis,mente tamen interſint terrenis: à quibus ita deſtinentur, vt vix aduertant quid coram agatur. totum hoc malum tollit amor caſtitatis.

Addo deniq; cupiditatem honoris laudis, ac vanæ gloriæ eſſe maximum impedimentum generi humano, vt poſsit adipiſci paradiſum. Primò quia mentes hominum ſalutaribus cogitationibus orbat, & inutilibus, pernicioſiſq; replet,ambitioſi.n.noctes, & dies circa ea quæ ad ſuum honorem, & æſtimationem, ad ſtatum conſeruandum, vel augendum,ad iniurias vendicandas,& dedecus depellendum pertinent, occupantur. Secundò impellit eas ad omne genus vitiorum,& ſcelerum.hinc odia, & inimicitiæ, ſi vel in puncto læſus videatur honor: hinc inuidia alienæ proſperitatis: hinc tot bella, & cædes. tot prouinciarum vaſtationes, expilationes, appreſsiones, & omnia mala quæ bellum ſecum trahit, &c.

QVÆRITVR VIII.

An ſit peccatum auertere aliquem à conſilio ingrediendæ religionis.

RESpődetur primò ex communi *DD.* ſententia, teſte *Leſſio q.*8. de ſtatu vitæ diligendo,quod qui vi,vel fraude, vel metu iniecto aliquem impedit à religionis ingreſſu,peccat mortaliter cőtra iuſtitiam:& tenetur fraudem aperire,& vim, ac metum tollere, & hoc eſt verum non ſolum cum inijcitur metus mortis, aut grauis læſionis, aut verberum, aut multiplicis contumeliæ, ſed etiam cum inijcitur metus reuerentialis, vt cum parens tanta auctoritate premit prolem, vt nullo modo audeat contradicere, malitq; quid vis ſubſtinere,quàm vultum eius iratum intueri. hinc ſequitur quando aduertit parens filium, vel filiam tali metu teneri, cui ipſe ſuo agendi modo occaſionem dedit, eũ debere.cum illis benignè agere, & metũ adimerevt liberè eligant,& exequantur quod Deus ipſis inſpirat. ratio eſt quia infert illi iniuriam in re maximi momenti, & eſt cauſa grauis damni ſpiritualis, & ſæpè eſt cauſa damnationis æternæ. ille .n. ius habebat ingrediendi poſtquam ad pubertatem peruenit:ac proindè fit ei iniuria, ſi vi, vel fraude,vel metu impediatur; Quod ſi res non ſit amplius integra,puta quia contraxit matrimonium, &c. tenetur ex iuſtitia monaſterio compenſare, quanti ſpes illa temporalis commodi quod ex ipſius hæreditate donatione, vel induſtria expectabatur, valebat. quia religio ius habet ne vi aut fraude, eum qui ſtatuit ingredi auertas, vt rectè docet *Leſſius lib.2.cap.8.dub.3.n.15.* Quod ſi reſtituit illum ſuæ libertati, fraudemq; aperuit interea temporis, dum adhuc illi eſt integrum redire, probabile eſſe non amplius teneri:quia in poſterum non cenſebitur cauſa dãni monaſterio, ſed nouitius ſolus non rediens.ita *Leſſius loc.cit.*

Reſpondetur ſecundò qui abſq; vi fraude,& metu,alijs modis importunè agit ne quis perfectionis propoſitum exequatur, ſed vt maneat in ſeculo grauiter peccat, & interdum à peccato mortifero excuſari non poteſt, ait *Leſſius tract.de ſtatu vitæ deligendo q.*8.*num.*92. *&* 94. vt ſi alicui dictet conſcientia, quod ſæpè accidit, te deſertum iri à Deo, niſi diuinæ inſpirationi obtemperes;te periturum, ſi manſeris in ſeculo, &c. nam tunc eſt peccatum non ſequi diuinam inſpirationem, ac proindè etiam peccatum eſt ſuadere, vt non ſequaris. Vnde cùm ſuaſor ordinariè ignoret quid alter interius ſentiat, quid conſcientia illi ſuggerat; ordinariè etiam peccat dum vitæ mutationẽ, & re-

& religionis ingreſſum diſſundet: quia periculo ſe exponit ne illum incitet ad id quod eius conſcientia repugnat. Si ſit leuis, & perfunctoria diſſuaſio, non eſt magnum peccatum, ſecus ſi ſit vehemens, & pertinax diſſuaſio, nempè non excuſari à graui culpa, quia vehemens perſuaſio libertatem valdè minuit, cùm affectum in contrarium impellat.

QVÆRITVR IX.

Vtrum ſit expediens, vt is qui propoſitum religionis habet voto ſe aſtringat ad ingrediendum.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

SVppono ex doctrina *D.Th.* 2.2. *q* 88. *art.6.* ab omnibus Theologis recepta, perfectius eſſe, Deoq; gratius ſi opus bonum fiat ex voto, quàm ex mera libertate arbitrij, quia qui vouet non ſolum offert Deo opus bonum, ſed etiam boni operis facultatem, & priuat ſe facultate illius omittendi. Vnde ſimilis eſt ei qui donat amico non ſolum fructus arboris, ſed etiam ipſius arborem, vt ait *Anſelm. lib. de ſimilitudinibus c.* 84.

HIS POSITIS.

REſpondetur ſi res per ſe ſpectetur, valdè eſt expediens, vt quis cognita ſua vocatione voto ſimplici ſe obſtringat, ad eam executioni mandandam, tum quia eſt maioris meriti apud Deũ, tum quia eſt valdè vtilis ad vincendas tentationes contra vocationem occurrentes, & ità multi viri probi id fecerunt, teſte *Leſſ. loc cit.*

Inducere ad tale votum emittendum eſt laudabile. Sed conſideratis varijs circumſtantijs, & incommodis, quæ ex tali inductione poſſent prouenire iudicat *Leſſius*, plerumq; id non expedire, ne poſtea quærantur conſilio humano ſe hoc vinculum incautè ſibi inijciſſe.

QVÆRITVR X.

Vtrum filij, & filiæ, quæ religionem ingrediuntur poſſint priuari portione legitima.

REſpondetur eſſe illicitum, & nulla poſſe priuari portione legitima, & exhereditari, cùm ſit contra ius ciuile, & canonicum, & contra doctrinam Patrum, vt fusè probat *Leſſius de ſtatu vitæ deligendo q. 11.*

PRO

Complemento huius tractatus de ſtatu vitæ deligendo.

COlligo primò non ſequi vocationem à Deo circa ingreſſum religionis, licèt non ſit peccatum, tamen ſæpè eſt cauſa prauæ vitæ, & damnationis æternæ, ratio eſt, quia is qui adeo ſingulare Dei beneficium, & ex tanto amore, diuina manu oblatum repudiat, meretur, vt in poſterum parcius cum eo agatur, & minus diuinæ gratiæ largitatem ſentiat; quia Deus, vt ita dicam, non tenetur tibi præſtare illa auxilia ob tuam ingratitudinem, quod tibi dediſſet ſi eius vocationi correſpondiſti. conſiſtũt hæc auxilia potiſsimum in tribus in protectione exercitatione, & directione; protectio eſt illa cuſtodia qua Deus Diaboli vires comprimit, occaſiones tentationum, quibus ſuccumberemus auertit: ab innumeris animæ, & corporis periculis eripit: deniq; omnes impugnationes ita moderatur, vt facilè poſſimus vincere: & ſi victi fuerimus, tuetur ne in illo ſtatu moriamur. excitatio fit per varias inſpirationes, quibus nos ad opera bona, & ad omnia ſalutaria excitat, & cor noſtrum ſanctis deſiderijs, & rerum cæleſtium oblectationibus replet. directio pertinet ad executionem, & continet ea auxilia, quę opportuna ſunt vt conſtanter bonum propoſitum ad finem perducatur. hæc tria auxiliorum genera, & ſi propter illam ingratitudinem non omnino ita ſubtrahantur quin homo abſolutè eorum adminiculo poſſit in iuſtitia perſeuerare; & ſi lapſus fuerit reſurgere: tamen valdè minuuntur, & extenuantur: adeo vt plerumq; re ipſa cum tali auxiliorũ menſura homo non ſit perſeueraturus, vel in peccato in quod poſtea labitur non ſurrecturum, vt docet *Leſſius de ſtatu vitæ deligendo q* 8. *num.* 97. *vbi addit num.* 99. quod huius imminutionis auxiliorum gratiæ cauſa eſt quadruplex. Prima eſt peccatum mortale, & quamuis contingat, vt homo per pænitentiã reuiuiſcat, non tamen idcirco priorem auxiliorum copiam recuperat, niſi ſedulo orationi, & operibus pænitentiæ

alijſq; pietatis officijs incumbat, vt iniuriam Deo irrogatam compenſet. Sicut qui Principem ſuum capitaliter offendit, & ſi benignitate Principis veniá conſequatur, tamen priſtinum fauoré, & amicitiæ ſigna non recuperat, niſi præclaris obſequijs priorem illam labem obruat. Secunda cauſa eſt peccatum veniale; & ſi.n multa venialia per ſe vitam animæ non tollant, tamen valdè eam debilitant, minuendo diuinorum auxiliorum copiam, quo fit, vt facilè homo impeccata mortalia labatur. & augent difficultatem, quoad acquiſitionem virtutis. Tertia eſt tepor, & incuria quædam ſpiritualis, vt cum quis omnia languidè agat, ſolum præcisè ſpectans ad quid ſub peccato tenentur, nec eſt ſollicitus, vt ſuos affectus domet. Quarta cauſa neglectus diuinæ vocationis. vt ſupra dictum eſt. Sæpè peccatum mortale trahit originem ex leui occaſione: & econtrario conuerſio ad Deum oritur ex leuiſsima occaſione.

QVÆRITVR I.

Quid eſt martyrium.

Reſpondetur quod martyrium in genere non eſt aliud, niſi quod teſtimonium veritatis fidei, vel alicuius virtutis per mortis tolerantiam.

SED PETES.

An martyrium ſit opus fortitudinis; ratio dubitandi eſt, quia videtur eſſe opus illius virtutis, qua impugnatur in gradu heroico conſtituta. nam qualibet virtus in eo gradu eſt ſufficiens, vt nomine ſui honeſti mortem contemnat, vt cum quis ſolo amore Dei eligit mortis tolerantiam, erit actus charitatis, cùm amore fidei erit actus fidei, cùm amore caſtitatis, erit actus temperantia.

Reſpondetur quod licèt hi actus, ſcilicèt acceptatio, & perpeſsio mortis cauſa fidei, itemq; timoris, & triſtitiæ in illis malis moderatio, procedant ab effectu ſpecialis virtutis, ſemper tamen dicendos eſſe actus fortitudinis. idq; ob duas cauſas. prior eſt quia in his potiſsimum actibus, robur, & firmitas animi in bono elucet, vnde etiam ſunt propria fortitudinis materia, altera eſt, quia reipſa procedunt ex ſumma animi in bono honeſto firmitate, & ea firmitas, qua quis ita alicui bono honeſto inheret, vt paratus ſit pro eo retinendo mortem ſubire, paſsim à Patribus vocatur fortitudo, vt conſtat ex *Ambroſio lib. 1. de officijs cap. 36. Auguſt. lib. 1. de moribus Eccleſia cap. 22. & 23.* & alijs ex quibus perſpicuum eſt; martyrium verè, & propriè eſſe actum fortitudinis etiam ſi ſolius charitatis, & fidei affectu ſubeatur: non ſimplicem, & vulgarem, ſed excellentiſsimum. vt colligitur ex *Ariſt. lib. 3 eth. c. c. 6. & apertè habetur ex Paul. ad hebr. 11.* fortes facti ſunt in bello. in martyrio.n. eſt bellum contra tyrannũ pro defenſione fidei, & Religionis. explicat verò *D. Th. locum D. Paul. loc. cit.* quod martyres non inuadendo, ſed tolerando, bellum agerũt. at multo difficilius eſt tolerare quam inuadere, vt docet *Ariſtotel. loc. cit.* idq; ob tres cauſas. Primò quia qui tolerat, veluti à fortiori inuaditur, & opprimitur. difficilius eſt autem cum fortiore pugnare quàm cum debiliore. Secundò qui tolerat iam ſentit malum præſens: qui inuadit æſtimat tamquam futurũ. Tertiò tolerantia diù durat, inuaſio, vt motu repentino. vnde dicitur *Prouerb. 16. melior eſt patiens viro forti, & qui dominatur animo ſuo expugnatore vrbium. D. Ambroſius lib. 1. de offic. c. 41.* fusè oſtẽdit, fortitudinem plus in tolerando, quàm in vincendo conſtare. idem eleganter proſequitur *Chryſoſt. homil. 89. in Matth.*

QVÆRITVR II.

Quænam ad martyrium requirantur.

Reſpondetur primò ad martyrium paruulorum non requiritur aliud quam vt in odium Chriſti, aut religionis chriſtianæ occidantur. eſt communis *DD.* ſententia teſte *Leſſio lib. 3. cap. 1. dub. 3. num. 19.* & eſt ſenſus Eccleſiæ, quæ innocentes pueros pro martyribus colit, eò quod occiſi ſunt propter Chriſtum, & licèt deficiat voluntas in paruulis, ita vt ſit illa mors voluntaria, at libera à paruulis, tamen Chriſti meritum ſupplet defectum propriæ voluntatis paruulorum, quia dum pro Chriſto patiuntur, ſingulari modo ipſi conformantur, & ad ipſum tamquam membra ad caput pertinent. & ita voluntas Chriſti,

qui

qui eſt caput, ipſis veluti membris tribuitur, cùm ipſi aliam habere nequeāt. vt ſunt illi pueri, qui occiduntur quia Chriſtiani, quia baptizati, quia filij Chriſtianorum eorum, hi.n. occiduntur quia ineſt illis certa cum Chriſto coniunctio, vel ad illū reſpectus; & ita mortis perpeſsione dant teſtimonium Chriſto, & religioni eius.

Reſpondetur 2. ad martyrium adultorū requiruntur quinq; primo mortis irrogatio, ideſt, vt mors inferatur odio Chriſti, vel religionis chriſtianæ, vel alicuius veritatis fidei, vel propter opus virtutis. Secundò requiritur mortis acceptatio ob cauſam honeſtam, & piam non eſt tamen neceſſarius conſenſus præſens, ſufficit præcepiſſe, nec eſſe reuocatum mutatione propoſiti. Vnde ſi quis ob fidem coniectus in carcerem ſtatueret apud ſe, perpeti potius mortem, quam fidem negare, & ille poſtea in ſomnis odio fidei interficeretur, eſſet verè martyr, & haberet martyrij coronam. Si tamen nihil de morte antea cogitaret, veriſimilius eſt non eſſe propriè martyrem, vt docet *Leſſius loc. cit. num.* 24. dixi ob honeſtam cauſam alioquin ipſa perpeſsio mortis non erit opus virtutis, nec grata Deo. vt ſi quis ſtatueret mortem ſubire pro fide ad vanam gloriam v. g. ad famam patientiæ, aut ſanctitatis, vel ad nobilitandam familiam. itaq; cauſa debet eſſe pia; quæ cum vera religione, & fide coniuncta ſit. v. g. vt placeat Deo, ne Deum offendat, &c. vt dicitur ex *epiſt.* 1. *Petr.* 4. *ſi exprobabimini in nomine Chriſti beati eritis, &c.*

Aduertit *Leſſius loc. cit. num.* 28. & citat *D. Th.* hoc ipſo quo quis patitur pro opere virtutis, cum reſpectu ad Chriſtum, vel religionem Chriſtianam pati etiam pro veritate fidei quæ tale opus approbat, vt Deo gratum: & contrarium improbat. iſta verò acceptatio debet eſſe ſupernaturalis, ſeu ex motione Spiritus ſancti, quia ſolis naturæ viribus non poteſt quis ſubire martyriū ſicut oportet ad ſalutem: ſicut nec alia pietatis opera facere addit *Caetan. cit. à Leſſ. num.* 31. quod ipſa acceptatio mortis debet procedere ex dilectione Dei ſuper omnia. Sed *Leſſius* oppoſitum docet, & dicit ſufficere alias cauſas, ob quas mors illa acceptari poſsit, vt eſt obſeruantia diuini præcepti. dignitas fidei, exemplum Chriſti, ædificatio proximi, &c. Tertiò requiritur, vt non reſiſtat tyranno. hinc milites, quamuis pro fide pugnent, & multum mereantur ſi pura intentione id faciant, non tamen ſunt martyres cum in bello occumbūt, quia martyr Chriſti debet in patiendo imitari Chriſtum cuius paſsio eſt exēplar martyrij. Vnde ſicut ille dedit teſtimonium veritatis patiendo non repugnando, iuſtum illud *Scripturæ, cum .n. pateretur non comminabatur, ſed tamquam ouis coram tondente ſe ſine voce*; ita omnes qui volunt eſſe martyres Chriſti non debent perſecutori armis repugnare, ſed ſinere ſe tranquillè occidi.

Confirmatur quia qui pugnans moritur, non eligit pro fide mortem perpeti, ſed inferre, vnde re vera non acceptat mortem niſi indirectè, quatenus ſe periculo exponit. Deinde moriendo non dat teſtimonium veritatis fidei, quia non videtur mori, vt Chriſtianus, ſed vt miles victus ab hoſte: nec mortem eligit voluntariè, ſed patitur neceſsitate eo quod non potuit illam hoſti inferre.

Quartò requiritur, vt fide ſupernaturali veritatem illam credat, pro qua potiſſimum tuenda mortem eligit, quia ſi proprio iudicio illam tenet, ſicut hæretici non tam tuetur doctrinam Chriſti quam ſuam. non n. quia Chriſtus docuit ſic ſentit, ſed quia ipſi ratione aliqua infirma ita videtur.

Vnde ſi quis patiatur mortem pro aliqua veritate fidei, quam ratione naturali nouit eſſe veram, vt pro confeſsione vnius Dei, vel deteſtatione idolorum, &c. non ideo propriè erit martyr Chriſti, quia non credit propter authoritatem Chriſti, vel Dei, ſed propter eius perſpicuitatem. Vnde Patres docent hæreticos etiam ſi pro nomine Chriſti mortem ſubeant, non eſſe veros Chriſti martyres: & extra Eccleſiam martyrium nihil prodeſſe: idq; tum quia Chriſto per veram fidem non ſunt coniuncti: tum quia charitate, quæ ſine fide eſſe non poteſt, & ſine qua mors pro Chriſto, iuxta Apoſtolum nihil prodeſt, ſunt deſtituti. ita *Cyprianus epiſt.* 73. *ad iubainum* ita tradunt *Auguſt. epiſt.* 61. *&* 67. *lib.* 3. *contra Creſcon hieronym. in cap.* 1. *ad galatas, & Chryſoſt. oratione prima contra iudæos.*

Quintò requiritur ſtatus gratiæ, vel ſaltē legitima diſpoſitio ad gratiam.

Digitized by Google

SED

Difficultas eſt quanam diſpoſitio in peccatore ſit neceſſaria, vt martyrium ei proſit ad ſalutem.

RESpondetur *Paludan. in 4. diſt.4. q.3. art.1.* docet eſſe neceſſariam veram contritionem ex dilectione Dei ſuper omnia profectam. idem docet *Bonauentura in 4.diſt.2. q.2.* iuxtà illud *Paul.1. ad Cor. 13. ſi tradidero corpus meum ita vt ardeam charitatem non habuero nihil mihi prodeſt.*

Vega lib.6.in Trid.c.36. docet ſufficere voluntatem patiendi pro Chriſto, nec opus eſt aliqua pænitentia, etiam ſi homo recordetur ſuorum peccatorum, tum quia hæc volũtas eſt virtualis quędam dilectio Dei ſuper omnia, & peccatorum deteſtatio, tum quia non expedit hominem tunc occupari circa peccata ſua, ſed totum intentum eſſe martyrio ſubſtinendo.

Leſſius verò l.b.3.cap.1.dub.4.num.42. docet ſi is cui martyrium imminet ſi int peccato mortifero, neceſſaria eſt illi ad fructum martyrij contrito indirectè, vel ſaltem attritio quæ putetur eſſe cõtritio, tamquam opus neceſſarium ad vitandum nouum peccatum, quod fructum illius impediret. quia ait ipſe, obligat præceptum contritionis in articulo mortis, quod intelligi debet quando quis non recipit Sacramentum pænitentiæ.

Addit præterea quod licèt attritio putata attritio ſufficiat probabiliter ad delendam culpam mortalem ſimul cum martyrio; tamen non eſt certum propter oppoſitam *DD.* ſententiam, nec eſt inſtitutum martyririum, vt remedium delendi peccati, ſicut baptiſmus, & pænitentia.

Quod verò ſufficiat attritio ſupernaturalis putata contritio, probat *Leſſius*, ex auctoritate Patrum qui martyrium adultorum in vi delendi peccati æquãt baptiſmo: ſed baptiſmus confert primã gratiam ſanctificantem, ergo, & martyrium, vt fusè etiam probat alijs rationibus, idem *Leſſius loc.cit.*

SED

Maior difficultas eſt ſi quis non aduertat ſe eſſe in peccato mortali, an martyrium conferat primam gratiam ſanctificãtem abſq; deteſtationę peccati.

RESpondetur ſufficere probabiliter voluntatem patiendi pro Chriſto; quæ voluntas eſt virtualis contritio, vel ſaltem attritio. vt colligitur ex auctoritate *DD.* & etiam poteſt colligi ex ſacra Scriptura, quæ nihil de contritione fit mentio ſed generaliter loquitur: iuxtà illud omnis qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor, *& ego coram Patre meo: & quicunq; perdiderit animam ſuam propter me, & propter Euãgelium meum, viuificabis ea u.*

SED PETES I.

Vtrum neceſſe ſit ad martyrium, vt re ipſa ſequatur mors.

RESpondetur ex *Leſſio lib 3.cap.1.dub. 3.num.22.* quatuor gradus martyrij diſtingui poſſe: primus, & ſupremus eſt martyrium omninò completum: hoc requirit, vt mors re ipſa ſequatur. Secundus eſt, cum martyrium eſt completum ex parte cauſæ proximæ, & intrinſecus penetrantis, vt quando inflicta ſunt vulnera lethalia quæ nulla vi naturali prohiberi poſſunt à morte in ferẽda hoc.n. cenſendum eſt verũ martyrium, etiam ſi contingat mortem diuinitus impediri.

Tertius eſt. Cùm eſt completum ex parte tantum cauſæ extrinſecus applicatæ, etiam ſi martyr nihil inde incommodi ſenſiat. tale fuit S. Ioannis cum in dolio feruentis olei poſitus fuit, & mors à Deo fuit impedita.

Quartus quando martyrium, ſeu perpeſſio mortis ſolum eſt inchoata per tormenta, vt quando quis propter confeſſionem fidei coram tyranno, tormentis non læthalibus afflictus eſt, tamen non eſt ſecuta mors, etiam iſti appellantur martyres à Sanctis Patribus, & diſtinguuntur à confeſſoribus, qui & ſi Chriſtum confeſſi eſſent, non dum fuerant tormentis ſubiecti, quamuis in carcerẽ concluſi, vel in exilium coniecti eſſent. vide *Cyprian epiſt.9 de martyrib. & Tertullian. lib. ad martyres. à Leſſio num 22.*

qui

Digitized by Google

quidam auctor *Martinus cit.* contendit propoſitum eſt ſolũ ſubſtinendæ mortis etiam ſi mors non ſequatur ſufficere ad martyrium, ſed hæc opinio communiter reijcitur à *DD.*

PETES II.

Quàm vim habeat martyrium, & quando confert ſuum effectum.

Reſpondetur in martyrio duo ſunt conſideranda actus interna,& externa perſpeſſio:interni ſunt actus varij ex quibus paſsio acceptatur. poteſt.n hæc acceptari ex affectu charitatis, vel obedientiæ,vel religionis,vel fidei,vel ſpei, &c.& affectus, & acceptatio ex vi illorum proueniẽs in iuſtis, ſunt meritorij vitæ æternæ, quia ſunt opera pietatis Chriſtianæ:& delent omnes culpas veniales, quarum continent virtualem deteſtationem. debitum pœnale per ſe non tollunt integrè, ſed non nihil minuunt ſicut omnia opera bona, præſertim laborioſa,& pœnalia. in peccatoribus verò ſolum diſponunt ad gratiam iuſtificationis,idq; vel proximè,vt affectus dilectionis ſuper omnia,vel remotè, vt cæteri.

Externa perpeſsio pro fide ſuſcepta per ſe, & quaſi ex opere operato habet vim delendi omnem culpam, & conferendi gratiam iuſtificationis ſubiecto debitè diſpoſito, & tollendi omnem reatum pœnæ.vt colligitur ex communiſsima *DD.* ſententia teſte *Leſſio lib. 3. cap. 1. dub. 3.*

SED PETES

Vtrum martyrium deleat etiam culpam venialem.

Reſpondetur 1.ex *Leſſio loc. cit. nu. 56.* ſi affectus nullo modo ei inhæret, valdè probabile eſt deleri: quia tunc voluntas patiendi pro Chriſto poteſt cenſeri ſufficiens diſpoſitio, vt accedẽte ipſa paſsione illa peccata deleantur.

Reſpondetur ſecundò quod attinet ad momentum temporis, quo martyrium ſuum effectum confert,nempè gratiam adeſt controuerſia inter Theologos. nam *Caiet. 2. 2. q. 122. art. 4. ad 2.* inſinuat conferri in inſtanti vitæ terminatiuo, quia in eo inſtanti martyrium terminatur. Sed hæc ſententia eſt improbabilis ſi illud momentum ponatur vitæ extrinſecum. ſicut *Caiet.* ponit. ac proindè ſequeretur quod anima poſſet mereri, & accipere augmentum gratiæ, iã ſeparata à corpore.ergo dicendum eſt, ſecundum communiorem ſententiam, quod homo deſinet per vltimum ſui non eſſe,ſcilicet per inſtans extrinſecũ, & effectum gratiæ conferre animæ in inſtanti quod impercibiliter mortem antecedit.

QVÆRITVR I.

Quid ſit fortitudo,& quæ illius officia.

Reſpondetur quod fortitudo eſt virtus, quæ motus animi in rebus terribilibus, præſertim in periculis mortis ſubſtinendis, vel repellendis moderatur. ita *Leſſius de iuſtitia lib 3. cap. 1. dub. 1. num. 11. & colligitur ex D. Auguſ. lib. 83. quaſt.*

Opponuntur, huic virtuti, timiditas, & audacia,ſeu intimiditas.

Timiditas ſeu ignauia,eſt vitium excedẽs in timendo, timet n.quod non oportet vel quando non oportet, vel pluſquam oportet.

Intimiditas, vel potius vacuitas iuſti timoris eſt alterum vitium fortitudini oppoſitum deficiens in timendo.non.n. timet quando timendum, aut quæ timenda ſunt. nam fortitudo non ſolum reprimit timorem ne excedat, ſed interdum etiam excitat, ut malum declinetur, ut quando illud uires ſuperat, nec eſt iuſta ratio cur ſubſtineatur, talis eſt terremotus, fulmen naufragium, uis hoſtilis longè Superior:deniq; omnia manifeſta pericula mortis, quando deeſt cauſa ſubeundi: in huiuſmodi ergo non timere uitioſum eſt: quia eſt cauſa cur malum non declinetur,timere autem laudabile eſt, quia eſt cauſa declinandi. huc pertinet ſecuritas pernicioſa eorum, qui ſe manifeſtis periculis mortis, cum in peccato mortali ſunt,exponunt,nec æternam mortem timent. Prouenit autem hoc uitium ex triplici cauſa.Primò ex eo quod uitam ſuam minoris faciat, quàm oportet. Secundò ex ſuperbia: hæc.n.facit eſt homo ſibi præſidat,& alios contemnat, quaſi ab illis lædi non poſſit, *& ita non timet,iuxta illud Iob 41. factus eſt,vt nullum timeat omne ſublime videt.*

Tertiò ex animi ſtoliditate, unde *Ariſtot. 3. ethic.*

3.*ethic.c.7.* ait furioſum nihil timere, ſic quidam milites nihil timent; quia per uecordiam non concipiunt animo quid ſit mors, & quæ mortem ſequantur.

Audacia, ſeu temeritas hic accipitur pro exceſſu in audendo,& aggrediendo.,cũ quis,ut malum imminens repellat, aggreditur aliquid quod non conuenit, uel quando non conuenit, uel quomodo non conuenit.

Ait *Ariſt.loc.cit.* quod aliquando audacia eſt coniuncta cum timiditate, unde ſic ait,ſunt præpoperi,& antequam res urgeat adire pericula uolunt, in ipſis autem periculis cedunt,& abſiſtunt,at uiri fortes,in factis ipſis ſunt acres, & celeres,ante facta ſedati, ac quieti.

Addit præterea *Leſſ dub.6.loc.cit.num.66.* quod ſicut peccatur contra fortitudinem exceſſu,& defectu timoris, ita etiã exceſſu, & defectu audendi, uerum defectus audendi continetur ſub timiditate.

Proxima materia fortitudinis eſt timor audacia,& triſtitia in periculis mortis. his.n.moderationem, & rationis menſuram imprimere ante omnia conatur, remota materia,eſt externa actio,& cõpoſitio,ut fuga, permanſio, aggreſsio, totuſq; corporis motus,& geſtus; nam conatur hæc omnia moderari, ut conſentaneæ uiri forti fiant,non.n.ſolam aggreſsionem fortitudo temperat, ſed etiam fugam quando ratio fugiendum eſſe dictat.

Hæc pericula debere eſſe talia, ut honeſtè ſuſcipi, uel ſubſtineri poſsint, ut ſunt ea,quæ pro ſalute Reipublicæ, uel proximi, pro honore Dei, aut uirtutis defenſione ſuſcipiũtur; ratio eſt quia materia uirtutis non poteſt eſſe inhoneſta. Vnde latrones,graſſatores,duella ineũtes, & iniqua bella gerentes, non ſunt dicendi fortes, ſed temerarij feroces, crudeles, quia eorum audacia, & aggreſsio eſt iniqua.

Officium fortitudinis in duobus ſitum eſt in aggrediendo, & in ſubſtinendo. ad aggrediendum autem duo requiruntur. Primò promptitudo animi ad periculum ſuſcipiendum. hanc præſtat fidentia, qui n.confidit ſe malum imminens ſuperaturum, facilè periculum ſuſcipit. Secundò ſtrenuitas in executione:hanc tribuit magnificentia, quæ eſt rerum magnarum, & excelſarum, cum animi quadam ampla, & ſplendida propoſitione,& cogitatio, & adminiſtratio.

Similiter ad ſubſtinendum, qui eſt alter fortitudinis actus duo requiruntur. Primum ne animus difficultate,& aſperitate malorum frangatur. adhoc ualet patientia,quæ triſtitias, & dolores moderatur: animumq; continet ne hiſce paſsionibus uictus à recto, & decoro decidat. alterum eſt Ne diuturnitate malorum fatiſcens cæpta bona abrumpat,& deſinat:& ad hoc eſt perſeuerantia:quo nomine hic intelligimus non eam quæ eſt iuſtitiæ uſque ad finem continuatio, ſed propoſitum durantibus malis incæpto perſeuerandi.

QVÆRITVR II.

Quid ſit magnanimitas,& qui eius actus.

RESpondetur ex *Leſſio lib. 3. cap. 2. dub.2.* quod magnimitas,ſeu magnitudo animi,eſt uirtus ad opera magna, & heroica in omni uirtutum genere inclinans.

Dixi in omni genere uirtutum, nam licèt omnis uirtus particularis ſi perfecta ſit, incitet ad magna opera ſui generis u.g.caſtitatis, iuſtitiæ,&c tamen non inclinat ad alias uirtutes, ut eas eliciat in gradu heroico,ſicut facit virtus magnanimitatis qui eſt habitus inclinans, ac incitans animum cuicunq; ad eliciẽdas omnes virtutes, in gradu perfectiſſimo,atq; heroico ita etiam exponit *D. Th.*mentem *Ariſt lib.4. ethic.c.3.*

Principale munus huius virtutis. Primo eſt magna opera,ſeu quæ magno honore ſint digna efficere, non propter honorem huius mundi, cùm ſit res fragilis caduca, fallax,ac communis bonis, & malis, ſed propter ipſorum operum excellentiam, ratione cuius honore ſunt digna.

Secundum munus huius virtutis eſt, appetitum honorum moderari, ita vt eos neq; multum appetat, neq; pluſquam par eſt refugiat: ſi deferantur, ijs non extolli,non exultare lætitia, ſed moderatè ſe gerere.vt colligitur ex *Ariſt. loc. cit.*

Tertium in omni proſpera,& aduerſa fortuna moderatè agere. cum.n nihil magni æſtimet, niſi quod verè magnum eſt, ſit vt omnia temporalia paruipendat, ac proindè non multum curat illorum ſecundos,vel contrarios ſucceſſus. Quam-

Digitized by Google

Quamuis autem magnanimus honorem huius mundi parui æſtimet, neq; propter illum operetur; maximi tamen facit honorem cæleſtem, vt apud Deum, & Angelos magnus habeatur, & ſit. iuxtà illud *Paul. 2. ad Cor. 10. qui gloriatur, in Domino glorietur: non n. qui ſeipſum commendat ille probatus eſt, ſed quem Deus commendat*, & apertè dicitur *Ioan. 5. verſ. 38. gloriam quæ à ſolo Deo eſt, eſſe quærendam*.

Addit *Ariſtot. loc. cit.* alios mores, ſeu conditionem viri magnanimi: prima conditio eſt, dignum ſe magno honore exiſtimare; intellige ſpectato officio quod gerit, vel donis Dei quibus eſt ornatus: cùm tamen ſtare poſsit vt ſit humillimus coram Deo, dum conſiderat ſe ex ſeipſo nihil boni habere, nihil poſſe, nihil eſſe; ſine Deo in profundum malorum, imo in nihilum ruere, &c. ſic ſancti in cælis, & humillimi ſunt, & tamen ab hominibus coli volunt, diuerſa ſui conſideratione.

Secunda non offerre ſe caſibus paruorum periculorum, nec amare pericula, eo quod paucas res magnifaciat.

Tertia acceptum beneficium maiore beneficio compenſare.

Quarta neminem, aut vix quemquem rogare, vel n. parua ſunt quæ ab aliis poteſt accipere; & ita non curat; vel certè ſua induſtria poteſt conſequi, & ſic non vult ab alio pendere, nec alteri moleſtus eſſe.

Quinta libenter alteri operam dare, atq; ſeruire.

Sexta cum viris principibus, & opulentis præſtare ſe magnum, & excelſum, nimirum illis non adulando, nec ſinendo ſuam libertatem opprimi eorum auctoritate, cum mediocribus, & infimis modeſtum, ac moderatum.

Septima nõ ſe locis, aut fũctionibus honoratioribus ingerere; hoc n. potius eſt ambitioſi, quam magnanimi.

Octaua apertè omnia dicere, & agere. intellige intra limites prudentiæ.

Nona vti diſſimulatione in vulgus nõ n. patefacit omnibus, ſed tegit, non facilè admirari.

Decimo non meminiſſe iniuriarum ſed ea potius pro nihilo putare.

Vndecimo nõ cupidè loqui de hominibus, quia neq; vt laudetur ſollicitus eſt, nec vt alij vituperentur, nec aliorum laudator eſt, nec maledicus.

Duodecimo in rebus quæ neceſſario perferẽda, vel quæ exiguæ ſunt, nõ eſſe queribundum, aut ſupplicem.

Decimotertio malle poſsidere res honeſtas, quam fructuoſas.

Decimoquarto habere motum tardum, vocẽ grauem, orationem ſtabilem, ac ſedatam: quia feſtinare non ſolet qui paucis rebus ſtudet; nec vehementer contendere, cui nihil magnum eſſe videtur.

Vitia magna quæ opponuntur magnanimitati. tria ſunt per exceſſum præſumptio, ambitio, & inanis gloria. vnum per defectum, puſillanimitas.

Præſumptio eſt nimia ſuarum virium cõfidentia, qua fit, vt quis aggrediatur aliquid, vel paratus ſit aggredi quod eſt ſupra ipſius vires.

Ambitio eſt inordinatus appetitus honoris: honor autem tripliciter inordinatè poteſt appeti. Primò ſi appetitus honorem ob rem quam tibi non conuenit, vel notabiliter maiorem, quàm par ſit. Secundò ſi quæras honorem ex re quæ tibi conuenit, ſed illicita v.g. ex rebellione, quod audeas reſiſtere tuo Principi, ex arte magica &c. Tertio ſi tamẽ ames honorem, vt paratus ſis Deum offendere cauſa illius acquirendi, vel conſeruandi.

Oritur hoc vitium ex ſuperbia: ſicut. n. ſuperbia eſt inordinatus appetitus excellentiæ, ita ambitio eſt inordinatus appetitus honoris, qui eſt teſtimonium excellentiæ: vnde omnes ambitioſi ſunt ſuperbi, & omnes ſuperbi ambitioſi: habet. n. ſe ad ſuperbiam, vt propria paſsio, vel vt effectus adæquatus.

Si autem honor appetatur moderatè ex re bona, nullum erit peccatum, etiam ſi nullus alius finis ſpectetur, vt colligitur ex *D. Th.* quem citat, & ſequitur *Leſſ. lib. 3. c. 2. dub. 3. num. 22.* quia per ſe eſt obiectum indifferens, proximè accedens ad rationem honeſti, cùm ſit teſtimonium, & imago quædam virtutis, inanis gloria, ſeu vanagloria tripliciter poteſt eſſe vana; primo ſi deſimulata excellentia quæratur opinio, vel fama ſicuti faciunt hypocritæ, & omnes qui ſe fingunt peritos alicuius diſciplinæ cùm non ſint. Secundo ſi maior quæratur quàm par ſit, aut de rebus aliàs indignis, ſicut faciunt iactabundi, & omnes qui de opibus, & rebus friolis gloriantur. Tertiò ſi apud eos qui de rebus non poſſunt rectè iudicare, ſicut ſi quis coram imperitis diſputaret, vt ſapiens ab eis habeatur, niſi fortè id

ad

Digitized by Google

ad vlteriorem finem honeſtum referret. ita *Leſſius loc.cit.num.23.*

SED PETES.

Quid eſt gloria, & an diſtinguatur ab honore.

RE ſpondetur ex *Leß loc.cit.* quod gloria non eſt aliud niſi clara notitia excellentiæ alterius cum laude quæ verbis agitur. honor verò in dignitatibus magiſtratibus, & alijs teſtimonijs excellentiæ quæ ſignis exhibentur conſiſtit. vnde patet gloriam, & honorem inter ſe diſtingui.

Puſillinimitas eſt alterum extremum magnanimitati directè oppoſitum. hoc.n. vitium ſupponit apprehenſionem, qua quis omnia tamquam nimis magna, & ſuam facultatem, vel dignitatem excedentia concipit: vnde fit, vt diffidens viribus ſuis refugiat officia ad quæ probè eſt idoneus, & detrectet bona opera aliquid difficultatis habentia, quæ facilè alioquin poſſet præſtare.

QVÆRITVR III.

Quid ſit magnificentia humana, & quod vitium ei aduerſetur.

RE ſpondetur quod eſt virtus, quæ magnis ſumptibus in externa materia aliquid magni efficit. diſtinguitur à magnaminitate ſecundum *Caietanum*, quod hæc intendat magnitudinem in actione virtutis, vnde dicit Ariſtoteles ipſam eſſe omnium virtutum ornamẽtum nimirum, quia earum actiones illuſtriores facit, magnificentia verò intendit magnitudinem in opere externo quatenus eſt opus artis, vel vſibus humanis accomodatum, magnos ſumptus requirens, vt in extruendis templis, monaſterijs, collegijs, in conſtituẽdis pijs fundationibus, in epulo publico exhibendo quando ratio poſtulat, vt rectè docet *L.ſſ.l.c.cit.dub.4.*

Officium primarium huius virtutis eſt, res magnas ad quas magno ſumptu opus eſt, efficere; quando ratio id poſtulat, vel ſuadet, tota.n. difficultas eſt in huiuſmodi ſplendidis operibus ſuſcipiendis, & proficiendis prouenit ex affectu pecuniæ non mediocris, ſed grandis, & ingentis ſummæ, quæ impendenda ſit hic.n. auctus facit, vt homini valdè difficile ſit tantam copiam profundere quantam opus poſtulat. itaq; requiritur aliqua virtus, quæ hãc difficultatem vincat, neq; ad hoc ſufficit liberalitas quia hæc ſolum moderatur affectum circa mediocres, & ordinarias expenſas tollitq; difficultatem, quam homo in illis ſentire ſolet, non ex affectu magnitudinis ſummæ, ſed ſimpliciter ex affectu pecuniæ.

Opponuntur magnificentiæ duo vitia, alterum per exceſſum, alterum per defectum. per exceſſum vt cum quis de induſtria ſumptus auget ſupra quam res expoſcat, aut decorum patiatur: ſicut faciebat ille, qui in filij epulo natali omnes cibos cum patinis argẽtijs, cùm referrentur è menſa proijciebat intiberim, item qui in res parans, ſumptus magnos facit, aut inconcinnè ſplendorem, & magnificentiam oſtentat. ſicut ille, qui ſcenæ præpoſitus ſubſternebat hiſtrionibus purpuram, & mercator, qui conuiuis ad cænam vocatis cùm hiems eſſet, faciebat ignẽ ex cinnamomo.

Per defectum, vt cum quis præanguſtia animi operi magno pares ſumptus nõ exhibet, vt ſi templo vel cænobio quod extruendum ſuſcipit, vellet facere parietes craticos aut tectum ſtramineum, vt minus expendat.

Hoc vitium per ſe non eſt niſi veniale ita *Leſſius loc. cit.*

QVÆRITVR IV.

Quid ſit patientia, & longanimitas.

RE ſpondetur primo, quod patientia non eſt aliud niſi virtus quæ firmat animum aduerſus timores, & dolores mortis, & malorum mortem inferentium, quæ enititur maximè in martyribus. hæc virtus confirmat animum moderando mœrores qui ex illis percipi ſolent, ne videlicèt propter hos à præſcripto rationis recedat, ſeu aliquid indecori agat. vt in morte parentum, filiorum, in exilio, in damnis in morbis, in contumelijs, &c.

Hæc autem moderatio triſtitiæ dupliciter fieri poteſt. Primò ex affectu ſolius honeſtatis, quæ in illa relucet. Secundò ex affectu alicuius peculiaris virtutis, quæ per triſtitiam, & afflictiones oppugnatur. vt rectè docet *Leſſius lib.3.c.2. dub.5.num 38.* & optimè *lib.de patientia cap 2.*

Digitized by Google

cap. 2. dixit Auguſt. quod patientia hominis eſt, quę aduerſa æquo animo toleramus, ne animo iniquo bona deſeramus, per quæ ad meliora perueniamus, ac proindè eſt magnopere neceſſaria iuxtà illud Domini in patientia veſtra poſsidebitis animas veſtras.

Reſpondetur ſecundò, quod longanimitas eſt pars patientiæ, vel eſt ipſa virtus patientiæ inadequatè concepta. vt colligitur ex *D. Th.* quem citat, & ſequitur *Leſſius loc. cit. num.* 40. itaq; nam inter mala quæ patientia æquanimiter tolerat, vnum eſt moleſtia, quæ percipitur ex rei ſpectatæ dilatione. huius autem mali, ſeu incommodi tolerantia vocatur longanimitas. itaq; longanimitas nihil aliud eſt, quàm patientia, vt circa tale malum verſatur, ſpectata.

Vitia patientiæ aduerſa, ſunt inſenſibilitas, & impatientia: non. n. eſt laudabile, nec naturæ conſentaneum, nullis malis neq; tuis, neq; proximorum tangi: id. n. ſignum eſt, vel brutæ ſtoliditatis, vel inhumanæ duritiei: nec congruit amicitiæ, & vitæ politicæ, hoc eſt vitium per defectum, per exceſſum verò eſt, vt cum quis nimium dolet, aut etiam ex dolore, à recto diſcedit. impatiens dici ſolet, qui ira, vel indignatione excedit, præſertim ſi hunc modum foris oſtendat. primus gradus patientiæ, eſt tolerare ſine murmuratione. Secundus ſine lamentatione, & quærimonijs apud alios. Tertius cum gaudio ſicut Apoſtoli ibant gaudentes à conſpectu concilij quia digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.

QVÆRITVR V.

Quid ſit perſeuerantia, & conſtantia, & quæ ſunt vitia oppoſita huic virtuti.

Reſpōdetur 1. ex *Leſſio loc. cit. dub. 6. n.* 47. quod perſeuerantia nō eſt aliud niſi continuatio operis vſq; in finem quem ratio præſcripſerit ſiue ille ſit finis vitæ, ſiue certi negotij, vel temporis præfiniti. materia huius virtutis eſt opus bonum cuiuſuis virtutis forma. Secundaria materia eſt moleſtia animi quæ ex illa diuturnitate rei laborioſæ, & difficilis capitur: hanc .n. moderatè fert, & vincit hæc virtus.

Reſpondetur ſecundò, quod conſtantia parum differt à perſeuerantia, niſi fortè quis ita velit diſtinguere, ſcilicet quod conſtantia vincat difficultatem continuandi boni, quæ prouenit ex naturali quadam animi mutabilitate, & impedimentis extrinſecis incidentibus, vt ſunt blanditiæ promiſsiones, diſplicendi timor, &c. perſeuerantia verò vincat difficultatem quæ ex diuturnitate rei moleſtiæ, & laborioſæ oritur.

His virtutibus duo extrema vitia aduerſantur pertinacia, & mollities animi, hæc per defectum, illa per exceſſum qui .n. perſeuerat, & firmus manet in propoſito vbi non oportet. vel pluſquam oportet pertinax eſt, qui verò facilè mutat propoſitum inconſtans eſt, ſi id faciat ex tedio diuturnitatis. vel ſimilis incommodi.

QVÆRITVR I.

An in Deo ſit prouidentia, & quomodo ſit probanda?

ANTEQVAM RESPONDEAM.

Sciendum eſt, tres actus ſupponere prouidentiam Dei ſecundum noſtrum modum concipiendi.

Dixi ſecundum noſtrum modum concipiendi, quia Deus eſt actus purus, ſimplex, & expers compoſitionis, & quidquid in Deo eſt Deus eſt.

Primus eſt ſcientia, quæ cum ſit vniuerſalis ſe extendit ad res bonas, & malas; ad res præſentes, & futuras, ad res æternas, & temporales: præſcientia verò licèt ſe extendat ad res bonas, & malas, tamen ſolum ad res futuras ſe extendit, ac proindè præſcientia eſt minus communis, quàm ſcientia; prouidentia verò eſt minus vniuerſalis, quam præſcientia, cùm non ſit aliud, niſi præſcientia rerum futurarum in ordine ad finem conſequendum, tollendo obſtacula ne conſequantur finem, vt rectè docet *Buſtus in philoſophia Chriſtiana tract. de diuina prouidentia fol. mihi* 300.

HIS POSITIS.

Reſpondetur affirmatiuè, & ratio à priori eſt, quia cùm Deus ſit ens per eſſentiā eſt independens, ergo infinitū, ergo infinitè perfectus in omni genere perfectionis, ergo ſummè prouiſor reſpectu totius creati, & etiam reſpectu hominis creati à Deo propter paradiſum, ideſt, propter fruitionem intuiti-

uam ipſius Dei.

Probatur primo prouidentia Dei in rebus creatis innanimatis ex orbium cæleſtium conuerſione, nam videmus corpora cæleſtia rapidiſsimo motu in orbem rotari: hic autem motus non poteſt habere originem ab impetu aliquo naturæ Cœlis inſito, vel à cauſa corporali. nam quæ à naturæ inclinatione moueutur, tendunt ad aliquem terminum, in quo quieſcant, & conſeruentur. nihil autem haber inclinationem ad motum, vt ſine fine moueatur, & numquam ad terminum pertingat, quia motus eſt quid imperfectum, vt potè via ad terminum, nihil appetit ſemper eſſe in via, ſed omnia cupiunt venire ad terminum, & in eo conquieſcere. Quare cùm orbium cæleſtium motus nō tendat ad aliquem terminum, vt ibi ſit requies, ergo hic motus, non eſt ex inclinatione naturæ, ſed à Deo ſummè prouiſore ac ordinante, vt corpora ſuperiora, influāt in corpora inferiora medio motu cælorum. quid .n. ſoli, vel aſtris illa giratio prodeſt? ſed ſolum vtilis eſt rebus inferioribus, dum aſtrorum vim, & efficientiam per totum orbem differt, ac diſtribuit, & omnia facit creſcere, vegetari, perfeci, ac conſeruari. Non .n. cœlorum orbes cogitare potuerunt hunc motum vtilem fore mundo inferiori, vt ex affectu, & charitate illius ſeſe hoc modo aſsiduè rotarent. nam hoc eſt mentis & intelligentiæ.

Præterea ipſa motum cæleſtium varietas ſatis indicat illos à natura, cuius inclinatio ſimplex, & vniformis eſt, non eſſe. Nam præter motum ex oriente in occidentem ſuper polos mundi, qui omnibus eſt communis, ſinguli planetarum orbes habent proprium motum ex occidente in orientem, diuerſo axe, diuerſo tramite, differenti celeritate: orbis .n. Saturni periodum ſuum conficit annis ferè 30. Iouis 12. Martis circiter duobus, ſolis vno, Veneris vno, Mercurij eodem ferè ſpatium Lunæ 27. diebus, horis 8.

Deniq; in ſphera octaua, in qua ſunt ſtellæ fixæ triplex animaduerſus eſt motus. Primus eſt ex oriente in occidentem, qui totum cyclum horis 24. abſoluit, Secundus eſt ex occidente in orientem, qui centum annis putatur conficere gradum vnum. Tertius ex auſtro in Sēptentrionem, & contra, quo principium arietis, & libræ ſpheræ octauæ deſcribit paruulos circulos, circa principiū arietis, & libræ ſpheræ nonæ, qui 700. annis perargitur. ergo quis tam multiplicem varietatem motus localis dicat eſſe à natura, & non à mente aliqua præſtantiſsima? ſcilicet à Deo, qui creauit cælos, ac cæteras res corporeas propter hominem? nam ſol pulcherrimus omnium rerum viſibilium non eſt propter ſeiſpſum, qui non poteſt ſuam pulchritudinem ſentire, ſed eſt creatum propter bonum aliorum, nimirum, vt mundum illuminet, & aſpectabilem faciat, & ſuo calore foueat, & vt deſeruiat creaturæ rationali. idem dicitur de tota natura corporea, & ratio eſt, quia natura rationalis eſt præſtantior gradu naturæ corporeæ, ergo nulla creatura corporea eſt gratia ſui, ſed ex eſſentia ſua ad aliud ordinatur, nimirum ad naturam rationalem, in cuius bonum, & commodum exiſtit, quo fit, vt ſi natura rationalis non exiſteret, tota natura corporea ſit fruſtra, & nullius vtilitatis. cùm neq; ſibi aliquid commodi poſſet auferre, neq; alteri: ſicuti poſſeſsio multarum opū eſſet inutilis, & nullius momenti, ſi illarum nulla eſſet notitia, nullus vſus, nullus ſenſus.

De omnibus rebus corporeis non poteſt clarè reddi ratio quomodo poſsint deſeruire vſui hominis. Sed de motu orbium cæleſtiū patet deſeruire vſui naturæ rationalis; ſol .n. proprio motu ſub eliptica medium æquinoptiale ſecans, & nunc ad Semptentrionem, nunc ad auſtrum 23. gradibus, & medio declinans, quatuor anni tempeſtates, hiemē, uer, æſtatem, & autumnum varia temperie, omnibus quæ tellus profert accomodatiſsima inducit. hiems .n. ſuo frigore efficit, vt ſpiritu, & calore qui ſeminibus, & ſtirpibus ineſt, introrſum recepto omnia interius roborentur, humorum, & alimenta colligant, radices figant, & omnia turgeant ad erumpendum foras. Ver ſuo blando tempore omnia foras euocat, & in culmos, in caules, in gemmas, in frondes, in flores elicit, Eſtas ſuo feruore humorem ſuper uacaneum abſumit, cruda concoquit, craſſa extenuat meatus aperit, ſpiritum diffundit, fructus ad maturitatem perducit, Deniq; autumnus ſuo humore, & moderato frigore rurſus omnia temperat, ſiccitatem, ac feruorem quā Eſtas rebus impreſsit, corrigit, terra ſimul ad noua ſemina nouaſq; Stirpes diſponēs; & cor-

& corpora animantium exhauſta, ad reparandas vires, repreſſo ſpiritu, & natiuo calore, ne euaneſcant afficiens, & immutans. Ex quibus quis non videat totum hunc Solis, & cæleſtium corporũ motum ad hominum commoda, ad viuentium, quę homini aliquo modo vſui eſſe poſſunt, ortum perpetuandum, & copiam ſuppeditãdam eſſe inſtitutum.

Præterea ſi quis ventos, imbres, nubes, niues, gelu, elementa conſideret, videbit hæc omnia propter viuentia, & maximè propter homiuem eſſe inſtituta. ventorum maxima ſunt commoda. Primò vt aerem ventilent, & ſalubrem reddant inſpirationi. qui ſi immotus ſtaret, putreſceret, & peſtilente qualitate concepta, homines, & animantia extingueret. Secundò venti nubes per aerem deferunt, ac diſpertiunt alijs regionibus, vt cadant in pluuiam, vt irrogatione cæleſti non ſint priuatę illę regiones à mari remotę, mare n. potiſsimum eſt quod nubibus materiam ſubminiſtrat è cuius vaſto ſinu directè, & aſsiduè ſoli oppauſo, magna vaporum copia vi ſolis ſurſum attrahitur, quę in nubes coacta vi frigoris poſtea refunditur, & niſi venti has nubes alio deferrent magna pars terrę eſſet ſterilis, ac inutilis, &c.

Imbres aerem refrigerant, corpora viuentium reficiunt, fontes & flumina perpetuant, potum animantibus ſuppeditãt, terram irrigant, & fructiferam efficiũt.

Niues maximam fertilitatem, & ſegetum copiam adferunt; habent etiam in ſe fœcunditatem propter aerem, & halitũ cęleſtem incluſum, qui illis candorem illum eximium impertit, infinitis veluti bullulis elucens.

Gelu quoq; rebus eſt perutile, nam ſpiritum, & calorem terrę, ac viuẽtium omniũ reperuerit, & introrſum agit, non ſinens exaneſcere, hinc fit, vt non ſolum homines, ſed etiam animãtia in regionibus frigidis, ſint maiora, ac robuſtiora magiſq; longeua quam in feruidis.

Elementa, etiam ſatis demonſtrant prouidentiam Dei; ſi. n. natura rerum ſpectetur terra deberet eſſe exactè rotunda, & aqua eam circumquaq; ambire, & operire. omnia n. grauia ad centrum mundi ęqualiter tendunt; & quò quid eſt altero grauius, hoc centro vult eſſe propinquius; & altero inferius. itaq; totam terram ſub aquis eſſe oporteret, & aquam ſphericè circumfundi, at modo res longè aliter eſt. ob hominum, ac viuentium commoditatem.

Pręterea elementa ſecundum naturam rerum deberent eſſe ſimplicia, vniformia, eiuſdem vbiq; virtutis eiuſdem affectionis. terra quidem extremè ſicca, & moderatè frigida, aqua extremè frigida, & humida: aer humidus, & modicè calidus: omnia omnis ſaporis, coloris odoris expertia. at longè aliter res ſe habet. Terrarum. n. ſunt plurimę diuerſitates; ſunt. n calidę. frigidę, lentę, friabiles, &c. varij ſaporis, varij odoris, varijs rebus gignendis accomodatę. itaq; ſingulę peculiarem quamdã qualitatem, & fęcunditatem habent ab eo qui hoc elementum condidit, varijs locis impreſſam. Neq;. n. in ſolem, & ſidera hãc totam diuerſitatem referre poſſumus. cùm ſub eodem climate alia loca ſint deſerta alia fertiliſsima: & quibus fertilitas ineſt, non idem ubiq; & ſi eodem modo à ſole, & aſtris aſpiciantur proferre poſſunt; pari modo foſsilia non uno omnia loco terra producit, ſed diuerſis, diuerſa, alibi. n. ſaxum gignit, alibi cretam, &c. diuerſitas igitur diuerſis locis vires obtinet, & diuerſa temperamẽta, vt mortalibus omne genus opum, non ſolum ad neceſsitatem, ſed etiam ad commoditatem ad delicias, ad ſplendorem ad benefici numinis commendationem.

Mare deniq; vniuerſum contra naturam illius elementi eſt miræ ſalſitudinis? Vnde id contraxit? quæ vis hoc illi impertijt, & in quem finem, neq; id prouenire poteſt vi radiorum ſolis, quibus fundus maris aduratur aduſtionem ſalſudinem naſci, vt cinis nobis indicio eſt. Quomodo. n. fundus maris tanta aquarum mole, quæ multis locis 500. vel 1000. cubitos ſuperat, opertus ita exuri à ſole poteſt, vt inde immenſa illa vis aquæ ſalſedinem trahat? Non. n. ſol vnit niſi per lumen quod vltra 15. cubitos non penetrare vrinatores teſtantur.

Deniq; ſi aduſtione ea ſalſitas orta eſſet, deberet mare continuo fieri ſalſius, vnde oporteret piſces tandem emori, tantam ſalſedinem non ferentes. requirit enim eorum natura certam aquarum temperiem.

Paris probilitatis eſt ſententia de ortu montium, qua ſtatuitur eos terremotu extitiſſe, ſpiritu viſceribus terræ incluſo partem ſuperiorem attollente, & in ſublimi ſuſpendente. tolerari fortè ea ſententia poſſet, ſi de paucis aliquot

Digitized by Google

montibus ageretur; ſed in tanta vaſtimorum montiũ omnia pene mediterranea occupantium, & longiſsimè ad 800.& 1000.leuens excurrentium multitudine nullam ſpeciem veri habet,ſed ad Deum id eſt referendum ob commoditatem hominum.ſeruiunt.n.montes ad vim ventorum frangendam, qui ſi omnia plana eſſent,nec quidquam inuenirent,quod eorum retardaret impetum,longè magis ſeuirent, & grauia mortalibus damna inferrent.itaq; concludo hanc ſalſedinem ab initio fuiſſe mari ab auctore ſuo communicatam, qui ſicuti terræ præter naturam debitã, fæcunditatem impertijt ad ſtirpium, & animantium terreſtrium procreationem, ac ſubſtentationem, ita mari ad productionem,& vitam piſcium.

EX QVIBVS OMNIBVS.

COlligitur omnia iſta quæ diximus à Deo fuiſſe inſtituta propter hominem.Neq;obſtat quod ſæpè per iſta magnæ clades, & calamitates hominum generi inferantur, nimirum per turbines ventorum,per grandinem, per fulmina,per terremotum, infectionem aeris, exundationes imbrium, ſiccitates, &c. hoc.n. diuinam prouidentiam magis aperit, & reddit omnibus manifeſtationem; nempè ob punitionem peccatorum hominum. Sicut.n.ſapientis, & prouidi Principis eſt, leges tribunalia,arces,militiam & cætera omnia in regno ita diſponere,vt in commodum, & quietem ſubiectorum cedant, quamdiù in fide, & obedientia ſteterint, & eaſdem cauſas conuertere ad eorũ punitionem, ſi rebelles, vel inobedientes eſſe ceperint, ita ſupremum illud numen,& ſi cœlos,& elementa in commodum hominum inſtituerit; tamen ita regit omnia, vt ſubindè incommoda,& damna per ea irroget, ad punitionem peccatorum; ratio cur hæc omnia ſunt creata propter hominem, quia claſsis intelligentium eſt omnium ſuprema in rebus, & ideo homo cæterorum debet eſſe finis. Solus homo conſiderat omnia.percipit omnia, diſcernit omnia, omnibus vti, & frui poteſt, omnium dulcedinem,& pulchritudinem ſentire. & ueluti nouum quoddam, & ſecundarium numen totum hunc mundum incorporeum in ſeipſo incorporeum modo per intellectum producere, & creare, abſq; homine fruſtra eſſet in rebus tanta pulchritudo, tantum artificium, tam mira diſpoſitio,tam ſtupenda ſtructura,tanta varietas formarum colorũ, odorum ſaporum, temperamentorum. Nihil.n. eſſet quod iſta poſſet percipere diſcernere,mirari,laudare,vti, frui, & voluptatem ex illis capere. nam cætera animalia ad paſtum abiecta ſunt, nec quidquam ſub ſpecie boni apprehendunt,niſi quod ventri, aut venereis cõgruit,idq; confuſo,brutoq; modo.

Præterea emicat prouidentia Dei ex vultuum, & vocis diuerſitate ac hominum paupertate. quantum ad vultum,non paruum eſt prouidentiæ ſignum.ſine n. tali varietate, nec poſſet iuſtitia inter homines conſeruari, nec Reipublicæ forma conſiſtere. finge homines vultu ſimiles,ſicut oues, paſſares, & alia plurima eiuſdem naturæ animantia inter ſe ſunt ſimilia; grauiſsima ſequeretur omnium rerum perturbatio. Neq;.n. mariti poſſent diſcernere ſuas vxores, neq; parentes ſuos liberos, nec creditores ſuos debitores,nec amici ſuos inimicos, nec magiſtratus maleficos, nec ſubditi ſuos Principes;ac proindè omnia erunt plena adulterijs, inceſtibus, fraudibus,proditionibus,cædibus, omniaq; maleficia impunè commicti poterunt. quiuis.n.poterit ſe fingere quẽlibet,nec vllo iudicio facilè poterit deprehendi, &c.

Nec poteſt dici id caſu euenire quod uultus hominum non ſint ſimiles, nam quod caſu fit non eſt perpetuum, nec paſsim reperitur in omnibus,ſed rarius fit,& in paucis, vt ait *Ariſt.&* alij *Philoſophi*.

Quantum ad vocem, cùm.n.diſtincta noticia perſonarum ad iuſtitiam,& pacem tuendam eſſet omnino neceſſaria, non ſolum in vultu, ſed etiam in voce diſcrimen notabile conſtituit prouidentia diuina,ſcilicet,vt duplici ſenſu, nẽpè viſu,& auditu tamquam gemino teſte, cuilibet de perſona alterius conſtaret.ſeorſim horum alterum ſubinde falli contingit:ſed vt vterq;fallatur quando conſenſiunt vix fieri poteſt,ſola vultuum diſcretio ſatis non erat: quia ſæpè agitur res in tenebris: ſæpè acies oculorum vetuſa, vt exactè lineamenta faciei non diſcernat: interdum quoq; magna eſt vultuum ſimilitudo,ita vt in ea diſtinguenda oculus decipiatur, hic ſuccurrit diſcrimen vocis, & ſoni locutio-

cutionis humanæ: & qui ex vultu internoſci non poterant, facilè cognoſcuntur, & diſcernuntur ex voce.

Quantum deniq; ad paupertatem etiam elucet diuina prouidentia, paupertas.n. eſt quæ genus humanum ſeruat, & omnibus ornamentis, rebuſq; laude dignis excolit, & ornat: ſicut ècontrario affluētia perdit, & ad dedecus, turpitudinē, ac pecudum vitam abijcit. fingamus omnia, quæ ad vitam tranſigendam neceſſaria abundè omnibus abſq; labore ſuppetere, nec vllius rei quemquam inopia premi, mox duo grauiſsima mala conſequentur: nimirum omnium, ac rerum pulchrarum, totiuſq; ſplendoris, qui in rebus humanis cernitur, interitus, & morum extrema corruptela, & turpitudo. Nemo amplius artes mechanicas, aut ediſcere volet, aut ſi quis didicerit factitare: nemo laborioſa opera ſubire: nemo alteri ſeruire. ceſſabūnt itaq; omnes hominum induſtriæ, omnia artificium opera omnia priuata, & publica ciuitatum ornamenta. conquieſcet agricultura, nauigatio, piſcatio, &c. Nulli erunt viri nobiles, & potentes, vtpote famulantes, & obſequijs deſtituti. graduum, ac ordinum qui in republica ſunt neceſſarij, diſcrimen omne peribit.

Huic malo coniunctum erit aliud etiam maioris momenti, morum ſumma corruptio. omnibus in commeſſationes, & libidines effuſis. Vbi.n. otium, & rerū abundantia ſuppeditat, aliud ſequi non ſolet.

SED DICES I.

Multi inueniuntur pauperes, ac viribus deſtituti qui reipublicæ non poſſunt deſeruire. quomodo ergo prouidentia Dei elucet in illis?

RESpondetur ſatis in illis prouidentiam Dei emicare, quia paupertas in illis eſt occaſio, vt exerceantur opera charitatis ab incolis reipublicæ.

DICES II.

Interdum euenire quod etiam ſupradictis pauperibus deſunt alimenta neceſſaria pro manutentione vitæ quomodo prouidentia Dei elucet in illis?

REſpondetur ſatis in illis prouidentiam Dei elucere, nam in primis ſæpè Deus tollit eis neceſſaria ad ſubſtentationem vitę corporalis cauſa puniendi eorum peccata, interdum Deus tollit neceſſaria vitæ vt recurrant ad Deum media oratione. Secundò vult Deus hoc malum pœnæ, vt creaturæ exerceant opera virtutis, nempè patiētiam, tolerantiam, &c. Quod pertinet ad adeptionem paradiſi ob quem finē Deus creauit hominem de fide eſt, Deū conferre illi omnia illa media quæ sūt neceſſaria propter conſecutionem talis finis; ſed quia homo eſt liber, & poteſt agere bonum, & malum, ſæpè ſæpius ſumit occaſionem peccandi ex paupertate, vel ex aliquo alio malo pœnæ à Deo immiſſo, vel à creaturis media Dei permiſsione, ergo peccati non eſt cauſa paupertas, ſed libertas hominis, quandoquidem Deus cum tollit neceſſaria ſubſtentationi vitæ corporalis hominis, dat etiam, ſaltem auxilium ſufficiēs adhoc, vt homo non peccet, & cum virtute poſsit ſufferre hunc malum pœnæ. vt de fide eſt, nec ab vllo catholico negari poteſt.

DICES III.

Si prouidentia Dei mundus regeretur, non ſic inualeſceret improbitas, nec tam proſperos haberet ſucceſſus aduerſus innocentiā, & probitatem. Nam ad prouidentiam gubernantis maximè pertinet, improbis non dare licentiam graſſandi, ſed eos coercere, & ad virtutem compellere: probos verò tueri, & ad honores, & opes euehere: præterea ſi in aliqua magna Ciuitate peſſimi quiq; perpetuo dominarentur, & impunè alijs iniurias inferrent, & probi ciues ab eis oppreſſi iacerent; quis dixerit eam Ciuitatem à prouido iuſtoq; rectore gubernari? quare cum in mundo tantam videamus ordinis perturbationem, quanta maior vix animo concipi poteſt, improbis vbiq; dominantibus, & omnia pro arbitrio gerentibus, probis miſerè afflictis, & oppreſſis, quis credat illum prouidentia aliqua ſuprema, qua omnia iuſtè diſponere deberet, regi?

ANTEQVAM RESPONDEAM.

SVppono dupplicem eſſe finem, alterū ad hanc vitam temporalem pertinentem, nempè tranquillitatem Reipublicę, alterum ad futuram nimirum ęternam gloriam in cęlis, ac proindè duplex eſt conſideranda prouidentia, quo rum

Digitized by Google

rum altera diſponit media ad obtinendum finem temporalem, altera ad finem æternum.

HIS POSITIS.

Reſpōdetur cum ergo dicitur ad prouidentiam pertinere coercere iniquos, non ſinere eos dominari, &c. verum eſt ſi loquamur de prouidentia politica. Si verò loquamur de prouidētia illa ſuperna, falſum eſt ad illius munus ſpectare, vt non permittat impios temporaliter dominari. quinimmò cōtrarium planè ad illius munus ſpectat, vt nimirum, vt res omnes ſuis facultatibus inſtructas, ſinat ad certum tempus ferri ſuis motibus, idq; ob multas cauſas.

Prima eſt, vt ſponte ad virtutem feramur non amara neceſsitate compulſi.

Secunda eſt, quia dignitas æterni præmij tanta eſt, vt abundè ſatisfaciat, ſi benè cōſideretur, ad noſtros affectus ſui amore inflammandos, & ad omnem virtutem, & ſanctitatem excitandos. itaq; contra dignitatem illius boni foret, ſi homines ad illud proſequendum compellerentur. Pari modo æterna ſupplicia ſi benè ſuis pendantur momentis, abundè ſatis ſunt ad hominum animos ab omnibus flagitijs deterrendos. Vnde etiam ſi Deus non caſtigaret homines in hac vita, non tamen eius prouidentia eſſent deſtituti, ſufficit.n. aut promittat præmia, & minetur ſupplicia in futurum.

Tertia ſi diuina prouidentia ſemper pro meritis flagitia plecteret in hac vita, ſicut facit prouidentia politica breui mundus foret exhauſtus. Vnde, & pauciſsimi eſſent virtutis cultores, & hominibus ſceleratis non pateret aditus ad ſalutem.

Quarta malignitas iniquorum non fruſtra à Deo permittitur, quia per illam excitatur, & exercetur, & illuſtrius apparet virtus iuſtorum: & datur occaſio maioris meriti, & coronæ. Tolle ſeuitiam Tyrannorum, non erit gloria martyrum: tolle iniurias iniquorum, non apparebit patientia iuſtorum. infinita ſeges bonorum mundo deerit ſi Deus iniquos in hac vita ſemper coerceat. eadem malignitas ſeruit ad punienda peccata tam iuſtorum, quæ ipſi ſubinde committunt, quam iniquorum.

Quinta, vt diſcamus ex hac prouidentia non eſſe magni pendenda iſta temporalia, vt quæ bonis, & malis ſint communia, & quibus mali magis abundant quàm boni, nam ſi inimicis ſuis, qui ipſum aſsiduè iniurijs afficiunt, tribuit iſta temporalia, qualia, & quanta ſunt ea, quæ ſuis amicis, & filijs toto corde, ipſum colentibus reſeruauit.

Sexta ratio diuinæ prouidentiæ commendat benignitatem diuinam, quæ dum lentè procedit ad vindictam, expectat peccatorem ad pænitentiam. Neq; omnino eſt expers iuſtitiæ, & ſeueritatis, quia ſæpè miris modis etiam in hac vita peccata punit, vt homines intelligāt illum non dormire, ſed ſuo tempore omnium rationem exacturum. vt patet ex varijs exemplis diuinæ vltionis.

Primum fuit diluuium generale, quo totum genus humanum, exceptis octo hominibus, propter ſua ſcelera eſt deletum. qui non fuerunt occiſi ex aquis diluuij fecerunt Noe, Iem, Cham, & Iaphet filij Noæ, vxor Noæ, & vxores tres eorumdem filiorum Noæ qui omnes fuerunt ingreſsi in arcam ex iuſſu Domini, vt patet ex *Gen.c.7.&* 8. deſcripſit hoc ſupplicium *Moyſes loc. cit.* elegantiſsimæ, & multis modis hic ſe aperuit diuina prouidentia. Primò cùm in vindictam peccatorum ſanxit humani generis interfectionem, eamq; prædixit ipſi Noæ centum viginti annis ante aduentum, vt patet ex *Gen.c.6.verſ.3.* Secundò cùm ad ſeminarium mundi iuſſit fabricari arcam præſcripta forma, & menſura, quæ omnium animantium, terreſtrium, & volatilium ſpecies capere poſſet, & ab interitu ſeruare. trecentis cubitis in longum, quinquaginta in latum, & triginta in altum deſignatis. eam verò menſuram fuiſſe ſufficientem non ſolum omnibus animantibus, ſed etiam pabulo quantum in annum opus erat. Tertiò, cùm miro modo effecit, vt pluuia ingruente omne genus animantium ad arcam conflueret, & ſe per manſiunculus aptatas diſtribui ſineret.

Quartò cùm pluuiam aſsiduam, quatraginta dierum, & noctium ſpatio per totum orbem induxit qua globus aquæ terram vndiq; cingens ita excreuit, vt altiſsimos montes quindecim cubitis ſuperaret, & arca ferebatur ſuper aquas, quæ arca fuit clauſſa deforis à Deo poſtquam in eam fuerunt ingreſsi Noe eius filij vxor, & vxores filiorum Noe, & animantia terreſtria, & volatilia, vt

patet

patet ex *Gen. c.7.* quatraginta diebus aqua ad ſummum excreuit,centũ quinquaginta diebus in eadem altitudine, & copia conſiſtit: reliquo tempore anni,hoc eſt centum ſeptuaginta quinq; diebus ita abſumpta,ac diſsipata,vt vltimo die iam fuit ſiccata, vt poteſt colligi ex *Geneſ loc.cit.* vt benè docet *Leſſius tract. de prouidentia numinis nu.* 154. itaq; annum integram ſolarem Noe in arca fuit cum eius familia, hoc eſt dies 365. ingreſſus .n. anno ſexcentiſsimo vitæ ſuæ, menſe ſecundo, die decimo ſeptimo: egreſſus verò anno ſexcentiſſimo primo,menſe ſecundo, die vigeſimo ſeptimo. Quare ſunt duodecim mẽſes lunares,& vndecim dies,qui efficiũt annum ſolarem, vt colligitur ex *Geneſ. loc. cit.*

Notatur hic diuina prouidentia, ac miſericordia,nam cum poſſet ſtatim interficere omnes medijs aquis diluuij,tamen dedit ſpatium pænitentiæ, nempè quatraginta dierum, vt poſſent de eorum peccatis dolere. Non.n.dubitandum eſt,quia innumeri, diuinam manum in tam horrenda caſtigatione ſenſientes; pænitentiam egerint, & veniam peccatorum cum ingenti dolore à Domino petierint,& obtinuerint,ſicut fieri conſueuit in periculis naufragij.

SED PETES I.

Ob qua peccata Deus miſit diluuium.

Reſpondetur ex *Geneſ. c 6.* colligi ob peccata carnalia miſiſſe Deum diluuium, vt patet ex formalibus verbis Geneſ. Cùm cæpiſſent homines multiplicari ſuper terram, & filias procreaſſent, videntes filij Dei filias hominum quod eſſent pulchræ, acceperunt ſibi vxores ex omnibus quas elegerant.

Secundum exemplum diuinæ vltionis fuit excidium ſodomæ,& gomorrhæ, & vicinarium trium Ciuitatum, vt patet ex *Geneſ. cap.* 19. quæ ciuitates non ſunt nominatæ, & non aliud dicitur *Geneſ.* 19. *verſ.*24. Dominus pluit ſuper Sodamam & Gomorrham ſulphur,& ignem & ſubuertit Ciuitates has, & omnem circa regionem vniuerſos habitatores vrbium,& cunɥta terræ virentia. exceptis Lot,vxore eius, & duabus filijs, qui Lot cum eius familia ingreſſus eſt ſegor,ne periret, fuit impoſitum præceptum à Deo medio Angelo,vt non reſpiceret poſt tergum, ſed ſtatim ingrederetur ſegor. ſed vxor Lot reſpiciens poſt ſe verſa eſt in ſtatuam ſalis, vt patet ex *Gen.cap.*19.& licèt aliqui *DD* teſte *Pererio* hic cenſeant eſſe figuratam locutionem, tamen probabilior ſententia eſt,quod propriè vxor Lot conuerſa eſt in ſtatuam ſalis, duo obſeruat *Leſſius loc.cit.num* 125. primum,quod vix quadringenti anni erant elapſi à diluuio, cùm hoc accidit. Secundum cùm deprecante Abraamo oſtendit Dominus ſe paratum parere ſodomæ, ſi vel decẽ iuſti cultores in ea reperirentur.Sed vix modico conceſſo ſpatio ad pænitentiã, ſtatim Deus pluit ſulphur,& ignem.

SED PETES II.

Quæ fuerunt peccata, ob quæ Deus puniuit ſodomam, & Gommorram medio igne.

Reſpondetur ex *Geneſ. cap.*19. fuiſſe peccatum nefandum, ideſt ſodomiticum.

Tertium exemplum diuinæ vltionis fuit illud Pharaonis, & Ægyptiorum, cùm populum Dei, Iſrael nollent dimictere, vt ſacrificaretur Deo, vt patet ex *Exod. c.*8. *& &c.* quapropter multa flagella fuerunt Pharaoni à Deo immiſſa,vt relinqueret populum Iſrael.vt poſsit Deo ſacrificare, & numquam ſe emendauit. primum conuertit omnes aquas Ægypti,quæ vel flumine,vel lacubus, & paludibus,vel puteis, & ciſternis continebãtur in ſanguinem, durauit ea plaga per ſeptem dies. Secundò eduxit repentè infinitam ranarum copiam, quæ totam terram, & domos Ægyptiorum impleuit,omnia ſuo tabo contaminans. Tertiò ranis ſucceſſere ciniphes, vniuerſo puluere Ægypti ſubito in ciniphes cõuerſo, erãt ciniphes culicum genus minitiſsimum,ſpiculo acutiſsimo, intra proboſcidem armatum, cutim acricum dolore terebrans,& ſanguinem ſugens. Ioſeph tamen *lib.* 2. *c.*5. putat fuiſſe pediculos è corporibus Ægyptiorum infinita copia prorumpentes, & eorum carnem depaſcentes. Quartò his ad preces Moyſes ſublatis,ſicut, & prioribus plagis perſiſtente in contumacia Pharaone, immiſſa agmina muſcarum omnis generis,fuerunt Pharaon, & Ægyptij valdè vexati. Quintò,muſcas excepit peſtis animalium qua vno tempore omnes equi,aſini,cameli oues, & boues

quæ

quæ in agris erant per totam Ægyptū, ſaluis ijs, quæ erant filiorum Iſrael, perierunt. Sextò hanc cladem mox ſecuta eſt ſcabies hominum, & iumentorum ſuperſtitum corpora grauiſsima exulcerans, & affligens, Septimò ſcabiem ſequitur grando immanis, qualis numquam in Ægypto viſa fuit, fulminibus permixta, qua omnia viuentia, quæ foris erant, & arbuſta protrita, confracta, & vaſtata fuere. Octauò grandinem ſecuta eſt immenſa locuſtarum agmina. hæ quidquid grando, & fulmen reliqui fecerunt, deuorauerunt, adeo, vt nihil virens relictum fuerit. homines quoq; crebro aſſultu, & diro morſu, & acutis vnguibus, & alarum ſtrepitu, & fœdis excrementis, & tabo abominabili mirè diſcruciabant. hoc quoq; malo ad preces Moyſes repentè ſublato cùm Pharæo non ſtaret promiſsis, inductæ tenebræ horribiles per totam Ægyptum, excepto loco vbi habitabant Iſraelitæ, eæque triduo continuatæ: nemo alterū poterat videre, nemo ſe pro metu audebat loco in quo conſtiterat mouere. 9. poſt triduum, reſtituta luce, cum Rex Ægypti, nempè Pharao in obſtinatione perſiſteret ingens clades immiſſa, occiſis per Angelum media nocte vna hora omnibus, & iumentorum primogenitis adeo, vt nulla domus eſſet ſine funere, & luctu.

Eius memoria præcipua cæremonia quotannis ab eo tempore vſq; ad hanc ætatem Iudei celebrant, nempè ſacrificio Agni Paſchalis, & vſu azymorum, & oblatione primogenitorum. accidit ea clades filiorum primogenitorum Ægyptiorum decimaquarta luna menſis primi nocte ſequente.

Tantis calamitatibus fracti Ægyptij tandem Iſraelitis abitum liberum permiſerunt: verum Paulo poſt ducti pænitētia eos ingenti exercitu ſunt perſecuti, vt retraherent in ſeruitutem. quibus inter mare, & montes deprehenſis, cùm nullum eſſet effugium Dominus ſeruare aperuit, latiſsima via in fundo à vicino victore in lictus. Oppoſitum patefacta, quæ immenſo exercitui ad celerem tranſitum ſufficeret. itaq; per ſiccum medij maris alueum tranſeunt in aduerſam ſolitudinem, Ægyptijs prope ſequentibus, qui cùm omnes in eumdem alueum deſcendiſſent, & Iſraelitæ iam euaſiſſent incontinenter, Dominus relaxat manum, & Moyſe aquam eius iuſſu feriente, immenſa illa moles aquarum quæ veluti muris vtrinq; coercita ſublimis ſteterat ſubito cum ingenti fragore concidit, & in cōſuetum præcipitans alueum, magna vi colliſa, Ægyptios omnes vna cum ſuis equis, curribus, armis ita inuoluit, & obruit, vt ne vnus quidem euadere potuerit.

Exempla diuinæ punitionis quod ad perſonas peculiares, primum ſit illud Nabuchodonoſor rex caldeorū, qui cùm ira incenſus tres pueros, qui ſtatuam ab ipſo ereptam adorare recuſabant in ardentem fornacem immitteret *eructauit hac verba quis eſt Deus qui vos eripiat de manu mea?* vt patet ex *Daniel. 3. & 4. qui ſubito à Deo fuit punitus, cum his formalibus verbis. tibi dicitur Nabuchodonoſor rex, regnum tuum tranſibit à te, & ab hominibus eijciens te, & cum beſtijs, & feris erit habitatio tua: fænum quaſi bos comedes, & ſeptem tempora mutabuntur ſuper te, donec ſcias quod dominetur excelſus in Regno hominum, & cuicunq; voluerit det illud.* hac voce completa è veſtigio ille mente captus eſt, & in furorem verſus, vnde ab humano conturbenio expulſus inter feras in ſiluis commorari cæpit, & ferarum more per ſeptennium vixit quo exacto, mens illi reſtituta eſt, & ipſe potentiam diuinam præclarè confeſſus eſt, hoc illa obuenturum Deus mirabili viſo in ſomnis ante annum præmonſtraret, Daniele viſum interpetrante. vt patet ex *Daniel cap. 4.*

Antiochus ob ſuperbiam, & blaſphemiā inuiſibili, & inſanabili plaga à Deo percuſſus eſt, vt patet ex *2. Machcb cap. 9.*

Balthazar Rex Chaldeorum, cùm vaſa ſacra proferri iuſiſſet, & ex illis cum ſuis optimatibus, & concubinis præſtaret, repentè vltionem diuinam ſenſit, nam in medio conuiuij, & commeſſantium lætitia, apparuerunt digiti quaſi manus hominis ſcribentes contra candelabrū in ſuperficie parietis aulæ Regiæ, omnibus intuentibus, & vehementer conſternatis. *Scripta ſunt autem* hęc tria verba. Mane, Thecel Phares: quorum interpetre Daniele, hęc erat ſententia: Mane numerauit Deus regnum tuum, & cōpleuit illud, hoc eſt compleuit annos quibus regnum tuum durare cōſtituit. Thecel, appenſus es in ſtatera, & inuentus eſt minus habens. Phares, diuiſum eſt regnum tuum, & datum eſt medis, & perſis. Daniele, & eadem nocte interfectus

ctus eſt Baltaſſar rex Caldeorum, & filius Nabuchodonoſor, vt patet ex *Daniel. cap.5.& 6.*

EX QVIBVS.

COlligimus ex hoc facto multa. Primò omnibus regnis certam periodũ à diuina prouidentia conſtitutam eſſe, quam expecta commutetur, & ad alios transferantur. Secũdò ſingulorum Regum opera expendi, & inde plerumq; ſtatui de ſpatio regnandi. Tertio Regnorum ortus, interitus, durationes, & tranſlationes à diuina prouidentia diſponi. Quartò conſideratur quod cùm Baltaſſar fecit grande conuiuium optimatibus ſuis mille, & in eadem hora apparuerunt digiti, quaſi manus hominis ſcribentis, & vocatus fuit Daniel, vt explicaret illa verba Mane, Thecel, Phares, promiſit ei, ſi ſcripturam legeret, & interpetrationem eius indicaret, purpureum veſtimẽtum, torquem auream, & quod erit tertius Princeps in Regno ſuo, hoc audito Daniele ſic Reſpondit Daniel Regi Baldaſſar munera tua ſint, & dona domus tuæ alteri da ſcripturam autem legam tibi rex, & interpetrationem eius oſtendam tibi, & non obſtante, quod Daniel malum nuncium dedit Baltaſſar Regi ex interpetratione Scripturæ, quia dixit Regnum ſuum trãslaturum fuiſſe in manus Darij, nihilominus credidit tali interpetrationi, & iubente Rege Baltaſarro indutus eſt Daniel purpera, & circumdata eſt torques aurea collo eius, & prædicatum eſt de eo quod haberet poteſtatem tertius in Regno ſuo; perſeuerauit Daniel in regimine regnãte Dario, ſed perſeuerante in oratione coram Deo contra edictum Darij, nempè, vt vſq; ad 30. dies non fiat petitio coram Deo ſuo, vel homine ſub pena, vt proijciatur in locum leonis. fuit Daniel in locum leonis, proiectus ſed Deus per Angelum concluſit ora leonum.

Cùm Achior potentiam Dei Cœli comẽdaret, diceretq; iudeos ea, tutos fore, ſi Deum piè colerent. indignatus holofernes Princeps militiæ aſsiriorum. Sic Reſpondit: quoniam propheraſti, quod gens Iſrael defendatur à Deo ſuo, oſtẽdam tibi quod non eſt Deus niſi Nabuchodonoſor, cùm omnes quaſi vnum hominem percuſſerim, vt patet ex *Iudit. cap.6.* quæ blaſphemia carè illi ſtetit, nam ipſe manu fœminæ abſciſſo capite perijt, & exercitus in fugam actus, & iudeis conciſus, vt patet ex *Iudith.c. 13.* in quo loco factũ per extenſum diuina Scriptura oſtendit his formalibus verbis. Vt autem ſero factum eſt, feſtinauerunt ſerui illius ad hoſpitia ſua, & concluſit vagno oſtia cubiculi, & abijt, erant autẽ omnes fatigati à vino, eratq; iudith ſola in cubiculo; porrò holofernes incebat in lecto nimia ebreitate ſopitus, dixitq; Iudith puellæ ſuæ, vt ſtaret foris ante cubiculum, & obſeruaret. Stetit Iudith ante lectum, orans cum lacrymis, & labiorum motu in ſilentio. dicens confirma me Domine Deus Iſrael, & reſpice in hac hora ad opera manuum mearum, vt ſicut promiſiſti Ieruſalem Ciuitatem tuam erigas: & hoc quod credens per te poſſe fieri cogitaui perficiam. & cùm hæc dixiſſet acceſsit ad columnam, quæ erat ad caput lectuli eius, & pugionem eius, qui in ea ligatus pendebat euoluit. Cumq; euaginaſſet illum apprehendit Comam capitis eius, & ait: confirma me Domine Deus in hac hora. & percuſsit bis in ceruicem eius, & abſcidit caput eius; & abſtulit conopeum eius à columnis; & euoluit corpus eius truncum, & poſt puſillum, exiuit, & tradidit caput holofernis ancillæ ſuæ, & iuſsit, vt mitteret illud in peram ſuam. & exierunt duæ ſecundum conſuetudinem ſuam, quaſi ad orationem, & tranſierunt caſtra, & girantes Vallem venerunt ad portam Ciuitatis. & dixit Iudith à longè cuſtodibus murorum: aperite portas quoniã nobiſcum eſt Deus, qui fecit virtutem in Iſrael, & factum eſt. Cùm audirent viri vocem eius, vocauerunt præsbyteros, Ciuitatis, & concurrerunt ad eam omnes à minimo vſq; ad maximum: quoniam ſperabant eam iam non eſſe venturam, & accedentes luminaria comigrauerunt circa eã vniuerſi: illa autem aſcendens in eminẽtiorem locum, iuſsit fieri ſilentium. cumq; omnes tacuiſſent dixit Iudith laudate Dominũ Deum noſtrum, qui non deſerit ſperantes in ſe, & in me ancilla ſua adimpleuit miſericordiam ſuam quam promiſit domui Iſrael, & interfecit in manu mea hoſtem populi ſui hac nocte. & proferens de pera caput holofernis oſtẽdit illis dicens: ecce caput holofernis Principis militiæ aſsiriorum, & ec-

ce conopeum illius, in quo recumbebat in ebrietate ſua, vbi per manum fæminæ percuſsit illum Dominus Deus noſter. Viuit autem ipſe Dominus, quoniã cuſtodiuit me Angelus eius, & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc reuertentem, & non permiſit me Dominus ancillam ſuam coinquinari, ſed ſine pollutione peccati reuocauit me vobis gaudentem in victoria ſua in euaſione mea, & liberatione veſtra, &c.

Dixit præterea *Iudit cap.* 14. ſuſpendite caput hoc ſuper muros noſtros. & infra *cap.* 15. Cùm omnis exercitus decollatum holofernem audiſſet fugit mens, & conſilium ab eis, & ſolo tremore, & metu agitati, fugæ præſidium ſumunt. ita vt nullus loqueretur cũ proximo ſuo, ſed inclinato capite, relictis omnibus euadere feſtinabat hebræos quos armatos ſuper ſe venire audiebant, fugiẽtes per viam camporum.

TRACTATVS DE PARTIBVS

POTENTIALIBVS TEMPERANTIAE CONTInentia, manſuetudine, clementia, modeſtia, ac vitijs oppoſitis nec non de virtutibus temperantię annexis.

QVÆRITVR I.

Quid ſit temperantia, quid continentia, & an differat à temperantia.

ANTEQVAM RESPONDEAM,

Sciendum eſt quod continentia dupliciter accipitur. Primò, vt ſignificet virtutem quamdam, qua quis ſeſe ab omni delectatione venerea cohibet; quomodo paſsim accipitur in Scriptura ſacra, & apud ſanctos Patres; nec differt à caſtitate, & hac ratione tres continentiæ gradus à *DD.* ponuntur, virginalis, vidualis, & coniugalis. Secundò, vt ſignificet propoſitum animi quo quis ſe continet in bono rationis contra impulſus concupiſcentiæ quibus ad voluptates tactus, & præſertim venereas impellitur.

HIS POSITIS.

Reſpondetur quod temperantia conſiſtit in firmo propoſito continendi ſe in bono rationis, per quod paſsiones iam ſunt domitæ, & rationi ſubiectæ vnde includit, ſaltem in obliquo, habitum illum appetitus inferioris, quo motus huius appetitus rationi conformantur, continentia verò in hoc diſtinguitur à temperantia, quia licèt conſiſtat in propoſito cohibendi ſe à delectatione, tactus, &c. tamen non includit firmum propoſitum, nec ſupponit continentia, vt paſsiones ſint adomitæ ac rationi ſubiectæ, ſed adhuc continentia pugnat cum paſsionibus, non ſic temperantia, vt ſupra dictum eſt. itaq; continentia abſolutè dicta non diſtinguitur à temperantia, niſi vt imperfectum, & inchoatum à perfecto, & completo. Sicut diſpoſitio diſtinguitur ab habitu, ita *D. Th. in* 4. *& Caiet. art.* 3.

SED DICES

Ergo qui conſecutus fuerit virtutem temperantiæ non amplius patietur motus concupiſcentiæ cùm ſit contra experientiam cùm etiam viri probi, ac ſtudioſi huiuſmodi motus patiantur.

Reſpondetur ſupradicta non intelligenda eſſe quaſi temperans nullos am-

Digitized by Google

amplius concupiſcentiæ motus patiatur, hoc.n.non eſt huius mortalitatis, ſed quod rarius patiatur, & ordinariè non tam vehementes: eſt.n.temperans intrinſecus multo melius compoſitus, quam continens, tùm quia habitus voluntatis eſt firmior, tum quia præter hunc includit habitum appetitus inferioris, per quem compreſsis paſsionibus, appetitus iſte ſubijcitur rationi. Hinc fit, vt ab intrinſeco non poſsint magnæ paſsiones exurgere. hæ tamen interdum excitari poſſunt à cauſa extrinſeca. vt à Dæmone, humores, & ſpiritus commonente, & obiectum delectabile aſsiduè phantaſiæ proponente: quo caſu virtus temperantiæ ſeſe exerit, & munus continentiæ præſtabit, perfectiori modo quàm ipſa.

Vnum aduerto, quod attinet ad continẽtiam ſecũdum quid verſatur circa alias paſsiones. hæc eodem modo ſe habet ad virtutes illarum paſsionum moderatrices, ſicut ſe habet continentia ſimpliciter ad dictam temperantiam. itaq; continentia irę nihil aliud eſt quàm inchoatio manſuetudinis: continentia cupiditatis honorum, vel opum nihil aliud eſt quam inchoatio magnaminitatis, magnificentiæ, & liberalitatis, vt apertè colligitur ex *D Th. & Caiet. cit. à Leſſio in tract. de virtutibus cap. 4. dub. 1. num 6.*

Eadem.n. virtutes, quæ vbi completæ fuerint appetitum inferiorem rationi ſubiectum, & paſsiones compreſſas tenent, iam primum inchoatæ, & quaſi in cunabolis conſtitutæ paſsionibus non dum edomitis reſiſtunt, & voluntatem in bono rationis aduerſus illam continent, idq; eiuſdem honeſti amore.

SED PETES I.

Vbi eſt ſedes temperantiæ, ideſt in qua potentia animæ.

RESpondetur multos Theologos docere, teſte *Leſſio loc. cit.* ſedem ſuam eſſe in voluntate ſicut virtutem fortitudinis, de qua infra, & has virtutes nõ pertinere ad appetitum inferiorem, niſi per quamdam extenſionem, & veluti ramum ſui.

PETES II.

An continentia dicatur virtus.

RESpondetur negatiuè ex *Ariſt. 4. ethi. & hic cap. vltimo* vbi dicit, continẽtiam non eſſe virtutem, ſed quiddam virtutis habere admixtum. nimirum quia voluntatem quidem rationi conformat, ſed appetitum inferiorem contra quem pugnat, rationi non ſubijcit & ità à perfectione virtutis moralis deficit. itaq; continentia non eſt aliud niſi quędam diſpoſitio animi ad opus rectæ rationi conſonum, ſeu principium laudabilium operum.

PETES III.

An cæteris paribus plus peccet qui eſt continens quam qui eſt temperatus.

RESpondetur cæteris paribus minus peccare continentem, quàm temperatum, quia temperans non peccat ex paſsione, ſed ſpõtanea electione, & propriæ voluntatis malitia; continens verò ex impulſu paſsionis, tamquam ab intrinſeco contra ſuam voluntatem incitatus. præterea temperans habet intellectum prauè diſpoſitum, quoad iudicium obiecti. non.n. reputat illud inhoneſtum. vel certè parui æſtimat tamquã exiguum malum, & voluntatem prauè diſpoſitam habitu vitioſo, & appetitũ inferiorem ſimiliter: deniq; temperans multo difficilius emendatur, quam cõtinens, propter peruerſitatem iudicij.

Dixi cæteris paribus; nam ſi continens non eſt ita vehementer motus ab obiecto extrinſeco, ſicut temperans, puto tunc plus peccare continentem, quàm temperatum.

PETES III.

An incontinentia concupiſcentiæ plus habeat probri, & dedecoris, quam incontinentia iræ.

RESpondetur affirmatiuè, nempè incontinentiam concupiſcentiæ plus habere probri, & dedecoris, quàm incontinentiam iræ. turpius.n eſt à voluptatibus, quam ab ira ſuperari; idq; propter quatuor rationes, quas profert *Ariſtoteles lib. 7. ethic. cap. 6.* Prima eſt, quia

Digitized by Google

ſtra. & Matth.5. dicitur Beati mites quoniam ipſi poſſidebunt terram. Eccleſiaſtic. 3. dicitur fili in manſuetudine opera tua perfice, & ſuper gloriam hominis diligeris.

Tertiò reddit vitam in hoc mundo tranquillam, & paratam, vt ait *Dauid pſal. 36. manſueti autem hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis.*

Omnes penè mortalium turbæ, diſſentiones, & bella ex ira procedunt, quam manſuetudo præcidit.

Quartò reddit animam ſerenam, & idoneam percipiendæ veritati, quam ira maximè perturbat, & impedit. vnde dicitur *Iacob. 1. in manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum quod poteſt ſaluare animas veſtras.*

Manſuetudo n. facit, vt homo non contradicat doctrinæ veritatis. vnde *D. Th. cit. à Leſſ. lib. 4. cap. 4 in tract. de vi ijs dub. 3. num. 22.* idipſum confirmat experientia: nihil n. adeo impedit hæreticos quo minus conuertantur ad fidem, quã iracundia in Eccleſiam Romanam qua fit vt tranquillo animo eius doctrinam audire, vel expendere nequeant.

SED PETES I.

Quid ſit ira.

Reſpondetur ex *Leſſ. loc. cit. dub. 4.* quod ira nihil aliud eſt quàm appetitio vindictæ.

PETES II.

An ira ſit bona, an mala.

Reſpondetur ex *Leſſ. loc. cit.* iram per ſe non eſſe bonam, nec malam, ſed eſſe quid indifferens, quo benè, & malè vti poſſumus; ſicut, & reliquæ paſsiones. Malam non eſſe ex eo conſtat quia naturæ eſt apprimè vtilis ad ardua facta, & ad ſui conſeruationem. Sicut. n. paſsio amoris data eſt homini ad boni proſecutionem: ita paſsio iræ ad repulſionem malorum, & nocentium, ne in ea re natura ſit torpida, & languida.

Duo vitia opponuntur iræ, vel potius iracundiæ, quæ actum, & habitum vitioſũ iraſcendi deſignat, per exceſſum, & lenitudo per defectum.

Erit peccatum, ſi modum à ratione præſcriptum non ſeruet, & tunc dicetur propriè iracundia. dupliciter autem fieri poteſt, vt ira præſcriptum rationis non ſeruet. ex parte obiecti, ſi iniuſtam vindictam appetas, vt ob cauſam non legitimam, vel maiorem quam oportet, vel abſq; publica auctoritate exequendam. & hoc modo ex genere ſuo eſt peccatum mortale. poteſt verò eſſe peccatum veniale ex parte obiecti, ſeu materiæ eſt cùm quis modicam vindictam appetit. ita *D. Thom. & Leſſ. loc. cit. & Caiet.*

Præterea poteſt præſcriptum rationis non ſeruari ex parte ipſius motus; vt ſi nimium interius ira exardeſcas, vel exterius eam per ſigna nimium patefacias. hoc modo non eſt quidem ex genere ſuo mortale. poteſt aliquando eſſe mortale ratione ſcandali, vt interdum accidere poteſt in Prælatis, vel ijs qui in infidelibus conuertendis occupantur.

Aliud vitium per defectum quod eſt vitioſum iræ, eſt lentitudo, vel ſtupor. dicitur vitioſum, quatenus eſt cauſa, vt quis defectu iræ, & animoſitatis prætermittat aliquod officium iuſtitiæ, vel charitatis ad quod erat obſtrictus, vt monere, corripere, caſtigare, retundere contumaces, occurrere malis, &c. in quibus etiam Dominus interdum ira vſus legitur, vt *Matth. 3. circumſpiciens eos cum ira.*

QVÆRITVR III.

Quid ſit clementia, & crudelitas.

Reſpondetur 1. ex *Seneca lib. 2. de clementia cap. 3.* clementiam eſſe temperantiam animi in poteſtate vlciſcendi. & infra idem *Seneca*, ait, quod clementia eſt moderatio, aliquid ex merita, & debita pœna remittens, hæc eſt propria virtus Superiorum, & maximè principum

Differt clementia, ac diſtinguitur à manſuetudine, quia clementia verſatur circa moderationem vindictæ exterioris quantum iuſtitiæ ratio patitur. manſuetudo verò verſatur circa moderationẽ iræ, ita vt ſit conformis cum recta ratione.

Reſpondetur ſecundò quod crudelitas nihil aliud eſt quam atrocitas animi exigendi in pœnis, ſicut. n. clementia minuit pœnam quantum ratio permittit. ita crudelitas illam ſupra iuſtum modum exuggerat: idq; ex animi quadam aſperitate malo alterius minimè compatientis. ita *Leſſius lib. 4. cap. 4. dub.*

Digitized by Google

menſuram eae; eſt .n. ſuperbia ait *Leſſius loc cit.dub.8* inordinatus amor propriç excellentię, vel ſecundum *Auguſt. lib.14 de Ciuit.c.7* eſt appetitus peruerſę celſitudinis, ideſt peruerſo modo cõtra rectam rationem.

Primus actus ſuperbię eſt extimatio ſui Secundò, vt ęſtimet ſe dignum, & idoneum rebus magnis, ſuamq; menſuram excedentibus.

Tertiò, vt inordinatè appetat dignitates, & alia quę excellentiam pertinent tãquam ſibi congruentia.

Quartò vt ab alijs quoq; velit magnificari, honorari. & laudari.

Quintò ſi id videat id ſe non obtinere, indignatur, iraſcitur, & dolet.

Sextò conferendo ſe alijs, cenſet ſe meliorem doctiorem, potentiorem, &c.

Vnde, & alios contemnit, & quæ ab alijs fiunt paruipendit. ad ſuos.n. defectus clauſos habet oculos, & ad ſuas perfectiones apertos.

Septimò recuſat ſe ſubijcere ſuperioribus quaſi id ipſo ſit indignum: perſuadens ſibi, ſe illis eſſe prudentiorem, & melius ſe ipſum gubernaturum.

Octauò recuſat etiam ſe Deo ſubijcere, apprehendens illud tamquam ſit contra ſuam dignitatem, &c. volens ſuo arbitratu viuere quaſi Deo opus non habeat.

Reſpondetur ſecundò peccatum ſuperbię ex genere ſuo eſſe peccatum mortale, & eſſe grauiſsimum peccatorum ita *D. Th.* quem citat, & ſequitur *Leſſ. loc. cit. dubit.9.num.63* ſed hoc intelligitur, ait *Leſſ.* de ſuperbia in gradu completo, quæ omnem humilitatem, & ſubiectionem excludit; vt cum quis tantum ſeſe effert vt nolit etiam Deo. & legi diuinę eſſe ſubiectus, qualis eſt in Diabolo, & in hominibus quibuſdam peſsimis. dicitur grauiſsimum peccatorum non quod inter omnes peccatorum ſpecies ſit grauiſsimum, cùm odium Dei ſit grauius: ſed quia ad genus grauiſsimorum pertinet. Si verò loquamur de ſuperbia incompleta, hæc non eſt ſemper peccatum mortale, niſi quatenus nobis eſt cauſa alicuius peccati mortalis v.g. violandi alicuius alterius præcepti diuini, vel ſubtraendi ſe ab obedientia Eccleſiæ, aut alterius ſuperioris, vel in integrum, vel ex parte, quoad aliquod præceptum obligans ſub mortali: vel ſi fiat cum notabili iniuria, aut contẽptu proximi. extra hos caſus ſuperbia eſt ſolũ peccatum veniale ita *Nauarr. c.23. nu. 6 Tolet.c.4. Caiet. verb.ſuperbia,* & alij apud *Leſſium loc.cit. lib.4. cap 4. dub.9. num.68.*

HINC

PRimò notandum eſt ſuperbiam eſſe primum mundi peccatum. vt dicitur *Eccleſiaſt. 10. initium omnis peccati ſuperbia eſt.*

Secundò notandum eſt ſuperbiam à *D. D Geron.lib.31. moralium cap.31.* non annumerari alijs vitijs capitalibus, ſed poni Reginam, & matrem omnium vitiorum, propter vniuerſalem eius influentiam, quam habet in omnia vitia, quia interpetratiuè in omni vitio includitur.

Reſpondetur tertiò gradus humilitatis eſſe ſeptem aſsignatos à *D. Anſelmo libi de ſimilitud.cap.99* primus eſt cognitio ſui; nimirum quoad peccata, & defectus culpabiles. Secundus eſt dolor de ſuis peccatis & imperfectionibus. Tertius eſt confeſsio peccatorum, nempè non ſolum in Sacramento, ſed etiam cùm rogatur à ſuperiore, & alijs quando ratio dictat. Quartus, vt non ſolum fateamur nos peccaſſe, ſed vt etiam velimus id ab alijs credi. Quintus eſt, vt patienter feramus hoc de nobis dici. Sextus patienter ferre ſe pro ſua culpa contemptim tractari, vel puniri. Septimus eſt deſiderare culpam in nobis vẽdicari, & de eo gaudere.

D. Bernardus trac.3. de gradibus humilitatis conſtituit duodecim gradus ſuperbiæ, prædictis gradibus humilitatis oppoſitos. Prima eſt curioſitas, quæ conſiſtit in hoc, quod quis huc illuc vago aſpectu circumſpiciat cupidus omnia videndi & audiendi. Secunda leuitas animi, & in eo conſiſtit quod quis ſit faci-lis ad iudicandum de aliorum factis, & ad ſuam ſententiam de illis proferendam. Tertia inepta letitia, quæ naſcitur ex proſperis ſucceſsibus, & ex eo quod homo non conſiderat ſua mala, ſed ſolum bona, læta, & ſuæ vanitati conſentanea. Quarta eſt iactantia, quæ conſiſtit in eo quando quis libenter loquitur de ijs rebus quæ aliquam admirationem, vel commendationem habere videntur. Quinta eſt ſingularitas cum quis ſcilicet agit aliqua vltra communia, vt præ cæteris æſtimetur, vt ſi in ſermone vtaris verbis peregrinis & ob-

ſcuris

Digitized by Google

curis, in diſputatione nouas ſecteris opiniones; in tractatione cum alijs de rebus agendis diſcrepes à communi iudicio aliorum, vt alijs doctior, ſubtilior ac prudentior videaris. vt ait *D. Anton. par. 2. tit. 3. c. 3. §* 88. ſexta eſt arrogantia, qua quis ſibi plura tribuens, quam habet, alijs ſe præſtantiorem æſtimat ſcientia, virtute, nobilitate, aliaue re, quæ inter homines ſit in pretio.

Septima eſt præſumptio, qua quis omnia ſe parem æſtimat, & multa ſupra vires audet, alijs ſe præcellere putat, in conſilijs primus reſpondet, non vocatus accedit non miſſus ſe intromittit, &c.

Octaua eſt defenſio peccatorum, medijs friolis excuſationibus.

Nona eſt ſimulata confeſsio, nempè cum quis manifeſtus peccati, vel conuictus, & videns excuſationi non eſſe locum, fatetur delictum, & etiam fortaſsè exagerat, præſeferens magna ſigna doloris, & emendationis, vt hac ratione exiſtimetur humilis, & verè pænitens.

Decima eſt rebellio, ideſt nolle ſuperioribus obedire.

Vndecima eſt libertas peccandi.

Duodecima eſt conſuetudo peccandi.

QVÆRITVR VII.

Quid ſit ſtudioſitas.

Reſpondetur ex *D. Th. q. 166. & 167.* quod ſtudioſitas eſt virtus, quę affectum, & ſtudium cognoſcendi iuxtà rectę rationis normam temperat.

Studioſitati verò duo vitia opponuntur, curioſitas, & negligentia, illa per exceſſum, hęc per defectum, dicitur quis curioſus cùm quis ſuperfluam diligentiã adhibet, vt aliquid ſciat quod nihil ad ipſum ſcire attinet, vel quod captum ipſius ſuperat. curioſitas verò per ſe ſolum non eſt niſi peccatum veniale, ait *Leſſius lib. 4. c. 4 dub. 11. num.* 83. eſſet verò mortale ratione prohibitionis, vt ſi quis legeret res prohibitas, vel ad illas ſciendas vteretur ope Dęmonis.

Negligentia ſtudiorum nihil aliud eſt quàm voluntaria omiſsio diſcendi illius quod diſcere, vel ſcire tenetur; vt ſi quis negligat diſcere articulos fidei, & alia ad ſalutem neceſſaria, vel ſi Medicus, Aduocatus, Parochus, Epiſcopus negligant ea ediſcere quę ſuum cuiuſq; officium attingunt.

Eſt autem hęc negligentia per ſe, quatenus procedit ex tedio laboris, & defectu amoris ad cognitionem ſibi congruentem peccatum veniale, ſępè tamen poteſt eſſe mortale ratione materię, nimirum ſi ſub peccato mortali ad eam diſcendam, iure diuino, vel humano erat obſtrictus. quod ſi ſolum ſub veniali tenebatur, erit veniale. ita *Leſſ. loc. cit. num.* 85.

QVÆRITVR VIII.

Quid ſit modeſtia in motibus externis.

Reſpondetur ex *Leſſ. loc. cit. dub. 12. nu. 86.* quòd modeſtia eſt virtus decorum in externis motibus, & geſtibus ſeruans. materia huius virtutis eſt motus corporis, & geſtus exterior ſenſibus obuius, vt inceſſus, ſtatio, ſeſsio, motus capitis, contractio, & explanatio vultus: membrorum iactatio, vox, riſus aſpectus.

Forma verò quam huic materię modeſtia imprimit, eſt congruentia ad perſonã ſpectatam, tùm abſolutè, tùm in ordine ad eos cum quibus, vel coram quibus agitur, & ad locum, tempus, & negotia de quibus agitur.

Contra hanc virtutem peccatur per exceſſum, & per defectum. Per exceſſum, cum plus agitur, quàm pręſcriptum rationis habeat. Primò ſi externi motus, vel geſtus communem modum excedant hoc vocatur uulgo petulantia, uel inſolentia. Secundò ſi alienum modum tibi non congruenter aſſumas; ut ſi Religioſus utatur moribus aulicis. Tertiò ſi ficto animo modum aliquem aſſumas; quod eſt hypocriſis. cęterum non eſt peccatum mortale niſi ratione praui finis, uel ſcandali, uel alterius grauis nocumenti.

Per defectum deniq; peccatur contra hanc uirtutem, morum ruditate, & ruſticitate. hęc per ſe non eſt peccatum, niſi ueniale: per accidens tamen poteſt eſſe mortale u. g. ob ſcandalum, uel offenſionem, cùm alij putant ſe tali ratione contemni.

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆRITVR IX.

Quid ſit Eutrapelia.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

PRimò ſciendum eſt materiam virtutis Eutrapeliæ eſſe actiones ludicras, ſiuè in factis, ſiuè in dictis ſitas. ſunt.n. actiones indifferentes, ac proindè capaces ordinis recti, vel praui à ratione imponendi, in quo ratio virtutis, & vitij conſiſtit.

Secundò ſciendum eſt quod ſicut corpus fatigatur corporali labore propter cõſumptionem ſpirituum, & membrorum exiccationem: ita anima in rebus ſerijs intenta fatigatur labore ſpiritali cogitando.n. attentè conſumuntur ſpiritus animales, quibus ipſa vtitur ad functiones non quidem ipſius intellectus per ſe, ſed phantaſiæ à quibus omnis functio intellectus dependet ipſum quoq; cerebrum incaleſcit, & exiccatur, vnde ſicut corpus eget quiete ad refectionẽ ſpirituum, & virium inſtaurationem: ita etiam anima ſua quiete opus habet: quies autem animæ propria eſt ludus, & iocus, quia in his non laborat, cùm magnam attentionem non requirant, & voluptate quadam ſenſus internos afficiant: & interea dum animus ita recreatur, natura nouos ſpiritus ſuppeditat, & organa ad temperiem priorem reducit. Vnde ſequitur eos qui grauibus ſtudijs, & rebus ſpiritualibus multum intendunt, hoc ſolatio ſubindè vti poſſunt. vt docet *Caſſianus collatione 24. cap. 20. & 26 & indicat D. Auguſt. lib 2. de muſica in fine cum ait. Volo tandem, vt ſibi parcas; ſapientem namque interdum remittere aciem rebus agendis intentam, decet.*

HIS POSITIS.

REſpondetur quod Eutrapelia eſt virtus, quæ ludis & iocis rationis modum imponit. Forma quam hæc virtus ludo inſerit eſt congruentia ad perſonam ludentem tùm in ſe ſpectatam, nimirum, vt eius dignitati non repugnet, tum in ordine ad alios, & ad locum tempus, ac negotium præſens.

Porrò tria hic ſunt maximè cauenda. Primò vt abſit omnis iniuria, & obſcenitas. Secundò ne nimium in ludicra ſimus profuſi Tertiò ne iſta adhibeantur in rebus ſacris v.g. in cõcionibus, neq; per ſacra exerceantur. & ſanè graue peccatum eſt in ſacris concionibus iocos adhibere. Similiter graue peccatũ eſt verbis ſacris ad iocos, & facetias vti.

Contra hanc virtutem peccatur per exceſſum, & per defectum. exceſſus eſt, cũ quis amplius in ſuis ſibi indulget, quã ratio recta permittit. & poteſt eſſe peccatum mortale, vel veniale ratione grauitatis, vel paruitatis materiæ.

Peccatur tandem per defectum contra hanc virtutem Eutrapeliæ. Primò quãdo quis eget hac animi remiſsione, & eam præ auſteritate animi non vult admittere. Secundò quando alijs ſua auſteritate moleſtum ſe exhibet honeſtos eorum ludos, & iocos non admittere; vt ait *Leſſ. loc. cit. dub 13. num. 99.* hoc tamen vitium minus peccatum eſt, quam exceſſus.

QVÆRITVR X.

Quid ſit modeſtia circa ornatum corporis, & alias res externas.

REſpondetur ex *Leſſ. dub.* 14. quod modeſtia eſt cultus, quæ in rerum externarum apparatu rationis moderationem adhibet.

Materia huius virtutis eſt remota quidẽ externus apparatus conſiſtens maximè in cultu, ornatuq; corporis, domus ſupellectilis, & conuiuiorum: proxima verò ſunt noſtræ actiones, quibus iſta procuramus, & vtimur. Forma verò quam huic materiæ imprimit, eſt congruentia ad perſonam, ad receptam conſuetudinem ad tempus, locum negotium præſens, &c.

Peccatur contra hanc virtutem per exceſſum, & defectum.

Per exceſſum dupliciter. Primò ratione ipſius cultus, nimirum quando per ſe talis eſt, vt non congruat receptæ conſuetudini proborum in tali loco. Quo pertinet omnis inſolentia apparatus in conuiuijs, in veſtibus, & ſimilibus à peregrinis gentibus mutuata, & à conſuetudine patriæ aborrens: & quidquid in loco vbi viuit, cenſetur ſupra conditionem ſtatus. Secundò ratione affectus ipſius hominis qui iſtis rebus ambitioſè vel luxurioſè vtitur.

Per defectum quoq; dupliciter peccatur. Primò ex parte agentis ratione negli-

gentiæ cum quis præter decorum, in cultu corporis, & rerum ſuarum eſt negligentior. Secundò ex parte finis, vt ſi ex vilitate cultus quæratur vana gloria, quod ad hypocraſim pertinet. vt ait *D. Auguſtin. lib. 2. de ſermone Domini in monte cap. 19.*

QVÆRITVR XI.

Quid ſit prudentia.

RESpondetur non eſſe aliud niſi ſcientiam practicam aliquorum mediorum efficacium propter conſecutionē finis ab operante intenti; vt colligitur ex *D.D.* teſte *Leſſio de iuſtitia, & iure lib. 1. cap. 1. dub. 1. 2. & 3. & 4.*

Hæc verò deſcriptio prudentiæ continet in ſe obiectum malum, ideſt rem peccaminoſam, & obiectum bonum, ideſt virtutem moralem naturalem, vel ſtudioſam, ac ſupernaturalem. nam dū quis vult occidere ſuum inimicum, & elicit media proportionata ad conſecutionem huius finis, dicitur prudens, quia vtitur medijs proportionatis ad occiſionem ſui inimici, idem dicitur in alijs actibus peccaminoſis. quæ prudentia licèt ſit peccaminoſa; tamen aſſequitur ſuum finem.

Prudentia quæ eſt virtus, verſatur circa honeſtum, vnde dicitur quis habere prudentiam quando vtitur medijs idoneis ad acquiſitionem virtutis, & ad cōſecutionem boni operis ab operante intenti ac proinde à *D. Baſilio homilia homilia 12. prudentia* ſic deſcribitur prudentia vera eſt eorum quæ agenda, & non agenda ſunt cognitio.

Hic colligitur quod functiones prudentiæ eſſe, benè conſultare benè iudicare, & benè præcipere executionem. benè conſultare, ideſt inquirendo, quæ media, & quæ circumſtantiæ ſint neceſſariæ, vt opus fiat honeſtè, & ſecundum virtutem. operari. n. ſecundum virtutē eſt finis prudentiæ, vt virtus eſt. Secus quando quis vtitur prudentia propter conſecutionem finis peccatum continentis.

Benè iudicare poſt conſultationem. hoc autem fit quando poſt diligentem inquiſitionem, & conſiderationem rei concluditur quid, quoque modo, loco, tempore, quibuſq; alijs circumſtantijs ſit agendum, vt opus ſecundum virtutem fiat.

Dicitur deniq; benè præcipere executionem non propriè, nemo. n. ſibi propriè imperat dum aliquid facit: ſed dicitur imperare, quia prudentiæ eſt præſcribere quid, & quomodo agendum, & mouere voluntatem ad conſenſum, & ad opus.

Præcipuus. n. effectus, atq; finis prudentiæ eſt, vt opus fiat, vt ait *Ariſtot. cap. 10.* diſtinguens prudentiam à ſyneſi, ideſt perſpicacia. perſpicacia. n. ſolum eſt iudicare, ſed prudentia non ſiſtit in iudicando, ſed mouet voluntatem, vt opus fiat. Vnde quantumuis aliquis rectè iudicet, ſi tamen non ita iudicat in particulari, vt reipſa voluntatem moueat opuſue faciat, non dicitur prudens, ſed imprudens, & imprudenter agere.

Dicitur benè præcipere, non cogendo voluntatem, ſed diſponēdo illam ad opus efficiendum in ſingulis actionibus, oſtendendo ſcilicet cum quibus circumſtantijs debeat operari, vt honeſtè operetur.

SED PETES I.

An prudentia præcipiat virtuti morali.

REſpondetur quod prudentia per ſe mouet virtutem moralem, non quidem ad affectum honeſti in genere, ad hoc. n. mouet ſynderis; ſed ad affectum honeſti in ſingulis actionibus oſtendēdo cum quibus circumſtantijs debet operari, vt honeſtè operetur. ita colligitur ex *D. Th. & Caietan. citatū Leſſ. lib. 2. c. 1. dubit. 3. nu. 27.*

VNDE

COlligit idem *Leſſius*, virtutes morales etiam quodammodo præcipere, ſeu imperare prudentiæ: ſed aliter quā prudentia præcipit ipſis, prudentia. n. præcipit virtutibus moralibus oſtendendo, & præſcribendo quomodo, & in quid ferri debeant & ita mouet ex parte obiecti ad ſpeciem actus. Virtus moralis præcipit prudentiæ volendo, vt prudentia, hoc, vel illud conſideret, & ita applicat ex parte ſubiecti ad exercitium actus. Sed potius prudentia dicitur præcipere virtutibus moralibus, quam virtutes prudentiæ præcipere, quia omnis motio incipit à prudentia, non. n. voluntas poteſt moueri, niſi ante mota per intellectum.

Præ-

Digitized by Google

Præterea motio prudentiæ eſt ſublimior, quia mouet per modum finis, & ſpecificantis actum voluntatis: voluntas verò ſolum mouet per modum applicantis extrinſecus: vnde eius motio ſæpè non eſt neceſſaria.

PETES II.

An prudentia aliquo modo pendeat à virtutibus moralibus, & quomodo.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

SCiẽdum eſt virtutes morales completas ſupponere prudentiam completã tamquam magiſtram, & directricem, quæ in ſingulis functionibus oſtendat quid, & quomodo agendum. inchoatas virtutes morales, nempè vt ſolum ſunt affectus honeſti in genere, v.g. temperatè viuendi, cuiq; quod ſuum eſt redden di ſupponere prudentiam inchoatam per ſynderiſim, quæ eſt remediũ quoddam inchoatio, & principium prudentiæ: ſicut affectus ille honeſti eſt inchoatio virtutis moralis.

HIS POSITIS.

REſpondetur potius virtutes morales pendere à prudentia, quàm pruden tiam pendere à virtutibus moralibus, non vt ſupra dictum eſt, virtutes morales completæ ſupponunt prudentiam completam tamquam magiſtram, & directricem. prudentia verò ſecundum ſuum complementum quod habet, vt ſe extendit ad actiones ſingulas ſupponit virtutem moralem, ſaltem inchoatam, & ſic pendet quodammodo prudentia à virtute morali. ita colligitur ex *Ariſtotele 6. ethic. c. 3. & 13.* quia prudentiæ eſt, id quod in ſingulis actionibus eſt, honeſtum apprehendere, ſeu iudicare tamquam hic, & nunc conueniens: ſed virtus moralis in voluntate exiſtens, facit, vt id quod eſt honeſtum videatur intellectui hic, & nunc accep tandum.

PETES III.

Prudentia in quas ſpecies diuiditur.

REſpõdetur ex *D. Th. cum Leſſio lib. 1. c. 2. dub. 1. num. 2.* prudentiam diuidi in naturalem, & ſupernaturalem ſiuè in acquiſitam, & infuſam, naturalem voto, quæ non excedit limites rationis naturalis, & pendet ex ſynderiſi, quæ eſt notitia principiorum practicorum, vt Decalogi, & ſimilium, & ex virtutibus moralibus ſui ordinis comparaturq; vſu, & naſcitur ex actibus. prudentia uerò ſupernaturalis eſt quæ limites naturæ excedit, pendet ex fide, & ex uirtutibus moralibus ſui ordinis ſupernaturalis.

Præterea prudentia diuiditur in perſonalem, ſeu ſolitarium, & in gubernatricẽ. quæ diuiditur in quatuor ſpecies, Economicam, Ciuilem, legiſlatricem, & militarem; ſolitaria prudentia, ſeu perſonalis eſt, qua quis in ſingulis actionibus ſpectat, quid agere deceat, propriũ intendens bonum.

Economica qua quis rectè gubernat familiam, eius bonum ſolum ſpectat. Ciuilis, ſeu politica, qua quis rectè adminiſtrat Ciuitatem, legeſq; ſeruari curat.

Legiſlatrix qua quis idoneas leges cõdit.

Militaris, qua militia ritè adminiſtratur.

Aduertit *Leſſius ex Ariſtot. ab ipſo cit.* quod ſola prudentia perſonalis dicitur abſolutè prudentia, quia ipſa facit hominẽ abſolutè prudentem, prudentia.n. per ſe primò curat bonum ſuum, ideſt ſui ſubiecti, cæteræ uerò prudentiæ ſpecies non uocantur abſolutè nomine prudẽtię, ſed ſecundum quid, ſeu cum adiuncto, ut prudentia Economica, uel ciuilis, &c. quia non ſpectant bonum ſuum, ſed alienum.

Verum quoddamodo prudentia perſonalis poteſt etiam ſe extendere ad alias ſpecies prudentię, nempè Economicę ciuilis, &c. ſed ſub alia ratione. quidquid.n. iubet Paterfamilias per prudẽtiam Economicam ſpectans bonum familię poteſt iubere per prudentiã perſonalem ſpectando bonum honeſtum ſuę actionis, nempè, ut officio ſuo ſatisfaciat. idem dicendum de ciuili, militari, & legiſlatrice.

Docet preterea *Leſſius* probabiliter *loc. cit.* quod prudentia perſonalis habet tot partes diſtinctas ſpecie, quot ſunt ſpecies uirtutum. Non.n. qui prudens eſt in functionibus iuſtitię, ſtatim eſt prudens in functionibus temperantię, &c. quamuis, ut abſolutè dicatur prudens, debeat in omni materia uirtutis paſſim occurrente prudens eſſe. idem dicendum de prudentia Ciuili, Econo-

Digitized by Google

mica, &c. uaria.n. ſunt genera militię, & gubernationis Ciuilis, & domeſticæ ratione variarum circumſtantiarum, tum loci, tum perſonarum, tum finium adiunctorum.

PETES IV.

Quænam ſint partes integrantes prudentiæ.

RESpondetur eſſe octo partes integrãtes prudentiæ, vt docet *D Th.* quem citat, & ſequitur *Leſſius loc. cit. dub.* 2. nempè memoriam, intelligentiam, rationem, docilitatem, ſolertiam, prouidentiam, rationem, circumſpectionem, & cautionem.

Memoriam voco recordationem eorum quæ legimus, audiuimus, vidimus, aut aliter experti ſumus. ex his.n. ſæpè numero facilè colligimus quid in præſenti negotio expediat. plurimum.n. valent tum exempla aliorum, tum experientia ipſa ad prudentiam.

Intelligentiam voco notitiam præſentium. vt.n prudenter iudices, neceſſe eſt præſentem ſtatum rei tibi eſſe probè perſpectum. prouidentiam voco conſiderationem futurorum euentuum qui poſſent ſequi ex opere.

Rationem voco, promptitudinem quamdam ratiocinandi.

Docilitatem voco affectum, & promptitudinem ad diſcendum.

Solertiam voco acumen ingenij ſcilicè ſtatim, ac breuiſsimo tempore inueniẽdi medium ad probandum, vel improbandum aliquid, vt colligitur ex *Ariſt. l.* 2. *prior.*

Circumſpectionem voco circumſtantiarum conſiderationem, ne qua deſit in opere.

Cautionem voco curam, vt vitentur incõmoda, quibus res eſt expoſita v.g. ne proximus offendatur, ne incidas in aduerſam valetudinem, &c.

Notandum eſt, non omnes hos actus à diuerſis habitibus proficiſci. Cautio.n. circumſpectio, prouidentia, & intelligentia ſunt actus prudentiæ: quia intrinſecè includuntur in prudenti iudicio, & executione. Memoria, ratio, ſolertia, & docilitas tantum requiruntur ad acquirendam prudentiam, vel ad acquiſitæ perfectionem vſum.

PETES V.

Quæ ſint partes potentiales prudentiæ?

REſpondetur ex *D.Th.* quem citat, & ſequitur *Leſsius loc. cit. dub.* 3. tres partes potentiales eſſe prudentiæ, ſcilicet Eubuliam, ſyneſin, & Gnomen. Per Eubuliam intelligit *D. Th.* habitum quemdam, qui præbet facultatem rectè conſultandi, ideſt inueniendi bonum conſilium in rebus ambiguis, & perplexis. Per ſyneſim habitum rectè iudicandi de conſultatis, idq; ex conſideratione communium principiorum practicorum, ſcilicet legum naturalium, & poſitiuarum, & finium illarum, quos fines legiſlator ſpectauit. Per Gnomea intelligit *D Th.* habitum rectè iudicandi ex principijs quibuſdam altioribus contra tenorem verborum legis, iuxta tamen mentem legiſlatoris.

Vocantur hæ partes potentiales prudentiæ, quia prudentia his vtitur ad ſuum finem, vt anima vtitur ſuis potentijs ad ſuum finem.

PETES VI.

Quot, & quibus modis peccetur contra prudentiam.

REſpondetur quod dupliciter peccari poteſt contra prudentiam per defectum, & per exceſſum, vt rectè docet *Leſſius* cum *D.Th. loc. cit. dub.* 4.

Per defectum quatruplicitet peccatur contra prudentiam, ideſt præcipitatione, inconſideratione inconſtantia, & negligentia. prima.n. regula prudentiæ eſt, vt priuſquam opus aggrediaris, vel iudicium feras, deliberes de medijs, de modo, & ordine exequendi, de cauendis impedimentis, &c. contra hanc regulam eſt, præcipitatio, quæ propoſito aliquo fine ſtatim opus aggreditur, vel certè iudicat de medijs, vt modo exequendi, omiſſa deliberatione. Secunda eſt, vt rem de qua iudicãdum eſt, eiuſq; circumſtantias, diligenter inſpicias: contra hanc eſt inconſideratio, quæ iudicat omiſſa diligenti inſpectione.

Tertia eſt, vt rebus deliberatis, & rectè iudicatis inhærens, neq; te ſinas ob leues ratiunculas diuelli, contra hanc eſt inconſtantia, qua ſine vlla, vel certè ſine iuſta cauſa mutans ſententiam. Quarta eſt,

eſt, vt rem deliberatam, & iudicatam opportuno tempore mandes executioni, contra hanc eſt negligentia.

Per exceſſum peccatur contra prudentiã ſex modis iuxta *D.Th. cit. à Leſſio loc. cit. dub. 8. num. 21.* ſcilicet prudentia carnis, aſtutia, dolo, fraude, ſollicitudine temporalium, & ſollicitudine futurorum.

Prudentia carnis excogitat idonea media ad opera carnis complenda. aſtutia generatim, eſt ratio aliquid agendi modo occulto, dicuntur.n. aſtuti in contractibus, & negotijs, qui norunt modos agẽdi non paſsim obuios, quibus, vel alios decipiunt, vel cauent, ne decipiantur, ſed magis ſpeciatim aſtutia accipitur pro notitia prauorum mediorum ad fallendum idoneorum, cum affectu exequendi coniuncta.

Dolus eſt aſtutiæ executio ſiuè verbis, ſiuè factis.

Fraus eſt executio aſtutiæ per facta, vt cũ menſura eſt minor iuſto: cum moneta eſt adulterina, &c.

Sollicitudo temporalium eſt nimia mentis occupatio in illis conquirendis, vel conſeruandis, proueniens ex inordinato habendi amore, vel amittendi timore.

Sollicitudo futurorum eſt nimia animi occupatio circa futura, maximè, vt vitæ neceſſaria habeantur coniuncta cum anxietate, & parua fiducia diuinæ prouidentiæ. Vnde *Matth. 6. ait ſic. dico vobis, ne ſolliciti* ſitis animæ veſtræ, quid manducetis, neq; corpori veſtro quid induamini.

Sed moderatam ſollicitudinem temporalium, & futurorum nõ vetari, ſed commendari, vt patet ex *prouerb. 6. Vnde ad formicam ò piger, & conſideras vias eius, & diſce ſapientiam: quæ cum non habeat ducem, nec praeceptorem, nec Principem, parat in æſtate cibum ſibi, & congregat in meſſe quid comedat. & prouerb.* 10. dicitur qui congregat in meſſe filius ſapiẽs eſt.

PETES VII.

An prudentia, an ſit virtus moralis.

Reſpondetur quod prudentia non eſt virtus moralis, quia non in voluntate, ſed in intellectu conſiſtit, vt docet *D.Th. 2.2. q. 47. art.* 1. ac proindè non eſt elicitiua virtus, ſed directiua moralium actionum, dictans, & præſcribens, quid in quauis particulari actione honeſtũ, & amplectendum, quid verò turpe, & aſpernandum ſit, ſicut ait *Ariſtotel. 6. ethic. c 5. & Baſil. hom.* 12. ad populum, vt ſupradixi prudentia vera eſt eorum quæ agenda, & non agenda ſunt cognitio.

APPENDIX ALIQVORVM CASVVM CONSCIENTIAE, QVI NON FVERVNT POSITI in proprijs materijs.

QVÆRITVR I.

An ſit peccatum mortale ebreitas præuiſa, & intenta cauſa medicinæ, puta ſi medicus eam conſulat, ad acquirendam ſanitatem.

Reſpondetur ex *Caiet* quem citat, & ſequitur *Armilla verbo ebreitas.* quod non eſt mortalis ebrietas intenta, & procurata cauſa acquirendi ſalutem. eſſet verò mortalis, ſi ex tali ebrietate proueniret aliquod damnum, & circa hoc non fuit prouiſum. Nam talis ſciens ſuam conditionem debet prouidere ne poſsit talia committere, quando erit ebrius. ratio mihi eſt quia ebrietas non eſt ita intrinſecè mala ſicuti mendacium, vel blaſphemia, nam ex ſuis intrinſecis aliud non dicit, niſi eſſe impeditiuum vſus rationis. eſſe verò impeditiuum vſus rationis poſita iuſta cauſa non eſt intrinſecè malum.

Probatur nam ſomnus impedit vſum rationis ad tempus, ſed quia eſt neceſſarium ad conſeruationem indiuidui idcirco eſt bonus. ergo etiam er t bona ebrie-

Digitized by Google

ebrietas quando erit im peditiua mali communis, alicuius particularis, vel ita expoſcit ſalus infirmi, & alijs remedijs dictis malis occurri non poteſt.

Præterea eſſet mortalis ebrietas, quando medicus alijs remedijs præter ebrietatem poſſet conſulere ægretudini infirmi.

Scio verò alios *DD.* oppoſitum docere nempè eſſe ſemper mortale peccatum procurare ſanitatem media ebrietate etiam ſi alio medio ſanitas haberi non poſsit ſententiam *Caiet. & Armilla* ſequitur *Leſſius lib.4.c.3.dub.4.* vbi addit quod ob vitandum peccatum Titij v.g. licitum eſt illum prouocare ad ſe inebriandum, puta ſi vult me occidere vel generare proditionem populo in certã horam, nam tunc induco ad minus malum, ac proindè nõ pecco, poſito quod alio modo non poſsim illud præcauere, & teneauerò prouidere, ne ex tali ebrietate oriatur aliquod damnum. hanc ſententiam *Leſſii*, licèt aliqui grauiſſimi *DD.* teſte *Leſſio loc. cit. & Diana 69.tract.7. reſol.43.* non ſequantur ſed oppoſitum doceant, tamen probabilem iudicant eſſe *Villalobos*, & auctor caſuum conſcientiæ *cit. ab eodem Diana loc.cit.*

Limitatur niſi quis minaretur alicui morte niſi ſe inebriaret, faceret in contemptum virtutis temperantiæ à Chriſtianis ſeruandæ. nam tunc in hoc caſu, tenetur prius mortem ſubire, quàm ſe inebriare, vt benè aduertit *Diana loc. cit.*

QVÆRITVR II.

Si quis deglutiat cibum, & deinde euoman an poſſit communicare ſi id accidit eodem inſtanti.

Reſpondetur ex *Tolet. lib 6.cap.7 num.48.* non poſſe communicare. Quia fregit ieiunium naturale.

QVÆRITVR III.

An ſit peccatum mortale comedere, vel dormire in Eccleſia extra tempus diuinorum officiorum.

Reſpondetur ex *Nauarr. de orat. cap.7. num.30. & 41.* non eſſe niſi peccatũ veniale id facere ſine iuſta cauſa; poſita verò iuſta cauſa nullũ peccatum agnoſcit *Nauarr.* ſi iſtud neceſsitate fieret; puta ob multam pluuiam, aut ſolis Eſtum, neq; alius locus opportunus ad ſeſe recipiendum foret, dummodo à clamore, & ſtrepitu, & immodeſta com putatione abſtineatur, nam *Concilium Carthagin. c. nulli 44.* indulget iſtud peregrinantibus, cum diuerſoria deſunt.

Quod ſit tantum veniale peccatum ſine cauſa facere ſupradicta in Eccleſia. communiter affirmant *DD.* apud *Perſicum de officio Sacerdotis lib. 1. dub. 10. nu.93.* & præcipuè *Eman. Sà verbo Euchariſtia num. 3.* vbi affirmat quod comedere, & reponere ſupellectilem, & domire in Eccleſia ſinè neceſsitate eſt veniale, & citat *Armillam*. Scio verò alios *DD.* docere id eſſe peccatum mortale.

SED PETES I.

An colloquia alias honeſta, non tamen pertinentia ad cultum Dei, vel ad finem pro quo Eccleſia deputata eſt prohibita ſint in Eccleſia ſaltem ſub veniali.

Reſpondetur non eſſe veniale peccatum, niſi habeantur illo tempore quo diuinis officijs attendendum eſt, vel ſi impedirentur alij, qui ad hoc ibi aſsiſtunt, quia non tenemur ſemper eſſe in Eccleſia, & vti illa, vt Eccleſia eſt. & ideo ſatis eſt nunquam agere contra illam, quare extra tempus diuinorum officiorum, ſi colloquia ſunt honeſta, non erunt contraria loco ſacro, ac proindè ſine veniali id fieri poteſt, vt aduertit *Perſicus loc. cit. num. 95.* & dicit eſſe expreſſam ſententiam *Suarez*. Addo ego communem vſum, etiam proborum virorum, qui nullum ſcrupulũ faciunt, cum loquuntur in Eccleſia de rebus honeſtis, & ſic intelligendum *cap. decet de immunitate Eccleſiarum in 6.* nempè illa eſſe prohibita ſub mortali quæ totaliter impedirent orationem tempore debito, vel quæ ex ſe ſunt mala, vel ſi fiant ex contemptu. ita *DD.* apud *Perſicum loc.cit.num.94.*

PETES II.

An negotiari in Eccleſia ſit peccatum mortale, nempè emere, & vendere.

Reſpondetur affirmatiuè, & eſt prohibitum à Chriſto Domino *Matth.* 2. Do-

2. Domus mea domus orationis eſt, vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum, & *Ioan. 2. Nolite facere domum Patris mei domum negotiationis*, & hoc eſt etiam prohibitum *in cap. decet de immunit. in 6.* ac proindè docent *DD.* teſte *Perſico loc. cit. num. 90.* hoc peccatum eſſe ex ſuo genere mortale.

Excuſant Doctores prædicti à mortali vendentes res in vſum Eccleſiæ, vt candelas non propter lucrum.

Addunt *DD.* teſte eodem *Perſico loc. cit.* ex imperfectione actus excuſari à mortali tam pauperes, qui deferunt venales candelas per Eccleſiam, quàm illos qui propter accidentem tunc pluuiam, ſuas banchas cum candelis venalibus trahunt intra Eccleſiam, nempè per paucum tempus.

QVÆRITVR IV.

Vtrum appetitus gloriæ ſit peccatum.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

Sciendum eſt, quod gloria quandam claritatem ſignificat, ſeu manifeſtationem, & ideo nomen gloriæ propriè importat manifeſtationem alicuius de hoc quod apud homines decorum videtur ſiuè illud ſit bonum corporale, ſiuè ſpirituale. Quia verò illud quod ſimpliciter clarum eſt à multis conſpici poteſt, & à remotis; ideo propriè per nomen gloriæ deſignatur quod bonum alicuius deueniat in multorum notitiam, & approbationem, vt rectè docet *D. Th. 2. 2. q. 132. art. 1.*

HOC POSITO.

Reſpondetur ex *D. Th. loc. cit.* quod appetitus gloriæ de ſe non nominat aliquod vitioſum, nec peccat ſi aliquis velit bona opera ſua ab alijs approbari; dicitur n. *Matth. 5. luceat lux veſtra coram hominibus*: peccat verò quando quis gloriã quærit de eo quod non eſt, vel de eo quod non eſt gloria dignum, vel ſi res eſt gloria digna non refert illam in debitum finem, puta ad honorem Dei, vel proximi ſalutem; eſſet n. gloria Vana.

HINC

Primò colligitur ex *D. Th. loc. cit. ad 1.* quod homo laudabiliter poteſt ad aliorum vtilitatem gloriam ſuam appetere ſecundum illud *Matth. 5.* videãt opera veſtra bona, & glorificent Patrẽ veſtrum qui in cælis eſt.

Secundò colligitur ex *D. Th. ad 2.* quod gloria quæ habetur à Deo non eſt gloria vana, ſed vera, & talis gloria bonis operibus in premium repromittitur de quo dicitur *2. ad Cor. 10.* qui gloriatur in Domino glorietur. Non n. qui ſeipſum commendat ille probatus eſt, ſed quem Deus commendat.

Qui verò operatur ex appetitu gloriæ humanæ, non eſt verè virtuoſus, vt probat *Auguſt. in 5. de Ciuit. Dei.*

Tertiò colligitur ex *D. Thom ad 3.* quod ad perfectionem hominis pertinet, quod ipſe cognoſcat; ſed quod ipſe ab alijs cognoſcatur non pertinet ad eius perfectionem, & ideo per ſe non eſt appetendum. Poteſt tamen appeti in quantum eſt vtile ad aliquid, vel ad hoc quod homines proficiãt ex bono quod in alio cognoſcunt: vel ex hoc quod ipſe homo ex bonis, quæ in ſe cognoſcit per teſtimonium laudis alienæ ſtudent in eis perſeuerare, & ad meliora proficere, & ſecundum hoc laudabile eſt, quod curam habeat aliquis de bono nomine; & quod prouideat bona coram Deo & hominibus. Non tamen quod in hominum laude inaniter.

QVÆRITVR V.

Cuidam docto confeſſario accidit hic caſus, accedit pænitens ad confeſſarium, & ſe accuſat contraxiſſe bona fide matrimonium cum Antonia, & per prius cognouerat eius ſororem: poſt contractum matrimonium fuit ei dictum quod matrimonium erat inualidum, & fuit poſitum in mala fide; quid interrogandum eſt à confeſſario in hoc caſu, & quomodo ſe confeſſarius geſſit erga dictum pænitentem.

AD PRIMVM.

Reſpondetur quod debet interrogare confeſſarius pænitentem, an conſumauerit copulam carnalem intra vas naturale ſororis Antoniæ cum qua matrimonium contraxit: nam vt docuit cũ

DD.

DD. à me citatis in praxi confeſſariorum 2. edit fol. 173. S. petes 14. quod affinitas non contrahitur ex quacunq; pollutione extra vas, nec ex ſola penetratione vaſis fæminei contrahitur affinitas, niſi intra illud vas emictatur ſemen.

AD SECVNDVM.

RESpondetur quod talis pænitens affirmauit numquam emiſiſſe ſemen intra vas mulieris, ne generaret filios, cum dedecore eiuſdem, nec ex ſola ſeminatione fæminæ oritur affinitas quādo ſemen viri non intromictitur intra vas naturale fæminæ, vt docui cū *DD. à me cit. in praxi loc. cit. S. petes* 2. ac proindè dum confeſſarius fuit factus certus à pænitente de hoc reſpondit ei, matrimonium eſſe, & à principio fuiſſe validum.

Nūc addo aliam doctrinam ſcitu dignam, ad finem, vt poſsint tolli peccata. & eſt quod ſuppoſita opinione multorum *DD.* teſte *Sanchez de matrim. lib. 7. diſp. 64. num.* 20. quod ad contrahendam affinitatem non ſolum requiritur emiſſio ſeminis viri intra vas mulieris, ſed requiritur etiam; vt fæmina ſeminet ſimul cum viro adhoc, vt contrahatur affinitas, conſequenter interroganda eſt etiam mulier, ſi ſeminauit; & ſi non ſeminauit iudicandum eſt, affinitatem non fuiſſe contractam, ac proindè eſſe validum matrimonium; & ratio mihi eſt, quia poſt factum debet ſequi opinio, minùs probabilis, relicta probabiliori, adhoc, vt ſubſiſtat matrimonium. vt ſupra docui cum *DD. à me citatis q.* 129. *fol.* 82.

Vnum aduerto quod ſi mulier puta virgo ſemel rem habuit cum viro non poteſt certitudinem dare confeſſario ſi in copula conſumauit, nam delectatio copulæ non eſt ſignum corruptionis mulieris; cum hoc oriatur ex agitatione membri genitatis intra vas fæmineum, nec mulier dat certitudinem confeſſario aſſerens poſt completam copulam, madidam fuiſſe inuentam; nam hoc potuit contingere ex emiſsione ſeminis viri intra vas fæmineum, ac proindè alia diligentia eſt præmictenda à cōfeſſario cauſa ſciendi ſi mulier in copula conſumauerit, adhoc vt ſciatur ſi contracta eſt affinitas ſecundum opinionem *DD* relatam à *Sanchez*, qui aſſerunt deſiderari ſeminationem tam viri, quàm fæminæ ad contrahendum affinitatem, licèt oppoſitum ſit probabilius, nempè non eſſe opus, vt fæmina ſeminet, ſed ſatis eſt, vt ſolus vir ſeminet ad contrahendam affinitatem.

SED PETES

Quæ interrogatio debet fieri à confeſſario, vt ſciat, an fæmina conſumauerit in copula.

RESpondetur quod interrogare debet, an poſt completam copulam, vel ipſa perſeuerante, ex ſuis lumbis exiuerit liquidum humorem cum aliquo impetu, ita vt vltra id quod recepit liquidi humoris, medio ſeminatione viri, alius humor liquidus ex ſuis lumbis ſenſibiliter, exiuerit, tunc dubitandum non eſt, quin mulier conſumauerit, vt benè ſciunt mulieres nuptæ, uel meretrices quæ crebrò copulam carnalem exercent, & colligitur euidēter ex *Sanchez de matrimonio lib. 9. diſp.* 17. *num.* 17.

QVÆRITVR VI.

Berta rem habuit cum Franciſco, & cum Antonio. nunc reperitur prægnans, cuius debet iudicari vt ſit prolis, Franciſci, an Antonij, Berta aſſerit eſſe prolem Antonij: quia dum rem habuit cum Franciſco, patiebatur fluxum ſanguinis, & cum rem habuit cum Antonio nullum alium virum cognouit, an hoc ſit certum.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

PRimò ſciendum eſt quod menſtruum eſt naturale quod quibuſdam tertio quoq; menſe fæminis accidit, communiter autem ſingulis menſibus, & aliquibus frequentius, ſicut alijs nunquam: ita *Plinius* quem citat, & loquitur *Sanchez de matrim. lib. 9. diſp.* 21. *num.* 2. & durare paucis diebus ſolet.

Secundò ſciendum eſt ex *DD.* quos citat *Acharāza de partu ſect. 2 de ſignis conceptionis num.* 26. quod concepto fætu, etiā ſolet fæmina habere menſtrua.

HIS POSITIS.

RESpondeo, ſaluo meliori iudicio, prolem eſſe iudicandam, ut ſit Antonij, & non Franciſci, quia licèt mulier prægnans

Digitized by Google

gnans poſſit tempore prægnationis, habere menſtrua, tamen non eſt de cõmuniter accidentibus, nam regulariter id non contingit ac proindè probabile eſt dum fœmina laborat menſtruis non adhuc concepiſſe, ac proinde confeſſarius iudicare debet, vt proles ſit Antonij,& non Franciſci. quandoquidem ſatis eſt,vt iudex in ſententijs ferendis, ſequatur opinionem probabilem relicta probabiliori, dummodo probabilitas ſit contra ius, non circa factum, vt docet *Pater Diana par. 1. reſol.3. tit. de opinione probabili* Sed quod mulier non ſit prægnans tempore menſtruorum probabilius eſt quod non ſit, quã quod ſit ergo.

SED PETES

Quot ſunt ſigna conceptionis.

REſpondetur ex *Acaranza loc.cit.* primum ſignum eſſe ceſſare à mẽſtruis. Sed multoties ſiſtunt menſtrua extra conceptum.ita *DD.* teſte *Acharanza.*

Secundum ſignum ſi mulieres faciei maculæ ſuper ſuperueniant. ſi res inſolitas, quas comedere non liceat appetierit. Si vertigines oculorum pallores aliaue ſimilia paſſæ fuerint. Sed hæc adhuc ſunt ſigna fallacia.

Tertium ſignum eſt probabilius ſi venter in bona valetudine creſcere,& intumeſcere incipiat, vel ſi mulier in vtero fœtum moueri incipiat. Sed adhuc ſunt fallacia hæc ſigna aiunt *DD.* teſte *Acataranza num.29.*

Quartum omnibus inſignius, & firmius ſignum eſſe videtur ſi mammillas tumidas, & lac ſimul in eis mulier denuo habere incipiat, maximè accidente vẽtris tumore,& eius augmento. Sed adhuc hæc ſigna ſunt fallacia, vt aiunt *DD.* teſte *Acharanza loc. cit. num. 30.* nam quandoq; etiam mulieres ineptæ generationi ſolent habere lac, & etiam virgines, ac proindè concludit nullum ſignum certum adeſſe conceptionis fœtus.

QVÆRITVR VII.

Fuit mihi propoſitus hic caſus. Quidam Dominus imperauit famulo, vt reciderent vites vineæ cuiuſdam ſui inimici, famulus verò recuſauit id facere, ſed Dominus minatus eſt ei mortem, ſi id non faceret, famulus verò non valens alio modo fugere à Domino, recidit vites vineæ, an peccauerit mortaliter, & an teneatur ad reſtitutionem; ratio dubitandi eſt quia videtur, famulum dare operam iniquæ actioni in damnum tertij.

REſpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *Merolla tom.1. diſp. 1. cap.3.num.175.* non peccaſſe,& non teneri ad reſtitutionem, quia in eo euentu eſt in extrema neceſsitate illorum bonorum ad vitam propriam conſeruandam,ergo quantum eſt neceſſarium fas eſt cuiq; inextrema neceſsitate ſumere de bonis aliorum ad conſeruandam propriam vitam, & ratio à priori eſt quia in ſtatu naturæ integræ omnia bona erant communia, in ſtatu verò naturæ corruptę diuiſio bonorum facta eſt de iure gentium, vt patet ex *cap ius gentium & ff. de iuſtitia,& iure l.ex hoc iure;* ſed in extrema neceſsitate reuiuiſcit ius antiquum naturale in quo erant omnia bona communia, ac proindè etiam per vim quis poteſt capere bona alicuius, ad tuendam ſuam vitam. vt rectè docet *Suarez diſp 7.de charitate ſect.6.* nec tenetur, tranſacto periculo, vel ſi peruenit ad meliorem fortunam reſtituere rem, ſi fuit vſu conſumptibilem, vt rectè probat *Suarez loc. cit ſect. 9.* quidquid dicat in oppoſitum *Molina cit à Facund z lib.2.de iuſt.cap.7 num 12.* Secus ſi res extat in ſpecie, puta equus, nam tunc teneretur reddere equum vero Domino quando vſus fuit illo ad euadendam mortem, ſed ſi caſu perijt non tenetur. ait idem *Suarez loc.cit.*

HINC

COlligitur deciſio alterius caſus, nempè ad euadendam mortem,poſſe teſtem deponere falſum contra tertium, & damnum inferre in bonis externis, ſi vſus fuit æquiuoco ad euitandum periurium, nam cũ iuſta cauſa poteſt quis iurare in iudicio medio æquiuoco, & non ſecundum mentem iudicis. vt docent *DD* teſte *Diana 3.par. tract.6. Miſcell. reſol.30.*

Secus dicendum eſt, ſi damnum ex tali falſa depoſitione,non eſſet in bonis externis, ſed contra vitam alicuius, nam

Digitized by Google

tunc potius debet ſubire mortem, quàm deponere falſum contra tertium cum periculo vitæ eius,vt colligitur ex *DD.* teſte *Bonacin. tom. 2. diſp.* 10. *q.* 3. *num.* 16. vbi docent quod teſtis qui depoſuit falſum contra innocentem cum periculo vitæ eius, tenetur ſe retractare,etiam cum ſimili periculo, ſi eius retractatio proderit.

QVÆRITVR VIII.

An rerum diuiſio iuſtè, & conuenienter fuerit introducta.

RESpondetur affirmatiuè & ratio eſt, quia licèt in ſtatu naturæ integræ, ideſt ante peccatum Adæ omnia bona erant communia,quia in illo ſtatu nulla erat diſcordia,tamen poſt peccatum Adæ nō ſolū fuit licita diuiſio bonorū.

Sed etiam neceſſaria, ad euitandas contentiones, & lites, nam vt habetur *Geneſ.* 13. inter paſtores Loth, & paſtores Abraam orta fuit contentio, ex eo quod in communi greges, & poſſeſſiones indiuiſas habebant.

SED PETES I.

Quonam iure facta ſit hæc diuiſio.

RESpondet *Caiet.* 2. 2. *q.* 66. *art.* 2. *ad* 1. diuiſionem rerum in communi, id eſt quod res ſint diuidendæ, eſſe de iure gentium ideſt ex conſenſu populorum conſtituentium eam diuiſionem, vel approbantium, vt habetur, in *cap. ius gentium, & ff de iuſtitia, & iure l. ex hoc iure dominia*. diuiſionem autem rerum in particulari ideſt quod hic ager ſit meus,& ille ſit tuus, eſſe de iure ciuili, alij *DD.* apud *S. Faunum in ſpecul. diſp.* 1. *de dominio q.* 47. docent ſimpliciter de iure gentium, & ciuili fuiſſe factam diuiſionem.

Quod hæc diuiſio non ſit facta iure diuino patet ex *Geneſ.* 1. creſcite, & multiplicamini,& replete terram, & ſubijcite eam, & dominamini piſcibus maris, &c. & iuxtà illud Scripturæ cœlum cœli Domini, terram autem dedit filijs hominum *Pſal.* 113.

Sed probabilior opinio eſt. quod tantum diuiſio bonorum fuit facta de iure gētium quia ante ius Ciuile incæpta eſt rerum diuiſio, legitur n. *Geneſ.* 4. Abel, & Cain habuiſſe bona diuiſa: filij autē Noe *Geneſ.* 11. iudicarunt expedire, vt prouincias inter ſe diuiſas haberent.

Facta verò prima diuiſione ex iure gentium plures earundem rerum diuiſiones poſtea à iure ciuili acceſſerunt, vt habetur ex *l. quod Principi placuit, ff. de conſtit.*

PETES II.

Quomodo, & per quos homines facta fuerit rerum omnium diuiſio.

RESpondetur hanc rerum diuiſionem tribus modis legitimè inſtitui potuiſſe. Primò à primis parentibus, & alijs antiquioribus, qui vixerunt circa mundi primordia,vt ab Adamo,& filijs eius ante diluuium. à Noè, & filij eius poſt diluuium. Vnde *Epiphan.* vt refert *Auguſt. ſerm.* 113. *de tempore.* dicit Noe diſtribuiſſe mundum in tres partes, inter tres filios,& iureiurando illos obligaſſe, vt nullus eorum partes alterius inuaderet. Secundò fieri potuit rerum diuiſio,multiplicatis iam hominibus, electoq; per eos aliquo in Principem communem, cuius auctoritate, bona illuc vſq; tempus communia inter eos diuiderent. Tertiò potuit fieri ex communi hominum conſenſu.

PETES III.

Vtrum omnium rerum facta fuerit diuiſio an verò aliqua remanſerint indiuiſa.

RESpondetur ex *Vel. tom.* 3. *d.* 5. *q.* 10. *par.* 3. multa adhuc manere indiuiſa,& communia,vt Maria flumina, elementa,piſces,aues,feræ. Pontes viæ publicæ,& id genus alia.

PETES IV.

An dominium,& proprietas maris, quod in prima diuiſione rerum extra diuiſionem indiuiſum remanſit, abſolutè loquendo ſit alicuius Principis?

RESpondetur omnes *DD.* conuenire, maris dominium nullius eſſe. vt videri poſſunt apud *Facundez de iuſtitia, & iure lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 7.

SED

SED

Difficultas eſt circa vtilitatem piſcationis maris vſumq; nauigandi cauſa commercij, & circa iuriſdictionem illius, an præſcribi poſſint.

RESpondetur ex *Facundez loc. cit. nu.* 16. affirmatiuè, nempè poſſe præſcribi, quoad fructus piſcationum, nauigationum maris, & aucupij auium aeris. & hoc cum iure, & poteſtate prohibendi alios eſt quaſcunq; alias nationes, ne illas vtilitates piſcationum, & nauigationum illius maris accipiant, & ne illud cauſa illarum, & commercij nauigent. vt *Fuſius* probat idem *Facundez loc. cit.*

Addunt *DD. nu.* 18 apud *Facundez*, poſſe Principem ex cauſa iuſta concedere alicui, vt habeat priuatum ius piſcandi, venandi, ædificandi in mari, flumine publico, monte, & littore. ac proindè Summus Pontifex ex iuſta cauſa conceſsit priuilegium Regibus Luſitaniæ, vt poſsit vti ſuo mari oceano, quoad nauigationem cum poteſtate prohibendi alijs hanc nauigationem, indiæ Braſiliæ, & vtriuſq; guineæ. ſed impoſuit obligationem S. Pontifex dictis Regibus, vt in dictis Regionibus mitterent prædicatores Euangelicos probatæ vitæ.

Nec eſt dubitandum de poteſtate Summorum Pontificum ad hoc faciẽdum, quia Summi Pontifices habent ſupremam poteſtatem concedendi, prohibendiq; commercium cum infidelibus vt patet ex *varijs can. cap olim, cap. quorundam cap. ad liberandum de iudeis.* immo etiam debellandi infideles, cum fidem per iniuriam Chriſti, & prædicatorum, ſuſcipere nolunt.

SED PETES V.

Veneti, in mari Adriatico, & Genuenſes in mari Liguſtico, quod priuilegium habent.

RESpondetur ſupradictos Venetos, & Genouenſes, præſumpſiſſe vſum ſupra tale mare, vel præſcripſiſſe prætendunt, ait idem *Facundez loc. cit. num.* 13.

QVÆRITVR IX.

Fuit impoſita cenſura ab ordinario, & à Summo Pontifice ſuper aliquo peccato, & vniq; fuit reſeruato abſolutio, an ſublata excommunicatione papali, poſſit aliam reſeruatam ordinario quilibet confeſſarius carens facultate ſuper reſeruatis abſoluere.

RESpondetur ex communi *DD.* ſententia, teſte *Homobono de caſibus reſeruatis par.* 1. *fol. mihi* 28. quidquid de iure, de generali conſuetudine Epiſcopalis ablata cenſetur, ita vt quilibet confeſſarius ſuper illum beneficium abſolutionis impendere valeat. Sicut etiam ſi idem peccatum à duobus ſuperioribus regularibus ſubordinatis, vt generali, & prouinciali ſit reſeruatum, ſublata prima, ſecunda etiam expiraſſe cenſetur. ita *DD.* teſte *Homobono loc. cit.*

QVÆRITVR X.

An liceat confeſſario excipere confeſſionem fæminæ à ſe cognitæ?

RESpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *Baſilio Pontio lib.* 7. *de matrim. cap.* 38. *num.* 3. eſſe licitum ſecluſo periculo peccandi: idem docet *Sancius in ſelectis diſp.* 11. *num.* 16. *iam correptus*, putat verò *Pontius*, ſi frequenter confeſſarius rem haberet cum pænitente non eſſe licitum eius confeſsionem excipere, niſi in rariſſimo caſu.

Citat *Baſilius Pontius Graph. lib.* 1. *deciſ. cap.* 20. *num.* 30. *& Medin. Cod. de confeſſ. q.* 8.

Facundez precept. 7. *lib.* 4. *c.* 3. *num.* 34. docet peccare mortaliter confeſſarium excipientem confeſsionem fæminæ quam ipſe cognouit, & ſuam opinionẽ fundat in decreto *Celeſtin. ex cap. final. q.* 3. ſed ipſe cum alijs *DD. à ſe cit. loc. cit* docet quod talis confeſsio erit valida nempè, illius fæminæ quam prius confeſſarius cognouerat ſi ritè, & rectè fuerit facta.

Sed *Sancius* cum *DD. ſupra cit.* docent nõ eſſe illicitum, & explicat textum Celeſtini. & addit quod illud decretum fuit reuocatum per Boniſacium Octauum.

QVÆRITVR XI.

Quidem homo erat determinatus ad occidendum aliquem, fuit ab aliquo impeditus ne tale ſcelus committeret, cũ promiſſione ſoluendi ei aliquam quantitatem nummorum an teneatur recipiens ad reſtitutionem, & an teneatur promiſſor pecuniæ ſoluendi illi, quantitatem nummorum promiſſam.

AD PRIMVM.

Reſpondetur ex communi *DD.* ſententia, teſte *Bonacina tom 2 de contract. diſp. 2. q. 3. punct. 2. num. 1.* recipientem pecuniam ab aliquo ne committeret homicidium teneri reſtituere id quod recepit hoc intuitu, quia ex iuſtitia tenebatur non occidere.

Secus ſi recepit nummos pro faciendo opere licito, ex alio præcepto debito, quam iuſtitiæ, nempè non teneri reſtituere id quod recepit ab aliquo. puta ſi Titius Caio nolenti in paſchate confiteri, aut nolenti miſſam audire in die feſto, aut nolenti ieiunare in die ieiunij, tradat pecuniam, vt miſſam audiat, vel ieiunet, &c. ratio doctorum apud *Bonac.* eſt, quia non tenetur prædicta opera præſtare ex iuſtitia. quidquid dicant alij in oppoſitum.

AD SECVNDVM.

Reſpondeo quod promiſſor non tenetur ſub peccato mortali obſeruare promiſsionem, ac conſequenter non ſoluere id quod promiſit alicui, ne aliquem occideret; vt patet ex doctrina *Nauarr. cap. 17 nu. 265.* vbi docet quod debitor poteſt recuperare rem, quam pro vſuris ſoluit, ſi penes eum eſt, immò & ſi penès alium titulo gratuito, ſaltem cùm deſunt vſurario bona ad reſtituendum per *l. ſi & me, & Titium, ff. de reb. cond.* ergo idem dicendum eſt in caſu noſtro, quia dum recipiens pecuniam non poteſt illam retinere, conſequenter promiſſor, non tenetur dare.

QVÆRITVR XII.

Quidam homo rem habuit cum filia honorata mulieris; mater verò ſponſæ numquam annuit tali peccato, ſed ſemper apud ſuperiores clamauit; vt punirent illum cauſa conſeruandi honorem ſuæ filiæ, & conſequenter etiam, vt ſuus honor conſeruaretur apud viciniam. Sponſus verò petijt dotem à matre filiæ à ſe cognitæ, cauſa contrahendi matrimonium mater verò ſponſæ adhoc, vt contrahatur dictum matrimonium promiſit ei dotem triginta ducatorum, ſed ſcit moraliter, nunquam in poſterum poſſe eſſe habilem ad ſoluendam dotem promiſſam, an peccauerit?

Reſpondetur ſi mater ſponſæ promiſit dotem antequam fuiſſet cognita à viro, & erat conſcia ſuæ inhabilitatis in poſterum ad ſoluendum ei dotem; ſatis mihi certum eſt peccauiſſe mortaliter, ex tali fictione.

Secus mihi dicendum eſt, ſi nulla præuia promiſsio dotis interceſsit, ſed vir rem habuit cum filia, & deinde petit dotem ad finem contrahendi matrimonium, nempè non peccaſſe mortaliter matrẽ filiæ ſi promiſit dotem ſciens, moraliter nunquam futuram eſſe habilem ad ſoluendam dotem promiſſam; ratio mihi eſt, quia honor eſt altioris ordinis, quàm pecunia, nam ipſe ſponſus dum cognouit filiam matris, etiam ſi conſenſijt ſpontè filia dictæ matris circa copulam, tamen detrimentum fecit honori matris, quandoquidem dedecus filiæ redundat in matrem; ac proindè tenetur ſtuprator, ſecundum probabilem *DD.* ſententiam, teſte *Corduba lib. 1. q. 13.* ſatisfacere non ſolum puellæ, ſed etiam parentibus, etiam ſi puella ſpontè conſenſijt, & ſine vlla vi, & etiam ſi remiſit ei iniuriam, quia re ipſa parentes paſsi ſunt damnum ex copula ſtupratoris: damnum verò eſt reſarciendũ ad arbitrium boni viri. ita *Corduba loc. cit.* Sed in caſu noſtro quantitas triginta ducatorum, eſt pauca quantitas, reſpectu damni quod intulit ſtuprator matri puellæ. ergo fictio promittendi ei dotem triginta ducatorum non fuit peccaminoſa mortaliter, neq; venialiter ſi æquiuoco vſa fuit. Scio verò *DD.* alios docere nihil ex iuſtitia eſſe parentibus reſtituendum ſi virgo ſpontè in ſtuprum conſenſijt aut liberè omne ſuum debitum corruptori remiſit. ita *DD.* teſte *S. Fauſto in ſpeculo diſp. 8. q. 2.*

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆRITVR XIII.

Quidam laicus ob percuſſionem ac iniuriam illatam fratri ſuo clerico, ab aliqua tertia perſona, determinauit occidere percutientem, & hanc ſuam determinationem dixit ſuo fratri clerico; frater verò offenſus, & percuſſus ob iniuriam ſibi illatam non cõtradixit, deinde ſecutum eſt homicidium. an inciderit in irregularitatem. & quid dicendum ſi poſt commiſſum homicidium ratum habuit.

AD PRIMVM.

Reſpondetur ex *Vaſquez Turriano*, & *Auaſtado* quos citat, & ſequitur *Diana par.4 tract. de irregularit. reſol.9.* non incurrere irregularitatem, quia in tali caſu permittens homicidium, ſeu illud non impediens non influit poſitiuè. ergo non eſt irregularis.

Vega verò cit. ab eodem *Diana* docet incurrere irregularitatem. Secus ſi fecit quantum potuit, vt non committeretur tale homicidium.

AD SECVNDVM.

Reſpondetur ex communiſsima DD. ſententia teſte *Diana loc.cit. reſol. 13.* nõ incurrere irregularitatem ſi ratum habuit homicidium nomine ſuo factũ licèt peccauerit mortaliter, nam lex ſolum diſpoſuit reſpectu percuſsionis clericorum *in cap. quis de ſentent. excom.* nempè incurrere excommunicationem ex ratihabitione. non autem ſic diſpoſuit quoad irregularitatem. Scio verò multos graues DD. docere incurrere irregularitatem ex ratihabitione homicidij.

QVÆRITVR XIV.

An ad incurrendam ſuſpenſionem, interdictum, & irregularitatem ex delicto cæteraſq; pœnas, ſufficiat ſcientia iuris prohibentis, vel vltra hoc deſideretur ipſius pœnæ ſcientia.

Reſpondetur ex communi DD. ſententia, teſte *Sanchez de matrim. lib.9. diſp.31. num.20.* deſiderari vltra ſcientiam iuris prohibentis, ſcientiam etiã huius pœnæ. ita vt ſi quis ſciat pœnam iuris, ſed non ſcit pœnam irregularitatis, interdicti, vel ſuſpenſionis, non incurrit pœnam. idem dicitur de omnibus cenſuris, ait *Suarez cit. à Sanchez*, & alij DD. & hoc intelligitur quamuis factum ſit contra ius naturale.

Sed oppoſitum docet *Diana cum Merolla à ſe cit. par.4 tract.2. de irrogat. reſol 85.* quoad homicidium, nempè incurrere irregularitatem homicidam, etiam ſi neſciat hanc pœnam, quia in hoc delicto includitur defectus lenitatis, ac proinde non requiritur ſcientia pœnæ ad incurrendam irregularitatem ex defectu lenitatis, quod idem dicitur de mutilatione.

QVÆRITVR XV.

An ſi quis audiuit à viro optimæ famæ aliquem rem, poſſit deponere in iudicio ſe illam ſcire?

Reſpondetur ex *Sanchez in ſumma lib. 3. cap.4. num.13.* extra iudicium poſſe iurare. Vnde ſi aliquis iuraret rem aliquam ita eſſe, & hoc quia illam ita eſſe intellexit à fide digno valdè, non eſſe periurum. & hanc opinionem eſſe probabilem docet *Diana par.4. tract.4. Miſcell. reſol.77.* in iudicio verò ait *Sanchez loc.cit.* hoc non poteſt fieri, quia reddenda eſt cauſa ſcientiæ; & teſtis de auditu non facit ſemiplenam probationem.

Sed multi iuriſconſulti, teſte *Diana loc.cit.* docent poſſe etiam in iudicio deponere teſtem rem certo ſcire ex eo quia audiuit à viro optimæ famæ: quæ opinio licèt non omninò ſatisfaciat Patri Dianæ & aliquibus DD. diſplicent, tamen non reprobat tamquam improbabilem.

Ego verò ſum huius opinionis, & dico quod in criminalibus non poteſt teſtis deponere delictum fuiſſe commiſſum à tali perſona ex eo quia audiuit ab homine valde fide digno.

In cauſis ciuilibus probabilis eſt ſententia aſſerens, poſſe teſtem deponere in iudicio rem ita eſſe, quia rem audiuit valdè fide digno, dummodo deponat ſe certo ſcire, intelligendo intra ſe, quia intellexit rem à valde fide digno, præſertim ſi deſint teſtes de viſu, & veritas aliter haberi non poteſt, & vrget aliqua neceſsitas.

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆRITVR XVI.

An liceat perſuadere alicui, vt iuret obiectum quidem verum, ſed quod ille ignorat.

RESpondetur non licere, niſi iuraturus ſibi perſuadeat prius rem ita eſſe probabili fundamento, ex qua formari poſsit dictamen practicum de honeſtate iuramenti. v.g ſcholaſticus vult probare curſum, ad quod eget duobus teſtibus, adhibet duos amicos, qui illum non viderunt intereſſe lectionibus, at ſatis ſibi perſuadent illum interfuiſſe, poſſunt iurare illum interfuiſſe, at non poſſunt iurare ſe id vidiſſe. item interrogatur aliquis de nobilitate Antonij, docetur ab ipſo Antonio fundamenta facientia fidem de illius nobilitate, vel quia adducit ſenes probatæ vitæ ad faciendum teſtimonium veritatis, vel oſtenuit inſtrumenta antiquitatis quibus prudenter creditur rem ita eſſe. poſſemus iurare Antonium eſſe nobilem, quia ad id aſſerendum ſatis eſt prudens perſuaſio ſine vlla ratione probabiliter dubitandi. hæc omnia docet *Hurtado de Mendozza in 2. 2. diſp. 173. ſect. 15. §. 200.* quem ſequitur doctiſsimus *Diana par. 5. tract. 7. de ſcandalo reſol. 10.* & ego libenter amplector hos DD.

QVÆRITVR XVII.

An liceat litiganti offerre pecuniam iudici, ne contra ipſum pronunciet ſententiam iniuſtam.

RESpondetur ex *Hurtado de Mendozza cit. à Sanchez par 5. reſol. 17. §. ſed difficultas* non licere offerre pecuniam, quia iudex poteſt eſſe determinatus ad ferendam ſētētiā iuſtam, aliàs præberet occaſionem peccati, ſed ſi conſtet probabiliter iudicem accepiſſe pecuniam à collitigante, tunc poteſt alter litigans offerre pecuniam iudici, ne ferat contra ipſum ſententiam iniuſtam, nam tunc iniuſtè vexor, & ad redimendam vexationem iniuſtam poſſum media pecunia ab illa, vexatione iniuſta liberare. Suppono cauſam meam eſſe certè iuſtam. Secus ſi peterem ſententiam à Iudice fauorabilem iniuſtam. & in hoc caſu iudico ſententiam *Hurtado* eſſe probabilem.

SED

Quid dicendum? ſi cauſa mea eſt dubia ſi ſit iuſta, vel iniuſta, an poſſim etiam in hoc caſu offerre pecuniam iudici, ſi à collitigante accepit?

RESpondetur adhuc poſſe offerri iudici pecuniam. non ſimpliciter, vt ferat erga ipſum ſententiam fauorabilem, ſed ne iniuſtam faciat corruptus pecunijs à collitigante, ſed ſi iudicat ſuam cauſam eſſe iuſtam, ne ferat contra ipſum ſententiam iniuſtam. nam tūc poteſt etiam dici eſſe iniuſtè vexatus, ac pati graue damnum, dum iudex ſit pecunijs à competitore deuinctus. intelligitur hoc quando conſtat iudicem accepiſſe pecuniam à competitore, hæc doctrina colligitur ex *Hurtado* ſed non ita clarè.

QVÆRITVR XVIII.

Epiſcopus concedit alicui omnem ſuam facultatem, & omnem ſuam auctoritatem ad audiendam confeſſionem ſuorum ſubditorum, an intelligantur conceſsi caſus, & cenſura reſeruata, an diſpenſatio votorum, & irregularitatum iuxta Trid. ſeſſ. 24. cap. 6.

RESpondetur ex *Nauarr. cap. 27. num. 261.* non eſſe conceſſos ex vi ſupradictorum verborum caſus reſeruatos Epiſcopo iure communi, aut ſuo particulari, aut conſuetudine generali, vel ſpeciali, niſi appareat intentionem Epiſcopi fuiſſe concedere reſeruatos ei, cùm omnem ſuam facultatem conceſſit. idem dicitur quando Epiſcopus concedit omnem ſuam facultatem, excepto tali caſu reſeruato, nam in tali caſu putat *Nauarr. loc. cit.* eſſe conceſſos caſus reſeruatos.

Quando concedit Epiſcopus caſus ſuos ſibi reſeruatos. non videtur concedere abſolutionem à cenſuris ſibi reſeruatis, quoniam à diuerſis non fit illatio, nec etiam concedendo abſolutionem à caſibus, & cenſuris videtur concedere abſolutionem, aut diſpenſationem votorum, aut irregularitatum à quibus ipſe poteſt, quia nec ſunt caſus, nec cenſuræ ipſi reſeruatæ. hæc omnia docet *Nauarr. loc. cit. cum canon. à ſe cit.*

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆRITVR XIX.

An pœnitentiarius cathedralis ex ſola vi ſui officij poſſit abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis.

RESpõdetur ex *Nauarr. titul. de pœnit. & remiſſione conſil.* 20 non poſſe, niſi aliundè ea ſibi facultas fiat, cum *Trid. ſeſſ.* 24. *cap.* 8. *de reform.* nihil de hoc nouè ſtatuat, & à iure antiquo non eſt recedendum, niſi quatenus nouè id ſtatuitur. idem docent alij *DD.* apud *Barboſam de poteſt. Epiſc. allegat.* 52. *num.* 17. & alij *DD.* quos citat, & ſequitur *Pater Diana part.* 9. *tract.* 8. *reſol.* 12. & citat Rotam Romanam. Sciò vero *Cucum Piaſenium Salazar, & Homobonum cit.* ab eodem *Diana docere* pœnetentiarium ex vi ſuæ inſtitutionis habere facultatẽ àbſoluendi à caſibus, & cenſuris Epiſcopo reſeruatis abſq; alia expreſſa facultate ex vſu, & conſuetudine ita etiã docent *Boſſius, & Capeauille cit* ab eodem *Diana*. Sed prima ſententia eſt ſequenda.

QVÆRITVR XX.

Quidam ſurripuit bona Titio, qui Titius abijt in Regionem longinquam, an poſſit fur ſi venit ad pœnitentiam largiri pauperibus bona furata?

RESpondetur ex *Graphio in deciſ. par.* 1. *lib.* 2. *cap* 128. *nu.* 12 & 13. & *cau. à ſe cit.* quod quando ſcitur verus Dominus, ſed difficilis eſt ad eum acceſſus, vel non ſine periculo, & ſcandalo fieri reſtitutio poteſt, Chriſto id eſt pauperibus eſt erogandum, & tunc reſtitutio pauperibus facienda eſt, nempè poſtquàm expectatum eſt tantum temporis, quantum ſatis eſt, vt Dominus rediturus ſperetur, & interim res apud ſe cuſtodiri debet, vel apud iudicem deponi.

Aduertit idem *Graphius loc. cit.* quod reſtitutio fieri debet pauperibus, qui ſunt in loco, vbi res ſublata eſt, ſaltem tenẽdum eſt de honeſtate. hucuſq; *Graphius*. Sed ego in *praxi confeſſariorum* 2. *ed. t. fol.* 417. docui non eſſe de neceſſitate rigoroſa ſatisfactionis, vt fiat pauperibus eiuſdem loci, ſed ſufficit eligere pauperes alterius loci.

Idem ait *Azor. cum DD. à ſe cit.* 3. *part. l.* 4. *cap.* 26. §. *queres itidem.* nempè quando Dominus rei perditæ ſcitur, ſed eſt ita abſens, vt ei commodè fieri reſtitutio non poſsit, nec tempus ad eam reſtitutionem faciendam expectari, tunc pauperibus eſt reſtituenda. item quando res reſtituenda eſt modica, & Dominus rei diſtat tunc ſufficit eam dare pauperibus. quia iuſtè, & piè præſumitur voluntas Domini quod volit, & approbet eam dari pauperibus: item quando Dominus rei eſt certus, ſed neſcitur vbinam habitet, tunc non obligatur vagari ad quærendum. ſed ſi veriſimile eſt Dominum non rediturum, vel non compariturum ſufficit rem pauperibus reſtituere. ita *Azor.* cum *Angelo à ſe cit.*

QVÆRITVR XXI.

Quis publicè percuſſit monacum profeſſum, ſed nullo ordine inſignitum, neq; prima tonſura, vel Equitem Sancti Ioannis, Calatraua, &c. ita publicè, vt nulla tergiuerſatione celari poſſit. an ſit excommunicatus euitandus, etiam ſi non ſit denunciatus excommunicatus; ratio dubitandi eſt, quia in Concilio Conſtanſiens; fuit cautum, vt tantum excommunicati denunciati, & publicè percuſſores clericorum euitarentur quoad communionem in diuinis, & in humanis.

REſpondetur non eſſe euitandũ, quia Concilium Conſtanticnſe loquitur de percuſſoribus clericorum, non autẽ de gaudentibus priuilegio canonis, vt rectè aduertit *Suarez de cenſuris diſp.* 9. *ſect.* 2. *num.* 11. monachus profeſſus non inſignitus ſaltem prima tonſura non eſt clericus in rigore, & à fortiori, neq; eques S. Ioannis Calatrauæ; & cætera ergo non extendenda conſtitutio dicti Concilij ad has perſonas, cùm ſimus in odioſis, quæ ſecundum regulas iuris non ſunt extendenda, vt rectè docet *Carolus de Graſſis de effectu clericat. cum DD. à ſe cit. num.* 148. vbi docet quod in odioſis nomine clericorum non veniut Religioſi.

QVÆRITVR XXII.

Quædam obſterix baptizauit Domi infantem, putans illum fuiſſe conſtitutum in articulo mortis, ita vt ſi ad Eccleſiam duxiſſet, per viam ſubijſſet periculum moriendi, an elapſo periculo ſit rebaptizandus ſub con-

conditione? quid ſi ſit baptizatus ab hæreticis?

AD PRIMVM.

RESpondetur primò ex *Adamo Opatonio de ſacram tract. de baptiſmo diſp. 1.q.6.num.49.ſic cit. à Diana par.9.tract.6.Miſcell. reſol 35.* quod iſte puer, tranſacto periculo, eſt rebaptizandus ſub conditione, tum quia potuit errare in forma ex caſu repentino, tum quia veneficæ tamquam oblatæ diabolo volũt eſſe infantes ſine baptiſmo. hæc opinio eſt noua, & à doctiſsimo *Diana* non eſt reprobata; immo appellat Adamum Opotauio, virum doctiſsimum.

Hæc opinio mihi verò videtur probabilis, quando diligentiam facere non potuiſſem, an ritè baptizauerit obſtetrix, vel alia fœmina dictum infantem, præuio examine circa formam, & materiam; & intentionem vel ſi fuiſſet præmiſſum tale examen, & non inuento errore, neq; in materia, neq; in forma, neq; in intentione, nihilominus fœmina quæ baptizauit eſſet malæ vitæ, ac ſuſpecta, vt ſit venefica, ac proindè in his caſibus eſt ſequenda opinio Adami, nempè, vt poſsit dictus puer rebaptizari ſub conditione.

Secus mihi dicendum eſt, quando fuit præmiſſum examen, & nullo errore inuento, & qui baptizauit eſſet bonæ famæ, ac timoratæ conſcientiæ, nempè non poſſe conferri ſub conditione baptiſma elapſo periculo; quia non adeſt fundamentum dubitandi.

HINC

A Fortiori dicendum eſt de infanti expoſito ad valuas Eccleſiæ cum ſcriptura in collo appenſa teſtificante puerum eſſe baptizatum, nempè, non obſtante tali ſcriptura iterum conferendum eſſe ſub conditione baptiſma. vt docent multi DD. apud *Dianam loc. cit.* & ego alibi docui.

AD SECVNDVM.

RESpondetur ex *Molano cit à Diana loc. cit.* eſſe rebaptizandum ſub conditione, & rationem aſsignat, quia & ſi ſit validus baptiſmus collatus ab hæreticis, vt iam eſt determinatum, ſi adhibent materiam, & formam, & intentionem, ſicut habent Catholici, tamen quia ſæpè numero dubitatio exoritur de veritate baptiſmi collati ab hæreticis, nam magno odio proſequuntur Eccleſiam, & ſæpè formam immutant, & materias Sacramentorum contemnunt, idcirco ſunt rebaptizandi ſub conditione. ita *Molanus loc cit.* quam opinionem refert *Diana*, & non impugnat; & mihi videtur probabilis, cùm ſit in fauorem animarum, nec ſit iniuria Sacramento, dum baptiſma confertur ſub conditione.

QVÆRITVR XXIII.

Ordinarius non ſolum elegit pœnitentiarium vigore Concilij, ſed etiam alios elegit, qui pœnitentiarij del gati vocantur, an poſſint audito caſu abſq; alia expreſſa licentia ordinarij committere nudum miniſterium ita vt alter confeſſarius non pœnitentiarius poſſit eum abſoluere, & quid ſi hoc prohibuit ordinarius pœnitentiarijs, nempè, vt neq; committerent nudum miniſterium.

AD PRIMVM.

RESpondetur ex communi DD. ſententia, teſte *Homobono de caſibus reſeruatis par. 1. fol. mibi 78.* quod pœnitentiarij delegati ad vniuerſitatem cauſarum abſq; alia expreſſa licentia ordinarij poſſunt alij confeſſario non pœnitẽtiario committeret facultatem abſoluendi à reſeruato. quod intelligitur quoad nudum miniſterium, quando caſus occurrit, & auditur caſus particularis, vt aduertit idem *Homobonus loc. cit.*

AD SECVNDVM.

RESpondetur quod ſimplex prohibitio Epiſcopi facta pœnitentiarijs delegatis, vt non committant nudum miniſterium non annullat actum, ita vt ſi de facto pœnitentiarij committant nudum miniſterium non ſit valida abſolutio impenſa à confeſſario non pœnitentiario. vt rectè docent DD. teſte *Sãchez de matrim. lib 3. diſp 32 num. 2.* vbi docet quod ſi Epiſcopus prohibeat Parocho, vel delegato ad vniuerſam curam Parochiæ, vt non det licentiam aſsiſtendi matrem, niſi ex approbatis Sacerdotibus ab Epiſcopo, ſi de facto contra præceptum Epiſcopi id faciat Paro-

Digitized by Google

Parochus, vel delegatus matrimonio eſt validum ? niſi Epiſcopus, vel conſtitutio ſynodalis expreſsè addiderit decretum irritans aliter geſta.

Addit exemplum *Sanchez* quod affert *Henriquez lib. 6 de pænit. c. 6. nu. 6.* quod ſi Prælatus expreſsis verbis non reprobet, ſed ſolum prohibeat religioſis audire confeſsiones, non tollere approbationem à ſe, vel ab Epiſcopo datum, & ita valere abſolutionem.

Sed hæc doctrina non poteſt applicari pænitentiarijs Eccleſiæ Neapolitanæ, quia non ſolum adeſt prohibitio, ſed etiam reuocatio licentiæ, ſeu facultatis cõceſſæ ab ordinario Neapolitano dictis pænitentiarijs, nempè delegandi ſeu committendi nudum miniſterium quando caſus occurrit. vt patet ex Synodo Cardinalis Philimarini Archiepiſcopi Neapolitani editi anno 1646. Reuocatio autem huius licentiæ ſe habet, vt reuocatio priuilegij, quæ reuocatio, eſt talis naturæ vt annullat actus ſubſequentes, vt patet ex *Suarez de legibus lib. 8. cap. 40.*

QVÆRITVR XXIV.

Quidam ſic vouit promiſſo religionem, niſi Deus aliud de me diſpoſuerit. ad quid tenetur?

RESpondetur ex *Corduba, & Manuel* quos citat, & ſequitur *Sanchez in ſumma lib. 4. cap. 15. num. 2.* quod ſi de ſpeciali vouentis intentione non conſtat duplicem eſſe ſenſum ex vi verborum. Prior eſt, voueo religionem, niſi Deus ratione morbi, aut alicuius alterius obſtaculi ingreſſum impedierit, & tunc obligat votum non exiſtente eo impedimento. Poſterior eſt niſi Deus aliud, quod ſpirituali vouentis ſaluti expedientius ſit, diſpoſuerit, & tunc tenetur vouens, conſulere prudentes proboſq; viros, qui iudicent, attenta inclinatione, alijſque peculiaribus circumſtantijs an expediatne magis ei religionis ingreſſus, & ſi iudicent, magis expedire, teneri voto. Quod ſi oppoſitum iudicent, eſt liber à voto, in dubio vero vtrum illorum expediat, eſſe melius commutationem, aut diſpenſationem impetrare.

SED

Quid dicendum, ſi quis ſic voueret, voueo religionem ſi poſſum me eſſe caſtum, vel daer eleæmoſynam? quando obliget hoc votum?

RESpondetur ex *Sanchez loc. cit. nu. 5.* qui citat *Suar.* quod ſi vouens neſcit explicare ſuam intentionem, tunc contraueniet huic voto, quando non adhibita mediocri diligentia facilè ſuccubuerit tentationi, non autem erit reus voti, quando adhibuerit mediocrem diligentiam ad tentationem ſuperandam, & tandem præ fragilitate victus fuerit, concludit deniq; *Sanchez loc. cit.* quod conditio ſi poſſum non intelligitur de potencia phyſica, nec abſoluta morali, ſed intelligitur ſi commodè, & ſine magna difficultate implere poteſt.

QVÆRITVR XXV.

Accedit pænitens ad confeſſarium, & ſe accuſat numquam fuiſſe confeſſum, vel ſemper egiſſe confeſſionem inualidam, & interrogatus à confeſſario quam ætatem habet, neſcit numerum annorum, an teneatur pænitens ſumere à Parocho fidem baptiſmi, ratio dubitandi eſt, quia ex numero annorum poteſt confeſſarius colligere numerum peccatorum.

RESpondetur non eſſe neceſſarium, tũ quia ex aſpectu poteſt prudens cõfeſſarius ſcire ætatem pænitentis, tum quia in hoc iudicio non eſt neceſſaria ſumma diligentia pro examine conſcientiæ ſed ſufficit moralis pro captu pænitentis, tum quia nec etiam ex puntuali ſcientia annorum poteſt colligere confeſſarius numerum, neq; veriſimilem numerum peccatorum, quia ob diuturnitatem, ac multiplicitatem peccatorum, adeſt moralis impoſsibilitas, vt poſsit dici à pænitente, veriſimilis numerus, ac proindè confeſſarius ſciẽs numerum annorum nihil poteſt ſcire amplius, quam antequam haberet talem ſcientiam, ſed confusè poteſt conceptum facere de multitudine peccatorum pænitentis, & in ordine ad taxandum pœnitentiam nihil, aut parum poteſt iuuare talis ſcientia puntualis, ergo cùm ſit extraordinaria diligentia non arbitror pænitentem teneri ad hãc diligentiam adhibendam, nempè, ad

procurãdum à Parocho finem ſui baptiſmi. aliàs exterus qui longè diſtat à ſui patria non poſſet confiteri, niſi haberet fidem baptiſmi, quod abſurdum eſt.

QVÆRITVR XXVI.

Quis fuit damnatus ad mortem deinde fuit ei commutata pœna, nempè ad remigandum perpetuò, an poſſit tuta conſcientia præligere mortem, quam ſubire pœnam perpetuæ remigationis, quæſtio eſt quando eſt in poteſtate Rei, vel eligere mortem, vel remigare.

RESpondeo quod poteſt præligere mortem, quam ſubire pœnam perpetuæ remigationis, & ratio mihi eſt quia ſi licet ex communi DD. ſententia *à me cit. tom. 1. Miſcell. q.* 138. præligere mortem, quàm ſuſtinere tormenta cordæ etiam ſi falſus ſit delictum in corda quod non commiſit, ne illi tormenta renouentur à fortiori debet eſſe licitum præligere mortem media iuſtitia, quàm ſubire pœnam perpetuæ remigationis quæ pœna eſt conſtituta mors, & quandoq; in tali ſtatu etiam quis patitur periculum perpetuæ damnationis, cùm ſubijciatur multis anguſtijs, &c.

QVÆRITVR XXVII.

Quis conſuluit notoriè, vel mandauit, aut ratam habuit, vel non impediuit percuſſionē clerici. an ſit vitandus, ſicut ipſe notorius percuſſor?

REſpondet *Alfonſus de Leone in tract. de cenſuris recolect.* 3. *num* 335. quem ſequutus eſt *Pater Diana part.* 9. *reſol.* 18. 5. *ſed hic.* non eſſe vitandum, donec denuncietur, talis mandans conſulens, &c. eſſe excommunicatum. & non ſufficit, vt denuncientur mandantes, vel cõſulentes, vel ratum habentes in confuſo, adhoc, vt ſint vitandi, ſed opus eſt vt nominatim denuncientur; ad hoc vt ſint vitandi, vt benè obſeruat idem *Alfonſus de Leone loc. cit.* quam opinionem ſequor quoq; ego, cùm ſit probabilis; nam cùm ſimus in materia pœnali non debemus ampliare, ſed reſtringere, nam licèt mandans, conſulens, &c. incurrant excommunicationem ob percuſsionē clerici factam, tamen hoc non habetur ex diſpoſitione *can. ſi quis ſuadente*, ſed ex alijs iuribus Pontificijs, hæc extenſio habetur, vt benè aiunt DD. *ſupra cit.* ergo cùm ex Concilio Coſtantienſi hoc non ſit cautum, ſed ſolum loquitur de percuſſoribus clericorum, conſequenter non debent includi mandantes conſulentes, &c. nam hi tantum fictione iuris dicuntur percuſſores clericorum.

QVÆRITVR XXVIII.

Quomodo intelligatur illud vulgare dictum, qui tacet affirmat.

REſpondetur ex communiſsima DD. ſententia teſte *Sanchez de matrimonio lib.* 1. *diſp.* 5. *num.* 5. quod tacens videtur conſentire in quantum eſt in ſui fauorem, non tamen in ſui præiudicium, vt patet ex *Regul. qui tacet de regul. iuris in* 6.

QVÆRITVR XXIX.

An recipiens fictè patrimonium, vt ad ordines promoueatur data antapocha ſeu fide id reddendi, cum promotus fuerit, an teneatur id patrimonium reſtituere.

REſpondetur ex multis, ac grauibus DD. teſte *Sanchez de matrim. lib.* 6. *diſp.* 32. *num.* 7 non teneri, nec poſſe reſtituere patrimonium, donec beneficium ſufficiens, vel aliundè neceſſaria alimenta habeat.

Sed *Sanchez* cum multis alijs DD. *à ſe citat. num.* 8. docet ſimpliciter teneri reſtituere patrimonium abſq; eo quod adeptus ſit beneficium ſufficiens, vel aliunde ſuperuenerit ei bona ſufficiētia ad victum. cum ea non fuerit vera donatio; ſed donationis fictio, nec acquiſiuit alter Dominium, & licèt iniquè egerit donans fictè, mereaturq; re donata priuari; cùm tamen hæc ſit pœna, iudicis ſententiam deſiderat.

Ita etiam docet *Diana par.* 3. *tract. de Sacram. reſol.* 184.

SED PETES I.

An ordinatus ſic fictè incurrat ſuſpenſionem.

REſpondetur ex communi DD. ſententia, teſte *Marchino de ordine tract.* 2. *par.* 6.

part.6.difficult.7. incurrere ſuſpenſionē. Sed non deſunt multi graues teſte *Barboſa de poteſt. Epiſcop. allegat. 20. num. 27.* qui docent ordinatum ſine titulo non eſſe ſuſpenſum, nec qui eſt ordinatus cum patrimonio licèt promiſerit donanti, reſtituere illud poſt ordinationem, nam re vera non poteſt dici quod quis ſit ordinatus cum patrimonio ficto.

Quantum verò ad ordinatum cum patrimonio ficto an incurrat ſuſpenſionem. multi DD. teſte *Marchino de ordine tra. 2. difficult. 8:* docent incurrere ſuſpenſionem, & *Barboſa cum DD. à ſe cit. allegat. 19. num. 57.*

Sed multi alij graues DD. teſte *Sayr. de cenſuris lib. 4. c. 15. num 23.* docet quod peccat mortaliter ſed non incurrit ſuſpenſionem qui cum patrimonio ficto recepit ordines, vt qui occultè renunciauit ante ordinationem in fauorem parentis, aut amici qui bona donauerat. Secus ſi interuenit pactum ſimoniacum. idem docent DD. teſte *Viualdo in candelabro aureo titul. de ſuſpenſionē nu. 35.* & alij *DD. apud Diana part. 5. tract. 10. de ſuſpenſione reſol. 50.* & ratio eſt quia Canon *neminem, & canon Sanctorum, reuocati ſunt per cap. cum ſecundum 16. de prabend. ac proindè Trid. ſeſſ. 21. cap. de reformatione* vbi requirens titulum ad ordinem ſacrum recipiendum, ſe remittit ad pœnas antiquorum canon. contra eos qui aliter ordinantur; non ſe remittit ad dictos canon. neminem, & ſanctorum, vtpotè reuocatos per aliud ius ante Tridentinum, ſed ad alios canones nempè ad *cum de ſiu. onia,* & alios vbi puniuntur ordinationes factæ abſq; titulo, præſuppoſitis ſimoniacis pactis aut eis æquiualentibus, vt rectè docet idem *Diana cum DD. à ſe cit. Loc. cit.*

Neq; vrget Bulla Sixti Quinti quia iſta fuit correpta, & reuocata ad terminos Pij, & Tridentini à Clem. 8. conſtit. illius in nouo bullario 40. vbi ſolum excipit ſimoniacè ordinatos, & ordinantes.

QVÆRITVR XXX.

An Aduocatus tuta conſcientia poſſit defendere Reum quem certò ſcit commiſiſſe delictum, & legitimè in proceſſu fuiſſe probatum delictum.

RESpondetur ex communi DD. ſententia teſte *Guazzino defenſ. 6. num. 75.* quod Aduocatus non poteſt inſtruere principalem ad falſas probationes, aut iuramentum falſum, aut ad negandum delictum quando tenetur Reus illud fateri; puta quando eſt legitimè interrogatus à iudice, & multo magis non licet alijs carceratis inſtruere alterum carceratum, ne fateatur veritatem vt pœnam non luat. ita DD. teſte eodem *Guazzino num. 76.*

QVÆRITVR XXXI.

Creditor Antonij, obtinuit mandatum executiuum non ſolum contra bona dicti Antonij ſed etiam contra perſonam, nempè vt poſſit ad carceres duci à lictore; ſed miſericordia motus noluit vti tali facultate contra ſuum debitorem, ſed tantum dixit Lictori, vt ei metum incuteret, & extorqueret ab illo nummos, ſed nullo modo ageret, nec contra bona, nec contra perſonam, an poſſit Lictor tuta conſcientia recipere nummos oblatos à debitore Antonij.

REſpondeo non poſſe Lictorem retinere nummos donatos à debitore Antonij prædicti, & ratio mihi eſt, quia Lictor re vera non habebat facultatem ducendi illum ad carceres, dum pars noluit vti facultate à iudice obtenta, ac proindè Lictor nullum emolumentum attulit debitori, & conſequenter non poteſt retinere donatum à debitore hoc intuitu, ne ipſum ducat ad carceres; nam pro iuſtitia iudex non poteſt aliquid recipere abſq; onere reſtitutionis, vt docui cum *Leſſio in caſibus ſingularibus caſu primo fol. 1.* Sed tunc iuſtitia erat non ducere ad carceres debitorem Antonij, dum conſenſus creditoris nō aderat, vt duceretur ad carceres.

Secus dicendum eſt, ſi Lictor tenebatur illum ducere ad carceres, & noluit id facere quia recepit nummos à creditore Antonij, nam tunc licèt peccauerit mortaliter non ducendo debitorem ad carceres, tamen non tenetur ad reſtitu-

Digitized by Google

tionem, ſed tantum reſarcire damnum ſi fortè illatum ſit parti; vt cum eodem *Leſſio docui loc.cit.*

QVÆRITVR XXXII.

Parochus fuit vocatus à ſuis Parochianis, vt aſſiſteret eorum matrimonio, Parochus verò ſciens eſſe reos peccati mortalis, inducit eos ad eliciendum actum contritionis, vt dignè reciperent tale Sacramentũ, ipſi verò contrahentes nolunt elicere talẽ actum contritionis, an poſſit Parochus tuta conſcientia aſsiſtere matrimonio prædicto; ratio dubitandi eſt, quia videtur Parochus cooperari peccato contrahentium, ex alia parte, contrahentes ſunt miniſtri matrimonij, & præſentia Parochi eſt ſolum neceſſaria, vt actus ſit validus.

RESpondeo, ſaluo meliori iudicio, cùm nihil inuenerim apud DD. teneri Parochum aſsiſtere dicto matrimonio, præmiſſa tamen monitione, vt ſe ponãt in gratia media confeſsione, vel contritione. & ratio mihi eſt, quia tenetur Parochus ex iuſtitia inſeruire Parochianis circa adminiſtrationem Sacramenti, vt omnes DD. docent ergo non poteſt negare quin aſsiſtat dicto matrimonio, licèt careant gratia Dei, nam contrahentes ſunt miniſtri, non Parochus, vt aduertunt DD. & præcipuè teſte *Suarez cit. à Poſſeuino de officio curati cap 5. fol. mihi* 84.

Confirmatur à pari ex communi DD. ſententia, teſte *Sanchez de matrim. lib. 9. diſp. 6. num* 4. vbi docet quod non quoties peccat coniux petens debitum eximitur alter coniux à redditione debiti. ſed tenetur reddere, vt ſi vir affectu fornicario velit vxorem cognoſcere, & ita exigat, tenetur vxor reddere debitum, quia reddens debitum non cooperatur peccato exigentis, formaliter loquendo, ſed tantum actui ex ſua natura licito nec cooperatur directè cum non incitet ad petendum, nec indirectè, cùm nec poſsit, nec teneatur euitare peccatum exigentis, quando commodè non poteſt abſq; timore odij, indignationis, &c. tenetur verò ex præcepto correptionis fraternæ ad auertendum alterum à peccato. ergo idem dicendum eſt in caſu noſtro, quando correptio Parochi nihil iuuat, & commodè non poteſt non aſsiſtere dicto matrimonio abſq; timore odij, indignationis, &c. tenetur aſsiſtere dicto matrimonio præcipuè ſi contrahentes ſunt concubinarij, nam plura peccata committent ſi non contraherent dictum matrimonium ſtatim, quàm ſi illico contraherent cum peccato. eo magis cum Parochus non ſit miniſter matrimonij, ſed tantum contrahentes, vt ſupra dictum eſt. ita mecum ſentit Pater D. Ioſeph Ianuarius præditus bonitate, ac doctrina, & meus amiciſsimus.

Idem mihi videtur dicere ſi contrahentes ſunt in publico mortali peccato, nempè poſſe aſsiſtere Parochum dicto matrimonio, dummodo moneat Parochus populum ipſoſmet contrahentes velle ſic in tali ſtatu contrahere, hoc dico ad tollendum ſcandalum.

Secus dicendum eſt ſi ſunt excommunicati, etiam ſi non ſint publici. & ratio mihi eſt, quia ſi ſunt excommunicati per cedolones, vel publici percuſſores clericorum eſt interdicta eis communicatio non ſolum in diuinis, ſed etiam in humanis, ac proindè Parochus non infert Parochianis iniuriam nolens aſſiſtere dicto matrimonio quia ipſi non habent ius petendi cùm ſit interdicta communicatio tum in diuinis, tum in humanis.

Idem dicitur ſi ſunt excommunicati occulti, nam licèt non excommunicati poſsint communicare cum excommunicatis occultis, tamen excommunicati occulti non poſſunt communicare cum non excommunicatis.

Quia Concilium Conſtantienſe nihil ſuffragatur excommunicatis occultis. ergo non habent ius petendi aſsiſtentiam à Parocho eorum matrimonijs, quia non poſſunt communicare. ita mihi videtur dicendum, cum nihil punctu ale inuenerim apud DD.

IN-

INDEX

RERVM QVAE IN HOC OPERE continentur.

A

ABſoluendi facultas ſatisfacta parte vigore iubilei in foro conſcientiæ quando excommunicatio eſt deducta ad forum externũ, an proſit pro illo foro q. 38. fol. 24.

Abſoluendi facultas ſatisfacta parte à cenſura ſit valida abſolutio ſi pars non eſt ſatisfacta, & potuit ſatisfacere q. 30. fol. 24.

Abſoluendus, an ſit concubinarius, ſi non eijciat è domu concubinam ex alia iuſta cauſa q. 123. §. 1. & 2 fol 80

Abſoluere, an poſſint Regulares vi illorum priuilegiorum, à caſibus bullæ cœnæ, vel à duello violatione immunitatis Eccleſiaſticæ, &c. q. 4 fol. 1.

Abſoluere à reſeruatis ab ordinario, an teneatur qui habet priuilegium à Sede Apoſtolica, cum excipit confeſſionem alicuius q. 102. fol. 62.

Abſoluere, an poſſit Epiſcopus vigore Trid. peregrinum à caſibus occultis: quid de ſuſpenſione, vel diſpenſatione irregularitatis quando non habet animum permanendi maiori anni parte q. 119. fol. 78.

Abſoluere, an poſſit confeſſarius Neapolitanus ab excommunicatione peregrinum qui in ſua patria incidit in excommunicationem, q. 158. fol. 100.

Abſoluere quis poſsit in periculo proximo mortis à Papa reſeruatis, & qui dicatur articulus, vel periculum q. 159 fol. 100.

Abſolui, an poſſit excommunicatus abſens, & inuitus, ac non exiſtens in gratia, ſi eſt occulta excommunicatio q. 106 fol. 6.

Abſolui, an poſſint caſus dubij in bulla cœnæ q. 138. fol. 88.

Abſolui, an poſſit vigore iubilei excommunicatus ab Epiſcopo ob contumaciam, niſi prius Epiſcopo ſatisfaciet q. 299. fol. 232.

Abſolutio à cenſura, an poſſit impendi à delegato confeſſario, non audita confeſſione. & quid dicendum in iubileo q. 42. & 43. fol. 25.

Abſolutio à cenſura vigore iubilei, an ſit valida, ſi confeſsio fuit inualida q 44. fol. 26.

Abſolutus ab excommunicatione reſeruata in articulo mortis cui tenetur ſe præſentare ſi conualuerit q. 28. fol. 15.

Quid dicendum ſi tale onus non fuit impoſitum à confeſſario nempè, ſe præſentandi, an teneatur pœnitens ſe præſentare fol. 16. §. ſed.

Accidentia panis, & vini, an ſubiectentur in corpore Chriſti fol 238. §. petes.

Aduocatus poſſit defendere Reum quem ſcit commiſiſſe delictum q. 30. fol. 435.

Affinitas, an oriatur ex congreſſu ſpadonum q. 132. fol. 84.

Affinitas ex matrimonio rato vſq; ad quem gradum oriatur q. 188. fol. 129.

Affinitas, an incurratur ex ignorantia ſaltem, puta ſi quis cognouit duas ſorores, q. 270. fol. 208.

Affinitas, an incurratur ſi fuit violenta fol. 208. §. petes.

Affinitas, an contrahatur à ſola ſeminatione viri, & quid debet interrogare confeſſarius, adhoc vt exiſtimetur validum matrimonium q. 5. fol. 423. vbi inuenies quomodo ſciri poteſt, an fœmina conſumauerit.

Affinitatem, an quis incurrat ſi in neceſſitate baptizat filium ſuæ concubinæ, an cum illa poſſit contrahere matrimonium, fol. 208. §. petes 2.

Amentibus coniugibus, an ſit licita copula q. 50. fol. 30. vſq; ad fol. 32.

Annihilatio, an dicatur deſitio ſubſtantiæ panis, ex vi verborum conſecrationis fol. 238. §. petes 2.

Apoſtata à Religione cui eſt ſubiectus quoad confeſſionem, & quid dicendum ſi eſt degradatus, & traditus curiæ ſæculari q. 149. fol. 97. & 98.

Aqua ſi non miſceatur vino à Sacerdote ex obliuione, quid facere tenetur. aquam quis debeat in calice miſcere, fol 385. §. petes 9. & 10.

Aqua vino admiſta, ſi non ſit conuerſa in vinum, an conuertatur in ſanguinem, & an ſub hac intentione miſceri debeat, fol. 385. q. 45. §. ſed difficultas. cum alijs dubijs fol. 586.

Aquæ quantitas quæ ſit in calice ponenda ante conſecrationem q. 1. fol. 281.

Attritio quid ſit fol. 274.

Quid contritio, ibidem.

Ban-

B

Banchus qui recepit monetam argẽteam; an poſſit in alia materia ſoluere depoſitanti q.63 fol.4.

Baptiſmus, an ſit conferendus ſub conditione adulto, qui tempore ſuæ infantiæ duxit vitam inter catholicos, & infideles q.280. fol.215.

Circa baptiſmum, quot teſtes ſunt neceſſarij, vt aſſerant alium eſſe baptizatum, fol. 215. § petes

Baptiſmus collatus ab obſtetrice in periculo mortis, an ſit reiterandus ſub conditione, q.22. fol.43.

Baptizatus adultus quam certitudinem habet circa remiſsionem totius pœnæ, q.262. fol. 204.

Baptizatus, an præſumatur qui natus eſt inter catholicos. fol.215.§.petes 2.

Beneficiarij obligatio ſpecialis in quo conſiſtat circa eleemoſynas faciendas, fol. 133. §. petes 2. & fol.134. §. petes 3. nempè in quo vſu poteſt expendere beneficiarius fructus beneficij, vſq; ad fol.136. curioſa inuenies.

Beneficiarij, an poſſint diſponere per teſtamẽtum de bonis ſuis fol 136. §. petes 8.

Beneficiarius, an poſſit viuere de fructibus beneficij, q.139 fol.89.

Beneficiatus an poſſit teſtari de fructibus beneficij q.47 fol.28.

Beneficiatus expendens redditus beneficij in vſus non neceſſarios peccet, q.48. fol.28. vſq; ad §.3. & 4. fol.29 an penſiones non ſolutæ tranſeant ad hæredes, mortuo penſionario, ibidem.

Beneficium an irregularis poſſit retinere dum petijt à Papa diſpenſationem irregularitatis fuerit ei collatum beneficium, q.174. fol 119.

Bigamus, an ſit irregularis, quando incurritur, quas pœnas incurrit bigamus, quis in bigamia diſpenſet fol.257. vſq; ad fol.260.

Bonorum diuiſio, an conuenienter fuerit introducta, quo iure, per quos homines, an omnium rerum fuerit facta diuiſio. quid de mari. q.18. fol.426 §. petes 1.2.3.4. & 5.

Blaſphemia in quo conſiſtat, an differat ab infidelitate, an reperiatur aliquando ſimul cũ infidelitate; & quando committitur blaſphemia, & an ſemper contineat aliquid falſi quomodo differat blaſphia hæreticalis à non hæreticali, q.199. fol.143.144. & 146. & alia inuenies curioſa.

C

Calix, an amittat conſecrationem, ſi à Prælato, vel Parocho, aut aurifice aliquibus ictibus percutiatur, q.14. f l 369.

Capitulum ſede vacante, an poſſit concedere dimiſſorias ad ſuſcipiendos ordines, fol. 268. §. petes 8.

Caſum reſeruatum, an incurrat qui illum commiſit in loco exempto puta in monaſterio regulari intra eãdem diœceſim, & quid de monialibus exemptis an ſubyciantur ordinario quoad caſus, q.269. §.1.2. & 3. fol.207. & 208 § ſed petes.

Caſus, an ſint aliqui à iure, vel conſuetudine Epiſcopo reſeruati, q.144. fol.93.

Caſus reſeruatus commiſſus in loco exempto, puta intra monaſterium regularium intra diœceſis an poſſit abſolui à carente facultate ſuper reſeruatis q.253. fol.199. an incurrat excommunicationem, qui commoratur intra monaſterium, & non ſeruat legem ſub cenſura ibidem.

Cenſus contractus, cum obligatione vt intra tale tempus aliqua perſona obligetur inſolidum alias reſcindatur contractus, an ſit vſurarius; ſi moraliter ſcitur illam perſonam non ſe obligaturam, q.297. fol.231.

Centenaria præſcriptio quomodo probari poſſit, & an ſit immemorialis maior centenaria. fol.188. §.15 & 16.

Charactere, an Chriſtus ſit inſignitus, an inſit animæ indelibiliter, fol.254. §. petes 9. & 10.

Character quando imprimitur, quando confertur Sacerdoti fol.250. §. ſed dices.

Character ordinis quid ſit, in qua ſpecie qualitatis, an ſit potentia phyſica, & in quo ſubiecto ſit, fol.252. & 253. §.petes 6.7. & 8.

Character vnius ordinis, an ſupponat neceſſario characterem alterius ordinis, fol.268 §. petes 7.

Chriſtus in Sacramento Euchariſtiæ, an ſtet modo quantitatiuo. fol.238 §. petes 4.

Chriſtus, an habuerit ſecundum quod homo poteſtatem operandi interiorum effectum Sacramentum. & an potuerit alijs communicare. fol.254. & 255 §. petes 11. & 12.

Chriſtus quando nam incipiat, & deſinat eſſe ſub ſpeciebus Sacramentalibus, fol.291. §. petes 9.

Chriſtus quando conſecrauit, an ſit vſus aliqua forma verborum. & an Chriſtus dum benedixit, ac fregit panem ſimul etiã verba conſecrationis protulerit, & an prius fregerit panem quam conſecrauit q.40 fol. 381. & 382. §. petes 1. & 2.

Cum

Digitized by Google

Cum conſecrant duo ſimul Sacerdotes, an vterq; poſſit ſacrificium applicare, q.41.& 42 fol.382.

Ex conſecratione per concomitantiam, an veniat præputium an capilli an vngues an fuerit reaſſumptum præputium, & quando & vbi nunc conſeruatur, q.43.fol.383.§. ſed petes.

In conſecratione vini; an ſit prius miſcenda aqua. an ſit de fide Chriſtum vinum miſtũ aqua conſecraſſe, an ſit de eſſentia, q.44.§. petes 1.& 2.fol.383. an miſtio aquæ ſit de præcepto diuino, an Eccleſiaſtico, quis nam fuit primus, qui hoc præceptum miſcendi aquam tradidit. an aqua roſacea, vel alia artificialis miſceri poſſit, an debeat eſſe frigida. & quid ſi in dolio fuit miſta, an ſit iterum de nouo miſcenda in miſſa, fol.384. §.petes 4.5.6.7.& 8.

Circumciſio quando fuit inſtituta, & cui tradita fuit. an contulerit gratiam ex opere operato, fol.356.§.petes 139. & fol. 357. §.petes 140.

Circumciſio, an ſolum contulerit gratiam paruulis, verum etiam adultis an fuerit neceſſaria, & qua neceſſitate, fol.357.§.petes 141. & 142.

Circumſtantia copulæ cum confeſſario, an ſit neceſſaria in confeſſione explicanda q.80. fol.52.

Circumſtantia inductionis ad talem ſpeciem peccati an ſit explicanda in confeſſione, puta ſi quis rem habet, cum meretrice, & ante copulam explicat ſuum ſtatum, q.301. fol.233.

Clauſuræ licentia, an poſſit cõcedi pro deferẽdis bonis non monaſterij, ſed extranei, & quid dicendum in aliquo caſu, nempè quãdo poteſt concedi licentia pro cuſtodia bonorum extranei, fol.106.§.petes 8.

Clauſuræ licentia, an poſſit concedi confeſſario ad deferendam moniali infirmæ aliquam inſignem reliquiã, fol 106.§.petes 9.

Clauſuræ licentia, an ſit concedenda omnibus colonis qui deferunt frumentum intra monaſterium, an aliquibus, ſcilicet tribus, vel quatuor fol.105.§.petes 3.

Clauſuram, an poſſunt ingredi aliqui homines ad conſtruendam ſcenam pro aliqua repræſentatione ſpirituali à dictis monialibus, fol.104.§.petes 2.

Clauſuram, an violent moniales admittentes malefactorem, ne à iudice capiatur, fol. 105.§ petes 6.an hoc ſit licitum malefactori, abſq; cooperatione monialium ibidem.

Clauſuram, an violent moniales admittentẽ aliquem intra monaſterium, ne iniuſtè occidatur ab aggreſſore, fol 105.§.ſed.

Clauſuram, an violent habentes licentiam ex iuſta cauſa ingrediendi monaſterium, ſi finito negotio cauſa curioſitatis ibi per aliquod tempus cõmorantur, fol.106 § petes 7.

Clauſuram an violat moniales infirmæ ſi vocat confeſſarium, vt audiat eius confeſſionem ſi non habet materiam confeſſionis ſed de præteritis peccatis, vult iterum confiteri. ad hoc vt poſſit loqui cum confeſſario de aliquo negotio, fol 106 § petes 9.

Clauſuram, an violet confeſſarium pro commendatione animæ monialis in articulo mortis media licentia ſuperioris, fol. 107. §. petes 10.

Clauſuram monialium an violet fœmina ſi ingrediatur ſine licentia cauſa conſecrandi ſuum honorem, vel vitam. q.210 fol.162.

Clementia, quid ſit, quid crudelitas, q.3.fol. 413. conceptionis ſigna quot ſunt, fol 425. §. ſed petes.

Clerici, an peccent ſi geſtant arma ſine iuſta cauſa, & an Epiſcopus poſſit alicui clerico concedere licentiam deferendi arma, fol. 362.§.petes 10. & 11.

Clericus, congaudeat priuilegio fori, ſi dum erat coniugatus cum Virgine fuit ab Epiſcopo ei collata prima tonſura, q.89 fol.58

Clericus, an peccet mortaliter ſi non geſtat coronam clericalem vel habitum, qua de cauſa deferatur cenſura à Clericis, fol. 362.§. petes 8. & 9.

Clericus conſtitutus in minoribus, an poſſit canere Epiſtolam, q.31.fol.377. an non ſubdiaconus Tunicellam poſſit portare, ibidẽ.

Communionis annualis præcepto, an quis ſatisfaciat, ſi in Eccleſia Cathedrali ſumat, q. 100 fol.61.

Commutare votum peregrinorum, an poſſit ordinarius, q.153.fol.98.

Commutare votum vi priuilegij, vel iubilæi, an intelligatur in id quod eſt minus, q.154. fol.99.

Commutare votum in melius an poſſit quis auctoritate propria id facere. q.155 fol.99

Commutare votum an poſſit, qui habet poteſtatem diſpenſandi, q.156.fol.100 commutatio voti, an fieri poſſit extra Sacramentum, q.157.fol.100.

Commutatio, vel diſpenſatio voti, an poſſit fieri abſenti, q.151.fol.98.

Ad commutandum votum quæ cauſa requiritur, q.152.fol.98.

Confeſſario, an liceat excipere confeſſionem ſuæ concubinæ, q.10.fol.427.

Confeſſio inualida multorum annorum, an neceſſarium ſit, vt ſciatur tempus natiuitatis pænitentis, q.25 fol.433.

Confeſſarius, an teneatur ſub mortali monere pæni-

Digitized by Google

pœnitentem, vt denunciet ſancto officio confeſſarium ſollicitantem, etiam ſi ſit contra ipſum, q. 60. fol. 39. §. ſed dubium.

Confeſſarius extraordinarius an poſſit concedi ab ordinario monialibus, vltra vices à Trid. conceſſas q. 81. fol. 52. & 53.

Confeſſarius, an reuelaret confeſſionem ſi noluit infirmum concubinarium abſoluere qui noluit eijcere è ſua domu concubinam ſi diceret ego non abſolui, nec poſſum alia Sacramenta ei adminiſtrare, q. 124. fol. 81.

Confeſſarius, an debeat admonere pœnitentē laborantem ignorantia inuincibili, ſi non ſperat emendam, & quomodo erga illum ſe gerere debeat, q. 143. fol. 92.

Confeſſarius monialium, an poſſit loqui extra confeſſionem ſine expreſſa licentia, q. 165. fol. 103. quid de confeſſario extraordinario, ibidem.

Cōfeſſarius monialium, an poſſit ingredi clauſuram, cauſa accipiendi particulam conſecratam, q. 166. fol. 104.

Confeſſarius monialium, an ingredi poſſit clauſuram ad baptizandum puerum natū intra clauſuram. fol. 104. §. ſed petes.

Confeſſarius monialium an poſſit recipere à quadam moniali particulari quindecim ducatos pro celebratione trium miſſarum, in fraudem legis facta ab ordinario, ne cōfeſſarius recipiat munera à monialibus, q. 200 fol. 147.

Confeſſarius commiſit errorem in excipienda confeſſione alicuius ad quid tenetur, q. 211. fol. 162.

Confeſſarius, an poſſit licitè confeſſionem, & abſolutionem impendere pœnitenti qui non fecit examen conſcientiæ, q. 226 fol. 178.

Confeſſarius dum actu excipit confeſſione alicuius vult interrogare pœnitentem de aliqua circumſtantia circa peccatum manifeſtatum à pœnitente, & quia præpopere manifeſtat alia peccata interim confeſſarius non recordatur illius circumſtantiæ quam ſcire volebat à pœnitente, quid tenetur facere confeſſarius, quid pœnitens, q. 29. fol. 226.

Confeſſarius excipiens confeſſionem meretricis, an teneatur interrogare à quo tempore incepit peccare, & ceſſauit à peccato, q. 302 fol. 234.

Confeſſio facta bona fide ab ignaro pœnitente ſine expreſſione numeri peccatorum, & ſine præuio examine, an ſit reiteranda, q. 27. fol. 15.

Confeſſio, an ſit reiteranda quando poſt abſolutionem ſciuit pœnitens, non omnia peccata confeſſarium intellexiſſe, q. 29. fol. 16. quid ſi confeſſarius neſciuit diſtinguere mortalia à venialibus ibidem: an ſatisfaciant pœnitentes ſuæ conſcientiæ ſi petant cōſiliū à quouis cōfeſſario, ibidē ſed fol. 16.

Confeſſio inualida ex eo quia pœnitens tacuit peccatum mortale, & deinde repetita peccata in confeſſione generali omnia peccata ſigillatim, & etiam omiſſum, an ſit denuo reiteranda, ſi non fuit facta expreſſa mentio in confeſſione generali peccati non reuelati in illa confeſſione, q. 279. fol. 214.

Confeſſio, ante ſuſceptionem Euchariſtiæ, an ſit præceptum diuinum, an Eccleſiaſticum fol. 308. §. ſed dices.

Conſecratio, an neceſſit ſit, vt fiat in vtraq; ſpecie q. 9. fol. 286. quo præcepto diuino an Eccleſiaſtico, ibidem §. difficultas an ſit præceptum affirmatiuum, an negatiuum conſecratio ſub vtraq; ſpecie q. 10. fol. 287. an euadendam mortem fieri poſſit ſub vna tātum ſpecie q. 11. fol. 287. an poſſit diſpenſari à Summo Pontifice, vt ſub vna tantum ſpecie conficiatur q. 13. fol. 288. caro ſi in ſpeciebus Sacramentalibus appareat, quid faciendum ſit à Sacerdotibus q. 12. fol. 288.

Conſuetudinem qui, nam poſſint inducere an mulieres fol. 190. §. 21.

Conſuetudinem introducere, an poſſit non vſus fol. 190. §. 22.

An conſuetudo vnius familiæ poſſit introducere legem pro illa familia fol. 190. §. petes 23.

Conſuetudo quid ſit, q. 235 fol. 184.

Conſuetudo quotuplex, & fol. 185. §. petes 1.

Conſuetudo quæ ſit irrationabilis, & rationabilis fol. 185. §. petes 2.

Conſuetudo, an prohibeatur à lege humana fol. 18 §. petes 3.

Conſuetudo, an poſſit abrogare legem prohibentem conſuetudinem in contrarium fol. 186. §. petes 4.

Conſuetudo, an maneat abrogata per legem ſi in ipſa non efficiatur mentio de conſuetudine in contrarium, fol. 186. §. petes 5.

Conſuetudo, an à lege improbetur per verba generalia non ſolum de conſuetudine præterita, ſed etiam de futura intelligatur fol. 186. §. petes 6.

Conſuetudo, an habeat vim interpetrandi legem, fol. 186. §. petes 7.

Conſuetudo an poſſit lege abrogari, fol. 187. §. petes 8.

Conſuetudo an poſſit tolli ab Epiſcopo in ſua diœceſi fol. 187. §. petes 9.

Conſuetudo quando intelligatur reuocata per legem, fol. 187. §. petes 10.

De conſuetudine, an ſit credendum Doctori atteſtanti fol. 187. §. petes 11.

Con-

Digitized by Google

Conſuetudo immemorabilis quid ſit, fol.187. §. petes 13. quomodo probari poteſt ibidem, §.14.
Conſuetudo quanti temporis requiratur an inducendam legem, & qui actus ſunt neceſſarij, fol.188.§.17.
Ad conſuetudinem ſtabiliendam. an requiratur expreſſus, vel tacitus conſenſus Principis fol.189. §. 18.
Vt conſuetudo dicatur præſcripta ad effectum abrogandi legem quantum tempus neceſſarium ſit, fol.189.§.19.
An conſuetudo non præſcripta aliquando ſufficiat ab arrogandam legem interueniēte ſcientia Principis. fol.190.§.20.
Contra clauſuram an delinquat deputatus ad ingrediendam clauſuram pro deferendo aliquod intra monaſterium ſi pluries ingreditur imponendo ſibi minora onera quę poteſt. fol.105. §. petes 4.
Contra clauſuram, an delinquat monialis ſi egreditur à monaſterio ad ſtatum edendum, vt conſolat ſua fama. fol.105.§. petes 5.
Contractus à pupillo, vel minori ſine licentia tutoris, aut curatoris, an naturaliter obliget. fol.153.§ petes 7. & 8.
Contrahere, an poſſint pupillus, aut minor, vel prodigus ſine licentia curatoris fol. 153. §. petes 4.
Contrahere, an poſſint pupillus, aut minor de licentia tutoris, aut curatoris, & de quibus bonis fol 153.§.petes 5. & 6.
Contrito quid ſit, & an requiratur habere explicitam voluntatem confitendi tempore debito, & quid concurrere debet in contritione, fol.275. vſq; ad fol.276.
Copula, an ſit licita coniugibus amentibus q. 50. fol.31. vſq; ad fol.32.
Copula fornicaria conſumata tantum ex parte fæminæ, an liceat viro ſe retrahere, & non conſumare, etiam cum periculo effundendi ſemen extra vas q.108. fol.67.

D

Damnatus ad remigandum, an poſſit tuta conſcientia præligere mortem, quā pœnam remigationis q. 26 fol.434.
Debitor qui ſoluit creditori quod debet, medio bancho, ſi deficit banchus, pecunia cui perit debitori an creditori q 11. fol.6.
Debitum petere tempore menſtruorum, an liceat viro, q.8 fol.5.
Debitum petere, an liceat viro, quando eius vxor eſt prægnans. fol.5.§. petes 1.
Debitum reddere, an ſit licitum viro, quando eius vxor eſt adultera. fol 5.§. petes 2.
Debitum matrimoniale, an coniux ſanus, teneatur reddere coniugi ebrio fol. 32. §. 1. 2. & 3.
Debitum, an poſſit petere qui inuincibiliter cognouit conſanguineam in primo, vel ſecundum gradu alterius coniugis, fol. 208. §. petes 3.
Debitum, an poſſit peter coniunctо ſi in neceſſitate baptizat ſuum filium, fol.208.§. petes 4.
Delectationem capere de morte Tyranni, vel mali hominis, an ſit licitum q.107 fol.65.
Delectationem capere de acceſſu ad mulierem ſi eſſet ſua vxor, an ſit licitum ſoluto fol. 95. §. petes 5.
Delectationem capere ex futura copula, an liceat ſponſis, quid de viduis, q.148. fol. 96. & 97.
In diſpenſatione non fuit facta mentio de copula in ordine ad contrahendum matrimonium cum conſanguinea, vel affine, ſed tantum de ſuſpicione copulæ an ſit ſubreptitia, q.171. fol.117.
Delictum occultum, an ex iuſta cauſa poſſit detegi, q.90. fol.59.
Denunciare ſancto officio an teneatur Titius, qui ſciuit ab Antonio quandam maleficam, ſed ipſe non vidit ſed Antonij vidit maleficium fuiſſe patratum, & vi malefica, q. 33. fol.20.
Deus ob quas cauſa ſolet mala hominibus infligere, q.104. fol.63.
Deus an ſit cauſa, vel aliquo modo concurrat ad peccatum, q.109. fol.67.
Diaconus, vel ſubdiaconus frequenter canentes Epiſtolam, vel Euangelium in peccato mortali, an peccet. quid de Acholytis ferentibus cereos, fol.363. §. petes 12.
Dictum illud, qui tacet affirmat quomodo intelligatur, q.28. fol.434.
Dignitas ſacerdotalis quid ſit noui teſtamenti, q.1. fol.237. tit. de obligatione ſacerdotis.
Dignitas ſacerdotis legis gratiæ quām ſit magna, q.3. titul de obligatione ſacerdotis, fol. 239.
Inter dignitatem Deiparæ, & ſacerdotis, an ſit aliqua ſimilitudo q.4 fol.242.
Diſpenſatio Papæ, an requiratur ad matrimonium contrahendum quando quit commiſit adulterium cum promiſſione matrimonij ineundi vel interfecit mulierem ad hunc finem ſi adeſt ignorantia talis impedimenti, q 176. fol.120.
Dubium, an ſit ſimplex non recordatio, ita vt poſſit alicui conferri ſub conditione Sacramentum confirmationis, q.304 fol.235.
Dæmon quomodo agnoſci poteſt ſi ſit ſub figura hominis, q.53 fol.36.

Digitized by Google

Dolor de venialibus in ordine ad confeſſionem, an debeat eſſe formalis, an virtualis, q.17.fol 9.

Donatarius, an poſſit acceptare donationem mortuo donante ibidem, §.petes 1 2.& 3. fol.55. & 56.

Donatio, an reuocari poſſint ante acceptationem, & quid dicendum ſi facta eſt ad pias cauſas, q.85.fol.55.

E

EBrietas præuiſa intenta cauſa medicinæ, an ſit licita, q.1.f.l.421.

Eccleſia execrata, an cenſeri debeat ſi minores partes parietum per temporum interuallo corruant & reficiantur fol.297.

Eccleſia, an cenſeatur polluta propter modicam effuſionem ſanguinis, q.8.fol.366.

In Eccleſia polluta celebrans, an incurrat irregularitatem, fol.366.§.petes 1.

In Eccleſia polluta, an poſſint adminiſtrari ſacramenta, fol.371.§.petes 5.

Eccleſia an polluatur per ſepulturam alicuius intra dictam Eccleſiam, fol.371.§.petes 6.

In Eccleſia polluta ſi quis celebrat, an remaneat conſecrata, fol.372.§.petes 7.

Eccleſia, an remaneat polluta ſi quis recepit illos cum ſacculis arenæ intra Eccleſiam, & poſtea poſt tres dies extra Eccleſiã obijt q.18.fol.372.

In Eccleſia comedere, vel dormire, vel loqui de rebus nõ pertinentibus, ad cultum Dei, vel negotiari in Eccleſia, an ſit peccatum, q.3.fol.422 & 423.

In Eccleſia polluta, an poſſint celebrari diuina officia. An ſit idem pollutio Eccleſiæ ac interdictum; & quam pœnam incurrat qui celebrat in Eccleſia polluta, vel interdicta, q.33.fol.378.§.petes 1.& 2.

Eccleſia ſi violatur, quid faciet Sacerdos ſi celebrat, fol 378.§.petes 3.

Inter Eccleſiæ pollutionem, & execrationem quod diſcrimen ſit, fol.297.§.petes 11.

Eleemoſyna, an danda eſt ſimpliciter, an quãdo quis peruenit ad pinguiorem fortunam teneatur reſtituere, fol.155.§.petes.

Eleemoſynam recipere pro valore communionis aut priuatæ orationis an ſit licitum recipere, q.140.fol.89.& alia inuenies curioſa vſq; ad fol. 91.

Eleemoſyã pauper, an poſſit recipere qui non eſt ſimpliciter pauper, q.206.fol.154.

Eleemoſynam magnę quantitatis pecunię, an teneatur dare diues, ne aliquis à latronibus occidatur, fol.155.§.petes 1.

Eleemoſynam, an teneatur quis dare extremè indigenti, & adſunt alij, qui poſſunt dare, an teneantur inſolidum an ad partem, q.221.fol 171.plura dicuntur de obligatione elargiendi eleemoſynam vſque ad fol.174. & inuenies curioſa, an teneatur quis ſubuenire proximo in ſpiritualibus potius, quam ſibi in corporalibus fol.174.§.petes 7.vſque ad §.petes 12.fol.175.

In emptione, & venditione quid requiritur, & inuenies pulchrum caſum, q.169.fol. 116.

Epiſcopus, an poſſit diſpenſare interdum ſuper voto Caſtitatis, aut Religionis, q.13. fol. 7.

Quid dicendum ſi poteſt, & non vult, an intercedente iuſta cauſa, ſuſpendatur obligatio in aliud tempus fol.8. §.ſed difficultas.

Epiſcopus, an poſſit conferre ordines in oratorio ſuæ domus etiam ſacros, q.170.fol. 116.

Epiſcopus, an poſſit diſpenſare in irregularitate occulta, ſi quis eſt ordinatus ante legitimam ætatem, q.223 fol.163.

Epiſcopus, an poſſit renuntiare inuitis ſubditis, ſuo Epiſcopatui quando inſtat neceſſitas ſpiritualis proximi, fol.175.§.petes 11.

Epiſcopus approbat aliquem ad confeſſionem an cenſeatur approbatus pro tota diœceſi, q 254 fol. 199.

Epiſcopus, an ſine cauſa poſſit reuocare ſuis ſubditis approbationem quoad confeſſionem, q.255.fol. 99.

Epiſcopus, an poſſit ſine aliqua cauſa approbare regulares pro confeſſione ad tempus fol.200.§.ſed petes 1.

Epiſcopus ſi ſine iuſta cauſa non admittit regulares ad cõfeſſiones, an cẽſeantur eſſe approbati, fol.200.§.petes 2.

Epiſcopus nouus an poſſit de nouo examinare regulares quoad confeſſionem, fol.201.§. petes 3.

Epiſcopus, an ſolus ipſe poſſit conferre ordines, an Epiſcopus hæreticus. an Epiſcopus domicilij an originis, an ratione beneficij an ſuum triennalem familiarem poſſit ordinare, fol.266 §.petes 1.2.3.& 4.

Epiſcopus, an peccet ſi conferat ordines non ſibi ſubdito ſub ſpe ratihabitionis proprij Epiſcopi fol 268. § petes 5.

Epiſcopus poſſit conferre ordinem presbyteratus inſignito ordine diaconato à Papa, fol.268. § petes 6.

Epiſcopus, an poſſit conferre primam tonſuram ſuo ſubdito extra diœceſim abſq; licentia ordinarij, q.11.fol.368.

Epiſcopus, an poſſit ordinare ſuos ſubditos extra diœceſim ſi habuit licentiam ordinandi

nandi

nandi ſubditos Epiſcopi illius diæceſis,fol. 368. §.ſed petes.

Epiſcopus,an teneatur præmittere examẽ quo ad moces; antequam conferat ordines : & declaratur cur virga Aaronis emiſit flores amygdalarum , & non alterius arboris, q. 3.fol.359.

Epiſcopus ſi concedat omnem ſuam facultatem ad concipiendam confeſſionem , quid intelligatur q.18 fol.430.

Euchariſtia. an ſcit ſumenda copulæ illicitæ, vel pollutionis, q.229.fol 180.

Euchariſtia , an poſsit die paſchatis adminiſtranti à Religioſis fol.333. §.petes 87.

Eutrapolia quid ſit, q.9 fol.417.

Excommunicatio ſeu cenſura , an poſsit ferri propter peccatum merè internum conſumatum q.66.fol.44.

Excommunicatio lata propter actum externum debeat eſſe in ſua ſpecie perfectè conſumatus adhoc,vt incurratur,q 67.fol.45.

Excommunicatio, an ſit valida , quando admonitio non præceſsit ,q.71.fol.45 .an pro peccato præterito, poſsit imponi cenſuram an requiratur citatio partis ad declarandam aliquem per cadolones excommunicatum an metus excuſſet ab incurrenda cenſura,& quæ circumſtantiæ ſint ſeruandæ in cenſura vide fol.46. & 47.

Excommunicatio lata ad inſtantiam partis , an poſsit pars, inſcio ſuperiore , prorogare terminum ad denunciandum, q.208.156.

Excommunicatione , an poſsint ligari infideles,q.69.fol.45.

Excommunicatione , an ligari poſsit Papa,q. 70.fol.45.

Ab excommunicatione, an metus cadens in virum conſtantem excuſet ab ea incurrenda.fol.156.§.ſed petes.

Excommunicationem , an incurrat ſuperior regularis ſi ſine iuſta cauſa ſuum ſubditũ detinet in carcere , q.12.fol.7.

Excommunicationem : an incurrat Clericus qui fuit citatus : & non comparuit : ex eo quod ſciuit non patraſſe delictum : q.22. fol 12.

Excommunicationem:an incurrat ſi quis præcipiat interfici Clericũ. ſi ante exequutionem moriatur mandans,q.68.fol 45.

Excommunicationem , an incurrat qui percuſſit clericum habentem rem cum ſua vxore,an etiam qui dedit conſilium , vt percutiat,q.101.fol 62.

Excommunicationem,an incurrat, qui occidit clericum , ſed quando actu occidit oblitus eſt cenſuræ, licèt quando determinauit occidere recordatus ſit. q.131.fol.83.

Excommunicationem, an incurrat fœmina ſi ingrediatur clauſuram monialium ſine licentia cauſa conſeruandi ſuam pudicitiam, vel vitam,q.210.fol.162.

Excommunicationem , an incurrat peregrinũ, ſi promulgatur edictum contra non reuelantes ab Epiſcopo , ſi non reuelat , q. 224. fol. 178.

Excommunicationem, an incurrat qui furatur reliquias,fol 377.§ ſed petes.

Ab excommunicato non denunciato,qui petit Sacramentum pænitentiæ,an peccet,q.237. fol.191. quid ſi petit , vt ſuum contrahat matrimonium,ibidem.

Excommunicatus dubius, an teneatur ſe gerere,vt excommunicatum: q.1.fol 1.

Quid dicendum ſi habet dubium facti: vel iuris:ibidem : §.ſed petes 1.

Non excommunicatus:an teneatur euitare illum: cuius dubitat: an ſit excommunicatus:ibidem §.petes 2.

Excommunicatus:an aliquando poſsit recipere ſacramenta ſine peccato,q.2.fol 1.

Excommunicatus contritus , an aliquando licitè poſſit recipere ſacramentum matrimonij,q.45. fol.26.

Excommunicatus Epiſcopus à Papa, an approbati confeſſarij ab eodem Epiſcopi poſſint abſoluere à peccatis,q.55 fol.37.

Excommunicatus toleratus vterque contrahens. quinam peccat fol.191. §.petes 2.

Excommunicatus contritus , an licitè poſſit contrahere matrimonium , q.242.fol.193.

Excommunicatus per cedolones , an ſit vbiq; vitandus fol.315.§.petes 26.

Excommunicatus occultus an ſit euitandus , & an ipſe poſsit communicare, fol.316.§. petes 27. an peccent mortaliter ſi excommunicati occulti , communicent in diuinis fol. 316. §.petes 28.

Excommunicatus qui miſſam audit an peccet mortaliter,& incurrat aliquam pœnam,& quid ſi ſacerdos eſt excommunicatus, & eſt cauſa,vt coram ſe celebrentur diuina officia,fol.378.§.petes.3. & §. addunt DD.

Excommunicatus admonitus à celebrante,vt exeat ab Eccleſia,& non vult exire vel interdictus an incurrat aliquam pœnam . an peccent audientes miſſam cum excommunicato vitando,fol.378 §.petes 4.

Excommunicatus ob percuſſionem publicam profeſsi, vel equitis S.Ioannis , an ſit euitandus , q.21 fol.431.

Excommunicatus , ſed non per cedolones, ex eo,quia publicè conſilium dedit ad occidẽdum Clericum,an ſit euitandus , q.27.fol. 434.

Non excommunicatus,an poſsit inducere excommunicatum toleratum ad faciendum

ſacrum,vel vt ſacrificio miſſa aſsiſtat, fol. 191 § ſed petes.

F

FAma proximi, an violetur ſi detegatur peccatum publicum præterito tempore, q.259. fol.292.

Famula an peccet ſi teget peccatum ſuæ heræ ne à ſuo viro patiatur aliquod damnum notabile, q 303.fol.234.

Feſto die, an poſsit quis imperare non baptizatis,vt exerceant ſeruilia q.238.fol.191.

Filius concubinæ adulteræ cuius præſupponitur eſſe, q.150.fol.98.

Filius,an ſit ſui iuris patre mortuo,& viuente matre.fol.152.§.petes 1.

Filius,an eximetur à patria poteſtate,ſi à Patre eſt expoſitus ,q.219 fol.169.

Filius cuius debet indicari, quando fœmina rem habuit cum duobus ſed quando cum vno rem habuit patiebatur fluxum ſanguinis, q.6 fol 424.

Fœmina ægrota, an poſsit ex iuſta cauſa permittere tactus manus à medico,qui tentauit cum ea rem habere,& prauo animo tangit dum vult obſeruare febrim quid dicendum in articulo mortis,q.87.fol 57 & 58.

Fœmina concubinaria, an teneatur explicare in confeſsione, quoties fuit prima in petitione copula, q.256.fol.201.

Forma conſecrationis corporis quænam ſit, q. 14 fol.289. quid dicendum ſi variantur verba conſecrationis ibidem. verba conſecrationis quomodo ſint vera ſi non ſupponunt factam conſecrationem. ibidem §. petes 3.pronomen hoc, & hic quid ſignificant in conſecratione fol. 290. §.petes 4.

Forma ſanguinis quænam ſit, fol.290.§.petes 5.6.7.& 8.

Fortitudo quid ſit, & quæ illius officia, q.1. fol.397.

G

GRatia conceſſa à S.Pontifice viuæ vocis oraculo quæ ſint, & quando cenſentur reuocatæ, q 3 fol.1.

Gabbella iniuſta impoſita, an fructus illius penſionis annuæ poſsint dono accipi, vel alios contractus inire cum eo qui recepit fructus ex gabbella iniuſta, q.64. fol. 40. vſq; ad fol 42.gloria quid eſt, & an diſtinguatur ab honore fol.400 §. ſed petes gloriæ appetitus,an ſit peccatum, q.4.fol.423.

H

Hæreſis quid eſt, an requiratur pertinacia,in quo conſiſtat, quid de hæretico ſolum exterior quid de dubio in fide quid de ignorantia craſſa,& affectata, q 197.fol.140. vſq; ad fol.142.inuen..s curioſa.

Hæres fratris ſui defuncti, an teneatur ſoluere debita ex donatione facta à Rege intuitu ſeruitiar m m li 15, q.243 fol.193.

Hæreticus occultus, an incurrat excommunicationem, & quomodo hæreſis prodit in actum externum, q.198 §.petes fol.142. Circa hæreticales blaſphemias, vide verb. blaſphemia.

Hermaphroditus, an matrimonium poſsit cōtrahere,& iuxta quem ſexum, q.245.fol. 193. quid quando ſexus eſt æqualis quid ſi adhuc non eſt electus ſexus, an ſemel electus defuncto coniuge, poſsit alium ſexum eligere ibidem. & quis debet cognoſcere vter ſexus præualeat ibidem,fol.195.

Hoſpes,vel hoſpita admittit omnes in ſuo hoſpitio ſcilicèt fœminas,& mares, an peccet ſi alij homines rem habent cum fœminis, q.38 fol.51.

Humilitas quid ſit,& quod eius officium, q. 5 fol. 414.

I

IEiunare, an teneantur Confratres Societatis alborum. die quo ducunt damnatum ad mortem,ad patibulum, ſi in illo die accidit vigilia alicuius ſancti, q. 290. fol. 225.

Die ieiunij, an ægrotus poſſit comedere carnes ſine licentia Medici,q.128.fol.82.

In ieiunio de præcepto ſi quis habet licentiā comedendi carnes;ſi non comedit carnes,an teneatur ad ieiunium,q.98.fol.61.

In ieiunio vigiliæ Natiuitatis, an fami poſſit ientaculum in maiori quantitate, quam in alijs, q.292.fol.227.

In ieiunio quatrageſimali qui obtinuit licentiam à medico comedendi carnes, an poſſit ijs veſci tempore quatuor temporum quæ occurrunt in ipſa quatrageſima,q.305.fol. 235. & quando poteſt medicus concedere dictam licentia, & quid in caſu dubij ibidem,& fol.236.§.ſed.

Ieiuniorum tempore, an poſſint prægnantes comedere carnes,quando periculum eſt abortus,q.127 fol 82.

Ieiunium naturale, an frangat qui deglutit cibum,& deinde euomat,q.2 fol.422.

Ad ieiunium, an teneatur fœmina ſi habet dubium,an ſit prægnans,q.126.fol. 82.

Ignorantia inuencibilis, an dari poſsit de coitu cum beſtia,q.168.fol.115.

Illegitimi qui ſunt, an fieri poſſint legitimi per ſubſequens matrimonium ;fol.260.& 261.

Cum

Digitized by Google

Cum illegitimis, an poſsit Epiſcopus diſpenſare fol.371.§.petes 2.
Cum illegitimo, an poſsit Epiſcopus diſpenſare.fol.273.§.petes 13.
Inceſtus ratio vnde deſumitur, q.175. fol. 119.
Iudicium ad capturam, vel ad torturam, an quando recens occiſus emiſſis ſanguinem per vulnus ad præſentiam huius, & non alterius fol.77.§.petes 1.
Infamare aliquem de crimine occulto ex iuſta cauſa an ſit licitum, q.53.fol.34.vſq; ad fol. 36.
In interdicta Eccleſia an poſsint recipi Sacramenta, q.58 fol 38.quid dicendum in Eccleſia polluta,fol.39.§ ſed quid.
In interdicti tempore, quæ ſacramēta poſſunt ſuſcipi,q.76.fol.49.
In interdicto generali, an poſsint celebrari miſſa,& quando & quomodo, q.73 fol.47. vſq; ad fol. 49.
In interdicto locali particulari, vel generali, an non ſolum prohibeatur celebrare miſſam ſed etiam diuina officia, q.3 .fol 379.
Interdictum generale loci an priuet eccleſiaſtica ſepultura q 74 fol 49.
An concedenda ſit in aliquibus diebus eccleſiaſtica ſepultura,q 75.fol.49
Ira quid ſit,an ſit ira bona f.l.413.§.petes 1. & 2.
Irregulares an ſint qui laborant aliqua infirmitate,fol.261.
Irregulares ex defectu membrorum, vel deformitate qui ſunt, fol.262. vſq; ad fol. 264.& qui nam poſsit diſpenſare.
Dæmoniacus, an ſit irregularis an Neophitus, & qui ſunt fol.264.
Cum irregulari ex homicidio occulto an poſsit Epiſcopus diſpenſare, q 39.fol.381. quid cum filio præsbyteri, ſi eſt hoc eſt occultum,ibid.§.petes 2.
Irregularis,an ſit,qui abſcindit cartilaginem q.46. fol.26.
Irregularis, an ſit qui abſcidit membra aridum fol.26.§.petes 1.
Irregularis an ſit qui conatur occidere, vel mutilare aliquem, & non ſequitur occiſio, vel mutilatio fol 27 §.petes 2.
Irregularis, an ſit, qui præbet enſem volenti occidere ſuum inimicum,q.218 fol.169.
Irregularis, an ſit infamis, quæ ſit infamia iuris quid facti,& à quo auferri poſsit, & an infamis in vno loco, ſit vbiq; infamis fol.265.& 266 §.petes 1.2.3.& 4.
Irregularis an ſit qui caret indice, vel pollice,q 6.fol.365.
Irregularis,an ſit abſtemius, & an poſsit S. Pontifex cum abſtemio diſpenſare, fol. 365.§.petes 1.
Irregularis, an ſit qui indicat ſatellitibus vbi eſt Reus qui poſtea eſt damnatus ad mortem.q.17.fol 370.
Irregularitas ex defectu natalium, an ſit diſpenſabilis ab Epiſcopo, q.77.fol.50.
Irregularitas, quæ prouenit ex hæreſi ad quem gradum ſe extendit, q 99.fol.61.
Irregularitas, an impediat ſuſceptionem primæ tonſuræ,fol.272 §.petes 12.
Irregularitatem,an incurrat Religioſus, qui oſtendit locum, vbi habitat inimicum alterius, & ſcit, quod moraliter occidetur ab alio,ſi adeſt iuſta cauſa q 96.fol.60.
Irregularitatem,an incurrat,ſi quis dicat carnifici, vt pedibus premeret ſuper caput moribundi.dum exercet ſuum officium, ex mandato Iudicis.q.193.fol 137.
Irregularitatem,an incurrat Clericus excommunicatus,qui Miſſæ inſeruit, q.212.fol. 163.
Irregularitatem.an incurrat quis, quando nō impediuit aliquem à non committendo homicidio.ſed negatiuè ſe habuit, quid ſi poſt factum ratum habuit,q.13.fol.429.
Ad irregularitatem euadendum requiratur proteſtatio citra pænam ſanguinis, & cui ſit licita hæc proteſtatio,& quando,& quo modo fol.370.& 371.vſq; ad §.petes 4.
Ad irregularitatem ſuſpenſionem, &c.incurrendam ſufficiat ſcientia iuris prohibentis, an vltra hoc requiratur ſcientia huius pænæ,q.14.fol.429.
Iudex, an poſſit aliquem ex priuata ſcientia, vel certè non citatum,& nuditum condemnare,an ſaltem id poſſit facere Princeps, q. 86.fol.56.& 57.
Iudex,an poſſit condemnare reum conuictum, quem certè nouit innocētem,q.114.fol.72.
Iudex quot modis aduerſus crimina procedit, q.115.116.& 117 fol 73 & 74.
Iudex ex quibus indicijs, & ex quo crimine poſſit reum ſubijcere torturæ,q.118 fol.75.
Iudex quot modis poteſt procedere criminaliter,fol.123.§.petes 2.3.4 5. vſque ad fol. 125.
Iudex, an poſsit relaxare pœnam taxatam à lege, q.288 fol 223.
Iudicare, an liceat non ſecundum leges ſcriptas, q.112 fol.70.
Iudicij vſurpatione quinam peccent, quod peccatum ſit, an excommunicatus peccet vſurpatione iudicij,an Tyrannus, q.113. §.1.2.& 3.fol.71.& 72.
Iudici offerre pecuniam,vt contra ipſum non feratur iniuſtam ſententiam an liceat, q.17. fol. 430.
In iuramento, an requiratur tactus ſcriptu-

ra, q.21.fol 12.

In iuramento, an ſit neceſſaria prolatio verborum ibidem, §.petes 1

Qui iurat per falſos Deos, vel per Damones peccet mortaliter.fol.12.§.petes 3.

Iuramentum ſoluendi tali die, an excuſet à periurio impotentia debitoris, fol.44.§.petes 4.

Iurare, an poſsit quis in iudicio ſine peccato ſi moralem certitudinem furti habet, ſed non vidit v g. fuiſſe ſolutam pecuniam, q.20. fol. 11.

Ius gentium quod nam dicatur, q.14.fol.9.

Ius naturale, an diſtinguatur à iure gentium, ibidem.

Ius diuinum quid ſit, q.15 fol.9.

Ius naturale, an dici poſsit ius diuinum, q.16. fol. 9.

Ius diuinum, an poſsit mutari auctoritate Papa, fol.9. §.ſed petes.

L

Legati executor, an poſsit aliquid emolumenti recipere à legatario. vide verbo reſtitutio.

Legatorum piorum quot ſunt priuilegia, fol. 18.§.petes 9.

Legatum ad pias cauſas ſi fuerit cancellatum, an intelligatur reuocatum, fol.17.§. ſed.

Legatum ad pias cauſas ex quibus coniecturis poteſt agnoſci, fol.17.§.petes 1.2.3.& 4.

Legatum incertum ratione ſumma, vel perſona ſit validum, fol.17.§.petes 5.

Legatum iam factum, in dubio videatur eſſe reuocatum, fol.17.§ petes 6.

Legatum ad pias cauſas, an diſtributor ſi eſt pauper poſsit ſibi applicare, fol.18.§.petes 7.

Legatum ad pias cauſas, an cenſeatur diminutum, ſi alia legata fuerunt diminuta in codicillos fol 8.§.petes 8.

Legatum ad pias cauſas per teſtamentum ſecundum non ſolemne, reuocetur prius teſtamentum quamuis ſolemne ad pias cauſas, fol.18. §.10. vide plura verbo teſtamentum.

Legatum factum Virgini, an poſsit recipere ſi non eſt virgo, ſed publicè exiſtimatur virgo, q 5 fol.32.

Legem interpetrari, an liceat cuilibet, & qua ſunt regula ad interpetrandam legem, q. 196.§.1.2.4.& 5.fol.138.

Legem qui non acceptant à principio, an peccent, fol.183.§.petes 3.

Legis naturalis qua ſunt eius pracepta, fol. 159.§.petes 5.

Lex qua ſolum profert cenſuram contra committentes aliquod delictum, an comprehendat etiam conſulentes, q.97.fol.61.

Lex, an obliget quando ceſſat finis adaquatus legis, & quando dicatur ceſſare, q.173. fol. 158.

Lex ſi prohibet ipſo facto amiſsionem bonorum, ſi quis contra facit, an requiratur ſententia, ad hoc vt quis teneatur à ſe abdicare dicta bona, q.201. fol. 147.

Lex aterna qua ſit. q.209.fol.157.

Lex aterna, an ſit cauſa omnium legum, fol. 158.§. petes 1.

Lex naturalis, an ſit ipſe naturalis ratio, fol. 158.§.petes 2.

Cum lege naturali, conſcientia an ſit idem fol.158. §.petes 3.

Lex naturalis, an ſit vera lex diuina praceptiua, fol 158. §.petes 4.

Lex non acceptata ab aliqua communitate, an obliget q.231.fol.182.

Lex condita cum intentione obligandi populum, etiam ſi non acceptet illam ſit valida, fol.182. §.petes 1.

Lex acceptata à communitate quid intelligatur per communitatem, fol.182 §.petes 2.

Lictor, habens mandatum executiuum, an poſsit aliquid recipere à debitore, ſi non habuit à creditore conſenſum ad illum ducendum in carcere, q.31.fol.435.

Locationis pretium quod nam ſit iuſtum pretium alicuius rei, q 244.fol.194.

M

Macula peccati, quid ſit, & an differat ab offenſa, & ab iniuria, q.110.§.1. fol. 69.

Magnanimitas quid ſit, & qui eius actus, q.2. fol. 398.

Magnificentia humana quid ſit, & quod vitium ei aduerſetur, q.3.fol.400.

Maledictio, an ſit ſemper peccatum mortale, fol 66.§.petes 4.

Maleficiatus, an peccet ſi petit à malefico, vt deſtruat maleficium modo licito, ſed ipſe ſcit, quod medio illicito diſſoluit, q.300.fol. 233.

Manſuetudo quid ſit, q.2 fol.412.

Martyrium quid ſit, an ſit opus fortitudinis, & quanam ad martyrium requirantur, q. 1.& 2.fol.394. 395. & 396.

Vt martyrium proſit ad ſalutem quanam diſpoſitio in peccatore ſit neceſſaria, fol.396. §. ſed.

Ad martyrium, an neceſſe ſit, vt ſequatur mors,

mors,fol.396.§.ſed petes.1.

Martyrium quam vim habeat, & quando confert ſuum effectum, an deleat etiam culpam venialem.fol.397.§.petes 2.

Matrimonium inter conſanguineos contractum ſub conditione ſi Papa diſpenſauerit, an incurrat excommunicationem,qui cōtrahit,q.49 fol.29.vſq; ad fol.30.

Matrimonium,an ſit validum, quando fœmina ſumpſit venenum ſterilitatis, antequam contraxit.q.179.fol.121.

Matrimonium,quando contrahitur ſub conditione an Parochus, & teſtes debeant ſcire conditionem. fol.131.§.petes 2.
In quo gradu poſſit contrahi an requiratur nouus conſenſus,an Parochus, & teſtes debeant ſcire verificationem conditionis. an debeant ſcire Parochus,& teſtes quod contrahunt ſub conditione. quid ſi vnus tantũ coniux contrahit ſub conditione, an tunc ſint licita oſcula, vel tactus manus vſq; ad fol.32.inuenies reſolutiones.

Matrimonium conſumari à coniugibus ſine benedictionis nuptiarum, an ſit peccatum mortale, q.207.fol.155. & an peccent ſi omittent benedictiones, ibidem §. petes 1. quis Parochus debet impertiri, & quando poſſunt omitti,fol.166 §.2. & 3.

Matrimonium, an poſſint contrahi ab hermaphrodito. vide verb.hermaphroditus, & alia inuenies curioſa.

Matrimonium,an ſit validum ſi quis interfecit vxorem ad finem contrahendi cum alia fœmina,vel promiſit ducere in vxorem aliã fœminam tamquam agnouit viuente alio coniuge, ſi vnus contrahentium laborauerit ignorantia huius impedimenti, q.170. fol. 120.

Meritoriũ an omne opus ſit impetratoriũ, & an poſſit eſſe meritũ ſine impetratione, vel impetratio ſine merito,fol.9 [illegible].petes 5.

Miles quæ bona poteſt ſibi vendicare in bello, q.294.fol.228. & 229.

Minor pupillus ideſt infans quis dicatur,fol. 152. §. petes 2.

Miſſa,an celebrari queat vulgari lingua,fol. 333.§.petes 88.quid de officio,fol.341.§.petes 97. & 98. à quo fuit introductus vſus recitandi diuinum officium, fol 342.§ petes 99.

Miſſa à quonam ſit inſtituta quoad totã actionem, & quo ordine ſit acta ab initio naſcentis Eccleſia, fol 354.§. petes 135. & 136.

Miſſa votiua alicuius Sancti extra proprium diem,an dici poſſit, idem dicitur de Sanctis beatificatis, & non dum canonizatis, q 9. fol.367.

A Miſſa audienda,an excuſentur fœminæ quæ exeunt à conſeruatorio ſi probabiliter iudicant alios peccaturos,peccato deſiderij,q. 287. fol.223.

In Miſſa ſolemni Diaconus, & ſubdiaconus, an teneantur induci ſacris teſtibus.fol.334. §. petes 94.

Miſſa præcepto,an ſatisfaciat Italus, ſi Miſſam Græcorum audiat, q.122.fol 80.

Miſſæ pretium,quod ſit, & an ſacerdos ſolus ſolito ex aliqua cauſa poſſit exigere,q.141. fol. 91.

Miſſæ ſacrificium,an ſit meritorium, ſatisfactorium,& impetratorium,q.142 fol.91.

Miſſæ, an ſint celebrandæ in eodem loco vbi fuit deſignatur à teſtatore.

Miſſæ, an ſine peccato mortali poſſint alibi dici,quando locus deſignatus ab ordinario, non eſt ille qui fuit ab inſtitutore Cappellaniæ,puta quia illa Eccleſia eſt corrupta, q. 195.fol.137.

Miſſæ in die natalis, an poſsint dici interpolata. & an ſpecies vini exiccandæ ſint in calice,an purificatorio, ſi interpolate dicãtur Miſſæ, nam in calice remanent ſpecies vini conſecrati, q.5.fol. 284. an in qualibet anima materia etiam inſenſibili oculo mortali fieri poſsit conſecratio panis, vel vini,ibidem.

Miſſæ effectus,an ſint aliqui ex opere operato, fol.345. §.petes 109. & qui ſunt ibidem, §.110.

Miſſæ ſacrificium, an conferat augmentum gratiæ ex opere operato, fol.347. §.petes 114.

Miſſæ ſacrificium,quibus modis conferat ſuos effectus,fol.348 §.petes 115.

In Miſſæ ſacrificio quæ poſſunt occurrere,fol. 277. & ponitur per extenſum rubrica Miſſalis.

Miſſam,an quis teneatur audire, quando habet priuilegium, vt ſua domi celebretur,ſi ipſe cogatur manere domui die feſto, q. 103.fol.63.

Miſſam, an quis teneatur audire die veneris ſancti, ſi accidit feſtum Sanctiſſimæ Annuntiatæ,fol 333.§.petes 85.

Miſſam, an quis licitè poſſit celebrare cum veſtibus attritis,ac immundis, fol.333.§. petes 89.

Miſſam, an poſſit Sacerdos dicere in ara non ſacra,fol.334. §.petes 90. quid ſi notabiliter ſit fracta,ibidem,§.petes 91.

Miſſam celebrare, an poſsit Sacerdos in eodẽ altare,& in illa die, quo celebrauit Epiſcopus.fol. 334. §.petes 92.

Miſſam memoriter, an poſsit licitè Sacerdos celebrare, q.15.fol.369.

Digitized by Google

Miſſam Conuentualem, quinam teneantur facere celebrare, q.24.fol 375.

Miſſam quis primo celebrauit poſt Chriſtum, fol.355 §.petes 137.

Ad Miſſam celebrandam quæ ſunt neceſſaria, q.1.fol.297 & 298.calix & patena ex qua materia debeat eße. quomodo amittat conſecrationem fol.298. & 299. an Sacerdos debeat eße indutus calceis, quando vult celebrare.an poſsit celebrare ſine cingulo benedicto an poſsit celebrare in calice non dũ conſecrato, vel cum veſtimentis non dum benedictis, ſi alius ſacerdos bona fide celebrauit an pannis altaris, & color veſtium ſacerdotalium cadant ſub præcepto, fol. 300.§.petes 5.6.7 & 8.

Ad Mißam celebrandam, an requiratur puluinus.vltra Miſſale fol.334.§.petes 93.

Modeſtia quid ſit, & quæ eius ſpecies, q.4. fol. 414.

Modeſtia ſit in motibus externis,q.8.fol.414.

Modeſtia quid ſit circa ornatum corporis, & alias res externas,q.10 fol.417.

Monaſteria intra diœceſim,an ſint loca exempta,q.253 fol 199.

Moniales, vel regulares profeſſi deputati ad chorum, an teneantur perſoluere diuinum officium priuatim.q.249 fol.196.
An teneantur choro aſſiſtere, ibidem §. petes 1.fol.197. an teneantur dicere in choro officium B V.ibidem.§.petes 2.fol 197.

De morte Tyramni, vel mali hominis, an ſit licitum delectationem capere,q.107.fol 65. & 66.

Quid de morte ſpirituali proximi, ibidem §. ſed petes 1 fol.66. & q.172.fol.118.

Mortem deſiderare ſibi, vel proximo,ad vitandam modeſtam infirmitatem mendicitatem,&c.an liceat,fol.66.§.petes 3.

Murmurationis peccatum an ſit narrare defectus alicuius,q 258.fol.202.

N

NEgotiorum geſtor quid ſit, ad quid tenetur, &c.q.35.§§.1.2.& 3 fol.21. & 22.

Notarius,an teneatur ad reſtitutionem ſi confecit inſtrumentum continens læſionem, q. 32.fol.20.

Nouitiatus quando poteſt incipi poſt Tridentinum,fol.386.§ ſed petes.

Nouitius regularis ſi reddit ad ſeculum, non emittendo profeſſionem,an teneantur ſoluere alimenta monaſteria,q.19 fol.11.

Numerum peccatorum quidam ignarus pænitens in præteritis confeſſionibus. numquã expreſſit, & ab ignaro confeſſario nunquã fuit interrogatus de ſpecie an ſint confeſſiones reiterandæ, q.250 fol. 198.

Numerus peccatorum quando non poteſt moraliter, etiam ſi interceſſit paucum tempus inter vnam,& aliam confeſſionem quomodo ſe gerere debet pænitens, q.227.fol.179.

Numerus peccatorum expreſſus bona fide à pænitente in maiori quantitate, an reddat confeſsionem inualidam, an teneatur in eadem confeſsione certum,vel veriſimilem numerum explicare,q.293.fol.227.

O

OCcaſio proxima peccandi an ſit euitanda,non ſolum reſpectu peccati carnis, ſed etiam reſpectu ludi,ſi quis quoties ludit incidit in peccatum blaſphemiæ, q.57.fol. 38.

In occaſione proxima peccandi, an cenſendus ſit ille famulus,qui ſuum officium eſt,emere comeſtibilia,& ſemper ſurripit, q.298. fol. 232.
Quid de famula, quæ tenet apud à ſe clauem,& ſurripit nummos ab arca ſuæ heræ, ibidem, §.ſed.

Occidere inuaſorem pro defenſione propriæ vitæ, an licitè poſsit fieri etiam à Religioſo etiam in loco ſacro, q.8.fol.3.
Quid dicendum de filio contra Patrem ſeruo contra Dominum,&c.ibidem §.petes 1. & 2.
Quid dicendum de eo qui pugnat in bello iniuſto. an liceat defenſio cum morte inuaſoris ibidem,§ petes 3.

Occidere vim vi repellendo adhoc. vt ſit licitum quot conditiones requirantur.fol.4.§. petes 4.
Quid dicendum ſi quis defendendo ſe intendat mortem inuaſoris, an intendere debeat ſuam defenſionem.fol.4.§.petes 5.

Occidere inuaſorem, an liceat proſcripto,ſeu bannito fol.4.§.petes 6.

Occidere inuaſorem, an liceat, antequam inuadat.fol.4.§ petes 7.

Occidere inuaſorem finitum congreſſum,an ſit licitum.fol.5.§.petes 8.

Occidere inuaſorem, an ſit licitum ſi ſolum alapa,vel fortè verberet hominem,fol.5.§. petes 9.
Quid ſi lædat verbis contumelioſis, fol.5. §.petes 10.

Officium cum ſocio, an beneficiarius teneatur perſoluere,ſi alio modo non poteſt recitare, etiam ſi ſit neceſſarium, vt mercedem ſoluat, q.91.fol.59.

Officium, an degradati teneantur perſoluere, q.92. fol 59.

Offi-

Officiū damnati ad triremes. an teneantur recitare ſi habent ordinem ſacrum, q. 93. fol. 59.
Officium, an teneantur recitare profeſſi eiecti à Religione non ſunt ordine ſacro inſigniti, q. 94. fol. 60.
Officium an teneantur recitare nouitij, q. 95. fol. 60.
Officium diuinum, an degradatus damnatus ad mortem teneatur perſoluere eo die, quod ducendus eſt ad patibulum, q. 133. fol. 84.
Officium in choro, an teneantur recitare regulares quando ſunt duo, vel tres Religioſi, q. 178. fol. 121.
Officium regulares an teneantur recitare ſecundum ritum ſuæ Regulæ, q. 181. fol. 122.
Officium, qui recitat in choro, an teneatur audire partem alterius ſocij, fol. 198. §. petes 4. & 5. ſed.
Opinio probabilis, an conferat iuriſdictionē, circa facultatem abſoluendi, aliquod peccatum, q. 82. fol. 53.
Opinio parum probabilis, quando eſt ſequenda, q. 129. fol. 82.
Ordinari ad quem titulum quis poſſit, fol. 269. an ad titulum patrimonij ibidem, an amputari debeat in legitimam donatio facta à patre ad filium pro ſuſcipiendis ordinibus, fol. 270. §. ſed dices.
Ordinari, an quis poſſit ad titulum penſionis, fol. 270. §. petes 5.
In ordinatione, an contactus materiæ ſit de eſſentia, fol. 252. §. petes 3. & quando ſimul ordinantur, an ſit opus, vt omnes ſimul tangant, ibidem, §. petes 4.
In ordinatione presbyteri, vel Diaconi, an calix, qui porrigitur debeat eſſe conſecratus, fol. 252. §. petes 5.
Ordinatus ad titulum patrimonij, an poſſit illud renunciare ſine licentia Epiſcopi, ſi tūc habet beneficium, vnde commodè viuere poſſit, fol. 270. §. petes 6.
Ordinatus cum patrimonio ficto, an ſit ſuſpenſus, & poſtea celebrando fiat irregularis, fol. 270. §. petes 7.
Ordinatus ſimoniacè, an incurrat aliquam pœnam, fol. 272. §. petes 10.
Ordinatus bona fide abſq; legitima ætate, vel abſq; dimiſſorijs, an incurrat ſuſpenſionem, & quomodo probanda eſt bona fides, q. 16. fol. 369. & 371. an completa legitima ætate egeat diſpenſatione, ibidem, & q. 38. fol. 380. & fol. 358.
Ordinatus ob metum cadentem in virum conſtantem an ſit validè ordinatus, q. 21. fol. 373.
Ordinatus ad titulum patrimonij ſine neceſſitate, vel commoditate Eccleſiæ. an incurrat ſuſpenſionem, q. 1. fol. 358.
Ordine Sacerdotali ſi initietur infans, an ſuſcipiat characterem ordinis, fol. 256. §. petes 4.
In ordine Diaconatus, an traditio libri Euangeliorum ſit de eſſentia, fol. 361. §. petes 4.
Cur in ordinatione forma profeſſus per modum imperatiuum. & an ſit de eſſentia inuocatio ſanctiſſimæ Trinitatis, fol. 362. §. petes 5. & 6.
Ordinem, an quis recipiat præsbyteratus quando in calice non fuit appoſitum vinum, fol. 361. §. petes 2.
Ordinem, ac facultatem abſoluendi à peccatis, an quis recipiat, ſi Epiſcopus obijt antequā protulerit illa verba in ordinatione ſacerdotis, accipe Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, &c. fol. 361. §. petes 3.
Ordinem Diaconatus Epiſcopus qui non recipit, an poſſit alteri conferre, fol. 362. §. petes 7.
Ordinem recipiens, cum obligatione reſtituendi patrimonium donatum, an teneatur illud reſtituere, q. 29. fol. 334.
An incurrat ſuſpenſionem, ibidem.
Ordines quot ſint, q. 3. fol. 248.
Ordines ſuſcipere, quibus prohibitum ſit, fol. 258. §. petes 5.
Ordines Epiſcopus, qui eos confert ſine titulo, vel patrimonio, quam pœnam concurrit, fol. 271. §. petes 8.
Ordines quo die conferri poſſunt, & quo die prima tonſura, fol. 272. §. petes 9.
Ordines qui ſuſcipit ſine animo vlterius aſcendendi, an peccet, fol. 272. §. petes 11. quid ſi intendat ſolum declarare forum, ibidem.
Ordines minores, an poſſit conferre Epiſcopus vnico die, quid ſine cauſa, q. 10. fol. 367. & 368.
Ad ordines minores, & ad primam tonſuram, quæ ætas ſit neceſſaria, fol. 368.
Ad ordines ſuſcipiendos, quæ ætas ſit legitima, & quæ ad Epiſcopatum, fol. 256. §. petes 2. & 3.
Ordinum collatio, an ſit ſacramentum, q. 4. fol. 249.
Ordinum materia, quæ ſit ſingulorum, q. 5. fol. 251.
Ordinum materias, an Chriſtus inſtituerit, & an contulerit Apoſtolis, fol. 251. §. petes 1. & 2.
Ordinum, qui ſunt capaces, q. 6. fol. 255.
Ordinum interſtitia, quæ ſint, q. 5. fol. 269.
Ordinimum ſacrorum quænam ſit materia, & quo ad ordinem presbyteratus, an debeat Sacerdos de neceſſitate tangere hoſtiam, q. 4. fol.

Digitized by Google

4.fol 360.§.petes 1.

Ordo quid ſit.d ſp.4 q. fol.247.

Ordo,an ſit Sacramentum diſp.4.q.2.fol.247

Oſcula inter coniuges cum præuiſione pollutionis,an ſint licita.vide verb.occaſio.

Oſcula,& amplexus inter virum, & fœm nō omnino ſolutos ſint aliquando licita, q.59. fol.39.

Oſcula & tactus non impudici; an ſint liciti ſponſis de futuro,etiam ſi præuideatur pollutio q.145 fol 93.

Oſculari ſponſam de futuro,an liceat ſponſis, vel eam tangere cum periculo pollutionis, q.240 fol.192.

P

PAnis, vel vini quæ quantitas conſecrari poſsit.q.2.q.3.fol.281.an debeat eſſe præſens; & quod nam dicatur ſufficiens præſens,q.4.fol.28..& 282. an debeat eſſe definita,ac determinata in mente Sacerdotis, q.4.fol.282.& 283.

Panis, an debeat eſſe triticeus adhoc, vt ſit materia conſecrationis, & quanam genera frumenti comprehendantur, q.6.& 7 fol.285.& 286.

Panis,vt ſit panis an ſit neceſſarium, vt miſceatur aqua. quid ſi miſceatur aqua roſacea.fol.383.§.petes 3.

Parochus quid agere debeat; ſi dum accedit ad communicandam infirmam inueniat multas confeſſiones inualidas; idem dicitur de Confeſſario qui vult communicare Monialem.q.176.fol.120.

Parochus,an teneatur prædicare. & docere rudimenta fidei,q.186 fol 126.

Parochus aſsiſtens matrimonio quæ debet aduertere contrahentibus,q.257.fol.202.

Parochus an teneatur aſsiſtere moribundo, q.274 fol 211.

Parochus,an teneatur inquirere peccatores in ſua parochia, q.275.fol.211.

Parochus,an teneatur cum periculo vitæ adminiſtrare ſacramentum baptiſmi,ac pænitentiæ q 276.fol.211.& 212.

Parochus, an teneatur aſsiſtere matrimonio ſuorum Parochianorum, qui ſunt in ſtatu peccati mortalis, & nolunt elicere actum contritionis,antequam contrahant;quid dicendum ſi ſint publici peccatores, vel excommunicati,q.31.fol.436.

Patientia quid ſit, & longanimitas, q 4.fol.400.

Peccatum,an poſsit eſſe pœna peccati, fol.69.§.petes 4.

Peccatum, an ſit vti re indifferenti ob aliquā cauſam, etiam ſi præuideatur peccatum alterius, q.283.fol.210.

Perſeuerantia & conſtantia quid, & quæ ſunt vitia oppoſita huic virtuti q 5.fol 401.

Pœna peccato debita, an ſit infinita intenſiuè, q.111 fol.70.

Pœna quid ſit,& quid reatus pœnæ, fol 69.§.petes 2.

Pœnæ auctor, an poſsit eſſe Deus, fol.69 §.petes 3.

Pœnitens, quando vult ſubijcere clauibus venialem, quem dolorem debet elicere formalem,an virtualem, q 17.fol.9.

Pœnitens accedit ad confeſſarium dicens dediſſe cōſilium alicui qui determinatus erat ad occidendum aliquem, vt occideret medio veneno,an peccauerit, & ad quid tenetur, q.220.fol.170.& inuenies alia dubia curioſa.

Pœnitens qui numquam expreſsit,neq; numerum, neq; ſpeciem peccatorum, an teneatur reiterare confeſsiones, ſi id bona fide fecit q.250.fol.198.

Pœnitentiam præſeruatiuam, an teneatur pœnitens acceptare q.180.fol.122.

Pœnitentiam,an poſsit confeſſarius imponere pœnitenti, vt non communicet, q 228 fol.180. quid ſi acceptauit pœnitentiam non ſumendi Euchariſtiam ibidem § ſ d.

Pœnitentiarij electi ab ordinario, an poſſint committere nudum miniſterium alij inferiori confeſſario,q 7.fol.3.

Pœnitentiarij delegati ab Ordinario, an poſſint committere nudum miniſterium alij confeſſario.q 120 fol.79.

Pœnitentiarij electi ab Epiſcopo, an poſsit ſubdelegare nudum miniſterium, quid ſit hoc ſit eis prohibitum q 23.fol 432.

Pœnitentiarius,ex vi ſola inſtitutione,an poſſit abſoluere à reſeruatis; q.19.fol.431.

An polluatur Eccleſia deſtructa, fol.295.§.petes 6. an polluatur Eccleſia per copulam coniugalem fol.295.§.petes 7.& fol.296.§.petes 8.

Polluta Eccleſia, an cenſeatur pollutum cœmeterium, fol.296 §.petes 9. quando Eccleſia amittit conſecrationem, vel benedictionem ita vt in ea non poſsint celebrari miſſæ, fol 296.§.petes 10.

In polluta Eccleſia an poſsit dici miſſa, & quot modis polluatur Eccleſia.q.1.fol 292 quid ſi factum ſit occultum, fol.293.§.petes 1. Eccleſia ſi non ſit creata, aut benedicta an pollui poſsit, vt eſt oratorium fol.294. quid dicendum de Eccleſijs Xenodochiorum. quid de cemeterio ibidem quid de ſacreſtia aut cameris adhærentibus Eccleſiæ fol.295.

Pollutio præuiſa præter intentionem, an ſit pecca-

peccatum mortale, ſi non euitetur cauſa, vnde prouenit, q.147.fol.95.

Pollutio præuiſa à coniugibus extra vas naturale, an ſit mortalis, q.241.fol.193.

Cum pollutionis periculo, an ſit liciti tactus, oſculo, &c. coniugibus, q.146.fol.93. an tactus membri genitalis à coniuge ſit licitus, an delectationes moroſæ ſint licitæ coniugibus, quando haberi non poteſt copula ob aliquod impedimentum, &c. fol.94. §. petes 1.2.3. & 4.

Prædicator quæ peccata poteſt committere dũ exercet ſuum officium, q.187.fol.126.

Præſcribi, an poſſit facultas adminiſtrandi ſacramenta, q.130.fol.83.

Præſcribi, an poſſit cura animarum poteſtas abſoluendi, & aſſiſtendi matrimonio, q.163. fol.102. & 103.

Promiſſio acceptata, an obliget ſub mortali, q.271.fol.209. quid ſi quis tacet, & non acceptat, ibidem fol.209. §. petes 1.

Prouidentia quid ſit, an ſit in Deo, & quomodo probanda, q fol.401.

Prudentia quid ſit, an præcipiat virtuti morali, & ab ipſis dependeat, in quas ſpecies diuiditur quænam ſint partes integrantes, quæ ſint potentiales, & quot, & quibus modis peccetur contra prudentiam, q.11.fol. 418. vſque ad fol 421.

Pupillus minor, aut infans quis dicatur, fol. 152. §. petes 2.

Q

QVoties ſeu numerus an quomodo ſit explicandus quando moraliter non poteſt q.227.fol.179. vide verb. num.

Quoties in peccato concubinatus, an ſit opus explicari à pœnitente, ſcilicet quis fuit primus in petione copulæ fœmina, an vir, q. 256.fol.201.

R

RAtihabitio, an conferat iuriſdictionem, in ordine ad confeſſionem, q.264 fol. 204.

Regularis tam mas, quam fœmina, an poſſit diſponere de bonis Monaſterij cum licentia tacita Superioris, q.211.fol.163. quis ſit Superior, qui poſſit concedere licentiam expendendi nummos, & circa quam quantitatem, fol.164. §. petes 1.2. & 3.

Regularis, expendens aliquid ſine licentia Superioris, vel donat, an teneatur ad reſtitutionem, & quænam ſit quantitas, adhuc, vt peccet mortaliter regularis, fol.165. §. petes 4. & 5. & fol.166. §. petes 6.

Regularis ſi rogat aliquem volentem ſibi donare, vt det conſanguineo, vel alij perſonæ, an peccet fol.166. §. petes 7. plura inuenies de hac materia § fol.67. & 68.

Regularis factus Epiſcopus, cui requirit ſibi, an Monaſterio fol.168 § petes 15.

Regularis tam mas, quam fœmina, cui acquirit ſi per fornicationem acquirit fol.168. §. petes 14.

Regularis factus Epiſcopus titularis, cui acquirit, fol.168 § petes 16. quando nam deſinat acquirere Regularis factus Epiſcopus, fol.168. petes 17.

Regularis, quando tranſit ad ſecundum Monaſterium, bona prima acquiſita, an tranſeant ad ſecundum Monaſterium, q.216. fol.168.

Regularis, an tempore peſtis poſſit fugere à loco, vbi eſt peſtis, fol.175 §. petes 12.

A Religione auertere aliquem, an ſit peccatum. q.8.fol.392.

De Religione, vel de ſtatu eligendo, quid faciendum eſt ab eo, qui nondum deliberauit, q 5.fol.390.

Religionem, an ingredi poſſit puella inuitis parentibus, q.1.fol.386.

Religionem ingredi, an expediat, vt ſint ſenes, vel maturæ ætatis. q.2.fol.386.

Religionem ingredi, an ſit opus longa deliberatione, q.3.fol.387. an omnes religiones ſint accomodatæ omnibus perſonis, fol.388. §. ſed maior difficultas.

Religionem ingredi, an ſit expediens, vt quis voto ſe aſtringat, q.9.fol.393.

Qui Religionem ingreditur, an poſſint priuari portione legitima, an non ſequi innouationem Dei circa ingreſſum ad Religionem, an ſit peccatum, & quot damna naſcuntur, q.10.fol.393.

Ad religionem, an ſit quis à Deo vocatus quomodo ſciri poteſt, q.4 fol.388.

Religionis ingreſſum, an expediat differre in longum tempus, donec iudicium maturauerit, q.6.fol.390.

Religionis commoda, quænam ſint, q.7.fol. 391.

Reliquiæ ſanctorum, an poſſint licitè à laicis tangi, an extra captam poſſint oſtendi, an venales poſſint exponi, an liceat ſurripere, q.25.29.30. & 31.fol.376.

Reſeruatio peccati facta ab Epiſcopo, & Papa, an ablata reſeruatione papali, intelligatur ablata Epiſcopalis, q.9 fol.427.

Reſtituere, an teneantur ſartores quod accipiant à mercatoribus, quando emunt pannum nomine alicuius: ſi id fideliter agant eius negotium: q.2.fol.2.

Reſtituere: an teneatur fur fructus rei furatæ ſi ac-

Digitized by Google

ſi accidit induſtria furis: q.23. fol.13.

Reſtituere, an teneatur inuentor rei alienæ, ſi petijt pretium à Domino, q.24 fol.13.

Reſtituere, an teneatur prouenuta, vel licitator ſi vlt ra pretium taxatum à Domino rē vendidit, & ſibi vendicat, q.25. fol.13.

Reſtituere, an iterum teneantur obnoxij reſtitutioni ſi id fecerint quod ignarus confeſſarius conſuluit reipſa non fuit res furata tradita in manu Domini q.252. fol.199.

Reſtituere an teneatur fur, ſi verus Dominus abijt in regimen longinquam, nempè an teneatur reſtituere, vbi eſt verus Dominus, q.20. fol.431.

Reſtitutio rei ablatæ quando non extat in ſpecie, an ſit facienda ſecundum valorem intrinſecum rei, an ſecundum id quo fuit vēdictum v.g. pallium q.36. fol.22. quo pretio infimo, mediorum vel ſummo fol.23. fol.25. § ſed vide etiam q.41.

Reſtitutio rei ablatæ, an ſit de neceſſitate ſalutis, & vnde colligitur ex ſcriptura q.272. fol.210.

An ſit præceptum negatiuum ibidem, § ſed petes.

Reſtitutio in integrum cui competitur q.281. fol.216.

Vt reſtitutio in integrum concedatur quanta debeat eſſe læſio fol.217. §. petes 2. & 3.

Ad reſtitutionem expenſarum, an teneatur nouitius qui reddit ad ſeculum non emittendo profeſſionem, q.19. fol.11.

Ad reſtitutionem, an teneatur qui ſcienter emit rem furatam ſi animo reſtituendi vero Domino id fecit ſcilicet, an peccauerit mortaliter q.34 fol.21.

Ad reſtitutionem, an teneantur alij habentes nummos in eadem Arca quando fur ſurripuit globolum nummorum ſeparatum ab alijs q.38. fol.23.

Ad reſtitutionem, an teneatur qui locat operas ſuas vſurario, quando vſurarius non habet alia bona niſi acquiſita ex furto q.62. fol.40.

Ad reſtitutionem an teneatur mercator ſi vēdit rem ſuam ſupra iuſtum pretium ratione periculi recuperandi rem ſuam q.79. fol.51.

Ad reſtitutionem, an teneatur qui dono accepit veſtem ab aliquo, ſed dubitauit cum accepit fuiſſe furatam q.83. fol.53. vſq; ad fol.54

Ad reſtitutionem, an teneantur, qui emunt bona Chriſtianorū capta à turcis in bello, q.84. fol.55.

Ad reſtitutionem, an teneatur poſſeſſor bonæ fidei, ſi ei ſuperuenit dubium, quando non ſit ſua; quid de dubito certo, ſed dubitat, an ſoluerit, q.105. §. ſed quid dicendum fol.64.

Ad reſtitutionem, an teneatur accipiens aliquid ab aliquo titulo donationis ita vt non habeat alia bona dicens donans, vt poſſit ſatisfacere ſuis creditoribus ſi accipiens non induxit ad donandum q.121. fol.79.

Ad reſtitutionem, an teneatur teſtis ſi recepit nummos pro dicenda veritate, & iudex proferenda iuſta ſententia, q.183. fol.123.

Ad reſtitutionem, an teneatur, qui damnum alicui contulit ſecundum præſentem ſtatum, an futurum, q.185. fol.125.

Ad reſtitutionem, an teneantur conſanguinei Epiſcopi, vel beneficiarij accipientes redditas quos ipſe Epiſcopus, vel beneficiarius tenentur inſumere in vſus pios, & an peccent mortaliter, q.190. fol.132. & quid poſſunt dare conſanguineis, ibidem plura ver. beneficiarius.

Ad reſtitutionem, an teneatur qui recepit pecuniam pro faciendo opere licito debito ex alio præcepto quam iuſtitiæ q.181. § præterea fol.136.

Ad reſtitutionem, an teneatur ſi quis acceperit aliquid pro remiſſione homicidij, q.191. fol.136 quid ſi accepit aliquid pro faciendo opere licito, alias debito ibidem: quid ſi quis habet ius liquidandi inſtrumentum, & nō liquidat, an poſſit aliquid accipi, q.192. fol.136.

Ad reſtitutionem, an teneatur quis ſi accepit bona ab iniuſtè expoliato, ſi erant vſu conſumptibilia, q.203. fol.151 patet in ſeditione Ciuitatis alicuius vſque fol.152.

Ad reſtitutionem, an teneatur filius ſi ſurripuit bona patri, q.204. fol.152.

Ad reſtitutionem an teneatur, qui eſt dubius, an ſoluerit debitum q.214 fol.163.

Ad reſtitutionem, an teneatur qui ſurripuit librum à bibliotheca regularium ſi ſoluit duplicatum pretium q.284 fol.221.

Ad reſtitutionem, an teneatur cuſtos gabbellæ ſi recepit nummos ne accuſet fraudantem iniuſtas gabbelias q.223. fol.176. vſq; ad fol.178 inuenies curioſa quid ſi data opera cuſtos gabbellæ ſe abſcondat, vt ex inſidijs comprehendat fraudantem gabbellam fol.176. §. ſed petes.

Ad reſtitutionem, an teneatur tabellarius ſi non defenat literas ex pacto tali die ſi culpa non fuit tabellarij q.225. fol.178.

Ad reſtitutionem an teneatur qui euulgat manuſcriptum alienum, & in lucem edit tamquam à ſe compoſitum, q.248. fol.196.

Ad reſtitutionem, an teneatur Eccleſiaſticus ſi aſſerat coram iudice laico bona introducta in Ciuitatem eſſe ſua, & reipſa ſunt laici,

Digitized by Google

laici, ad finem fraudandi vectigal q. 251. fol. 199.

Ad reſtitutionem an teneatur qui emit aliquid à latrone q. 282. fol 217.

Ad reſtitutionem damni an teneatur qui depoſuit falſum in iudicio, & neſcit, ſi damnum intulit. q. 266. fol 206.

Ad reſtitutionem, an teneatur executor teſtamenti ſi non ſoluit legatum alicui, niſi cũ pacto vt ei remittat ſeruitium ſibi praſtitum. & in quo caſu hoc eſt licitum q. 273. fol 211.

Ad reſtitutionem, an teneantur ſcribæ qui accipiunt à negotiantibus vltra ſtipendium taxatum q. 285. fol 221. & quando hoc eſt licitum ibidem §. petes 1. & 2.

Ad reſtitutionem an teneatur qui depoſuit falſum in iudicio, & quomodo ſe gerere debeat confeſſarius erga huiuſmodi pœnitentem q. 286. fol. 222.

Ad reſtitutionem, an teneatur artifex qui ſurripuit pallium ab aliquo, vel vendidit minori pretio quod valet ſi habuit iuſtam cauſam vendendi puta quia noluit ſoluere pretium conuentum q 295. fol. 229.

Ad reſtitutionem, an teneatur commodatarius: ſi res commodata periit ſine culpa ſua q 296. fol. 230. & 231. quid ſit caſus fortuitus ibidem.

Ad reſtitutionem: an teneatur qui in tormentis alicui impoſuit falſo crimen q. 307. fol. 236.

Ad reſtitutionem: an teneatur famulus: qui iuſſu ſui heri recidit vites vineæ alicuius: & an peccauerit q. 7. fol. 425.

Ad reſtitutionem: an teneatur: qui recepit nũmos ab aliquo non committeret tale peccatum q. 11. fol 428.

Ad reſtitutionem: an teneatur mater: quæ ſicrè promiſit dotem filiæ: adhoc: vt aliquis contrahat matrimonium: qui prius inuita matre cognouerat filiam q. 12. fol 428.

Ad reſtitutionem: Commiſſarius ſi recepit nummos à parte: dummodo eius bona non fuiſſent executa: q. 182. fol. 122.

Reſuſcitatus ſacerdos: vel profeſſus an poſſint vxorem ducere. vide verbo ſacerdos.

An reuelaret Confeſſarius confeſsionem ſi vocatus ad audiendam confeſsionem ægroti concubinarii: qui noluit eiicere concubinam è domo: ſi dicit ego non abſolui: nec poſſum alia ſacramenta ei miniſtrare q. 124. fol. 81.

S

SAcerdos an peccet mortaliter: ſi non geſtat habitum decentem ordini clericali: & an poſſit abſolui à Confeſſario in aliquo caſu: ſi non dimittat illum habitum: q. 10 fol. 61.

Sacerdos: vel profeſſus reſuſcitatus an poſſint vxorem ducere q 26. fol. 14. quid de aliis Sacramentis: ibidem.

Sacerdos Euangelicus in quibus differat ab aliis antiquæ legis q. 2. tit. de obligatione ſacerdotis fol. 239.

Sacerdos medio ſuo malo exemplo: eſt cauſa mali alterius diſp. 3. q. fol. 246.

Sacerdos qua ſcientia debet eſſe præditus: ad hoc: vt poſſit bene exercere ſuum munus q. 5. fol. 273.

Sacerdos quæ debet ſcire circa adminiſtrationem ſacramenti pœnitentiæ puta quæ ſit forma abſolutionis: quæ peccata poteſt abſoluere in articulo mortis quæ ſigna debeãt præcedere ex parte moribundi adhoc: vt poſſit eum abſoluere in articulo: vel periculo poſſit ſimplex ſacerdos excipere confeſsionem moribundi quæ diſpoſitio eſt neceſſaria ex parte moribundi. an in articulo mortis poſſit Sacerdos plures homines vnica abſolutione abſoluere etiam à peccatis: & à cenſura fol 301. 302. & 303. §. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 7.

Sacerdos in articulo mortis quando excipit confeſsionem moribundi quid debet aduertere dum ſolus non poteſt relinqui fol 303. §. petes 8. quid ſi non permittitur acceſſus ad moribundum, puta ab occidente quid debet facere fol. 304. §. ſed dices primo quid ſi fuit abſolutus moribundus à reſeruatis à ſimplici ſacerdote an ſi conualuerit tenentur iterum ſubiicere clauibus peccata reſeruata habenti poteſtatem abſoluendi fol. 304 §. dices 2. an poſſit ſimplex Sacerdos dum excipit confeſsionem moribundi eum diſpenſare ab irregularitate: vel abſoluere à ſuſpenſione fol. 304. §. dices tertio.

Sacerdos ſimplex an poſſit coram approbato audire confeſsionem: & quid dicendum ſi ſit cæpta confeſsio: & ſuperuenit approbatus fol 304 §. petes 9.

Sacerdos qui omiſit in miſſa voluntarie credo: Gloria: vel in canone nomen alicuius ſancti: vel communicantes: vel hanc igitur an peccet mortaliter q. 1. fol. 308.

Sacerdos, qui ex carentia confeſſarii propter ſcandalum celebrauit, an teneatur quamprimum confiteri fol. 306. §. petes 1. quid ſi recordatur peccati mortalis, in ipſo actu celebrationis, an teneatur quamprimum confiteri ibidem §. petes 2.

Sacerdos, an poſſit celebrare contritus deficiente copia confeſſarii dum iter facit propter

ter

Digitized by Google

ter miſſam præcepti, quam teneatur audire fol 307 §.petes 3.

Sacerdos qui habet caſus reſeruatos, à quibus præſens confeſſarius non poteſt abſoluere, poſſit contritus ſine præuia confeſſione celebrare ſi adſit ſcandalum, & grauis infamia ſi non celebrat, fol.307. § petes 4. an ſit præceptum diuinum an eccleſiaſticum confeſſio ante ſumptionem Euchariſtiæ, fol.308.§.ſed dices.

Sacerdos ſi confeſſus eſt peccatum, & poſtea celebrando, aliud peccatum in mentem venit, an teneatur elicere actum contritionis fol.308. §.petes 5.

Sacerdos qui nocte miſit ad raucedinem faucium leniendam ſaccorum in os paulatim declutiendum, an poſſit celebrare ſi poſt medium noctem aliqua pars illius fuit in ſtomachum tranſmiſſa, fol 308 §.petes 6.

Sacerdos, an poſſit celebrare aliquid ex proprijs vnguibus, vel papirius fol.309.§.petes 7.

Sacerdos non ieiunus, an poſſit ſumere fragmenta hoſtiæ conſecratæ. & quando fol. 309.& 310.§.petes 8.& 9.

Sacerdos licitè ante ſumptionem ablutionis an poſſit ſumere multas particulas à ſe conſecratas fol.310.§.petes 10.

Sacerdos, an poſſit communicare ſe ipſum extra miſſam, & an in qualibet hora diei poſt meridiem fol.310. §.petes 12.

Sacerdos, an poſſit celebrare ſi aliquid ſumat ante miſſam per modum ſaliuæ, fol. 310.§. petes 11.

Sacerdos à quo tempore, vel laicus debet eſſe ieiunus adhoc vt poſſit communicare: an ſit neceſſarium, vt cibum digeſſerit quid ſi dubitat, an media non ſit tranſacta, quid ſi conuenit vnum horologium, fol 311.§.petes 13 14.15.& 16.

Sacerdos, an poſſit celebrare ſi reliquias præcedentis diei ſumpſerit poſt mediam noctẽ, fol.311.§.petes 17.

Sacerdos qui Euchariſtiam accipit, an poſſit ſtatim comedere fol.312.§.petes 18.

Sacerdos quid facere debet ſi particula conſecrata adhereat palato, vel fundo calicis, fol.312. §.petes 19.

Sacerdos, an poſſit celebrare ſi ſumpſerit minimam quantitatem cibi, vel potus fol. 312 §.petes 20.

Sacerdos, an liceat communicare poſt cibum, & potum propter neceſſitatem non ſuam ſed alterius, ideſt, vt conficiat ſacramentũ ad communicandum moribundum, fol.313. §. petes 21.

Sacerdos qui caret pollice, vel ſi ſit impotens in pollice, an ſit irregularis fol.313.§.petes 22.

Sacerdos, an conſecret, ſi tranſponat verba conſecrationis an ſi profert verba interpolata conſecret fol. 313. & 314. §. petes 23.& 24.

Sacerdos, an poſſit celebrare coram interdicto nominatim, fol.314.§ petes 25.

Sacerdos quid facere debet, dum actu celebrat, & recordatur ſe non eſſe ieiunum, vel conſcium alicuius peccati, fol 317. §. petes 30.

Sacerdos quam intentionem debet habere ad conficiendam Euchariſtiam, fol.317.§.petes 31.

Sacerdos, an poſſit in caſu neceſſitatis celebrare ſine ſtola vel manipulo vel cingolo, fol. 318.§.petes 32.

Sacerdos, quando incæpit miſſam poſſit iterum inchoare ex iuſta cauſa, fol.318. §.petes 32.

Sacerdos, ſi dum celebrat recordetur ſe non eſſe ſacerdotem quid debet facere, fol.318. §. petes 34.

Sacerdos an poſſit celebrare ante dictum matutinum fol.318.§.petes 35.

Sacerdos, an poſſit celebrare priuatim die ſabbathi ſancti fol.318.§.petes 36.

Sacerdos, an debeat iterum conſecrare ſi ſpecies vini congelentur fol.319. §.petes 37.

Sacerdos teneatur præmittere confeſſionem quando eſt conſcius peccati mortalis, & vult miniſtrare alijs Euchariſtiam, fol. 319. §.petes 38. an ſit opus vt ſit ieiunus ibidem §.petes 39.

Sacerdos, quando putat non habere conſcientiam peccati mortalis, & non præmiſit confeſſionem, neq; elicuit actum contritionis, an recipiat gratiam ſacramentalem, fol. 320.§.petes 40.

Sacerdos, an debeat miniſtrare Euchariſtiam infirmo de quo non conſtat ſi ſit ritè diſpoſitus fol 320. §.petes 41.

Sacerdos, an recipiat gratiam, qui deglutita tantum partem hoſtiæ moritur, fol.320.§.petes 42.

Sacerdos an recipiat gratiam qui ſpecies Euchariſtiæ deſinet in ore donec corrumpantur, fol.320. §.petes 43.

Sacerdos, an poſſit celebrare cum vno communichino, an cum veſtimentis enormiter immundis fol.321. §.petes 44.& 46.

Sacerdos cum ſe induit an teneatur dicere orationes conſuetas fol.321. §.petes 47.

Sacerdos in miſſa maiori an teneatur legere Epiſtolam, vel Euangelium ſubmiſſa voce, fol.321. §.petes 48.

Sacerdos, an poſſit celebrare ſine miniſtro. an deficientibus particulis poſſit partem hoſtiæ

alte;

Digitized by Google

alteri præbere.fol.322. § petes 49. & 50.

Sacerdos, an poſſit die natiuitatis tres miſſas ante auroram celebrare fol.322.§.petes 51.

Sacerdos in qua hora diei poſſit finire, & incipere miſſam an poſſit ante auroram celebrare ſine peccato, fol.322. §.petes 52. & § ſed dices.

Sacerdos, an peccet ſi ſine miſſale celebret,an peccet ſi ex intentione non nominat aliquẽ ſanctum eorum qui ſunt in canone,fol.323 §.petes 53. & 54.

Sacerdos nolens in nocte natalis tres miſſas celebrare an primam, vel ſecundam aut tertiam poſſit omittere fol.323.§.petes 55.

Sacerdos obligatus quotidie celebrare poſſit vnam miſſam in hebdomada omittere. quid impediente ægritudine, fol. 323. §.petes 56. & 57.

Sacerdos, an celebrare poſſit in oratorijs priuatis,fol 324.§.58.

Sacerdos celebrans in peccato mortali,an tripliciter peccet; quid ſi miniſtrat alijs cum peccato mortali vel extra miſſam fol.323. §.petes 59. & 60.

Sacerdos non celebrans aliquando peccet, fol. 325.§.petes 61.

Sacerdos qui aduertit aliquem defectum contigiſſe circa integritatem formæ,an ſatisfaciat repetendo tantummodo verbum omiſſum,fol.325. §.petes 62.

Sacerdos ſi dubitat, an habuerit intentionem conſecrandi, an teneatur iterum conſecrare,fol.326.§.petes 63.

Sacerdos poſt abſolutam miſſam percipit non ſumpſiſſe vinum conſecratum, ſed aquam, an teneatur iterum conſecrare, fol.326.§. petes 64.

Sacerdos quotieſcunq. celebrat teneatur aliquam partem fructus ſacrificij ex opere operato applicare toti Eccleſiæ,an ſe extendat etiam ad fideles defunctos, fol.346. §.111. & 112.

Sacerdos, & alij priuati offerentes poſsint alijs applicare fructum ſpecialiſsimum ſacrificij miſſæ ex opere operato reſpondentem ipſis offerentibus fol 346. §. petes 117.

Sacerdos qui non poteſt dicere diuinum officium, an poſsit celebrare fol.326. §. petes 66.

Sacerdos, qui præterita die applicauit miſſam pro Petro,& poſtea miſſam celebrando nihil de applicatione ſacrificij cogitauit an ſatisfecerit ſuæ obligationi, fol.327. §.petes 67. an in memento poſſit pro alijs orare,etiam ſi tenebatur pro alio miſſam celebrare,ibidem §.petes 68. an extra diœceſim in canone teneatur nominare Epiſcopi domicilij,ibidem §.petes 69.

Sacerdos, an poſſit offerre miſſam pro excommunicatis fol.327. §.petes 70.

An vt priuata perſona poſſit id facere, an pro excommunicatis contritis, fol. 328. §. 71. & 72.

Sacerdos, an poſsit offerre miſſam pro infantibus baptizatis,fol.328.§.petes 73.an pro fidelibus exiſtentibus in peccato mortali, ibidem §.petes 74.

Sacerdos ſacrificans an teneatur ſumere eandem hoſtiam quam conſecrant, fol.329. §. petes 75.

Sacerdos, an teneatur obſeruare regulas miſſalis,fol.331. §.petes 81.

Sacerdos obligatus ad celebrandam quotidie ratione Cappellaniæ de B.Virgine, an poſsit celebrare de requie fol.331.§ petes 82.

Sacerdos, an poſsit dicere miſſam de aſſumptione extra diem proprium, vel de paſſione,fol.332. §.petes 83.& 84.

Sacerdos,an celebrare poſsit capite coöperto, fol.333. §.petes 87.

Sacerdos obligatus in certo templo, oratorio, vel altare in peccet alibi celebrando, fol. 341.§.petes 100.

Sacerdos, an poſsit duplex ſtipendium accipere; ſi applicat ſuum valorem ſatisfactorium,alteri fol 342.§.petes 101.

Sacerdos, an poſsit aliquando celebrare anticipate,fol.343.§.petes 102.

Sacerdos die dominico, vel alijs feſtis duplicibus, an poſsit celebrare miſſam votiuam, fol 343. § petes 103.

Sacerdos ſi non applicauit miſſam an poſsit eam poſtea applicare. & cui prodeſt, ſi applicat incapaci, fol.343. §. petes 104. & 105. quid ſi incapax recipiendi valorem ſatisfactoriam tollat obicem fol.344. §.petes 106.

Si Sacerdos pranſus conſecrat an verè ſacramentum conficiat, an liceat ſtatim expuere poſt ſumptionem Euchariſtiæ, fol. 354.§. petes 133.& 134.

Sacerdos poſt ſumptionem ſanguinis aduertit ſumpſiſſe aquam quid facere debet,q.5.fol. 363. & 364. & quid agendum eſt ſi in ore retinuat aquam putatam vinum,an ſit proijcienda ſi non eſt in ſtomachum tranſmiſſa ibidem,§.petes 2.

Sacerdos ſi poſt completum ſacrificium in ſacreſtia inueniat fragmenta hoſtiæ conſecrata,an poſsint ſumi à Sacerdote, fol.364.§. petes 3.

Sacerdos, an teneatur applicare fructum miſſæ ex opere operantis ei à quo accepit ſtipendium,fol.364. §.petes 4.

Sacerdos, vel laicus ſi applicat officium defunctorum pro animabus purgatorij, ſi ap-

plicans

Digitized by Google

plicans caret gratia, an proſit animabus purgatorij fol. 364.§.petes 5.

Sacerdos, an poſsit nominare Epiſcopum excommunicatum in Canone, fol. 365.§. petes 6.

In ſacrificio Miſſæ, an totus Chriſtus ſit res oblata fol. 366.6.§ petes 2.

Sacerdos, qui ex intentione non nominat aliquem ſanctum ex ijs qui ponuntur in canone miſſæ, an peccet mortaliter, q. 12. fol. 368.

Sacerdos, qui non nominat Epiſcopum loci vbi habet domicilium, an peccet mortaliter, q. 13. fol. 368 quem Epiſcopum Romæ debet nominare ibidem. § ſed petes.

Sacerdos, an poſſit offerre ſacrificium pro cathecumenis, q. 20 fol. 373.

Sacerdos, an poſſit celebrare coram excommunicato tolerato, an coram vitando, & quam pœnam incurrit quid ſi dum celebrat ingreditur cadauer publici excommunicati, q. 32. fol. 377.§.petes 1. & 2.

Sacerdos, an celebrare poſſit ſine ſacris veſtibus, an excuſetur ratione paruitatis materiæ, q. 35. fol. 379.

Sacerdos an validè poſſit conſecrare particulas poſitas in tabernaculo clauſo, q. 36. fol. 379.

Sacerdotale officium quem gradum ſanctitatis exigat diſp. 2. q. 1. fol. 243.

Sacerdote nouæ legis à legis naturæ, & ſcriptæ ſacerdotibus diſtinguantur, fol. 353. §. petes 130.

Sacerdoti ſi offeratur particula pro communicando laico oblatione iam facta hoſtia, an poſſit illam conſecrare, fol. 326. §. petes 65.

Sacramenta an fuerint ante incarnationem, & an ſacramenta, quæ erant in ſtatu naturæ, & legis ſcriptæ erant propriè ſacramenta fol. 355.§.petes 138. & fol. 356.§. quares, primo, quæ differentia eſt inter noua, & veuera ſacramenta, fol. 356.§.quares 2.

Sacramenti ſanguinis quænam ſit materia remota, q. 8 fol. 286.

Sacrificij eſſentia, in quo conſiſtit, fol. 344.§. petes 108.

Sacrificij eſſentia in quo conſiſtat, q. 23. fol. 374.

Sacrificium miſſæ, quonam tempore conferat effectum ſuum ex opere operato, fol. 344. §. petes 107.

Sacrificium Miſſæ & ſacramentum, an eſſentialiter diſtinguantur, fol 353.§ petes 131.

Sacrificium Miſſæ, an ſit idem eſſentialiter cum ſacrificio, quod Chriſtus Dominus ſemel in ara Cruci, Deo Patri obtulit, fol. 353.§.petes 132.

Sacrificium cur non ſit in die paraſceue; & cur ſit triplex in die natiuitatis fol. 375.§. petes 1.

Sanctum officium, an poſſit procedere contra eos qui bis recipiunt ſacramentum confirmationis, q. 268. fol. 207.

Satisfactorium, an ſit omne opus bonum, an proſit animabus Purgatorij per modum impetrationis, hoc eſt nulla applicata ſatisfactione ex parte orantis, fol. 91.§.1.2. & 3.

Scriptura ſacra quot ſenſus habet, fol. 127. §.petes 3.4. 5.6.7.8. & 9. vſque ad fol. 129.

Scripturam ſacram, an quis poſſit interpetrari, fol. 127. §.petes 1. & 2.

Sigillum, an frangat confeſſarius ſi dicat vado, vt audiam confeſſionem Petri, qui ſuis ſcrupulis me vexat, fol. 163.§.petes 1.

Sigillum, an violet confeſſarius ſi dicat nondum abſolui Petrum fol. 163.§.petes 2.

Sigillum, an fragat confeſſarius ſi data abſolutione loquitur cum pœnitente ſine licentia de peccatis in confeſſione auditis, fol. 163.§.petes 3.

Simonia, quæ, & quotuplex ſit, fol. 149.§.4. 5. & 6 fol. 150.

Simonia, an committatur à Sacerdote qui pro celebratione miſſæ aliquid accipit iuxta conſuetudinē an poſſit procedere contra nō volētes ſoluere ſtipendia miſſæ, ibidē, §.petes 1. loci q. 202. fol. 150. quid ſi pinguius ſtipendium accipit pro dicta celebratione ſi accidit iuſta cauſa fol. 151. §.petes 2.

Per ſimoniam quis obtinuit beneficium bona fide, an gaudeat regula triennali fol. 148. §.2.

Per ſimoniam obtentum beneficium, an quis teneatur ſtatim dimittere ſine ſententia Iudicis, fol. 148. §.petes 1. & 3. fol. 148.

Sodomam, & Gomorram, ob quæ peccata puniuit Deus, fol. 407. §. petes 2.

Sollicitantem confeſſarium, an quis teneatur reuelare ſi ab eo recepit munera titulo eleemoſynæ, q. 230. fol. 181.

Sollicitantem confeſſarium, an teneatur fœmina reuelare ſi intra confeſsionarium ſecum habuit copulam ſine ſimulatione confeſſionis, q. 234. fol. 184.

Sponſalia, an teneatur obſeruare fœmina, ſi reperitur in peccato cum alio viro præter illum, cui promiſit, vel adeſt in periculo proximo peccati, ſi non contrahat cum ſecundo viro, puta quia primus vir abijt extra locum, vbi habitat ſponſa; quid ſi de licentia ſponſa in aliam partem migrauit per aliquod tempus; quid ſi interceſſit iuramentum, q. 6. fol. 2.

Spon-

Sponſalia inita ficta à concubinario, concuqina, ſed ſub conditione, ſi ipſa concubina ſeparetur ab ipſo, an teneatur promiſſio adimplere, q. 125. fol. 81.
Sponſio, ſeu ſcommeſſa, an ſit licita, q. 54. fol. 36.
Studioſitas quid ſit, q. 7. fol. 416.
Superbia quid ſit, & quale peccatum ſit, necnon gradibus humilitatis, & ſuperbiæ quales ſint, q. 6. fol. 414.

T

Tabacchi ſumptio, an impediat celebrationem, an liceat in Eccleſia ſumere, q. 37. fol. 380. §. ſed petes.
Tactus viri intra vas ſuæ vxoris adhoc, vt ſeminet, an ſit licitus, vide verb. vxor.
Tactus, oſcula, &c. an ſit peccatum mortale inter ſponſos, vel coniuges cum periculo pollutionis, vide verbo pollutio.
Tangere, an laici poſſint vaſa ſacra, fol. 329. §. petes 77. an clerici fol. 330. §. petes 78.
Tangere patenam in qua adeſt Eucharistia an poſſint laici, q. 7. fol. 366.
Tangere Eucharistiam an aliquando ſit licitum laico, q. 19. fol. 373.
Tangi, an poſſit Agnus Dei licitè à laicis, & an poſſit depingi, vel imponi color an reliquiæ ſanctorum poſſint à laicis licitè tangi, q. 25. 27. & 28. fol. 376.
Temperantia quid ſit, quid continentia, & an differat à temperantia. an qui conſecutus fuerit virtutem temperantiæ non patietur motus concupiſcentiæ, q. 1. fol. 410.
Temperantia in qua potentia animæ reſideat. an continentia dicatur virtus. an cæteris paribus plus peccet qui eſt continens, quàm qui eſt temperatus, an continentia concupiſcentiæ plus habeat probri, & dedecoris, quam incontinentia iræ, fol. 411. § petes 1. 2. 3. & 4.
Reuocatio teſtamenti generaliter facta, an intelligatur etiam quoad legata pia, q. 31. fol. 16. vide plura verb. legatum.
In teſtamento inualido ob defectum ſolemnitatis, ſit validum quoad legata pia, fol. 19. §. 12. 13. & 14.
Teſtamentum factum ab eo, qui periit ſine ſignis pænitentiæ, imò cum euidenti ſigno damnationis, an ſit validum quoad legata pia, q. 30 fol. 16.
Teſtamentum factum principaliter cauſa pietatis abſque ſolemnitate requiſita à iure ciuili, an validum ſit quoad legata profana in eo teſtamento contenta, fol. 19. §. 11.
Teſtamentum non ad pias cauſas factum ſine ſolemnitate requiſita à iure, an ſit validū in foro conſcientiæ, ita vt ſine peccato poſſit quis retinere legatum. fol. 19. §. 15.
Teſtamentum factum ad fauorem extranei ſi nihil reliquit conſanguineis, an peccet qui confecit, q. 260 fol. 203.
Cum teſte vno, ac Princeps poſſit condemnare Reum, fol. 78. §. petes 1.
Teſtes in criminalibus quot plenè probent, q. 119. fol. 77.
Teſtes non idonei, an aliquando faciant plenam probationem, fol. 78. §. petes 2. an peccet reus ſi contra teſtem impingat crimen mendacij, ibidem §. 3.
Teſti perſuadere, vt iuret obiectum quidem verè ſed quod ille ignorat an liceat, q. 16. fol. 430.
Teſtis, an teneatur deponere contra reum, ſi non ſit alius, niſi ipſe teſtis, q. 184 fol. 123. & alia inuenies, ibidem, §. petes 1.
Teſtis, an poſſit deponere in iudicio, qui audiuit rem ab homine optimæ famæ, q. 15. fol. 429.
Tutor, vel curator quis dicatur, fol. 153. §. petes 3.

V

Vaſa ſacra, an poſſint vendi, & conuerti ad vſus profanos, fol. 331. §. ſed dubium eſt.
Venenum collatum à conſiliario, ad quid tenetur conſiliarius, vide verbo pænitens.
Verba conſecrationis ſi non audiuntur à Sacerdote proferente, an ſint replicanda, fol. 321. §. petes 45.
Verba conſecrationis, an habeant vim productiuam, an adductiuam an vtrumq; ſimul fol. 238. §. petes 3.
Vermes cum generantur ex accidentibus Sacramentalibus, an veniat ille prior materia quæ erat ſub ſpeciebus panis, & vini fol. 292. §. petes 12.
Vermes cum generantur ex accidentibus Sacramentalibus an noua materia creetur an veniat illa prior ibidem.
Videns Eucharistiam in peccato mortali, an peccet. fol. 329. § petes 16.
Veſtes ſacerdotales, an poſſint conuerti ad vſus profanos fol 330. § petes 79.
An veſtes ſint adorandæ, & qua adoratione, fol. 330. §. petes 80.
Veſtes ſacerdotales quid ſignificent, fol. 334. §. petes 95. quid ceremoniæ fol. 336. §. petes 96. quid oratio quæ dicitur in numero impari in miſſa, & quid epiſtola, & omnia alia quæ continentur in miſſa fol. 337. §. ſed quæres vſq; ad fol 342.
Vicarius Generalis abſque ſpeciali mandato Epi-

Digitized by Google

Epiſcopi poſſit facere concurſum ad Parochum q.247.fol.196.
An ſine concurſu poſſit conferri Eccleſia Parochialis,ibidem §.ſed petes.
Vindictam deſiderare de aliquo ſi non eſſet peccatum an liceat, fol 66.§.petes 2.
Vino non conſecrato ſi miſceatur gutta ſpeciei conſecratæ an deſinat ſanguis Chriſti ſub illa gutta,fol.291.§.petes 10. quid quando ſpecies vini miſcentur cum vino alterius ſpeciei,puta albi cum nigro,ibidem quo faciendum ſit de vino in quod gutta ſpecierum vini conſecratarum immiſſa eſt in dolio eiuſdem ſpeciei vini non conſecrati, fol.291.
Vino conſecrato, ſi admiſceatur aliud vinum non conſecratum an deſinat ibi eſſe corpus Chriſti,q.22.fol.374.
In vinum conſecratum cadit fulmen, quid faciendum eſt,q.164.fol.103.
Vir an poſſit abeſſe à ſua vxore abſq; licentia eius fol.6.§.petes 3.
Virginitas materialis corporis quomodo agnoſci poſſit, fol.33.§.petes 2.
Virginitas ſemel amiſſa an poſſit recuperari, fol.34.§ petes 3.
Virginitatis virtus, an ſit maior omni virtute fol.34.§.petes 4.
Vota Cathecumenorum, an prælati poſſint commutare,vel diſpenſare q.205.fol.154.
Vota plura, quæ vnita faciunt perfectam caſtitatem,an ſint Papæ reſeruata, fol.213.§.petes 2.
Vota Papæ reſeruata, an poſſit ab Epiſcopo diſpenſari circa dilationem executionis, fol.214.§ petes 7.
Voti commutatio,vide verbo commutatio.
Votum caſtitatis, aut religionis an ſit diſpenſabile aliquando ab Epiſcopo,q.13.fol.7. Quid dicendum,dato quod poſſit,& nolit, an intercedente iuſta cauſa, ſuſpendatur talis voti obligatio in aliud tempus, fol.8. §.ſed difficultas.
Votum determinatæ religionis an teneatur adimplere quis,quando non eſt admiſſus,& quid ſi vouit ingredi tale monaſterium, q.134 fol.85. quid ſi non determinauit religionem, & alia inuenies curioſa ibidem, fol.87. vſq; ad fol.88.
Votum caſtitatis diſpenſatum vigore breuis Apoſtolici,an ſit in totum ablatum, quando fuit diſpenſatum in ordine ad contrahendum matrimonium, q.160. fol.101.& q.161.fol.101.
Votum, an debeat eſſe de meliori bono, & an votum contrahendi matrimonium ſit validum,q.162.fol.101.& 102.
Votum irritare, quibus perſonis competat,q.167.fol.107. vſque ad fol.115. vbi curioſa inuenies.
Votum caſtitatis emiſſum ab ignorante, quid ſignificat caſtitatem ſit validum, q.217. fol.169.
Votum conditionale, nempè non generandi filios,an ſit validum, & quando obliget, q.222.fol.176.
Votum quis fecit hoc modo ſi non pecco mortaliter per annum volo elargiri pauperibus centum ducatos, quando peccat contra votum peccando mortaliter,q.232.fol.184
Votum largiendi eleemoſynas pauperibus emiſſum ab vxore, ſi vir eius ſe abſtinebit à ludo,quando obligat,q.233.fol.184.
Votum emiſſum ex metu cadente in virum conſtantem,an ſit validum,q.265.fol.205.
Votum Religionis, an includat explicitè votum caſtitatis,q.277.fol.212.
Votum de non contrahendo matrimonium, vel de ferendo habitum Religioſum domi, an ſint Papæ reſeruata,q.278.fol.213.
Votum de non tangendo,vel de non cognoſcendo fœminam carnaliter, an ſint Papæ reſeruata,fol.213.§.petes 1.
Votum de non aſſumendo ordinem ſacrum, an ſit Papæ reſeruatum, fol.213.§.petes 3.
Votum integræ caſtitatis ad tempus,an ſit Papæ reſeruatum,fol.213.§.petes 4.
Votum erectæ Religionis, an poſſit Epiſcopus diſpenſare in laxiorem Religionem, fol.213.§.petes 5.
Votum de aſſumendo ordinem S. Iacobi, Calatrauæ, &c.poſſit ab Epiſcopo diſpenſari fol.213.§.petes 6.
Votum peregrinationis Romæ, an poſſit ab Epiſcopo diſpenſare quando expreſſus vouentis finis non fuit ad inuiſenda ea loca, ſed ad alium finem.fol.214.§.petes 8.
Votum, an poſſint diſpenſari ab Epiſcopo in qualitate peregrinationis puta ſi quis promiſit ſe iterum Romæ pedibus, aut mendicando,fol.214.§ petes 9.
Votum emiſſum in fauorem tertiæ perſonæ, & ab ipſo acceptatum, an poſſit diſpenſari ab ordinario ſine conſenſu eius qui acceptauit,an Papa id facere poſſit, q.306.fol.236.
Votum conditionatum, ſi non poteſt ex aliquo accidente adimpleri an ſit extinctum, ibidem.
Votum religionis,niſi aliud Deus diſpoſuerit, an ſit validum,q.24.fol.433.
Vſura,an ſit emere credita futura minori pretio,ſecluſa ratione lucri ceſſantis, q. 249. fol.195.
Vſura,an ſit hic contractus do tibi mutuo mille aureos, vt mihi triticum vendas iuſto

pre-

pretio, q.268.fol.206.
Per vſuras bona acquiſita, vel per furtum, an ſint de neceſſitate reſtituenda, fol.220.§. petes 7.
Vxor, an teneatur ſe componere, vt pulchra fiat oculis ſui viri id præcipientis, q.194. fol.137.
Vſurarij bona an ſint ipſo iure hypothecata pro ſoluendis vſuris, fol.218.§.petes 3.
Vſurarij hæredes, an teneantur ad reſtitutionem vſurarum, fol.219.§.petes 4. 5.& 6. vſq; ad fol. 220.
Ab vſurario, vel à fure, an poſſit quis licitè aliquo accipere titulo donationis, q. 239. fol. 192.
Vſurarius, an acquirat dominium eorum quæ ex re vſuraria lucratur: q.61.fol.39.
Vſurarius: vel fur qui poſſidet bona ex furto ablata: teneatur ſtatim omnia bona reſtituere veris Dominis: ita vt ipſe cogatur mendicare: q.65 fol.42.vſq; ad fol.44.
Vxor mutuans: an poſſit recipere lucrum ex mutuo: quid ſi donat mutuatario partem ſortis principalis: vel relinquit in teſtamento: vt de lucro pro anima ſua fierent ſacra. videndus eſt caſus par extenſum quia eſt curioſus: q.18.fol.10.
Vxor quæ non ſeminauit poſt ſeminationem ſui viri: an poſſit permittere tactus manus ſui viri intra vuluam adhoc: vt ſeminet vel agitationem membri genitalis ante os vulua: q.88.fol.58.
Vxor circa lucra communia conſtante matrimonio: & malè per maritum alienata: quã actionem habet: q.263.fol.204.
Vxor vſurarij: an poſſit viuere ex bonis ſui viri: fol.218.§ ſed petes 1. quid de alijs recipientibus ab vſurario: ibidem §.petes 2.

IL FINE.

Digitized by Google

Digitized by Google

QVAESTIONES
DE DILVVIO VNIVERSALI

Breue compendium quæſtionum pertinentium ad cauſas Diluuij Vniuerſalis, quod á Deo fuit miſſum, cauſa puniendi hominum peccata.

QVÆRITVR I.

Habetur Geneſ. cap. 6. cùm cepiſſent homines multiplicari ſuper terram, & filias procreaſſent videntes Filij Dei filias hominum quod eſſent pulchræ, acceperunt ſibi vxores ex omnibus quas elegerant. Dixitque Deus non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum quia caro eſt: quot anni fuerint elapſi ab exordio mundi, quando fuit diluuium?

REſpondetur ſub opinione cadere, nam Ioſeph *lib.* 1 antiquitatũ, docet, ſeptima generatione poſt Adamum contigiſſe diluuium. *Theodoret.* 9. 47. *in Geneſ.* poſt annos plus mille Deum induxiſſe diluuium.

QVÆRITVR II.

Quot homines fuerunt multiplicati ante diluuium.

REſpondetur multiplicari cæpit humanum genus; viuente Adamo intra ducentos, vel trecentos annos ab exordio mundi, vnde conſtat ex *Exod* 1. poſteritatem Iacob in tantam fuiſſe multiplicatam, vt in ingreſſu Hæbreorum ex Aegypto ſexcenta millia bellatorum recenſerentur exceptis mulieribus, paruulis, & ſenibus. Nec eſt nouum, cum multiplicari cæperunt homines tunc eos fieri deteriores, vt vere poſſit dici cum *Eſa. cap.* 9. multiplicaſti gentem, & non multiplicaſti lætitiam.

QVÆRITVR III.

Ob quod peccatum Deus miſit diluuium.

REſpondetur ob peccatum polygamiæ; nam ob pulchritudinem mulierum homines illius ætatis multas vxores duxerunt, & repudiatis prioribus, alias atque alias pro ſua libidine aſſumpſerunt, vt colligitur *ex Geneſ. c.* 6. *acceperunt ſibi vxores ex omnibus quas elegerant*. Noe vero vnicam vxorem duxit, & etiam ſui filij vnicam vxorem duxerunt.

QVÆRITVR IV.

Dicitur Geneſ. cap. 6. videntes filios Dei filias hominum quod eſſent pulchra &c. quid intelligitur pro filiabus Dei.

REſpondetur varias eſſe DD. ſententias, nam alij intelligunt filios Dei, vel Sanctos Angelos, vel ſanctos viros, ita *Aquila hic. Paraphraſis caldaica intelligit filios magnatum. Symmachus filios potentum, Pagninus filiòs Principum, Hieronym. & Oleaſter* ſignificari putant homines eximia corporis proceritate, ac robore cæteris præſtantes, ſcilicet ex quibus generati ſunt gigantes.

QVÆRITVR V.

Quid ſignificent illa verba Gen. c. 6. Dixitque Deus non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

SCiendum eſt; Spiritus Dei, accipitur in Sacra Scriptura pro cura, & proui-

Digitized by Google

dentia quam Deus gerit hominum, tuendo eorum vitam, vel quæ ad eam commoda neceſſaria, atque iucunda ſunt, vt in *Pſalm.* 103. dicitur *Emitte ſpiritum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ.*

Illud verbum *in æternum* non ſignificat propriè æternitatem, ſed longiſſimum aliquod tempus, qua ſignificatione non raro in diuinis libris ea vox reperitur, vt docet *Perer.* hic

HIS POSITIS.

RESpondetur ſenſum ſupradictorum verborum eſſe non pergam amplius habere curam, ac prouidentiam iſtorum hominum ſubſtentando, & proro gando eorum vitam, ideſt, vt perpetuò viuant in terris; Sed auferam illis hunc ſpiritum meæ curæ, & prouidentiæ, quo ſubtracto penitus ad interitum recident, non alio medio, niſi aquis dilunij, ita colligitur ex mente *Chryſoſt. homil.* 22. *in Geneſ.* ante diluuium, vt obſeruant aliqui *DD.* teſte *cit. à Pererir* ſed hæc opinio communiter reijcitur cum conſtet poſt diluuium aliquos vitam eſſe maiori tempore viginti annorum, vt mox videbimus hic; nonnulli prope milleſimum annum vitam agebant, præcidit Deus hanc longitudinem vitæ, & extendit vſque ad centum viginti annos. Illud vero verbum, quia caro eſt exponit *loc. cit.* ſcilicet quia carnalibus operibus ſe ipſos totos dederunt.

QVÆRITVR VI.

Dicitur Geneſ. 6. eruntque dies illius centum viginti annorum quid ſit: eius ſenſus? difficultas eſt hoc loco, ſpatium hoc centum viginti annorum quoniam referri debeat, ad vitam hominum deinceps futuram quaſi ea annos centum viginti tranſgreſſura non eſſet, an verò ad ſpatium temporis conceſſum hominibus ante diluuium, videlicet ad agendam pœnitentiam, & auertendam Dei vindictam vniuerſo generi humano impendentem.

RESpondetur ex veriori, ac probabiliori ſententia Sanctorum Patrum tempus illud centum viginti annorum non ad futuram hominum ætatem poſt diluuium, ſed ad tempus conceſſum hominibus ante diluuium ad reſipiſcendum, & agendam pænitentiam referri debeat. Sic *Hieronym. & Chryſoſt.* in comentarijs huius loci, & huic ſententiæ *Auguſtinus lib.* 15. *de Ciuit. Dei cap.* 24. etiam ſubſcripſit, vt putet etiam ex exemplis multorum, qui poſt diluuium per multa ſecula prædictum vitæ humanæ annorum terminum longe ſupergreſſi ſunt.

Etenim Sem poſt diluuium vixit annos quingentos, Hyphax, Salem, & Heber, plures quadringentis, reliqui autem vſque ad Abraam plures ducentis, exinde Patriarchæ vſque ad Moſem per annos à diluuio circiter octingentos, vixere annos plures centum triginta; Præter vnum Ioſeph, qui non vltra decem, & centum annos vitam produxit: *Ioiadas Pontifex* annos poſt diluuium prope mille quingentos natus, vſque ad centeſimum, & trigeſimum annum vixit, vt traditur *lib.* 2. *Paralip. cap.* 2. *& Geneſ* 50. ac proinde reijcitur opinio *Phil. lib. de gigantibus, Ioſeph lib.* 1. *de antiquit.* & aliorum qui docuerunt poſt diluuium in pænam ſuorum peccatorum, eorum vitam non duraturam vltra centum viginti annos.

Sed difficultas grauis, & ardua eſt, cum Deus dixit erunt dies illorum centum viginti annorum ab eo tempore vſque ad diluuium non niſi centum annos reperiri. Hæc enim verba Deus dixit, cum iam Noe quingentos annos natus, tres filios genuiſſet, ſcilicet Sem, Cam, & Iaphet vt patet ex extremis verbis cap. 5. *Gen. diluuium autem euenit anno ſexcenteſimo Noe, vt in capite* 7. *ſcriptum eſt: vbi ſunt igitur alij viginti anni.*

RESpondent *Chryſoſt. homil.* 25. *in Geneſ. Hieronym & Hugo cit. à Pererio.* Hic Deum tempus deſtinatum amputatis viginti annis breuiaſſe, & maturaſſe diluuium quia homines illi pænitentiam agere noluerunt.

Sed *Auguſt. loc. cit* ait, quod cum Deus hæc verba locutus eſt, Noe reuera non fuiſſe quingentorum annorum, ſed tantum quadringentorum, & ottoginta: quod tempus tamen Scriptura vocat quingentorum annorum, quippe quæ nomine totius alicuius ſummæ annorum, maximam eius partem deuotare conſueuit.

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆRITVR VII.

Dicitur Gen. cap. 6. Gigantes autem erant ſuper terram in diebus illis poſtquam enim ingreſſi ſunt filij Dei ad filias hominum illaſq; genuerunt iſti ſunt potentes à ſeculo viri famoſi, quid ſunt iſti Gigantes?

RESpondetur multi graues auctores, vt *Philo, Ioſeph, Damaſcen & Chryſoſt.* citati à *Pererio* hic, putant vocabulo Gigantum *cap. 6. Gen.* non ſignificari eos qui vulgo nominantur Gigantes, ſcilicet inuſitata corporis mole, ac proceritate, ſed ſuperbos, impios, crudeles, ac immanitate imbutos.

Paulus Burgenſ. in ſua prima additione ad poſtillam Lyrani ſupra hunc textum cap. lib. Gen. Gigantes docet fuiſſe Dæmones ſub humana ſpecie, alij verò docuerunt Gigantes veros homines eſſe, ſed ex Dæmonum coitu cum mulieribus fuiſſe generatos.

Sed veriſſima ſententia eſt, Gigantes eſſe verè homines eiuſdem ſubſtantiæ, vt cæteri homines ſunt, & non eſſe generatos ope Dæmonum; nam differentia ſecundum magnitudinem, & paruitatem humani corporis eſt accidentalis, nec variat ſpeciem, vt rectè probat Pererius hic, quantum ad magnitudinem, & vaſtitatem corporis eſſe re vera Gigantes appellatos à *Moyſe cap. 6 Gen.* ita ſentit *Gloſ. interlinear.* 1. ita etiam *Auguſt in lib. 1. Gen. 9 3. & lib 15. de Ciuit. Dei cap. 23.* ita etiam ſentit *Theodoret. 9 48 ſup. Gen. & Ambroſ. de Noe, & Arca cap. 4.* & idem *Theodoret. loc. cit.* dicit Gigantes fuiſſe longitudine nouem cubitorum latitudine quatuor, communiter docent ſupradictos Gigantes fuiſſe, ſuperbos, crudeles &c. fuerunt præterea Gigantes non ſolum ante diluuium, ſed etiam poſt diluuium nam teſtatur *D. Auguſt. lib. 15. de Ciuit. Dei cap. 25* ante paucos annos cum Romanæ Vrbis, quod à Gothis factum eſt; appropinquaret excidium. Romæ fuit fœmina, cum ſuo Patre, & ſua Matre, quod corporeo Giganteo longè cæteris præeminebat ad quam viſendam mirabilis fiebat vndequaque concurſus.

Extentio corporis humani ſecundum magnitudinem, & paruitatem, prouenit ex materia, ex materiæ ſcilicet vel copia, vel penuria, quam totam miniſtrat fœmina ſecundum Ariſtotalem.

QVÆRITVR VIII.

Dicitur Gen. cap. 6. videns autem Deus quod multa malitia hominum eſſet in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore &c. quid ſignificent hæc verba?

REſpondetur ex *Perer ſup. Gen. cap. 6.* Moyſem exageraſſe improbitatẽ eorum hominum, & generatim eam appellaſſe malitiam, & quidem multam, quia addit, cunctam cogitationem cordis eorum hominum intentam fuiſſe ad malum omni tempore, qua propter ſignificatur eos homines fuiſſe intrinſecus, corde, ore & opere vſquaque vitiatos, & corruptos.

Vnde *Cyprianus ad Nouatianum* ait homines illos non ex ignorantia; nec ex perturbatione, vel infirmitate aliqua animi peccaſſe, ſed ex malitia, ideſt ex prauo habitu, & conſuetudine, & ſcientes, ac volentes ſine vllo pudore, aut timore, nulloque Dei, aut hominum reſpectu, cum gaudio, & voluptate in quelibet ſcelera ruiſſe idem docet *Ambroſius lib. de Arca, & Noe cap. 4.*

Dicitur *Gen. loc. cit.* fuiſſe multam malitiam: vel quia paucorum non erat, ſed multorum hominum: vel quia non erat, intra vnam, vel alteram regionem incluſa, ſed erat longe, lateque patens: vel quia non erat ſimplex & vnius generis ſed varia, & multiplex, omniaque genere flagitiorum complexa: vel denique, quia non erat mediocris, vel tolerabilis, ſed ſumma ad extremum perducta, atque intoleranda ita *Perper.* hic

Sed dices videri incredibile homines illos nullam; vnquam ſuſcipiſſe cogitationem bonam, ac nullum feciſſe bonum opus morale.

REſpondet *Perer.* hic hanc Moyſis orationem fuiſſe hyperbolicam, qualis in diuina Scriptura frequens eſt, ex qua oratione non debet intelligi quod ſimpliciter, & præcisè ſonat verbum, ſed maximum aliquid, vult enim Moyſes ſignificare, homines illos plurimum, & maxima ex parte quæ mala,

Digitized by Google

& flagitioſa ſunt, cogitaſſe,& feciſſe, adeo, vt ſi quid illi fecerint boni id leue admodum, exiguum, & rarum fuerit; & quaſi pro nihilo habendum, ex his generalibus ſententijs procul dubio excipiendus eſt Noe, quod ipſo loco appellatur iuſtus, & perfectus coram Deo.

QVÆRITVR IX.

Dicitur Geneſ. cap. 6. pœnituit eum quod hominem feciſſet in terra, & præcauens in futurum, & tactus dolore cordis intrinſecus, quid ſignificent hæc verba?

Reſpondetur ex communi ſententia Patrum, pænitentiam, ac immutationem in Deo non poſſe cadere; ſed ſupradicta verba ſunt prolata à Moyſe *loc. cit.* vt exprimatur peccatorum noſtrorum acerbitas, tanquam eo vſque increuerat culpa, vt etiam Deus qui naturaliter non mouetur, aut ira, aut odio, aut paſſione vlla prouocatus videatur ad iracundiam, vt ait *Chryſoſt. homil 22. in Gen.* itaque loquitur Moyſes ſecundum noſtrum modum concipiendi, vt addit idem *Chryſoſt.*

Ly præcauens in futurum, & tactus dolore cordis intrinſecus ait *Hugo in anno tab, in Gen.* ne ſcilicèt mala impunita hominum libidine, plura in dies, & grauiora exiſterent: & volens Deus impedire, ne mala multiplicarentur voluit mortis ſupplicio finire, quando alio remedio ſanari non poterant, & quia amor Dei erga creaturas erat magnus, explicat Moyſes his verbis tactus dolore cordis intrinſecus, quaſi cum dolore, & coactus Deus fuit ad puniendum genus humanum medijs aquis diluuij, vt explicat idem *Hugo loc. cit.* cum voluntas eius ſit potius benefacere quam punire. Hoc igitur modo loquẽdi ait *Perer* hic, inſinuauit Moyſes, hominum illius temporis multitudinem, magnitudinemque ſcelerum non poſſe verbis ſatis exprimi.

QVÆRITVR X.

Dicitur Geneſ. cap. 6. delebo hominem quem creaui à facie terræ, ab homine vſque ad animantia à reptili vſq; ad volucres Cæli, pænitet enim me feciſſe eos, quid ſit ſenſus horum verborum?

Reſpondetur ex phraſi hebraica, *ly delebo* idem ſignificat quam eradere, & abſtergere, ita vt in re quæ abſtergitur, nullum maneat veſtigium, medijs aquis diluuij, nempè, vt nullum in ea hominum, aut animalium remaneret veſtigium, ideſt à reptili vſque ad volucres Cæli, & licèt animalia ſint rationis expertia, nihilominus quia habitant cum hominibus, & propter ipſorum vſum ſunt à Deo producti idcirco in odium peccati hominis, ſunt à Deo dextructi, ac aboleti, vt colligitur ex *Chryſoſt. homil. 21 in Gen.* non ſit mentio piſcium quia non communicant in habitatione cum homine: nam piſces habitant ſub aquis, homo autem, & reliqua animalia habitant ſuper terram in aere, vt rectè obſeruat *Perer.* hic: illud verbum creaui magnam habet emphaſim, vt ponderauit *Chryſoſt. homil. 22. in Gen.* quaſi diceret Deus quæ mei erant officij omnia exhibui Scilicèt creaui, dedi liberum arbitrium, &c. quo malè vſus fuit, præfiniui tempus centum viginti annorum, vt facerent pænitentiam, ne ego punirem, & quia non egerunt pænitentiam, puniuit homines medijs aquis diluuij, ita colligitur ex *Chryſoſt.* illud pænitet me feciſſe eos, ideſt cogitaui, vt aiunt ſeptuaginta, vel conſtitui diſperdere genus humanum, vt vult *Theodoret. q. 50. in Geneſ.* obſeruat *Perer.* hic. ly pænitet me feciſſe eos refertur ad homines, non ad animalia alioquin dixiſſet ea, non eos. Ratio eſt quia pænitentiæ Dei cauſa fuerunt peccata, quæ in animalibus nulla fuerunt, ſed propter peccata hominum, ſimul cum hominibus animalia ipſa perempta ſunt.

QVÆ-

Digitized by Google

QVAERITVR XI.

An Noe fuerit iuſtus.

Reſpondetur ex communi ſententia Patrum nō ſolū fuit iuſtus, ſed etiam perfectus, vt dicitur *Geneſ. cap. 6.* Noe fuit iuſtus, atque perfectus in generationibus cum Deo ambulauit &c. ideſt placuit Deo, inter cæteras virtutes Noe obſeruat *Chryſoſt. homil.* 24. *in Geneſ.* quod Noe erat quingentorum annorum cum genuit tres filios, Sem, Cham, & Iaphet, & poſt eorum generationem per annos centum reliquos vſque ad diluuium, nullum generaſſe filium. Vnde colligit *Chryſoſt.* Noe vitam cælibem egiſſe vſque ad quingentiſſimum annum ætatis ſuæ, & poſt generationem ſupradictorum filiorum per centum annos abſtinuiſſe à coniugio: Inſuper mirabilior Noe continentia oſtenditur ex comparatione cæterorum, qui laxatis frænis cupiditatum, ad omne genus libidinum, & obſcenitatum præcipites ruebant.

SED DICES

Dicitur Eccleſiaſt. cap. 7. non eſt homo iuſtus in terra qui faciat bonum, & non peccet. & Ioan. 1. ſi dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus & veritas in nobis non eſt. ergo Noe non fuit perfectus.

Reſpondetur ex *D. Auguſt. ſup. Luc.* 1. & *Perer.* 8. quod dicitur quis perfectus non qui iam habet perfectionem, ſed qui ad eam conſequendam perfectè currunt. Vnde concludit *Auguſt.* ideo perfectio præcipitur homini non quod eam in hac vita poſſit habere, ſed eam ſpectando, & deſiderando perfectè currat ad eius conſecutionem.

QVAERITVR XII.

Dicitur Gen. cap. 6. corrupta eſt autem terra coram Deo, & repleta eſt iniquitate. Cumque vidiſſet Deus terram eſſe corruptam, omnis quippe caro corruperat viam ſuam. Dixit Dominus ad Noe finis vniuerſæ carnis venit coram me, repleta eſt terra iniquitate à facie eorum, & ego diſperdam eos cum terra; quid ſignificent hæc verba.

Reſpondetur ex *Hugo in Gen. cap. 39.* *ly corrupta terra* intelligi de corruptione hominum illius temporis, nempe propter commiſſa vitia carnalia nefanda ab hominibus, vt putant Lyranus, & Toſtatus hic, vbi explicat *ly coram me* ideſt publicè ſine pudore: *ly repleta eſt iniquitate* idem Toſtatus ait, ſignificare fraudem, rapinam violentiam ſubuerſionem, ac oppreſſionem *ly cum vidiſſet Deus terram eſſe corruptam, & omnis caro corruperat viam ſuam* intelligitur cum Deus decernit punire tunc dicitur videre, vt rectè docet *Pererius* hic nam ſatis certum eſt ab æterno Deum vidiſſe, ac prouidiſſe hominum peccata. *Ly omnis caro corruperat viam ſuam,* aliqui *DD.* teſte *Perer.* hic interpretantur illos corrupiſſe viam ſuam, quando ad naturalem ratione coitus cum fæminis generandæ prolis cauſa abutebantur coitu contra naturam facientes, & putāt tantam fuiſſe turpitudinem libidinis vt maſculi nō ſolum cum maſculis, ſed etiam cum brutis miſcerentur, & addit *Lyranus*, etiam animalia corrupiſſe viam ſuam, quia animalia vnius ſpeciei cum animalibus diuerſarum ſpecierum commiſcebantur. *Ly finis vniuerſæ carnis venit coram me* ſignificat generalem omnium cladem, & totius terræ excidium ita *Butichius, & Greg. cit. à Perer.* hic. *Ly repleta eſt terra iniquitate à facie eorum* ideſt iniquitatibus ſuis legit *Ambroſius*, hoc eſt ad ſummum vitiorum perducta, & impleta peccatorum menſura, *ly diſperdam eos cum terra*, alij vertunt diſperdam eos de terra.

QVAERITVR XIII.

Vtrum omnes qui diluuio perierunt, æternis quoque ſupplicijs damnati fuerint; quæſtio eſt de adultis, nam infantes, per circumciſionem, aut alio ritu purgandi infantes ab originali illo tempore, poterant ſaluari.

ANTEQVAM RESPONDEAM,

Sciendum eſt, præter Noe, & eius familiam omnes perierunt aquis diluuij.

HIS

HIS POSITIS.

R Eſpondet aliqui *DD.* quos tacite nomine refert *Perer.* hic, non omnes qui perierunt diluuio eſſe damnatos, ſed nonullos eorum, incipiente diluuio, conuerſos eſſe ad Deum.

Sed Pererius ſatis probabiliter dicit, omnes adultos, præter Noe, & eius familiam, perijt aquis diluuij, & ad infernũ deſcendiſſe; quia omnes erant improbi, ac vitijs imbuti, nec eorum pænitentia incipiente diluuio conſtat, nec ex Sacra Scriptura, neque ex magna auctoritate Doctorum, & ſi alij eſſent homines iuſti ante diluuium ſicut Noe, & eius familia ſaluata fuit in Arca, ita etiam, & alij iuſti ſignificent.

QVAERITVR XIV.

Dicitur Geneſ. cap. 6. fac tibi Arcam de lignis leuigatis manſiunculas in ea facies, & bitumine linies intrinſecus, & extrinſecus, & ſic facies eam: trecentorum cubitorum erit longitudo Arcæ, quinquaginta cubitorum latitudo, & triginta cubitorum altitudo illius, feneſtram in Arca facies, & in cubito conſumabis ſummitatem eius: oſtium autem Arcæ pones ex latere: deorſum cænacula, & triſtega facies in ea. quomodo ſunt intelligenda ſupradicta verba Sacræ Scripturæ.

IN PRIMIS.

R Eſpondetur ex *Perer.* hic hoc diluuium non prænidiſſe Noe ex inſpectione aſtrorum, licèt ipſe fuerit præditus ſcientia aſtrologiæ, quia non fuit profectura ex cauſis naturalibus. Secundò, ly fac non ſignificat fuiſſe à Deo imperatum Noe, vt ſolus ipſe vel, vt ſuis manibus Arcam faceret, ſed vt ipſe cum alijs, quotquot ad id operis, nececeſſarij eſſent eam facerent, ly tibi denotat vſum Arcæ, ideſt ad conſeruationem tui, tueque familiæ, appellatur Arca, quia arcere debebat non modo inferiores aquas quibus ſuperabant, ſed etiam ſuperiores è Cælo per quatraginta continuos dies incredebili copia, & impetu præcipitatas: idcirco eam omni ex parte clauſam, & benè munitam eſſe neceſſe fuit, dicitur de lignis leuigatis, ideſt de lignis quadratis explicant ſeptuaginta interpretes, *S. Hieronym. in Geneſ.* explicat de lignis bituminatis, alij dicunt de lignis buſceis &c. ly bitumine linies intrinſecus, & extrinſecus, ne diſſoluatur Arca à ſolis ardore, nec à flatibus ventorum, nec ab aqua, eſt enim virtus bituminis vis incorrupta aquis contumax, ideoque ligna conſeruat, ne conbibant humorem noxium, neque patitur aerem penetrare, & tineas, teredinem, aliaque à lignis vitia prohibet: propter quæ diuturnitatem operibus maximè præſtat, iubetur Arca, tam extrinſecus, quam intrinſecus vngi bitumine, vt iuncturæ tabularum benè clauderentur aduerſus aquas, tam circumfuſas, quam ſuperfuſas Arcæ, intrinſecus ne motus violentus aquæ partem interiorem Arcæ redderet humidam, ac linoſam Hæc conſtructio Arcæ, vt talibus circumſtantijs fuiſſet munita opus fuit; quia erat duranda ante diluuium per ſpatium centum annorum; quod tempus creditur in fabricanda Arca fuiſſe exactum, vt infrà melius examinabitur.

Trecentorum cubitorum erit longitudo Arcæ &c. varia eſt ſententia circa menſuram cubiti, vt videri poteſt apud *Perer.* hic. Sed probabilis ſententia eſt quam ſequitur idem *Pere. loc. cit.* quod quilibet cubitus continet viginti tres digitos.

SED PETES I.

A quibus, & quanto tempore edificata ſit Arca.

R Eſpondetur ex *Pererio* hic credendum eſt non ſolum Noe, & tres filios laboraſſe ad conſtruendam Arcam, ſed fuiſſe adhibitos complures operarios mercede conductos, Quantum ad tempus peruulgata ſententia *DD.* eſt, centum annis fabricatam eſſe Arcam Noe, ita *Origin. lib. 8. contra Celſum Auguſt. lib. 15. de Ciuit. Dei cap. vltim. & alij.*

PETES II.

Quot fuerint in Arca tabulata, ſeu conſignationes.

R Eſpondetur omiſſis alijs opinionibus, placet mihi quod tradit *Origines homil. 2. cap. 6. Geneſ.* nempe fuiſſe in Arca quinque partes, ad varios vſus deſignatas, vna facit infimam propè baſim

Arcæ,

Arcæ, in quem locum, deijciebantur excrementia,& ſordes totius Arcæ; in ſecunda quæ ſupra hanc erat, condita erant tabulata,& cibaria omnium animantium. In tertia beſtiæ quæ erant feræ,& immites habitabant. In quarta mitiores animantes, tam quatrupedes, quam reptiles,& volueres. In quinta,& ſuprema, homines,& aues.

Dicitur *Geneſ.cap.6.* manciunculas in ea facies nimirum, vt cuilibet animali fuiſſet locus proportionatus ad habitandum, nam diuerſus erat locus pro habitatione Elephantis quam Equi, Hominis &c.

Oſtium autem Arcæ pones ex latere, ideſt ex latere latitudinis, vbi commodius fuerit ad ingreſſum animalium in Arcam; vt poteſt aliqui *DD.* teſte *Perer.* hic.

Feneſtram in ea facies ideſt fineſtras alij explicant. ſed *Buteus cit. à Pererio* putat vnam feneſtram fuiſſe neceſſariam ad vſum hominum, nam alia animalia non deſiderant lucem, niſi paſtus, putant aliqui in ſuprema parte cenaculi hominum fuiſſe factam fineſtram.

PETES III.

Quot fuerunt homines qui ingreſſi ſunt in Arcam.

RESpondetur fuiſſe octo tantum,vt patet ex *Geneſ.* ſub fine capitis ſexti, nempe fuiſſe ingreſſos in Arcam ex præcepto Dei,ſcilicet Noe cum ſua vxore, tres filios eius cum vxoribus ſuis. Beroſius Annianus *cit. à Perer.* hic nomina illarum mulierum ponit, vxorem Noe Tyteam magnam appellat, reliquas tres vxores filiorum Noe, Pandoram, Noellam,& Noeglam.

PETES IV.

An Noe filij eius, & animalia irrationalia dum extiterunt intra Arcam dederunt operam generationi?

RESpondetur ex communi Hebræorum,& Chriſtianorum ſententia teſte *Perer.Gen.cap.6* Noe, & filios eius non dediſſe operam generationi dum fuerunt in Arca, ſed toto illo anno ab vxoribus abſtinuiſſe,quia illud erat potius tempus lugendi propter cladem generis humani in toto orbe,& agendi pœnitentiam, quam fruendæ voluptatis etiam licitè. Et multi *DD.* ſenſerunt idem de animalibus irrationalibus,quæ dum fuerunt in Arca non vacaſſe generationi.

PETES V.

Vbi fuit Henoch tempore diluuij nam conſtet non fuiſſe in Arca, & vixiſſe ante diluuium,& ad huc etiam viuere.

RESpondetur ex *Perer.* hic non eſſe mirum cur de Henoch Sacrā Scripturam non feciſſe ſermonem, quia Henoch extra ſocietatem hominum,& incognitus cuntis mortalibus,nec humano modo vitam degebat, idcirco perinde,ac ſi non eſſet tacitum prætererunt neſcitur ex Sacra Scriptura, vbi fuit Noe tempore diluuij, ſed certum eſt fuiſſe conſeruatum ab aquis diluuij, vel in aere, vel alicubi.

QVAERITVR XV.

Dicitur Geneſ. cap.6. ponam fœdus meum tecum:& ingredieris Arcam tu,& filij tui, vxor tua,& vxores filiorum tuorum tecum,& ex cunctis animantibus vniuerſæ carnis bina induces in Arcam,vt viuant tecum, maſculini ſexus, & feminini. De volucribus iuxta genus ſuum & de iumentis in genere ſuo, & ex omni reptili terræ ſecundum genus ſuum: bina de omnibus ingredientur tecum,vt poſſint viuere. Tolles igitur tecum ex omnibus eſcis quæ mandi poſſunt, & comportabis apud te,& erunt tam tibi quàm illis in eſcam, fecit igitur Noe omnia quæ præceperāt illi Deus,quid ſit ſenſus horum verborum.

RESpondetur in his verbis ſolum conſideranda ſunt illa verba quæ dixit Deus Noe *Geneſ.cap.7. ingredere tu,& omnis de domo tua in te enim vidi iuſtum coram me in generatione hac Arcam.* nam dicit *Chryſoſt. homil.4. in Geneſ.* quod licèt filij Noe, & vxores eorum multum à virtutibus illius iuſti Noe abfuerit: alieni tamen erant à grauioribus peccatis ſui ſeculi, addit idem *Chryſoſt.* duas rationes cur Deus conſeruauit filios Noe ab aquis diluuij,vna eſt in honorem iuſti Noe, nam conſuetudo miſericordis Dei eſt honorem

hunc

Digitized by Google

hunc tribuere ſeruis ſuis, vt propter eos ſaluentur, & alij. Secunda ratio eſt, vt ſeruaretur poſteritas.

QVAERITVR XVI.

Dicitur Geneſ.7. ex omnibus animantibus mundis tolle ſeptena, & ſeptena, maſculum & fæminam, de animantibus vero immundis duo, & duo maſculum & fæminam, ſed & de volatibus cæli ſeptena, & ſeptena, maſculum, & fæminam &c.

PETES I.

Quæ ſunt animalia immunda, & quæ immunda?

ANTEQVAM RESPONDEAM:

SCiendum eſt, nullum animal natura eſſe immundum, ſed omne animal eſſe de numero eorum quæ Deus in ſuo quoque genere fecit valde bonum.

HIS POSITIS.

REſpondetur quædam animalia eſſe appellata immunda non per ſe, nec per naturam, ſed vel opinionibus hominum, vel relata ad cibum hominis, vel aliqua ſignificatione, & gratia alicuius myſterij: ac proinde ait *Chryſoſt.* hic, non defuiſſe Noe ſcientiam ad cognoſcendum quæ animalia erant munda, aut quæ immunda, licèt natura à ſe non diſtinxerit, nempe animalia munda, & immunda ait idem *Chryſoſt. loc. cit.*

PETES II.

Cur Deus præceperit Noe, vt in Arcam introduceret ſeptena, & ſeptena de animalibus mundis; ratio dubitandi eſt, quia vult Moyſes, vt quodlibet par fæminam, & marem haberet, ergo vnus mas remanet ſine coniuge.

REſpondet *DD.* teſte *Pererio*, quod ſeptimum animal coniuge deſtitutum erat deſtinatum ſacrificio, quod ſtatim finito diluuio fieri debebat ex mundis animalibus, ita *Ioſeph. lib. 1. Antiquit. Ambroſ. de Arca, & Noe cap. 12 Chryſoſt. homil.24. in Gen. Auguſt. lib. 15. de Ciuit Dei cap.27. & alij.*

PETES III.

Quomodo animalia vndique congregata conuenerunt ad Arcam?

REſpondetur ex poteſtate Dei, medio miniſterio Angelorum omnia animalia vndique congregata, deducta eſſe ad Arcam: vnde ly bina ingredientur tecum ſub fine *cap.6 Geneſ.* ex textu græco, & hæbraico ly *ingredientur*, dicunt, venient ad te, ideſt vltro venient non tua cura, aut labore quæſita, & congregata, ita *Auguſt. lib. 15. de Ciuit. Dei cap.27.*

PETES IV.

Quæ genera animalium, non ſunt in Arcam ingreſſa.

REſpondetur tria genera animalium non ſunt in Arcam ingreſſa. Vnũ eſt genus piſcium & omnium quæ in aquis viuunt, alterum eſt genus eorum, quæ ex diuerſæ ſpeciei commixtione generantur, vt mulus, & mula ex equa, & aſino. Satis enim fuit ſeruatos eſſe in Arca iſtorum parentes, ſcilicet ex quorum coniunctione rurſus finito diluuio reparari genus eorum poterat: Tertium genus eſt eorum quæ generãtur ex putreſcente materia, nam cum nullo tempore poſt diluuium defutura eſſet putreſcens materia, nec vis celeſtis, vnde talium animalium generatio exiſtit, neceſſaria non fuit eorum in Arca conſeruatio, vt colligitur ex *Auguſt. lib. 15. de Ciuit. Dei cap.27.* Vnde colligitur quod exceptis ſupradictis animalibus cætera animalia ſunt in Arcam ingreſſa.

PETES

Digitized by Google

PETES V.

An Phenix ingreſſa ſit in Arcam; ratio dubitandi eſt, quia eſt auis ſingularis, & ſolitaria ſine coniuge, aut mare, aut fœmina: quæcunque autem in Arcam ingreſſa ſunt animalia, ea diſtinctionem ſexus in marem, & fœminam habuerunt, vt patet ex Geneſ. cap. 6.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

Sciendum eſt, quæ dicuntur de phenice eſſe in primis vnicum in omni orbe terrarum nec plures vno fuiſſe vllo tẽpore in terris, eſt præterea auis ſolitaria ſingularis, ſine coniuge mare, & fœmina, & non concipitur coitu, nec partu generatur, ſed vbi quingentorum annorum æuo perpetua durauit, ſuper exaggeratam varij ſodoribus ſtruem ſibi ipſa incubat, ſoluiturque deinde putreſcentium membrorum tabe concreſcens, ipſa ſe concipit, atque ex ſe rurſus renaſcitur cum adoleuit, oſſa priſtini corporis incluſa myrrha Egiptum exortat, atque in vrbem quam ſolis appellant, fragrantibus nardobuſtis inferens memorando funere conſecrat, ita *Pomponius Mela lib. 3. cap. 9.*

Sed, vt docet *Pererius* hiſtoriam de phenice aliqui non credunt, ſed D. Ambroſius vtitur exemplo phenicis ad probandam futuram reſurrectionem mortuorum.

Nõ deeſt verò ratio philoſophica ad euertendam fidem hyſtoriæ phinicis, nam nulla eſt ſpecies rerum corruptibilium quæ non omni tempore multa ſimul habeat indiuidua, vt patet ex ſpeciebus animalium, ſtirpium, metallorum, lapidum &c. ne ſi periret aliquo euentu indiuiduum, periret etiam, & ſpeciem. Secus dicendum de incorruptibilibus, nam Sol, Luna cæterique planetæ ſunt vnum indiuiduum, ideſt vnum indiuiduum Sol, aliud Luna &c.

HIS POSITIS.

Reſpondetur ſuppoſita vera hiſtoria de phenice dico fuiſſe in Arca conſeruatam phenicem; nec obſtat quod Moy ſes diſtinctio Moyſes de fœmina, & mari, nempe, vt bina ingrediantur in Arcam, nam illa ſententia Moyſis intelligitur generaliter de alijs animalibus excepta phinice.

PETES VI.

Quo anno, quo menſe fuit à Deo miſſum diluuium

Reſpondetur miſſum fuiſſe diluuium ãno milleſimo quinquageſimo ſexto ab orbe condito, vt docent multi DD. teſte *Pererio in Geneſ. cap 6. lib. 12. num. 7.* circa menſem variæ ſunt ſententiæ *DD.* nam multi *DD.* docent incidiſſe diluuium in menſem correſpondentem ad noſtrum menſem Maij, hoc eſt in fine menſis Aprilis, alij verò volunt incepiſſe diluuium menſe Nouembris.

PETES VII.

Quam ætatem habebat Noe quando inceptum fuit diluuium.

Reſpondetur ex *Geneſ. cap 7. verſic. 11.* hæc formalia verba habentur anno *ſexcenteſſimo vitæ Noe menſe ſecundo ſeptimo decimo die mẽſis rupti ſunt omnes fontes abiſſi magna, & cataractæ Cæli aperta ſunt: & facta eſt pluuia ſuper terram quatraginta diebus, & quatraginta noctibus.*

PETES VIII.

Quando Noe eſt ingreſſus in Arcam ante inceptum diluuium, an poſt ceptum?

Reſpondetur ex *Geneſ. cap. 7. verſic. 4.* Noe fuiſſe ingreſſum in Arcam ſeptem diebus ante initium diluuij. Vnde ait *Perer.* hic quod credibile eſt Noe per illos ſeptem dies omnia quæ in Arca erant, priuſquam procellis diluuij iactaretur, & diuerſaretur Arca, diſpoſuiſſe, atque ordinaſſe, ſuo queque loco apte collocãdo, vt omnia eſſent ad hominum, & animalium habitationem atque vſum, ſed *D. Ambroſius lib. de Noe, & Arca cap 23.* ait Noe per illos ſeptem dies incluſum in Arcam expectaſſe diluuium, vt cæteri cernentes Noe metu imminentis diluuij ſeſe in Arcam incluſiſſe, ſaltem illo extremo tempore commouerentur ad agendam pænitentiam pauore inſtantis exitij, & conuerterentur ad agendam pænitentiam.

Digitized by Google

PETES IX.

Ex quibus rebus, & cauſis naturalibus factum ſit diluuium Noeticum?

RESpondetur ex *Seneca lib. 3. naturalis 9. cap. 27.* quinque naturales cauſas concurriſſe ad producendum diluuium. Prima eſt longinqua continuatio denſiſſimorum imbrium. Secunda nimius fluminum auctus ex crebritate, & denſitate imbrium. Tertia ſupramodum tumeſcentis maris in terris effuſio. Quarta eſt cauſa cæleſtis, & in conuentu, & coitione omnium ſiderum quæ vim habent imbriferam, ac diluuij feram. Quinta, & vltima cauſa fuit diluuij reſolutio terræ magna ex parte in aquam. Sed vltra has cauſas naturales, fuit voluntas Dei, media ſua ſuper naturali pænitentia, vt docet *Perer.* hic.

PETES X.

Dicitur Geneſ. cap. 7. verſ. 11. rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ, & cataractæ Cæli apertæ ſunt, quid ſignificat nomen abyſſi; & quid cataractæ.

AD PRIMVM.

RESpondetur *Baſil. homil. 2. in Geneſ.* dicit nomen abyſſi ſignificare copioſam aquam ad cuius fundum non facilè penetrari poſſit, deorſum verſus *Auguſt. ſuper Pſal. 41.* ait quod abyſſus eſt profunditas quædam impenetrabilis, & maximè ſolet dici in aquarum multitudine, alij putant Moyſen nomen abyſſi ſignificaſſe mare Oceanum, *Caiet. cap. 7. in Geneſ.* nomen abyſſe eſſe metaphoricè dictum à Moyſe, & non eſſe aliud niſi fōtem vnde ly rupti ſunt abyſſi: legit *Caiet.* rupti ſunt fontes ad ſignificādum nō eſſe ſciſſas vias Oceani ad eruendam terram, ſed eſſe ſciſſos fontes aquarum dulcium, fluminum videlicèt ſtagnorum, & huiuſmodi.

AD SECVNDVM.

RESpondetur ex communi ſententia Patrum, ly Cataractæ Cæli, fuiſſe à Moyſe methaphorice dictum, quia neque in Cælo ſidereo, vel aereo ſunt feneſtræ, vnde *Chryſoſt. homil. 25. in Geneſ. & Rupert. lib. 4. in com. Geneſ. cap. 20.* quod methaphorice, & per hyperbolem ſic eſſe dictum ad inſinuandām inundationis magnitudinem.

PETES XI.

Dicitur Geneſ. 7. verſ. 12. facta eſt pluuia ſuper terram quatraginta diebus, & quatraginta noctibus? cur facta eſt mentio de noctibus; cum dies includat noctem.

RESpondetur ex *Pererio* hic. & rationem aſſignat idem, ne ſi præcisè dixiſſet quatraginta dies aliquis fortaſſe putaret fuiſſe illos dies artificiales, interdiu pluiſſe, non autem noctu, itaque voluit ſignificare diem naturalem qui conſtat viginti quattuor horis.

Addit *Chryſoſt. homil. 25. in Geneſ.* quod quatraginta diebus inductum eſt diluuium ſcilicet, vt aliqui haberent ſpatium pænitentiæ ſuorum peccatorum.

PETES XII.

Dicitur Geneſ. cap. 7. verſ. 13. in articulo diei illius, Noe ingreſſum eſſe in Arcam, quid ſit ſenſus horum verborum.

RESpondetur Noe ingreſſus eſt in Arcam ſeptem diebus ante diluuium, poſt completos ſeptem dies aquæ diluuij inundauerunt, ita *D. Ambroſius,* quem citat, & ſequitur *Perer.* hic.

PETES XIII.

Quid ſit quod Moyſes ait Geneſ. cap. 7 & ii. concluſit eum Dominus deforis.

RESpondetur ex textu chaldaico *& concluſit eum Dominus deforis,* & protexit eum Dominus verbo ſuo, ex textu hæbreo clauſit ſuper eum Dominus. *Caietan.* legit clauſit pro eo Dominus. *Chryſoſt. homil. 25. in Gen* reddit rationem cur Dominus, ſeu Angelus iuſſu Dei, voluit claudere Arcam deforis, ne videns Noe generalem omnium interitum maximo dolore conficeretur.

Secum putat idem *Chryſoſt.* quantis incommodis moleſtijs, & erumnis toto eo anno quo fuit in Arca Noe obſeſſus, & conflictatus ſit excellentem eius

viri

Digitized by Google

viri fidem cum incredibili patientia, & conſtantia coniunctam vehemẽter admiratur, quia neque Cælum, neque Terram videre poterat quod afferret conſolationem, & vltra hæc conuerſatio cum feris, & eius fætor quam conſolationem afferre poterat?

Sed obſtruat *Perer.* hic, quod tam homines, quam animalia irrationalia Noe præſtabant obedientiam, & ſicut Daniel à leonibus circumdatus, quaſi ſtipatus eſſet ab hominibus, intrepidè viuebat virtute prophetæ naturalem ſæuitiam ferarum frenante: ita Noe non ſolum innocuus, ſed etiam cum auctoritate, & imperio, vt volebat tractabat animalia.

PETES XIV.

Dicitur Gen. 7. verſic. 19 tempore diluuij omnes montes quę ſub vniuerſo Cælo ſunt fuiſſe aquis opertos, de quo Cælo intelligitur ſidereo, an aereo, & an de cunctis montibus, nullo prorſus excepto?

Reſpondetur ex *Caiet. Gen.* 2. Moyſem locutum eſſe de Cælo aereo, non ſidereo, ſed de illo, hoc eſt ſub regione aeris in qua generatur pluuiæ, excipiuntur aliqui montes, nempe illi qui ſunt ſupra totum Cælum hoc eſt, ſuper totum Cælum aereum tegens nos nubibus, confirmat idem *Caiet.* hanc ſuam opinionem ex communi *DD.* ſententia, qui docent montem, vbi Henoch erat tempore diluuij in Paradiſo Terreſtri vbi adhuc viuit, non fuiſſe opertum aquis diluuij. Vnde ait non vanè adiunxiſſe Moyſem de montibus illud, qui ſub vniuerſo Cælo ſunt. Sciebat enim nullos eſſe montes, qui non ſint ſub corporibus cæleſtibus: ſed hoc adiecit ad differentiam montium qui ſunt non tantum ſupra aliquam partem Cęli, ſed ſupra totum Cælum aereum tegens nos nubibus, verba quæ habentur in *Geneſ. cap.* 7. hæc ſunt operti ſun omnes montes excelſi ſub vniuerſo Cęlo, quindecim cubitis altior altior fuit aqua ſupra montes quos operuerat.

Concludit ergo *Perer. diſput.* 10. diluuium attigiſſe mediam regionem aeris quantum ad partem infimam, & terris proximam.

PETES XV.

Quanto tempore durauerit diluuium terram obtinens, ſeu occupans.

Reſpondetur *ex Geneſ. cap.* 7. fuiſſe ſpatium centum quinquaginta dierum, & computant hiſtoria ſcolaſtica, & *Lyranus*, & alij apud *Perer. diſp.* 11. hos dies centum quinquaginta ab initio diluuij, idque eo fit credibile quo paulo infra Moſes dicit aquas diluuij poſt centum quinquaginta dies cæpiſſe diminui, & decreſcere.

PETES XVI.

An poſt diluuium Noe fuerunt alia.

Reſpondetur fuiſſe duo alia, vtrumque in græcia, alterum ogygis in regione Attica, alterum Deucalionis in Theſſalia, quo tempore, vel quo anno fuerunt; videri poſſunt auctores apud *Perer. in Geneſ. cap* 7. *lib.* 12. *diſput.* 14. Vnde obſeruat *Oroſius ab ipſo cit.* eodem ſeculo tres inſignes, ac memorabiles calamitates audiſſe: Decemplagas Aegypti, diluuium deucalionis, & incendium phetontis.

PETES XVII.

Dicitur Geneſ. 8. recordatus eſt Deus Noe cunctorumque animantium, & omnium iumentorum quæ erant in eo in Arca, quid ſit ſenſus horum verborum.

Reſpondetur Nec obliuio, nec recordatio propriè cadunt in Deum, cui omnia quæ fuerunt, ſunt, & erunt ex omni æternitate præſentia ſunt, quia eius ſubſtantia, & ſcientia eſt immutabilis, & apud Deum nulla eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio *Iacob.* 1. ergo figurate intelligenda ſunt illa verba Sacræ Scripturæ. Scilicet ad ſimilitudinem hominum, ita *Perer.* hic. ſed *Theodoret.* 9. 52. *in Geneſ.* quod Dominus recordatus eſt Noe non priſtinam obliuionem deſignat; ſed maximam ipſius erga Noe humanitatem denotat, quod ſummo erga eum amore iuſſerit immẽſam illam copiam aquarum quam citiſſimè exhuariri. Nec ſolus Dominus recordatus eſt Noe,

ſed etiam irrationalium propter vſum hominum, iuxta illud Dauid qui producit *fœnum iumentis, & herbam ſeruituti hominum, & iterum homines, & iumenta ſaluabis Domine*. propter nos enim noſtra curat.

PETES XVIII.

Dicit Geneſ. 8. adduxit Dominus ſpiritum ſuper terram, & imminutæ ſunt aquæ, & clauſi ſunt fontes abyſſi &c. quid ſit ſenſus horum verborum.

RESpondetur ex *Chryſoſt. homil. 25. in Geneſ.* ſupernaturaliter tantam copiam aquarum diluuii imminutam eſſe, & ly *Spiritum Dominus adduxit ſuper terram*. *Ambroſius* ait *lib. de Noe, & Arca cap. 16.* fuiſſe celeſtem operationem non flatu, ad exiccandas aquas diluuii.

PETES XIX.

Quando facta eſt occluſio fontium Abiſſi.

REſpondetur *Auguſt. in Gen. 12.* inclinat fuiſſe factam poſt quatraginta dies pluuiæ *Oleaſter. cit. à Perer.* docet poſt centum quinquaginta dies.

PETES XX.

Quo menſe, & quoto die menſis cœperit fieri decrementum diluuij?

REſpondetur nihil certi apud *DD.* reperiri.

PETES XXI.

Vbi fuit repoſita Arca poſt diluuium.

REſpondetur ex *Geneſ. cap. 8. verſ. 4.* fuiſſe repoſitam Arcam menſe ſeptimo vigeſimo ſeptimo die menſis ſuper montes Armeniæ, ſed aliqui *DD.* teſte *Perer.* interpetrantes locum *Geneſ. cit.* docent fuiſſe repoſitam Arcam in vertice montis Tauri. Vnde computandus ſit menſis ille ſeptimus, quo menſe dixit Moſes Arcam requieuiſſe ſuper montes Armeniæ. Sunt variæ ſententiæ *DD.* quæ videri poſſunt apud *Perer.*

PETES XXII.

Dicitur Geneſ. 8. verſic. 5. decimo autem menſe primo die menſis apparuerunt cacumina montium. difficultas eſt quando computandus eſt iſte menſis.

REſpondetur ex *Caiet. cap. 8. Geneſ.* computandum eſſe hunc menſem ab initio diluuij, ſed hanc ſententiam non approbat *Perer.*

PETES XXIII.

Quanta pars Arcæ demerſa fuerit aquis, cùm aquæ in ſummo erant incremento, id eſt cum altiſſimos montes quindecim cubitis excedebant.

REſpondetur *Hugonem lib. 1. de Arca cap. 3.* ſenſiſſe ex triginta cubitis altitudinis totius Arcæ, nouem cubitis Arcam intra aquam fuiſſe, vno autem, & viginti cubitis extra, & ſuper aquas fuiſſe.

PETES XXIV.

Dicitur Geneſ. 8. verſic. 6. cum tranſiſſent quatraginta dies: aperiens feneſtram Noe Arcæ quam fecerat dimiſit Coruū qui egrediebatur, & non reuertebatur donec ſiccarentur aquæ ſuper terram quid intelligitur per feneſtram, & cur dimiſit Coruum.

PRIMVM.

REſpondetur *Oleaſtrum cit. à Perer.* feneſtram intelligere rimulam, aut fixuram, aut foramen, vt patet ex illis verbis quam fecerat, quaſi de nouo fecerit fixuram per quam proſpiceret an diluuium ceſſaſſet, nam portam inferiorem quam Deus clauſerat, non auſus eſſet eam aperire, ne aquæ intrarent in Arcam; feneſtra vero Arcæ erat in parte ſuperiori per quam videre non poterat, niſi Cœlum verſus, niſi forte ad eam conſcenderet. cur vero per illam feneſtram non ipſemet Noe ſuis oculis proſpexit, vtrum ceſſaſſet diluuium, ſed ad id explorandum dimiſit Coruum, & Columbam. Reſpondet *Chryſoſt. homil. 26 in Geneſ.* timore illius horrendi diluuij non eſſe auſum Noe per feneſtram aſpicere.

A 3

Digitized by Google

AD SECVNDVM.

Reſpondetur dimiſit Noe Coruum, quia non potuit proſpicere à longe, an aquæ eſſent exiccatæ ait *Toſtatus* hic.

PETES XXV.

Dicitur Gen. 8. verſic. 8. & 9. emiſit quoque Columbam poſt eum, vt videret ſi iam ceſſaſſent aquæ ſuper faciem terræ. Quæ cum non inueniſſet vbi requieſceret pes eius, reuerſa eſt ad eum in Arcam. cur Noe ad explorandam diluuij ceſſationem, Coruum, & Columbam emiſerit?

Reſpondet multi *DD.* teſte *Perer.* hic quia iſtæ aues longique volare, diuque perſeuerare ſolent inuolatu, & ex his quæ offendunt aliquid roſtro, & ore referre ſolent.

Sed difficultas eſt cum eſſent tranſacti dies quatraginta cur dicitur, Columbam non potuiſſe requieſcere pedem eius? nam aliqua pars terræ potuit eſſe ſine aqua, ac proinde potuit Columba pedem eius requieſcere.

Reſpondent *Auguſt.* hic, & *Chryſoſt. homil. 26. in Geneſ.* quod licet vertices montium detecti eſſent, remanſiſſe nihilominus eos valde humidos, limoſos, & luculentos, & quia Columba eſt animal delicatum, & amans munditiæ, refugit veſtigia inibi ponere,

Alia difficultas, cum Noe expectatis alijs ſeptem diebus de nouo miſit Columbam, quomodo Columba, potuit folia virentia nempe ramum oliuæ in ore ſuo virentibus folijs, vt dicitur Geneſ. 8. verſ. 9. Noe portare, cum reuerſa fuit in Arcam, cum arbor tantum fere per annum aquis demerſa fuerit?

Reſpondet *Ambroſ.* hic, per omnipotentiam Dei fuiſſe factum, nempe folium oliuæ poſt diluuium fuiſſe exortum.

PETES XXVI.

Dicitur Geneſ. 8. verſ. 13. igitur ſexcenteſimo primo anno, primo menſe, prima die menſis imminutæ ſunt aquæ ſuper terram, & aperiens Noe tectum Arcæ, aſpexit, viditque quod ſiccata eſſet, ſuperficies terræ, quid ſit ſenſus eorum verborum.

Reſpondetur non indiget aliqua declaratione cùm textus ſit clarus, & ſolum apparet feneſtram per quam Noe Coruum, & Columbam emiſit, talem fuiſſe, aut propter ſitum, aut propter paruitatem, vt per eam Noe non potuerit cernere num terra ſiccata eſſet: alioquin non fuiſſet opus ad id cernendum aperiri tectum; ideſt illam partem tecti quantum erat neceſſarium ad id cernendum.

PETES XXVII.

Quanto tempore durauerit diluuium, & quamdiu Noe remanſerit in Arca.

Reſpondetur ex *Perer. in Geneſ. lib. 13. cap. 8. num. 29.* quod vera ſententia eſt, ex quo diluuium cæpit quo vſque omnino deſijt; hoc eſt, vſque ad perfectam exiccationem terræ, & egreſſum Noe ex Arca, tranſiſſe vnum annum lunarem, & præterea vndecim dies, hoc eſt vnum integrum annum ſolarem. nam lunaris annus conſtat diebus trecentis quinquaginta quatuor, ſolaris verò annus trecentis ſexaginta quinque; apud hebræos autem fuiſſe in vſu annos lunares, vt omnes *DD* concedunt. Cum igitur diluuium inciperit anno ſexcenteſimo vitæ Noe, menſe ſecundo die decimo ſeptimo, vt dixit Moſes *cap. 7.* perfecte autem deſierit anno ſexcenteſimo primo menſe ſecundo die vigeſimoſeptimo, vt idem Moſes narrat *cap. 8.* hinc planum eſt, tranſiſſe vnum annum lunarem, & inſuper decem, vel vndecim dies: qui eſt annus ſolaris. Tamdiu igitur durauit diluuium, & tamdiu Noe manſit in Arca, niſi forte cuipiam placuerit eorum opinio, nempè Noe ingreſſam eſſe in Arcam ſeptem diebus, priuſquam diluuium inciperet, & proinde ſecundum hanc opinionem dicere neceſſe eſt Noe manſiſſe in Arca dies ſeptem ſupra annum ſolarem integrum. PE-

Digitized by Google

PETES XXVIII.

Dicitur Geneſ. cap. 8. verſ. 15. 16. & 17. locutus autem eſt Deus ad Noe dicens, egredere de Arca tu, & vxor tua, filij tui, & vxores filiorum tuorum tecum, & cuncta animantia quæ ſunt apud te, quiſi ſit ſenſus horum verborum, ratio dubitandi eſt, quia iam erat finitum diluuium, & nullum ſupererat periculum, quid opus erat nouo Dei mandato ad egrediendum? eadem difficultas de irrationalibus.

RESpondetur ex *D. Ambroſio lib de Noe, & Arca cap.* 21. quod iuſtus Noe nihil *lib.* 1. voluit arrogare, ſed totum ſe diuino commiſit imperio, & maxime qui cæleſti fuerat ingreſſus oraculo, cæleſte debuit, vt egrederetur expectare reſponſum, eadem ratio putet de animantibus.

SED DICES.

Cur ſupra præcipiens Deus de ingreſſu in Arcam iuſſit ingredi in Arcam viros, & ſeparatim vxores? vt patet ex cap. 6. Geneſ. verſ. 18. ingredieris Arcam tu, & filij tui, vxor tua, & vxores filiorum tuorum tecum, & quãdo præcepit egreſſum ab Arca, voluit, vt Noe cum ſua vxore egrediatur, & pariter filij eius cum ſuis vxoribus, vt habetur ex cap. 8. Geneſ. egredere de Arca tu, & vxor tua, filij tui, & vxores filiorum tuorum tecum?

RESpondetur ex *Ambroſio loc. cit.* quia in ingreſſu Noe in Arcam debebat abſtinere à coniugio, quia illud tempus erat potius triſtitiæ, ac pænitentiæ, quàm delectationis, ac letitiæ. Secus in egreſſu, nam tunc erat generatio neceſſaria ad multiplicandum genus humanum, ac proinde conſultò dixit Moſes, vt quilibet vir cum ſua vxore egrediatur de Arca.

PETES XXIX.

Completo, ac finito diluuio, & egreſſu Noe ex Arca dicitur Geneſ. 8. ædificauit autem Noe altare Domino, & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis, obtulit holocauſta ſuper altare, odoratuſque eſt Dominus odorem ſuauitatis, quid ſit ſenſus horum verborum.

RESpondetur ex *Perer.* hic quod Noe ob gratitudinem beneficij præſtiti à Deo erga ſe, & ſuam familiam, ſtatim egreſſus ab Arca ædificauit Altare, & obtulit holocauſta. Vocabulum holocauſti, Græcum eſt, ſignificans totum cenſum ſeu cremantum, ad differentiam victimæ pacificæ, & hoſtiæ pro peccato, quæ non ex toto incendebantur.

Obſeruat *Ambroſius lib. de Noe, & Arca cap.* 22. quod Noe non iuſtus, nec monitus à Deo, Altare ædificauerit, & obtulerit holacauſta, quia intellexit veram actionem gratiarum eſſe quæ non iuberetur, ſed deferretur.

Qui autem debitum gratiæ, vt à ſe exigatur expectat ingratus eſt, ita *Ambroſ. ly odoratus eſt Dominus odorem ſuauitatis*. Significat illud ſacrificium fuiſſe gratum Deo, queadmodum de ſacrificio Abel ſcriptum eſt *Geneſ.* 4. Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius.

PETES XXX.

Dicitur Geneſ. cap. 8. Nequaquam vltra maledicam terræ propter hominem: ſenſus enim, & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua; non igitur vltra percutiam omnem animam viuentem ſicut feci. Cunctis diebus terræ ſementis, & meſſis, frigus & æſtus, æſtas, & hiems, & dies non requieſcent, quid ſit ſenſus horum verborum.

RESpondetur ly propter hominem, ex textu chaldaico dicitur propter peccata hominum ex textu græco propter opera hominum, & licèt ante diem iudicij omnia conſumanda ſint incendio, tamen diſſoluentur, non propter peccata hominum, ſed propter renouationem, & commutationem mundi in meliorem ſtatum, vt docet doctiſſimus *Perer. lib.* 13. *in Geneſ. num.* 114. qui ſupra dixit *num* 111. quod vehementer placatus Deus, ac mirificè de-

Digitized by Google

lectatus ſacrificio Noe, pollicitus eſt ei, atque omni eius poſteritati, numquam fore deinceps propter hominum peccata generale totius orbis terrarum excidium, eaque de re ſecurum fecit Noe. Qu denim profuiſſet quod ei Deus dixerat, *Creſcite, & multiplicamini*. Si iterum genus humanum, & animalium diluuium periturum eſſet?

Ly ſenſus enim, & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcẽtia ſua intelligit *Perer.* per ſenſum, appetitum ſenſitiuum, & per cogitationem conſilia rationis, machinationes, & artes quas ad malum ipſum confert.

Ly prona ſunt ab adoloſcentia ſua ſignificat Deus, hominem dignum eſſe quodammodo miſericordia propter naturalem pronitatem ad peccandum, nec ſemper quantum ſupplicij meretur, tanto eſſe in hac vita plectendum, inſtigatur enim ad peccandum homo nonnũquam ignorantia, interdum vehementi paſſione aliqua, & perturbatione, ſæpiſſime ſurſu ac, impulſu Dæmonis, ſemper autem naturali ad malum propenſione. Nam ex mera malitia peccare rarum eſt, nec niſi paucorum, qui crebritate, grauitateque ſcelerum, & aſſiduitate peccandi humanum genium quaſi exeuntes, diabolicæ malitię emuli ſunt: peccare enim ex mera libertate, nulla re interius inclinante ad peccandum nulloque extrenſecus malum ſuggerente, diabolicum potius, quam humanum eſt, vt ait *Perer.* hic.

Dicitur ab adoloſcentia ſua. nam in adoloſcentia adeſt vehemens naturalis pronitas ad malum, & notabiliter homo erumpit in flagitia quæ quidem flagitia in pueritia propter inexperientiam, & infirmitatem ætatis pauca, & leuia ſunt peccata, niſi in nonnullis, in quibus malitia ſupplet ætatem, ita *Toſtatus etiã Perer.*

Ly cunctis diebus terræ ſementis, & meſſis frigus, & æſtus, æſtas, & hiems, nox, & dies non requieſcent; expreſſa eſt promiſſio Dei, ac decretum immutabile pollicentis, & conſtituentis perpetuas fore deinde viciſſitudines temporum, tàm anniuerſarias, vt hiemis, & æſtatis, quàm quotidianas, vt diei, & noctis: necnon, & viciſſitudines primarum qualitatum, vt frigoris, & caloris itemq; humanarum actionum, quæ ad ſubſtentandam vitam pertinent, velut ſementis, & meſſis. Harum enim rerum omnium tempeſtium alternatio, & viciſſitudo facit ad decorem, & ornatam vniuerſi, confert, & pulchritudinem, & fæcunditatem terræ. Denique ad hominum, & animalium incolumitatem, & ſalutem apprime vtilis eſt atque adeo neceſſaria, ita *Ambroſ. de Noe, & Arca cap. 21.*

Magnum ergo fuit Dei promiſſum, cum dixit cunctis diebus terræ viciſſitudinem temporum, ac opportunitatem ſerendi, & metendi, aliaque agendi perpetuò manſuram, quaſi diceret: talis annus qualis fuit hic diluuij, non erit vltra qui careat viciſſitudine temporũ, qui totus proceſſeris expendatur pluuijs nulloque modificetur beneficio caloris, aut temperamento hiemis, quo nuſquam iaciatur ſementis, nec vlla colligatur meſſis: ſed erunt tempeſtiuę, & com nodæ naturæ vices, nunc æſtu nunc frigore viciſſim terras, aut ſat coquente. Numquam ſta vt factum eſt diluuio deformabitur naturæ vultas, vt ſitus mundi confundetur.

Illud *cunctis diebus terræ* non ſignificat quamdiu terra durabit; Siquidẽm tales viciſſitudines temporum non erũt poſt diem iudicij, erit tamen terra, vt ſcriptum eſt initio libri Eccleſiaſte *terra in æternum ſtat* neq; enim mundus deſtruẽdus eſt. Secũdũ ſubſtantiã, ſed manẽtibus eius partibus principalibus, vt ſunt elementa, & orbes cæleſtes in meliorem ſtatum commutandus eſt: ergo illud cunctis diebus terræ ſignificat donec in terra erit generatio, & corruptio, vel donec erunt in terra homines, & animalia ad quorum vtilitatem illa temporum varietas inſtituta eſt ita *Perer. lib. 13. cap 8.*

Memorantur autem æſtas, & hiems, quia hæ ſunt præcipuæ partes anni, extremæ atque inter ſe oppoſitæ: nam ver, & autumnus, tamquam earum ſunt appendices. Nominantur etiam frigus, & æſtus tacitis humore, & ſiccitate, quod illæ ſint primarum qualitatum primariæ ſenſu affectuque notabiliores, & ad generationem mixtorum eorumque operationes præcipuæ. Sementis porrò, & meſſis facta eſt mentio quod inter actiones humanas, quæ ad tuendam vitam pertinent hæc primas ſedes tenent quaſi maximè generalis, & vtilis ſub eius cõmemoratione reliquarum actionum, & officiorum opportunitas intelligen-

ligenda eſt, ita *Perer. loc. cit.*

QVÆRITVR XVII.

Dicitur Gen. cap. 9. Benedixit Deus Noe, & filijs eius, & dixit ad eos creſcite, & multiplicamini, & replete terram, & terror veſter, ac tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ, quid ſit ſenſus horum verborum.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

LIcet animaduertere ſimilia naſcentis mundi, & rurſus poſt diluuium quaſi renaſcentis primordia, & Dei beneficia homini tributa eſſe. Etenim in exordio mundi homini recens creato tria Deus bona impertiuit. Primum fęcunditatem naturæ, cum dixit illi *creſcite, & multiplicamini Geneſ. 1.* alterum excellentiam principatus, & imperij in animalia. *Dominamini piſcibus Maris, & volatilibus Cæli, & vniuerſis animantibus quæ mouentur ſuper terram.* Tertium copiam cibi ad ſubſiſtendam vitam eſſe *dedit vobis omnem herbam, & vniuerſa ligna, vt ſint vobis in eſcam, & cunctis animantibus terræ.* Eadem hæc tria bona, & beneficia, mũdo per diluuium purificatò, ac renouato, in illis octo hominibus, qui cladem diluuij euaſerunt, Deus etiam renouare voluit, bonum quidem fecunditatis tribuit eis, cum benedicens Noe, ac filijs ejus dixit *creſcite, & multiplicamini, terror veſter, ac tremor ſit ſuper cuncta animalia &c. omne quod mouetur, & viuit erit vobis in cibum,* ſed hæc bona poſt diluuium varijs malis permixta ſunt, & valde diminuta, ac corrupta ſunt, nam fecunditas naturæ eſt coniuncta cum varijs calamitatibus quæ fuerunt onus matrimonij, imperiũ ſuper animalibus vix pro arbitrio noſtro imperamus, præſtantiora, vero, & nobiliora animalia, non niſi per artem, & vim, perque dolos, ac terrores nobis ſubijcimus: cibus autem poſt diluuium quo amplior datus eſt, quam antea, eo clarius indicat maiorem hominis indigentiam ex maiori fragilitate valetudinis, & infermitate corporis, quæ poſt diluuium contingit, profectam.

HIS POSITIS.

REſpondetur cùm per diluuium fuerit quaſi extintum genus humanũ, idcirco Deus benedixit Noe, & filijs eius magnam tribuens fæcunditatem generationis, ad celerem numeroſamque generis humani multiplicationem. Vnde eò tempore quod inter diluuium, & ortum Abraæ interceſſit, hoc eſt intra trecentos annos tam numeroſè eſt propagatum genus humanum, vt auctore Creſia, narret *Diadorus lib. 3.* Ninum Monarchiæ Aſſiriorum conditorem, cuius imperij quatrageſimo tertio anno natum, Abraæ facit Euſebius, habuiſſe in exercitu peditum decies ſepties centena millia; equitum vero ducenta millia, currus autem falcatos paulò minus decem millibus, & ſexcentis: eodemque tempore Zoaſtrem Battrianorum Regem cum Nino prẹliaturam, quadringentorum millium hominum comparaſſe exercitum.

Ly terror veſter, ac tremor ſit ſuper cuncta animalia, quæ verba non ſolum fuerant dicta ad fauorem Noe, & filiorum eius, nempe, vt omnia animalia terrorem, & haberent Noe, & filiorum eius, ſed ad fauorem omnium poſterorum Noe fuit dictum, vt recte docet *Perer. lib. 13. cap. 9. Geneſ. num. 5.* Omnia enim animalia reuerentur, ac metuunt hominem etiam vmbram, etiam veſtigia eius formidant, vt de piſcibus probat Baſilius, & Plinius de Elephantis; nec ferè animal vllum quamtulibet ſæuum, ac truculentum inuadit hominẽ, niſi laceſſitum, vel fame compulſum, vel metu ſui, aut alia quapiam perturbatione occupatum. Vnde ait *Gregor. lib. 21. moral. cap. 11.* quod ſignatè dixit Deus Noe, & filijs eius, terror, ac tremor ſit ſuper omnia animalia terræ, & non dixit ſuper homines qui futuri ſunt, ſed ſuper animalia omnia terræ: homo quippe animantibus, non autem hominibus natura prælatus eſt. Vnde ſubiungit contra naturam eſt ſuperbire, ab æqualibus velle timeri.

QVÆ-

QVÆRITVR XVIII.

Dicitur Geneſ. cap. 9. omne quod mouetur, & viuit, erit nobis in cibum: quaſi olera virentia tradidi vobis omnia, quid ſit ſenſus horum verborum.

RESpondetur ex *Perer. lib. 14. in Gen. cap. 9.* multas eſſe cauſas, cur poſt diluuium conceſſit eſcam carnis animalium Noe, ac ſuis poſteris. Prima eſt, quia poſt diluuium terra deterior facta eſt ob, idque alimentum ex herbis, & arboribus alendi hominis ineficax futurum erat: ipſum quoque temperamentum humani corporis infirmius, & fragilius effectum eſt, id quod vel ex eo apparet, quod ante diluuium vixere homines vltra nonageſimum annum: poſt diluuium autem qui primus omnium generatus eſt Arphaxad paulo amplius quadringentis annis vixit. Secunda cauſa eſt voluit Deus concedere eſum carnium poſt diluuium, vt mitigaret, ac leniret atrocitatem vindictæ, qua omne genus hominum, & animalium paucis exceptis per diluuij cladem extinit. Tertia quia fragilior fuit valetudo hominum poſt diluuium, pluribuſque incommodis, ac morbis obnoxia, quamobrem ad eam ſubſtinendam, validiori cibo opus fuit.

SED PETES I.

Vtrum licitus homini fuerit ante diluuium eſus carnium.

RESpondent *Cyranus Toſtatus, & Carthuſianus cit. à Perer. loc. cit.* ante diluuium eſum carnium nec fuiſſe in vſu, vel licitum: ratio horum *DD.* eſt, quia dum Deus conceſſit poſt diluuium eſum carnis, ergo ante diluuium erat prohibitus.

Caietanus 5. ſuper cap. 4. Geneſ. dicit ante diluuium fuiſſe licitum eſum carnium: Nec obſtat, ait idem *oiet.* quod diuina Scriptura differat indulgentiam veſcēdi carnibus poſt diluuium quoniam non indulgentia, ſed neceſſitatis fuit explicatio illa, idem docet *Soto lib. 5. de iuſtitia & iure q. 1. ar. 1.* quia neque lege naturali, neque poſitiua ante diluuium erat prohibitus eſus carnium, cùm non conſtet ex Sacris literis. *Chryſoſt. homil. 27. in Geneſ.* docet eſum carnium fuiſſe licitum ante diluuium ſed non fuiſſe in vſu apud probos, & pios viros.

PETES II.

An fuerit præceptum Noe, & ſuis filijs, vt poſt diluuium comederent carnes animalium.

REſpondetur non fuiſſe præceptum, ſed indulgentiam Dei paterno affectu conſulentis infirmitati hominis ita *Perer. loc. cit.*

PETES III.

Dicitur Geneſ. cap 9. excepto quod carnem cum ſanguine non comedetis. Sanguinem enim animarum veſtrarum requiram de manu cunctarum beſtiarum, & de manu hominis de manu viri, & de manu fratris eius requiram animam hominis quicunque effuderit humanum ſanguinem, fundetur ſanguis illius: ad imaginem quippe Dei factus eſt homo. quid ſit ſenſus horum verborum.

ANTEQVAM RESPONDEAM:

SCiendum eſt tribus temporibus fuiſſe interdictum homini eſum carnis cū ſanguine ante legem Moſis, in lege Moſis, & tempore etiam legis euangelicæ ſub initium naſcentis Eccleſiæ, vt obſeruat *Perer. lib. 13. in Geneſ. cap. 9 num. 53.*

HIS POSITIS.

REſpondetur omiſſis alijs interpetrationibus, ait *Chryſoſt. homil. 27. in Geneſ.* cur Deus prohibuit eſum carnis cum ſangnine, quia ſanguinem ſibi reſeruauit immolandum in ſacrificijs, ſed *D. Th. cit. à Per. loc. cit.* adiungit tres alias rationes. Prima eſt cauſa fugiendæ idololatriæ. idolorum cultores libabant de ſanguine victimarum. Secunda in odium, & deteſtationem homicidij, vt tanto magis horrerent effuſionem humani ſanguinis, quibus eſus ſanguinis animalium, tam ſeuerè interdictus eſſet. Tertia cauſa eſt, ad reuerentiam Diuini Numinis. nam ſanguis eſt vita animalis, offertur ſoli Deo

C vt

vt ſignificetur ipſum auctorem eſſe vitæ noſtræ.

Hæc abſtinentia eſus carnis cum ſanguine iam deſijt, vt ſignificat *Auguſt. cit. à Perer nu*. 63. & etiam apud latinos, & in Eccleſijs occidentalibus ceſſauit hoc præceptum. Ly ſanguinem animarum veſtrarum requiram de manu cunctarum beſtiarum quia Deus ſanciuit legem, vt ſi animal occideret hominem, etiam animal occideretur, vt dicitur *Leuit*. 20. *Exod*. 21. *ſi bos cornu percuſſerit virum, aut mulierem, & mortui fuerint lapidibus obruetur*.

Illud autem de manu hominis de manu viri, & de manu fratris eius requiram animam hominis Magnam habet emphaſim; & exageratione, ſignificat enim capitaliter punitum iri eum qui fuderit ſanguinem hominis, quicunque ille ſit, ideſt ſiue vir poteſtatem habens, eaque abutens, ſiue frater, ideſt cognatus vel affinis &c.

Illa vero ſuntentia *quicunque effuderit humanum ſanguinem* fundetur ſanguis illius ſignificatur ex his verbis lege æterna determinaſſe Deum, ac poteſtatem ſecularem inſtituiſſe ad puniendum homicidas, vt docet *Perer. loc. cit*.

SED DICES

Multi homicidæ mortis ſupplicium effugiunt, quomodo ergo dicitur, quicunque effuderit humanum ſanguinem, fundetur ſanguis illius?

RESpondetur ex *Perer.* non loqui Deū de facto, & euentu, ſed de homicidarum merito, ac debito illis ſupplicio quod eis ſecundum leges tam diuinas, quam humanas conſtitutum; & paratum eſt, dicitur ad imaginem Dei *factus eſt homo*. Hoc dixit ad corcendum, ac deterrendum hominem ab homicidio, vt aiunt *Ambroſius de Noe, & Arca cap.* 26. *& Chryſoſt. homil.* 27. *in Geneſ.*

QVÆRITVR XIX.

Dicitur Geneſ. 9. dixitque Deus Arcum meum ponam in nubibus, & erit ſignū fœderis inter me, & inter terram cumq; obduxero nubibus Cælum, apparebit arcus meus in nubibus, & recordabor fœderis mei vobiſcum & cum omni anima viuente quæ carnem vegetat, & non erunt vltra aquæ diluuij ad delendam vniuerſam carnem? quid ſit ſenſus horum verborum?

ANTEQVAM RESPONDEAM.

SCiendum eſt, quod ſolet Deus promiſſa ſua varijs ſignis externis confirmare, quo ſcilicet eorum fidem, ac ſpem altius in hominum animis defigat, vt Gedeoni promiſſionem victoriæ firmauit ſigno velleris, ac Roris. Regi Ezechiæ ſigno retrogradientis ſolis, nonnunquam ſignis voluntariis, & à Deo inſtitutis, quale fuit ſignum circumciſionis datum Abraæ. Rurſus eorum ſignorum quædam durāt in perpetuum, vt iris ad ſignificandum, quod non erūt vltra aquæ diluuij ad delendam vniuerſam carnem, aut in temp s longiſſimū, vt circumciſio; aut in breuiſſimum, vt illud Gedeonis, & Ezechiæ.

HIS POSITIS.

REſpondetur *arcum meum ponam in nubibus, & erit ſignum fœderis inter me, & inter terram*, hæc verba dixit Deus, aduertit *Perer. loc. cit.* Noe, ac filijs eius ſtatim quando ex Arca fuerunt egreſſi ne in poſterum dubitarent de ſimili diluuio, ac proinde voluit hoc ſigno iridis, ſeu arcus cæleſtis Deus confirmare cunctis mortalibus, quod numquam in futurum erit diluuium etiam ſi Cæli facies diluuifera videretur, & minari totius orbis excidium & idcirco iris, ſeu arcus Cæleſtis manſurus eſt vſque ad mundi occaſum.

SED PETES I.

Quoties apparebit iris, ſeu Arcus Cæleſtis.

REſpondetur ex *cap. 9. Geneſ.* colligitur in omni generatione iridem apparituram futuramque ſignum numqnam futuri diluuij. Vocabolum verò generatio-

Digitized by Google

rationis in Scriptura, docet Perer. ſignificat ſpatium multorum annorum.

PETES II.

An iris ſignum ſit non futuri diluuij omnino voluntarium, vt vocant ad placidum.

Reſpondetur ex *Lyrano* quem citat, & ſequitur *Perer.* hic eſſe omnino ſignum ad placidum nec eſſe ſignum naturale, ſed ex inſtitutione Dei, nam ante diluuium etiam apparebat iris, & non ſignificabat non futurum eſſe diluuium.

Adeſt veró in iride naturalis congruentia, & habilitas ad ſignificandum non futurum eſſe amplius diluuium. Primum quod ob eius inſignem magnitudinem, ob eximiam pulchritudinem, & ob celſitudinem loci quo apparet omnibus conſpicua eſt, maximeque notabilis, ob idque ſignum potens, & efficax protinus excitandi in hominum animis diuini fœderis, & promiſſi memoriam, eãque ſubinde renouandi, & perpetuo cuſtodiendi. Secundum. quia iris in nubibus generatur, & apparet, & quia ex nubibus, & pluuijs Noeticum diluuiũ magna ex parte prouenit, prouidentiſſimè Deus voluit, iridem quæ in nubibus eſt, ſignum homini eſſe non ventari diluuij.

Docent philoſophi conſtare iridem triplici ſubſtantia, terrea, aquea, & aerea, & inde triplicem exiſtere coloris varietatem, viridis, rubri, & cærulei.

Ly recordabor fæderis mei vobiſcum loquitur Deus ad ſimilitudinem hominum ſolent autem homines ſignis quibuſdã externis excitari, & in memoriam reduci eorum quæ facere conſtituerunt. Deus autem dicitur, non quantum ad propiam vim recordationis quæ in hominibus fere ſubſequitur obliuionem aut certe non præſentem, & vt vocant actualem conſiderationem: Sed quantum ad effectum recordationis, qui eſt implere id quód quis promiſerat, aut facere inſtituerat.

QVÆRITVR XX.

Dicitur Geneſ. cap. 9. erant ergo filij Noe qui egreſſi ſunt de Arca Sem, Cham, & Iaphet: Porro Cham ipſe Pater Chanaan tres illi filij ſunt Noe: & ab his diſſeminatum eſt omne genus hominum ſuper terram, quid ſit ſenſus horum verborum.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

Sciendum eſt Noe, neque ante, neque poſt finitum diluuium habuiſſe alios filios præter Sem, Cham, & Iaphet, quia ex Scriptura non colligitur, vt probat *Perer. loc. cit.* reiciens oppoſitam opinionem aſſerentem alios filios præter ſupradictos generaſſe poſt diluuium Noe, qui per trecentos quinquaginta annos ſuperſtes fuit diluuio.

HIS POSITIS.

Difficultas textus eſt cur Moſes nominans Cham, ſubiunxerit filium eius, Chanaan, dicens, porro Cham ipſe eſt Pater Chanan.

Reſpondetur *D. Ambroſius de Noe, & Arca c.* 28 hanc reddidit rationem, ad corceruandum, inquit, delictum ipſius Cham, addita eſt generatio eius, qui cum haberet filium, & Pater eſſet, ſolus ipſe Patrem non cognouit, qui magis cognoſcere debuiſſet: & ideo improbum habere meruit filium, quia improbus ipſe fuerat Patri. Simul, & illud ſignificatur ex illo Chanaan fuiſſe Chananeos, qui poſt multas generationes à populo iuſto oppreſſos ceſſerunt in eius poſſeſſionem, ita *Ambroſius*, auctorem ergo Chananeorum fuiſſe Chanaan qui fuit filius Cham, qui impius in Patrem extitit.

Addit *Perer.* hic quod propoſitum Moſis erat inſcriptione huius hiſtoriæ, originem, incrementa, & res hebręorum potiſſimum exponere: quippe ex omnibus mundi gentibus hunc ſibi Deus populum delegerat, cui etiam erudiendo omnis hæc Scriptura Moſis deſtinabatur. Hebræis porro aſſignaturus erat Deus in habitationem, ac poſſeſſionem terram Chananeorum iure ademptam illis propter intoleranda eorum ſcelera, vt colligitur ex *Geneſ. cap.* 15. *& Leuit. cap.* 18.

Digitized by Google

Dicitur ſupra *Geneſ.* 9. ab his diſſeminatum eſt omne genus humanum ſuper vniuerſam terram. *Chryſoſt.* perpendens hæc verba illa Moſis de tribus filijs Noe, & vehementer admiratur, & magnificat Dei prouidentiam, atque omnipotentiam, per quam factum eſt, vt ex ſolis tribus hominibus propagatio generis humani & innumerabilium hominum multiplicatio vſque ad hunc diem continuata fuerit, & vſque ad finem mundi perpetuanda ſit.

QVÆRITVR XXI.

Dicitur Geneſ. 9. *verſ.* 20. *Capitque Noe agricola exercere terram, & plantauit vineam, difficultas textus eſt, prima eſt vnde habere potuit Noe vites poſt diluuium, cum omnes corruptæ fuerint per diluuium, ſecunda eſt, cur non potius Noe quæſiuit triticum, quam vinum.*

AD PRIMVM.

Reſpondetur ex *Ambroſio de Noe, & Arca cap.* 23. verno tempore repullulaſſe vites, modico humore, & calore fæcundata terra.

AD SECVNDVM.

Reſpondetur ex *Ambroſ. loc. cit.* quia Noe cum eſſet iuſtus, inuentionem neceſſariarum rerum Deo attribui voluiſſe, eorum vero quæ non ſunt neceſſaria, ſed magis ad commoditatem aliquam voluptatemue conſeruat homini, attribui non inconueniens putaſſe, *Perer.* verò ait probabilius reſponſum eſſe, tritici vſum etiam ante diluuium fuiſſe notiſſimum hominibus, non item vini, addit præterea vitium, & vini mentionem eſſe factam à Moſe, quod vini potum cōſecuta fuerit Noe ebrietas, ebreitatem nuditas eius, nuditatem deriſio Cham, irriſionem maledictio illius in filio Chanaan, & tota eius poſteritate, cuius poſteritatis, ideſt gentis Chananeorum, maledictionem potiſſimum voluit Moſes hoc loco præſignificare.

QVÆRITVR XXII.

Dicitur Geneſ. 9. verſ. 21. bibenſque vinum inebriatus eſt, & nudatus iacuit in tabernaculo ſuo, difficultas eſt an peccauerit Noe.

ANTEQVAM RESPONDEAM,

Sciendum eſt ante diluuium non fuiſſe in vſu vinum, ait *Hieronym. lib.* 1. *aduerſus Iouinianum*. Et inuentor fuit Noe vini, cuius potu ſexcentis ante annis caruerat.

HIS POSITIS.

Reſpondetur ex *Theodoret. q.* 65. *in Geneſ.* Noe non peccaſſe ab inexperientia, inquit, profecta eſt ebrietas Noe, non ab intemperantia. Nam ille primus hominum compreſſis vuis, ignorans non ſolum quantam eſſet bibendum ſed etiam quomodo, nempe aqua temperatum incidit in ebrietatem.

Dicitur nudatus iacuit in tabernaculo ſuo ſic dicitur quia dum Noe ebrius non erat mentis compos.

QVÆRITVR XXIII.

Dicitur Geneſ. 9. verſ. 22 quod cùm vidiſſet Cham Pater Chanaan, verenda ſcilicet Patris ſui eſſe nudata, nunciauit duobus fratribus ſuis foras difficultas eſt, cur dicit Moſes Cham Pater Chanaan.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

Primò, ſciendum eſt, quod non ſolum in exordio mundi fuerunt duo fratres Cain, & Abel filij Adæ, vnus bonus, & alius malus, ſed etiam renouato mundo per diluuium fuerunt boni, & mali permixti, & filijs Noe, nempè Cham fuit malus, Sem, & Iaphet boni.

Secundò, ſciendum eſt, quod Moſes membra genitalia, ideo appellauit verenda propter inobedientiam earundem partium erga rationem; minus enim quàm cæteræ partes hominum obſequuntur rationi, nec eius imperio quaſi fræno coerceri, & regi facilè poſſunt, hac autem partium inobedientia præcipuè punita eſt, inobedientia primorum hominum

minum ergo Deum, nam qui Deo parere noluerunt, iuſto Dei iudicio factum eſt, vt ipſi inferiores ſuas partes ſeruitio rationi addictas non tantum inobſequentes, ſed etiam rebelles, ac vehementer repugnantes ſentirent. Nudi erant primi noſtri parentes, non tamen priuſquam peccarent erubeſcebant. quod partes illæ corporis omnino eſſent ſubiectæ rationi nec vllo turpi, & pudendo motu concitarentur: at vbi peccarunt aduerſus Dei legem, protinus earum partium inobedientiam experti ſunt.

HIS POSITIS.

RESpondetur ex *Theodoreto cit. à Perer.* hic, quod primum omnium Chanaan vidit vedenda Aui ſui *Noe*, & narrauit ſuo Patri non ſine *Noe* irriſione, atque illuſione, ac proinde debebat Cham ſimiliter, vt fratres eius fecerunt, non modo ad ſpectandum Patrem non accedere, ſed etiam grauiter filium abiurgare, ſed ipſe quoque videre voluit, & quod viderat etiam fratribus, renunciare, ergo cùm tàm Cham, quàm Chanaan eius filius malè egerit aſpicienda verenda *Noe* idcirco Moſes ſpecialem mentionem fecit de Chã, & Chanaan eius filio, ita *Ambroſ. & Theodor. cit. à Perer.*

Ly *denunciauit duobus fratribus* hæc verba magnam Emphaſim habent, quibus id peccatum magis exageratur.

QVÆRITVR XXIV.

Dicitur Geneſ. cap. 9 verſ. 23. at verò Sem, & Iaphet pallium impoſuerunt humeris ſuis, & incedentes retrorſum operuerunt verenda Patris ſui; facieſq; eorũ auerſæ erant, & Patris virilia nõ viderunt, quid in hoc eſt aduertendum.

RESpondetur ex *Perer. lib. 13. cap. in Geneſ.* factum illud Sem, & Iaphet fuiſſe tum in ſigni paternæ reuerentiæ, ac pietatis officio, tum illuſtri ſignificatione caſtiſſimi, & laudatiſſimi pudoris omnibus ſeculis memorandum, & non modo nudum Patrem videre noluerũt, ſed ne fœditas nuditatis eius plurimum oculis pateret, & inde creſceret patris ignominia quam ſuam illi ducebant, quam ocyxime ad eum contegendum, retrogrado tamen greſſu, ne forte nuda Patris, vel per impudentiam viderent, feſtinarunt.

QVÆRITVR XXV.

Dicitur Geneſ. cap. 9. verſ. 24. Euigilans autem Noe ex vino, cùm didiciſſet quæ fecerat filius ſuus minor, quid eſt notandum ex his verbis.

REſpondetur quod Noe nouit ea ſpiritu prophetico, & reuelatione Dei, ita *Gloſſa* interlinearis.

Sed difficultas eſt cur Noe appellat Cham filium minorem, cùm Iaphet ſit vltimus filius Noe.

REſpondet *Ambroſius de Noe, & Arca cap. 31.* dici minorem non ætate, ſed ſenſu, & moribus, *Perer.* dicit fuiſſe minorem reſpectu Sem.

QVÆRITVR XXVI.

Dicitur Geneſ. loc. cit. Maledictus Chanaan, ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis quid eſt notandum ex his verbis.

REſpondetur maledictionem Chanaan non continere optationem, & imprecationem mali, ſed propheticam prædictionem eorum quæ ventura erãt poſteritati eius, ita *Theodoret. & alij apud Perer. loc. cit.*

SED DICES.

Cur non eſt maledictus Cham qui peccauerat, ſed Chanaan filius eius?

REſpondetur quia primus omnium Chanaan nuditatem, & turpitudinẽ Noe vidit irriſit & Patri ſuo nunciauit ita *Theodoret. & Caiet. cit. à Perer.*

Præterea ſi maledictus fuiſſet Cham, viſa eſſet eius maledictio pertinere ad vniuerſam eius poſteritatem, cùm ea tamẽ maledictio ſolum comprehenderit poſteritatem eius per filium Chanaan propagandam, non autem per alios tres filios Chus, Meſtraim, & Phut,

Ly

Digitized by Google

Ly *ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuit* ait *Chryſoſt. homil. 29. in Geneſ.* quod ante peccatum Cham, & Chanaan, poſt diluuium nullus homo erat ſubditus alij homini, ſed in pœnam peccati fuit introducta ſeruitus, & ſubiectio alij homini, nam homo natura, non eſt ſubiectus alij homini. Vnde recte ait *Aug. lib. 9. de Ciuit Dei cap. 15.* rationalem hominem factum ad imaginem ſuam noluit Deus niſi irrationalibus dominari: non hominem homini, ſed hominem pecori inde primi iuſti paſtores pecorum magis, quam Reges hominū conſtituti ſunt, vt etiam ſic inſinuaret Deus quid poſtularet ordo creaturarum, & quid exigat meritum peccatorum, conditio quippe ſeruitutis iure intelligitur poſita peccatori Proinde nuſquam Scripturarum legimus ſeruū antequam hoc vocabulo Noe iuſtus peccatum filij vendicaret nomen, itaq; iſtud culpa meruit, non natura.

SED PETES

Quomodo non ſit iniquum aliquos propter peccata aliena puniri à Deo; ratio dubitandi eſt quia dicitur Ezechiel lib. 18. filius non portabit iniquitatem Patris neque Pater filij, ſed anima quæ peccauerit ipſa morietur, ex alia parte dicitur Exod. cap. 20. Ego ſum Deus tuus viſitans iniquitatem Patrum in filios in tertiam, & quartam generationem eorum qui me oderunt.

Reſpondetur ex *Perer. lib. 13. in Geneſ. cap 9 num. 166.* quod quando quis corporali pœna punitur propter aliorū peccata quorum ipſe non eſt particeps, ea caſtigatio cedit in malum, & pœnam eius cuius cauſa punitur, ipſi autem qui punitur bono, & emolumento eſſe poteſt.

Ad locum *Exodi ſupracit.* quod Deus viſitabit, vſque ad tertiam, & quartam generationem ait *Theodoret. q. 20. in Exod* illa verba vim habere deterrendi homines à flagitiis, iniecto metu malorum quæ poſteritati eorum ventura ſint; non autem quod ea comminatio ſit aliquando ad exitum, & effectum perducenda, vel ſi ſenſum literæ ſequi volumus optima eſt interpetratio *Pererij.*

Sed primò, aduertendum eſt, quod nemo humano iudicio pro alienis peccatis poteſt puniri, ac condemnari, vt aiunt flagello, ideſt mortis, mutilationis corporalis, aut verberationis. Pœna verò damni bonorum temporalium nonnumquam fit, vt quidam, etiam ſine culpa, nec tamen inique, propter aliorum peccata afficiantur. Secus dicitur de Deo qui eſt ſupremus Dominus vitę &c.

Secundò, aduertendum eſt, quod duplex eſt genus vindictæ, altero vtitur Deus puniendis improbis in hac vita, alterum poſt hanc vitam: in hac vita non ſemper Deus punit merentes, nec punit quemdam propter aliena peccata, aliquando in hac vita punit etiam innocentes propter aliena peccata, ſed ita vt ijs qui peccauerunt id genus vindictæ pœna ſit, his vero qui non peccauerunt, non pœna, ſed ſalutaris velut quædam ſit medicina, ita *Perer. loc. cit.* addit *Gregor. lib. 26. moral.* quod quando Deus punit in hac vita peccata hominum id facit, vt fidem prouidentiæ ſuæ qua res humanas ſpectare. ac regere creditur, in animis hominum conſeruet. Non omnes autem in hac vita punire, ne hic peccata hominum ex toto vindicare putetur, ſed aliud eſſe peccatorum poſt hanc vitam, & iudicium, & ſupplicium futurum credatur.

QVÆRITVR XXVII.

Dicitur Geneſ. cap. 9 verſ. 26. dixitque benedictus Dominus Deus Sem: ſit Chanaan ſeruus eius, dilatet Deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem; ſitque Chanaan ſeruus eius, quid ſit ex his verbis aduertendum?

Reſpondetur ex *Perer. loc. cit.* quod benedictio Sem prior illa Iaphet, fuit non ſolum quia ille erat primogenitus, ſed etiam quia ex poſteritate Sem futuri erant Patriarchæ, Reges, Prophetæ, & ſuper omnia Meſſias ipſe, ſed etiam quia in poſteritate Sem fides Dei ſemper manſit, poſteri autem non ſolum Cham, ſed etiam Iaphet lapſi ſunt in idololatriam, idcirco merito priorem benedictionem obtinuit à Deo Sem, quam Iaphet.

Ly *dilatet Deus Iaphet*, vt ait *Perer. loc. cit.* dupliciter intelligi, & quantum ad prolem, quod numeroſiſſima eius progenies, & poſteritas eſſet futura, & quantum

tum ad loca, ideſt varias terræ regiones, quod eius poſteri, multas, & varias terræ plagas peragraturi, & habitaturi eſſent, futurique multarum gentium, atque regnorum conditores Ly *habitet in tabernaculis Sem*.

REſpondet *Perer.* eſſe propheticam, ænigmatica locutione, opertam, de gentibus, quæ futuræ participes erant bonorum quę Iudei à Deo, potiſſimum autem per Meſſiam accepturi erãt, nam, vt rectè docet idem *Perer. loc. cit.* poſteri Iaphet ſunt gentiles, poſteri Sem fuerunt Hebræi.

De Chronologia vitæ Noe.

REſpondetur vixit ante diluuium Noe ãnis ſexcentis, ſexcẽtiſſimo. n. anno eius contigiſſe diluuium, vt patet ex *Geneſ. cap 7.* ab exordio mundi cum creatus eſt Adam, vſque ad diluuium numerantur anni mille ſexcenti quinquaginta ſex: ipſe autem Adam vixit annos nongentos triginta: ergo mortuus eſt ante diluuium ſeptingentis viginti ſex annis. Cum igitur Noe natus fuerit ſexcentis annis ante diluuiũ. apparet ipſum eſſe natum centum viginti ſex annis poſt obitum Adami. Deinde Henoch annis ducentis quadraginta duobus ante obitum Adami genuit Mathuſalem; & poſtea vixit trecentis annis, & ex terris trãslatus à Deo eſt, Mathuſalem verò vixit annos nongentos ſexaginta nouem, & ipſo anno quo diluuium accidit mortuus eſt. Ergo Noe qui natus eſt ſexcentis annis ante diluuium, ortus fuit ſexaginta nouem annis poſt translationem Henoch & trecenteſimo ſexageſimo nono anno Aui ſui Mathuſalem, ita colligitur ex *Geneſ. cap. 5.*

Ex his cõcluditur, Mathuſalem verſatum eſſe cum Adamo per annos ducentos quatraginta duos, Noe autem cum Mathuſalem per annos trecentos ſexaginta nouem. Doctrinam igitur rerum naturalium, & diuinarum, tam naturalem, quam ſupernaturalem, viuæ vocis oraculo ex Adamo didicit Mathuſalem: ex ipſo autem Mathuſalem accepit Noe, & etiam filius eius Sem, ita *Perer. lib. 18. in Geneſ. diſp. 5.*

Poſt diluuium vero Noe vixit trecentos quinquaginta annos: cum autem à diluuio vſque ad ortum Abraæ ſecundum Hebraicam, & latinam computationẽ non plures ducentis nonaginta duobus annis præterierint, efficitur nato iam Abreæ ſuperſtitem fuiſſe Noe per annos quinquaginta octo, vt docet *Perer. loc. cit.* vbi obſeruat ab orbe condito omni ſeculo egregios aliquos viros excitare conſueuiſſe: ante diluuium poſt Adamum fuit Set, Henoc, & Mathuſalem, poſt diluuium vſq; ad legem latam Noe Abraam cæterique Patriarchæ vſque ad Moſem Melchiſedech, & Iob poſt Moſem Ioſue, & Phinees, & de iudicibus Othoniel Gedeon Iephte Samſon, & Samuel. Tempore Regum Dauid Aeſu Ioſophat Ezechias, & Ioſias, atque hoc ipſo tempore fuerunt Sanctiſſimi Pontifices, vt Ioioda, Eliaſim, clariſſimique Prophetæ, vt Elias, & Elizeus. Tempore autem captiuitatis Babilonicæ Hieremias, Ezechiel, & Daniel. Poſt reditum denique ex captiuitate Zorobabel Ieſu Pontifex, Aggeus, & Zaccharias Prophete. Eſdras, & Neemias, duo, & ſeptuaginta interpetres ſacrarum literarum, & Principes Machabei non minus diuina religione, ac pietate, quàm bellica fortitudine clari, & omnium celebrandi.

Digitized by Google

APPENDIX
RERVM NOTABILIVM
Pertinentium ad tractatum de Diluuio Vniuerſali.

QVÆRITVR I.

Qua fuit cauſa tam longa vita quam vixerunt, homines ante diluuium?

REſpondetur ex *Perer. lib.7. in Geneſ. quaſt.* 3. multas fuiſſe cauſas. Prima fuit bonitas conſtitutionis & tẽperationis humani corporis, qua illi homines vigebant, tũc natura recẽs à Deo facta, integra erat, firma ad ſeipſam cõſeruandã. Secũda fuit ſobrietas, & cõtinẽtia in victu, & potu, vnde affirmat *Eccleſiaſtic. cap. 37.* crapula multos perijſſe. Tertia cauſa fuit præſtantia alimentorum ob eximiam bonitatem, & feracitatem terræ ante diluuium. Quarta fuit quia Adam perfectè nouerat naturales vires, & facultates herbarum, fructuum, metallorum, lapidum aliarumq; rerum, & quæ res habent vim, & potentiam bene cõſeruandi, & longiſſimè producendi vitam humanam, quibus rebus Adam vſus eſt, & docuit poſteros vſque ad diluuium: vixit Adam vſq; ad quinquageſimum ſeptimum annum Lamech Patris Noe, qui non longius quàm quinque annis à diluuio abfuit, vt docet *Perer loc. cit.* Quinta cauſa fuit, ita diſponente Deo, vt diu viuentes homines, poſſit multiplicari genus humanum quod in exordio mundi neceſſarium erat. Sexta cauſa fuit, vt diù viuentes homines poſſent reperire artes, & ſcientias ad neceſſitates vtilitateſque vitæ humanæ, & ad perfectionem intellectus humani plurimum cõferentes, quę tamen non niſi longiſſimi temporis experimentis, & obſeruationibus reperiri poſſunt. Recte enim dicitur ab *Ariſt* tempus eſſe inuentorem, & promotorem artium, ac ſcientiarum. Præſertim autem longiquitas vitæ neceſſaria erat ad inuentionem Aſtronomiæ, & Geometriæ, quarum diſciplinarum certitudinem aſſequi nõ poſſunt, auctore *Ioſeph cap. 3. lib. 1. de antiquit.* ſi minus ſexcentis annis vixiſſent.

Itaque poſt diluuium vitam hominum inſigni breuitate fuiſſe diminutam.

QVÆRITVR II.

Vtrum anni quos vixiſſe homines ante diluuium narrat Scriptura, fuerint pares noſtris.

REſpondetur affirmatiuè. & contrariũ aſſere, vt alij putarunt, videtur eſſe contra Sacram Scripturam, vt docet *Perer. loc. cit. quaſt. 2.*

QVAERITVR III.

Cur nemo ante diluuium attigerit milleſimum annum, vt conſtat ex diuina Scriptura.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

SCiendum eſt, quod mille anni comparatione æternitatis, reputatur vnus dies, vt dicitur, *Pſal. 89.* mille anni ante oculos tuos tanquam dies externa quæ prætetijt.

HIS POSITIS.

REſpondent multi *DD.* teſte *Ireneo lib. 3.* aduerſus hæreticos, Adamo fuiſſe dictum in quacumque die comederis, morte morieris, & ſic re vera accidit, quia poſt eſum pomi vetiti, Adã viuendo vnum diem integrum non expleuit quia ad milleſimum annum non peruenit, nam ait *Moſes cap. 8. Geneſ. verſic 5.* quod vixit Adam anni nongenti triginta.

SED

Digitized by Google

SED PETES I.

Vtrum Adam ſit ſaluus.

REſpōdetur, Tacianum docuiſſe Adamum fuiſſe damnatum, *Rupert. lib. 3. comm. in Geneſ. cap.* 31. docet quod probabilior ſententia eſt, quod Adam ſit ſaluus docet præterea idem *Rupert* quod liber ſapientiæ non eſt Canonicus.

Sed communis ſentētia Patrum, & communis Eccleſiæ ſenſus eſt, quod Adam ſit ſaluus, vt aperte colligitur ex *Sap. cap.* 10. vbi dicitur qui primus formatus eſt à Deo Pater orbis terrarum, cum ſolus eſſet creatus, cuſtodiuit, & eduxit illum à delicto ſuo, & dedit illi virtutem continendi omnia. Vnde demiratur *Perer.* ignoranti m Ruperti qui aſſerit librum ſapientiæ non eſſe canonicum, nam multis ſeculis ante ſuam ætatem librum Sapientiæ relatum eſſe in numerum librorum canonicorum ab Eccleſia in Concilijs Carthaginenſi, & Laodicenſi.

PETES II.

An Cain damnatus ſit.

REſpondetur ex *Sapientia cap.* 10. affirmatiuè nempè eſſe damnatum, vt patet ex formalibus verbis, ab hac vita, vt receſſit iniuſtus in ira ſua per iram homicidij fraterni deperijt.

DE INCENDIO SODOMÆ

Dubia curioſa.

QVÆRITVR I.

Cur Deus tam ſeuerè, ac rigidè vetuit Loth, vt retro non reſpiceret dum iret Segor cum vxore, & duobus ſuis filiabus cauſa euadendi incendium Sodomæ & Gomorræ.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

SVpponendum eſt hoc præceptum nō ſolum fuiſſe impoſitū Loth, ſed etiam vxori eius, vt ex contingentia facti colligitur, licèt expreſsè tantum Loth fuerit impoſitum huiuſmodi præceptum, vt colligitur ex *Geneſ.cap.*19 nam Loth ſolum fuit dictum animam tuam, Noli reſpicere retro.

RESpondetur ex *Pererio ſuper Geneſ. cap.*19 multas fuiſſe rationes. Prima eſt ad faciēdam experientiam obedientiæ Loth etiam in rebus minimis, Secunda ad maiorem deteſtationem illius gentis nempè Sodomæ, & Gomorræ. Tertia ad ſalutare documentum ſimul,& exemplum ijs nimirum qui ex vitioſa, ac mundana vita, ac conſeruatione vocati, & adducti ſunt ad ſpiritualia,poſt hac non reſpicerent retro, ideſt vitia ac peccata, ac etiam facultates quas reliquerunt; iuxta illud Scripturæ ***nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retro aptus eſt Regno Dei.***

QVÆRITVR II.

Cur Deus vxorem Loth, quia reſpexit ea quæ retro erant, tam atroci, & horribili vindicta puniuit?

REſpondetur ob multas cauſas, vt bene obſeruat idem *Pererius loc. cit.* prima fuit propter incredulitatem vxoris Loth ex qua ſcilicet nata eſt inobedientia; non enim credidit quidquā referre ad incolumitatem, & ſalutem ipſorum ſi reſpicerent retro nec ne. Qua propter auctor libri Sapientiæ *cap.*10.vxorem Loth appellat animam incredibilem. Secunda fuit nimia curioſitas in reſpiciendo: Siquidem nimis attente, ac moroſè curioſèque ad cladem Ciuitatis,& gentis reſpectabat, vt tradit *Ioſeph lib.*1.*antiquitatum.*

QVAERITVR III.

Cur vxor Loth tali animaduerſionis genere punita eſt,vt verteretur in ſtatuam ſalis.

REſpondent aliqui *DD* eſſe figuratam locutionem diuinæ Scripturæ. Sed alij *DD.* docent cum maiori probabilitate fuiſſe propriam: huius opinionis eſt *Caiet.ſuper Geneſ. cap.*19 vbi ait *Ioſeph lib. de antiquitate* poſt tot ſecula vidiſſe eam ſtatuam ſalis, in quam verſa eſt vxor Loth, & *Borchardus in deſcriptione terræ Sanctæ* 1.*par. cap.*7.*num* 24 hæc verba ait;poſt Hierico contra Auſtrum eſt Segor oppidum,in quo ſeruatus eſt Segor ſub mōte Eugaddi inter quod,& mare mortuū eſt ſtatua ſalis, in quam conuerſa eſt vxor Loth. Ratio verò cur vxor Loth in ſtatuam ſalis conuerſa fuit, ait *Auguſtin.lib.*10. *de Ciuit. Dei cap.* 30 vt hominibus fidelibus quoddam præſtaret condimentum, quo ſapiant aliquid vnde illud conuentur exemplum, illud nempè quod Ieſus nos docuit *Luc.cap.*9. ***nemo mittens manum ſuam ad aratrum***

trum

trum, & reſpiciens retro aptus regno Dei, idemque diſtintius *exponens B. Petrus 2.cap.2. vbi ſic ait ſi enim refugientes coinquinationes mundi in cognitione Domini Noſtri, & Saluatoris Ieſu Chriſti, his rurſus implicati ſuperantur: facti ſunt eis poſteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoſcere viam iuſtitiæ, quam poſt cognitionem retrorſum conuerſi ab eo quod illis eſt traditum ſancto mandato. Contingit autem eis illud veri prouerbij: Canis reuerſus ad ſuum vomitum, & ſus Lota in volutabro Luti.*

QVAERTVR IV.

Quando, & vbinam regionis illius verſa ſit in ſtatuam ſalis vxor Loth: Num antequam intrauerit Vrbem Segor, an interea dum inibi fuit, an potius cum egreſſus inde pergeret ad montem.

RESpondetur poſt ingreſſum Loth in Vrbem Segor non ante cæpta eſt illa tempeſtas, vt colligitur ex *Gen. cap.* 19. & conſequenter vxor erat in Segor quando conuerſa fuit in ſtatuam ſalis, nam vxor Loth non exiit cum viro ſuo pergente ad montem. Sic enim ait diuina Scriptura *loc. cit.* Aſcendit Loth de Segor, duoque filiæ eius cum eo: timuerat enim manere in Segor, & manſit in ſpelunga ipſe, & duæ filiæ eius cum eo, eiuſdem opinionis eſt *Pererius* hic, qui dicit id contingiſſe, vel in Vrbe Segor, vel in itinere ad eam Vrbem.

QVÆRITVR V.

Dicitur Geneſ. 19. quod Dominus pluit ſuper Sodomam, & Gomorrã ſulphur, & ignem à Domino de Cælo, an fuerit vera pluuia, & quod nam damnum fecit, & quod tempus durauit.

RESpondetur fuiſſe ſecundum propriã ſignificationẽ verborũ verè pluuia, ideſt aquam ſulphuream, & igneam, vt affirmat *Perer. cap. 19. Geneſ.* & fuit ſupra omnem naturæ vim, modumque repente factum, & Cælitus miſſum, tantæque ad nocendum efficacitatis, vt omnia eius regionis, ipſamque regionem omnem non ſolum in extima cute, ſed vſque ad intimos eius ſinus, atque viſcera excuſſerit, & perdiderit, idque non lentè, aut longo tempore, ſed repente, atque in momento perfecerit, vt apertè tradit *Hieremias, cum in lamentationibus cap. 4.* ait *Maior effecta eſt iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum, quæ in momento ſuburſa eſt, & non ceperunt in ea manus.* Præterea ex tali pluuia vehemẽti aquæ ſulphureę, & igneæ fuit factus lacus poſtea dictam mare mortuum, vt opinetur *Pererius*, & præter ſulphur ſimul etiam admixtum cecidiſſe ſal ardẽs & vrens, vt colligitur ex *Deuter. cap. 29. & Pſal.* 106 terram fructiferam in ſalſuginem à malitia habitantium in ea.

Sed effectus ſulphureæ pluuiæ, & ignis mãſit per tria annorum millia vſque adhuc, & manſurus eſt vſque ad finem mundi, manet enim ſemper in ea regione, & perpetua ſolis ſterilitas, & peſtilens Cælum & vtriuſque terra, & facies horrenda, ac demum plantarum, animalium, & hominum vſquequaque vacuitas, vt colligitur *ex Deuter. cap. 29. Hierem. 49. Amoſ. 4. Sophon. 2.*

Præterea fuit pluuia ignis de Cælo ait *Moyſes Geneſ. cap. 19.* ideſt de ſupremo aere, vbi viſiones ignitæ generari, & agitari ſolent, vt explicat *Pererius* hic.

QVÆRITVR VI.

Quot fuerunt Ciuitates euerſæ media pluuia ſulphurea, ac ignea.

RESpondetur ex *Deuteron. cap. 29.* fuiſſe quatuor Ciuitates deſtructas, nempè Sodomam, Gomorram Adamum, & Seboim; Bala poſterius autem Segor, vbi ſaluatus eſt Loth cum ſuis filiis nõ fuit deſtructa ſecũdum probabiliorem ſententiam *DD.* etiam poſt diſceſſum Loth ab illa Ciuitate, vt probat *Perer. Theodoretus vero in q. 69. in Gen.* docet poſt diſceſſum Loth à Segor ex ea Ciuitate omnes habitatores eius fuiſſe deletos, atque hiatu terræ abſortos.

Digitized by Google

QVAERITVR VII:

Quanta fuerit regio illius terræ Sodomitico incendio exuſta, & vaſtata.

RESpondetur fuiſſe eam omnem, quam aperuit mare mortuum: namque eo loco erunt celebres illæ quatuor Ciuitates, de magnitudine eius lacus, ſeu maris mortui, ait *Ioſeph de bello iudaico*, cap.5. eius longitudinem eſſe quingentorum octoginta ſtadiorum, latitudinem centum quinquaginta. Mare mortuum dicitur mare ſalſiſſimum, ob ſaporem ſalſum, quem ei fecit copioſiſſimum ſal de Cęlo lapſum, dicitur mare mortuum quia nullum animal gignit, aut ſubſtinet, nam in Scriptura varijs nominibut eſt appellatum, vt obſeruat *Pererius loc.cit.* dicitur denique mare campeſtre, ſiue planitiei, propter planitiem, & æqualibilitatem loci quondam ameniſſimi, & à iordane vſquaq; irrigari, ac fecundari.

Poſt incendium, ait *Borcardus in deſcriptione terræ ſanctæ 1. part. cap.7. num.* 38. quod mare mortuum ſemper eſt fumans, & tenebroſum, ſicut os inferni, partes vicinæ dicto mari eſſe omnino ſteriles &c ait idem *Ioſeph*, quod ante incendium illa regio erat omnis generis pulcherrimarum plantarum feraciſſima.

QVÆRITVR VIII.

Quot fuerunt homines interfecti ab illo incendio Sodomidico.

RESpondetur excepto Loth, duabus ſuis filiabus, & eius vxore, quæ poſtea verſa eſt in ſtatuam ſalis, quia non obediuit præcepto Domini, vt non reſpiceret retro, vniuerſos habitatores vrbium, & cunta terræ virentia, fuiſſet obolitos, ac deſtructos medio igneo Sodomitico, vt patet ex *Geneſ. cap.* 19. *quia omnes pollentes vſu rationis, erant infecti vitio nefando, vt colligitur ex Gen.cit. nam dum venerunt duo Angeli Sodomam veſpere, & ſedente Loth in foribus Ciuitatis, ſurrexit, & iuit obuiam eis adorauitque pronus in terram, & dixit: obſecro Domini, declinate in Domum pueri veſtri, & manete ibi: lauate pedes veſtros, & mane proficiſcimini in viam veſtram. Qui dixerunt minime, ſed in platea manebimus. Compulit illos oppido, vt diuerterent ad eum: ingreſſiſque domum illius fecit conuiuium, & coxit azyma, & comederũt. Prius autem quam irent cubitum, viri Ciuitatis vallauerunt domum à puero vſque ad Senem, omnis populus ſimul, vocaueruntque Loth, & dixerunt ei: vbi ſunt viri qui ingredierunt ad te nocte? educ illos huc, vt cognoſcamus eos, egreſſus ad eos Loth poſt tergura occludens oſtium ait: Nolite quæſo fratres mei, Nolite facere hoc malum, habeo duas filias quæ nec dum cognouerunt virum, educam eos ad vos, & abutimini eis ſicut vobis placuerit, dummodo viris iſtis, nihil male faciatis quia ingreſſi ſunt ſub vmbra culminis mei, at illi dixerunt: recede illuc, & rurſus ingreſſus es, inquiunt, vt aduena, numquid, vt iudices? te ergo ipſum magis quam hos affligemus. Vimque faciebat Loth vehementiſſime: iamque prope erat, vt effringerent fores, & ecce miſerunt manum viri, & introduxerant ad ſe Loth clauſeruntque oſtium, & eos qui foris erant percuſſerunt cæcitate à minimo vſque ad maximum, ita vt oſtium inuenire nõ poſſent, dixeruntque autem ad Loth habes hic quempiam tuorum, educ de Vrbe hac, delebimus enim locum iſtũ eo quod creuerit clamor coram Domino qui miſit vos, vt perdamus illos &c.*

Addit præterea Pererius *hic diſput. 6. quod non tantum uiri, ſed etiam fæminæ tali uitio gaudebant, extra uas, libidinem uirilem libenter patientes.*

SED

SED PETES I.

Cur infantes qui carebant vſurationis fuerunt interfecti ab igne Sodomitico.

RESpondetur ex *Pererio* hic, ob duas cauſas feciſſe Deum. Primum quidem quo acerbiorem faceret parentum cruciatum interitus liberorum, non ſolum propter naturalem flagrantiam amoris paterni erga filios, ſed quod eorum extinctu, omnem poſteritatis ſuæ tuendæ, ac propagandæ ſpẽ, ac facultatem penitus extingui cernebant, ſecundum Deus, nece infantium declarare voluit, quantopere deteſtaretur, atque odiſſet gentem illam, vt pote cuius nullam ſupereſſe ſobolem, nullũq; Semen relinqui voluit, frequenter autẽ Deum filios punire corporali pena propter ſuorum parentum ſcelera, vt patet ex diuina Scriptura *Exod.* 40. & 36. Dauidis filium ex adulterio Berſabeæ natum occidit Deus propter peccatum Dauidis: hebreorum quoque qui grauiter Deum offenderant in derto, filios portare iniquitatem Patrũ, & per quatraginta annos in deſerto laborioſè admodum, ærumnoſeque vagari, & afflictari fecit Deus.

PETES II.

An omnes adultæ ætatis, rationiſque compotes qui Sodomitica illa clade perierunt, etiam æterna morte perierint.

RESpondetur ex *Pererio ſupra Geneſ. cap.* 19 excepta familia Loth, omnes habitatores Sodomæ, & Gomorræ. ac aliarum Ciuitatum, fuiſſe infectos vitio neſando, vt probat idem Pererius, & conſequenter probabiliter omnes adultæ ætatis fuiſſe damnatos; nam cum illi per totam vitam peſſimi fuiſſent, & illa ipſa nocte ſub eius finem excidium illud contingit, infando flagitio commictendo intentiſſimi fuiſſent, cumque clades illa repentina improuiſa, & quaſi momentanea fuerit, quis obſecro, inducat in animum, eos tam repentina, & celeri ruina oppreſſos veram, & ſeriam, & tantis ſceleribus remictendis ſufficientem egiſſe penitentiam? apertè colligitur ex *Geneſ. cap.* 18. nam Abraam rogauit Dominum, vt parceret Sodomis ſi ſaltem decem reperirentur iuſti, quo numero nõ inuento Deus dextruxit illas Ciuitates medio igne, & ſulphure, ſed infra latius explicabo.

PETES III.

An peccauerit Loth quando diſceſſit à Segor, & iuit ad montem ne ignis Sodoma, noceret ei.

RESpondetur ex *Perer.* hic. Loth dupliciter peccaſſe. Primo, quia non credidit Angelo promittenti ſecuritatem ſibi in monte, nec ei poſtea credidit eandem pollicenti in Vrbe Segor, nam prius recuſauit ire in montem. & cupit manere in Segor, & mox diffidit habitationis Segor, & feſtinauit ad montem ita docet *D. Hieronym. cit. ab eodem Pererio*, *Gloſa interlinearis ſupra Geneſ. cap.* 19. ſic ait, ſicut iuſtus in Sodomis fuit Loth, in monte autem peccauit.

D. Auguſt. q. 45. *in Geneſ.* Loth dictum eſſe iuſtum non ſimpliciter, & abſolute, ſed ſecundum quid, & comparatiue, nam perpendens illa verba, recordatus eſt Abraæ, & liberauit Loth de ſubuerſione Vrbium in quibus habitauerat, Loth enim erat filius fratris Abraami, vt patet ex *Geneſ. cap.* 12.

PETES IV.

An peccauerint filiæ Loth committendo inceſtum cum Patre, nam dicitur Gen. 19. *inebriemus eum vino, dormiamuſq; cum eo, vt ſeruare poſſimus ex Patre noſtro Semen, & infra dicitur conceperunt ergo duæ filiæ Loth de Patre ſuo; Peperitq; maior filium, & vocauit nomen eius Moab ipſe Pater Moabitarum vſque ad preſentem diem. Minor filia Loth quoque peperit filium, & vocauit nomem eius Ammon, ideſt filius populi mei ipſe eſt Pater Ammonitarum vſque hodie, hæc diuina Scriptura Geneſ. cap.* 19.

RESpondetur *Origines* ſuper *Geneſ. cap.* 19. docet filias Loth inuincibiliter exiſtimaſſe ex incendio Sodomæ, Gomorræ, & aliarum Ciuitatum totum mundum, ac omnes habitatores mundi fuiſſe aboletos, & ſic ſuppoſita tali ignorantia inuincibili, non peccaſſe filias

filias Loth habendo rem cum ſuo Patre, vt ſpecies humana conſeruaretur, vt *Ambroſius cit. à Pererio* docet, pro argumẽto afferens exemplum Euæ quę formata ex Adamo eidem coniugali miſtione copulata eſt. Sed *Auguſt* cum cæteris Theologis oppoſitum docet, nempè non fuiſſe licitam copulam filiabus Loth cum Patre, cauſa conſeruandi ſpeciem humanam, ob naturalem indecentiam, & turpitudinem, nec exemplum Ambroſij. Euæ quod attulit adiuuat iſtam opinionem. Siquidem Eua nam fuit filia Adami; ratio enim Paternitatis, & filiationis, atque omnis etiam cognationis, & affinitatis, tota eſt fundata in carnali generatione quæ fit per commiſtionem viri, & fœminæ, & per Semen virile, & ſanguineum meſtrum muliebrem. Vnde putat *Pererius Ambroſium* cauſa diſputandi id dixiſſe, quia idem *Ambroſius epiſt. 66.* docet coniugium Patris cum filia pugnare cum lege naturali ſcripta in cordibus ſingulorum.

PETES V.

Dicitur Geneſ. 19 filias inebriaſſe Loth vino, vt poſſent rem cum illo habere.

An Loth peccauerit peccato ebrietatis, & an ſenſerit concubitum filiarum ſuarum, ita vt peccauerit habendo rem cum ſuis filiabus.

AD PRIMVM.

Reſpondetur ſub opinione Sanctorum Patrum cadere, an ebrietas Loth imputanda ſit ad culpam, *Chryſoſt. homil. 44. in Geneſim* excuſat à culpa; nã dicit Loth ebrium eſſe factum non ex nimio vini amore, ſed quia paulo largius bibit, non quidem ex incontinentia, ſed vt leniret, ac mitigaret triſtitiã, atque animi ægritudinem, tam ſuam quam filiarum ob bonorum amiſſionem, atque vxoris interitum.

Theodoretus q. 69. in Geneſ partim incuſat, & partim excuſat ebreitatem Loth, *D. Auguſt. lib. 12. contra fauſtum cap. 43. ſimul cum Origine homil. 5. in Gen.* ebreitatem Loth ſine excuſatione reprehendit.

D. Th. 2. 2. q. 150. art. 4. videtur excuſare Loth à peccato ebreitatis ex eo fortaſſe quod non præuidit Loth ſe fieri ebrium ex potatione tanti vini.

AD SECVNDVM.

Reſpondetur ſatis clarum eſſe, quod Loth nunquam ſenſit concubitum cum ſuis filiabus, vt conſtat *ex Geneſ. cap. 19.* vt patet ex his formalibus verbis *Sacræ ſcripturæ ne tunc quidem ſenſit quando concubuerit, vel quando illa ſurrexerit*, & conſequenter non peccaſſe Loth rem habendo cum ſuis filiabus, ita *B. Ireneus lib. 4. aduerſus hæreſes cap. 51 idem aſſerit Chryſoſt. loc. cit & Caiet. in Geneſ. cap. 19.* & rationem reedit *Perer.* hic, quia compertum eſt, multos etiam dormientes ſolutam haberem vim progreſſiuam, vſumque membrorum corporis: ſurgere de lecto, nec breui ſpatio deambulare, transferrè aliqua ex vno loco in alium facere demum quædam eorum ſimilia, quæ vigilantes factitabant ad eum igitur modum credibile ſit concubitum cum filia à dormiente Loth peractum eſſe: præſertim puella corpus Patris ad id applicante, & accomodãte; puta ſi puella erat incuba, & Pater Loth ſuccubus.

PETES VI.

An Loth peccauerit, offerendo filias ſuas Sodomitarum libidini, quo eos à violandis, nefario ſcelere, hoſpitibus auerteret? vt dicitur Geneſ. 19. habeo duas filias, quæ nec dum cognouerunt virum educem eos ad nos, abutimini eis, ſicut vobis placuerit, dummodo viris iſtis nihil mali faciatis, qui ingreſſi ſunt ſub vmbra culminis mei, ratio difficultatis, quia B Petrus epiſt. 2. cap. appellat Loth iuſtum.

Reſpondetur varias eſſe opiniones inter Sanctos Patres, ac Theologos, an Loth peccauerit, & variæ aſſignantur rationes ob quas excuſant Loth à peccato, *S. Ambroſius lib. 1. de Abraã, cap 6. & Chryſoſt. homil. 43. in Geneſ.* non ſolum excuſant factum illud Loth, verum magnis laudibus prædicant.

Beatus Auguſt. in lib. 9 in Geneſ. c. 42. ambiguè loquitur, ſed magis apparet, docere Loth peccaiſſe.

Caiet. in com. in 2. 2. D. Th. q. 78. art. 4. ait Loth

Digitized by Google

Loth offerendo filias ſuas Sodomitis, obtuliſſe eis materiam minoris mali faciendi, non autem induxiſſe eos ad minus malum, vt declinarent maius: nõ enim eſt idem offerre materiam minoris mali, atque inducere ad minus malum, quo vitetur maius, & quamuis Loth ex facto ſuo occaſionem capturos Sodomitas abutendi virginibus, & peccaturos eſſe faciendo rem iniuſtam, quam virgines non conſenſientes eorum libidini non iuſtè ab eis paterentur, attamen nõ inducebat illos ad ſtuprum, nec vt in id conſentirent, ſuadebat filiabus ſuis, ſed magis, vt id violẽter ſibi illatum, incontaminato animo fortiter paterentur, ad maius quippe malum aliquod propulſandum. Illud vero quod dixit Loth *abutimini eis* nõ imperatiue dictum ab eo eſſe, ſed permiſſiue interpetrari conuenit.

Verum idem *Caiet.* in ſuis comentarijs in *Geneſim cap.* 19. quaſi rationem antea traditam à ſe, poſtea non approbans ſic ait, Loth non obtuliſſe filias animo repeſandi flagitium flagitio: ſed animo placandi furentem populum per hiperbolicam quamdam ſui ſubmiſſionem; credebat enim populum minime acceptaturum eiuſmodi oblationem.

Sed ex ſententia quorumdam Theologorum, poteſt excuſari factum Loth; nam dicunt Theologi, quod ſi quis ardens cupidine vlceſcendi eum à quo valde læſus eſt omnino coſtituit eum interficere, licitè, ac iuſtè poteſt quis ſuadere ei, vt alapis, aut fuſtibus cædat potius, quam interficiat; quia obiectum eſt bonum non ſimpliciter, ſed ſub cõditione, nempe ſuppoſita intentione alicuius faciendi opus maioris mali, ac proinde ſubtrahere aliquem à non faciendo opus maioris mali, & ſuadere minus malum eſt obiectum bonum, non ſimpliciter vt ſupra dictum eſt.

Sed *Pererius ſup. Geneſ. cap.* 19. docet, & ſi minus peccatum ſit ſtuprum fæminæ, quam nefandum vitium, Patri tamen maius peccatum eſt propias filias tradere conſtuprandas, quam ſinere hoſpites ſuos nefando ſceleri violari: immo nulla hæc culpa eius eſt, ſi alia ratione id prohibere, atque impedire non poſſit.

Ego verò pie credo Loth id feciſſe ex inſtinctu Spiritus Sancti, & conſequenter non peccaſſe, ratio mihi eſt, quia Loth à *D. Petro ſup. cit.* vocatur iuſtus: *iuſti* autem interdum operantur aliquid in ſe peccaminoſum, ſed quia faciunt hoc ex inſtiutu Spiritus Sancti proinde nõ cenſentur peccare, vt patet ex exemplo Sanctæ Luciæ, quæ ſuis manibus à ſuo corpore extraxit oculos, vnde vulgare eſt axioma, quod factum ſanctorũ eſt admirandum, non imitandum.

PETES VII.

Abraam cap. 18. Geneſ. rogauit Dominum, vt parceret Sodomis, quomodo fuit eius petitio.

Reſpondetur ex *Geneſ. cap.* 18. quod prima petitio fuit, vt Dominus parceret Sodomis, ſi in ipſa inuenirentur quinquaginta iuſti Secunda 45. Tertia, 40. Quarta 30 Quinta viginti, ſexta petitio fuit, vt ſi ſaltem decem reperirentur iuſti, vt Deus non dextrueret Ciuitates Sodomæ, & Gomorræ &c. & ſemper Deus promiſit Abraam pænæ veniam quo numero iuſtorum non inuento Deus dextruxit Ciuitates prædictas.

PETES VIII.

An quod Dominus dixit propter quinquaginta iuſtos, immo etiam propter decem qui eſſent in Ciuitate parciturum ſe ei loco, intelligi debeat in Vniuerſum de quolibet loco, vbi talis numerus iuſtorum fuerit: tamquam vbicunque tot iuſti fuerint, parciturus ſit Deus alijs quotquot ibi fuerint, quamuis ſcelerati ſint, & ſupplicio digni.

Reſpondetur negatiue, quia nec ratio ipſa docet conueniens eſſe, vt propter certum quempiam paucorum iuſtorum numerum, ſemper Deus ignoſcat flagitioſis, & perditis hominibus, qui permixte verſantur cum iuſtis: & non pauca ſunt in ſacris literis exempla quæ contrarium teſtentur, vt docet *Pererius ſup. Gen. cap.* 18. vnde *D. Auguſt. in Geneſ. q.* 40. ait, propterea Deũ id de Sodomis dixiſſe, quod bene ſciret eum numerum iuſtorum ibi non eſſe: Valet igitur hęc Dei ſententia ad demonſtrãdam propenſiſſimam Dei voluntatem ignoſcendi peccatoribus: Valet igitur ad exagerandam illius gentis malitiam.

Simi-

Simile quippiam legitur per *Hieremiam cap. 5 Circumite vias Hieruſalem, & quærite in plateis eius: ſi inueneritis hominem facientem iuſtitiam, & quærentem fidem & propitius ero peccatis eorum*. Hoc dixit, vt oſtenderet ne quidem hominem iuſtum eſſe inter illos.

PETES IX.

Cur Deus precibus Abraa non eſt flexus ad ignoſcendum Sodomitis?

RESpondetur, quia fuit tanta enormitas peccatorum eius gentis, vt nullo modo veniam mereretur, erat peccatum, eorum hominum, vt obſeruat *Pererius cap. 18. ſup. Geneſ.* longinqua peccandi conſuetudine, & licentia inueteratum roboratumque, & quaſi connotarale factum, nempe vitium nefandum, atque diuturna impunitate diſſimulatum, ac toleratum à Deo, vt nulla ſpes erat correptionis, & emendationis. Quocirca dilatio vltionis, & ſupplicij eius gentis, non proficiebat ad emendationem eius vitę, ſed ad culpæ amplificationem, & ad ſcandalum, atque exitium multorum, quos talis flagitij contagio viruſque inuadebat, & corrumpebat. Præterea licèt fuerit principale peccatum vitium nefandum in illis gentibus, tamen vt obſeruat, idem *Pererius loc.* alijs grauiſſimis peccatis Sodomiti erant infecti.

Digitized by Google

TRACTATVS DE AEDIFICATIONE TVRRIS BABEL,

Ac diuiſione linguarum, quæ omnia habentur ex cap. 11. Geneſ.

QVÆRITVR I.

Dicitur Geneſ. cap. 11. erat autem terra labij vnius, & ſermonum eorundem. Cumque proficiſcerentur de oriente, inuenerunt Campum in terra Sennaar, & habitauerunt in eo, quid eſt notandum ex hoc loco diuinæ Scripturæ.

Antequam exponam verba Geneſ. loc. cit.

PRimò ſciendum eſt, quod viuens erat Noe, quando ædificata fuit Turris Babel, & facta fuit cõfuſio linguarum, vt ait auctor hiſtoriæ Scholaſticæ *in Geneſ. cap. 39.*

Secundò ſciendum eſt, labium de quo ſupra, accipitur pro ſermone, & oratione, ita vſurpat ſcriptura *Geneſ.* 4 *ſanctus diſtillans labia tua*, & ita accipiũt, tam Hebræi, Græci, ac Latini, teste *Perer. lib. 19. cap. 11. in Geneſ.*

HIS POSITIS.

REſpondetur, quod ex ſupradicto textu *erat autem terra Labij vnius, & Sermonum eorumdem &c.* colligitur omnes homines ex omni gente conueniſſe, & conſpiraſſe in ædificationem Turris; ratio eſt, quia propter hoc delictum confuſa eſt lingua, & multiplicata Sed omnes homines erant vnius linguæ, ideſt vnius ſermonis; ergo omnes conuenerunt ad ædificationem Turris. In vna tantum familia Heber mãſiſſe, vnde etiam nomen accepit, nã Hebræa, quaſi Heberera dicta eſt, ita *Auguſt. & alij cit. à Perer. lib. 16 in Geneſ. diſp. 1 num. 3.*

SED DICES.

Ergo Noe etiam conuenit, & conſpirauit in ædificationem Turris.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

SCiendum eſt, poſt finitum diluuium Noe reſedit in montibus Armeniæ, ac eius filij, ac eorum poſteri per multum tempus, cauſa timoris præteriti diluuij, ſed dicti montes Armeniæ ſunt montoſa aſpera, & conſequenter habitatores in eis quærebant habitationẽ commodiorem, ac fertiliorem, vt veriſimile eſt ait *Perer. loc. cit.*

HIS POSITIS.

REſpondetur verum eſſe Noe profectum eſſe ab oriente, quia montes Armeniæ ſunt in oriente, & perueniſſe ad campum in terra Sennaar, ſed alio animo, ac conſilio quam ædificandi Turrim, ita *Toſtat. cit. à Perer.* nam Campus in terra Sennaar erat planus apertus, atque ampliſſime quoque verſus patens, necnon, & irriguus interfluo Euphrate, & ob eam cauſam fertilis, ac peramænus, ita *Ioſeph lib. 1. antiquit.*

Fuiſſe verò Noe, ac filios eius Principes, & Duces eorum qui profecti ſunt ex oriente, & venerunt in Campum Sennaar, ità *Ioſeph lib. 1. antiquit.*

Digitized by Google

SED PETES I.

Quod tempus fuit elapſum à diluuio vſq; ad ædificationem Turris Babel?

RESpondetur fluxiſſe ſpatium centum annorum à diluuio vſque ad ædificationem Turris Babel, ita *Perer. loc. cit.*

PETES II.

An in Campo Sennaar erant habitationes, antequam fuit incepta ædificatio Turris.

RESpondetur ex *Perer. loc. cit. num.* 15. licere conijcere eos homines tunc primum inueniſſe loca campeſtria, & ad habitandum commoda propter fertilitatem, amænitatem, ac copiam aquarum: quo circa ibi ſubſtitiſſe, & conſtructis multifariam ſparſis domicilijs, aliquandiù habitaſſe, vt colligitur ex illis verbis *Geneſ. cap.* 11. & habitauerunt in ea: poſtea verò cogitaſſe, ac deliberaſſe, ſcilicet maioris commoditatis, & ſecuritatis, necnon, & celebrioris famæ cauſa magnam, & munitam Ciuitatem Turrimque mirandæ celſitudinis ædificare. Non igitur ſtatim, vt in Campum illum venerant, Turrim, & Ciuitatem aggreſſi ſunt, ſed poſteaquam in eo Campo aliquandiu habitaſſent.

QVÆRITVR II.

Dicitur Geneſ. cap. 11. venite faciamus lateres, & coquamus eos igni: habueruntque lateres pro ſaxis, & bitumen pro cæmento, quæ ſunt notanda?

RESpondetur in his verbis non eſt aliud conſiderandum, niſi voluntas eorum qui voluerunt ędificare Turrim, quaſi æterno duraturam. Lateritia ſtructura ſi recta facta ſit incredibilem habet diuturnitatem, ita docet *Ioſeph lib. 1. antiquit.* eo magis quando quis vtitur bitumine pro cæmento. Cæmentum accipitur pro glutine, quo materia ſtructuræ, ſiue lapides, ſiue lateres conglutinatur, & cohæreſcit bitumenis ait *Strabo lib.* 16 duplex eſt genus aridum, & liquidum; & in Babylonia huiuſmodi bitumen multum naſcitur, docet ſupradictus auctor.

QVÆRITVR III.

Dicitur Geneſ. 11. verſ. 4. venite faciamus nobis Ciuitatem, & Turrim cuius culmen pertingat ad Cælum, quid ſit ſenſus dictorum verborum?

ANTEQVAM RESPONDEAM.

SCiendum eſt Principem, atque Ducem iſtius cohortationis, & incitationis Nemrod famoſum gigantem fuiſſe, nempe, vt ædificaretur Ciuitas Babylon Turris celſiſſima ita docet *Ioſeph lib. 1. antiquit.*

HIS POSITIS.

RESpondetur ly *faciamus Turrim Diacorus Siculus lib. 3. cap. 1.* intellgit Turres in numero plurali & ita videtur ſentire *Auguſt. lib. 16. de Ciuit. Dei cap.* 4 nam ædificatio Turrium in Ciuitate facit ad ornatum eius, ſimulque munimentum necnon, & ad ciuium oblectationem qui ex illis longinqua loca quoque verſus proſpectantes, oculos atque animum iucundiſſimè paſcunt.

Ly *cuius culmen pertingat ad Cælum* docet *Perer. loc. cit. diſp.* 3. fuiſſe orationem hyperbolicam, plus nempe ſignificantem quam intelligi oportere, cuiuſmodi orationes & in ſacris, & in profanis literis frequentes ſunt, ergo ſignificatur illis verbis inuſitata, & incredibilis quædam illius ædificij altitudo.

SED PETES,

Quanta magnitudinis fuit incohoatum opus, ſeu ad quam altitudinem peruenit illa ædificatio Turris.

RESpondetur ex *Beroſio Anniano lib.* 4. Nemrod vna cum filio ſuo Ioue Belo, & popularibus ſuis veniſſe in Campum Sennear, ibique deſignaſſe Vrbem, & fundaſſe maximam Turrim, anno poſt diluuium centeſimo trigeſimo primo, regnaſſeque annis quinquaginta ſex: & deduxiſſe Turrim ad altitudinem, & magnitudinem montium: vt

vt ea monimentum eſſet poſteris, primum in orbe terrarum eſſe populum Babylonicum, & Regnum Regnorum appellari debere: & illum quidem ædificaſſe Turrim, ſed eam non compleuiſſe, neque deſignatam à ſe Vrbem fundare potuiſſe.

Sed *Perer.* docet *diſp. 3. num.* 43. docet neque ex ſacris literis, neque ex fideli, & probabili maiorum traditione, neq; ex auctoribus qui aliquid fide dignum tractant exploratum, & compertum eſt, ad quantam ædificium illius Turris altitudinem perductam ab illis hominibus fuerit.

QVÆRITVR IV.

Dicitur Geneſ. 11. verſ. 4 venite faciamus nobis Ciuitatem, & Turrim, & celebremus nomen noſtrum antequam diuidamur in vniuerſas terras, quid ſit ſenſus dictorum verborum?

Reſpondetur omiſſis alijs opinionibus, ex maxima ſuperbia illud opus profectum eſſe ita *Chryſoſt. & Auguſt. cit. à Perer. diſp.* 4. nempe velle ædificare Turrim ita celſiſſimam.

QVÆRITVR V.

Dicitur Geneſ. cap. 11. verſ. 5. Deſcendit Dominus, vt videret Ciuitatem, & Turrim quam ædificauerant filij Adam, quid ſit ſenſus dictorum verborum?

ANTEQVAM RESPONDEAM.

Sciendum eſt, quod Deus, eſt vbique, & eſt præſens omnibus rebus, non enim longe abeſt ab vno quoque noſtro vt inquit *Paul. ad Hebreos* 4. in ipſo viuimus, mouemur, & ſumus.

HIS POSTIS.

Reſpondetur ly *deſcendit Dominus*; ait *Perer. lib* 16. *cap.* 11. *in Geneſ. diſp.* 5. eſſe figuratum orationem, loquitur enim Scriptura de Deo quemadmodum de hominibus, qui ſecundũ carnem ſapiunt, videri ſolet, quibus cùm Deus punit homines, vel adiuuat, videtur deſcendiſſe ad homines, cùm autem diſſimulat, & ad tempus prætermictit, vel caſtigare, vel auxiliari, in Cælo reſidere videtur, & non curare mortalia.

Declaratur item iuſtitia Dei, qui nullum punit, niſi prius apertè conuictum peccati, ita *Perer.*

Ly, vt videret Ciuitatem, & Turrim quã ædificabant filij Adam; obſeruat ly filij Adam, denotare conditionem hominis, humilem nempe, ac vilem, vt qui ex luto primum formatus ſit, & propter peccatum innumeralibus ſit ærumnis & vitiis obnoxius, talis igitur creatura audet incredibili audacia, & ſuperbia cõtra voluntatem Regnatoris Cæli, omniumque rerum conditoris Ciuitatem, & Turrim ædificare.

QVÆRITVR VI.

Dicitur Geneſ. cap. 11. verſu 7. & 8. venite deſcendamus, & confundamus ibi linguam eorum, confundamus ibi linguam eorum, vt non audiat vnuſquiſq; vocem proximi ſui, atque ita diuiſit eos Dominus ex illo loco in vniuerſas terras, & ceſſauerant ædificare Ciuitatem, & idcirco vocatum eſt eius nomẽ Babel, quia ibi confuſum eſt labium vniuerſæ terræ, & inde diſperſit eos Dominus ſuper faciem cunctarum regionum, quid ſit ſenſus dictorum verborum?

Reſpondetur ly venite, & deſcendamus, & confundamus eorum linguã ex ſententia *Auguſtini, & Gregorij cit. à Pererio.* Deum dixiſſe Angelis, & non aliud fuiſſe quam Deum reuelaſſe Angelis decretum ſuæ voluntatis, vt illorum hominum ædificatio Ciuitatis, & Turris confuſa eorum lingua procedere vlterius prohiberetur, tales autem reuelationes diuinæ fiunt Angelis in eſſentia diuina, quam illi beatifica viſione cernunt: ea quippe ſpeculum quoddam eſt omnia intelligibilia repræſentans. Sed eſt tamen ſpeculum voluntarium, ea tantum manifeſtans, quæ Deus vult, & quantum vult, & quibus vult, & quando vult reuelare. Quamquam probabilius ſit eiuſmodi nouas reuelationes fieri Angelis per nouas ſpecies intelligibiles intellectui eorum à Deo infuſas; vel per priarum ſpecierum nouam quamdam; & pro-

piam ad repræſentandas has: vel illas res applicationem, ac determinationem vel denique per nouas cognitiones, ſiue conceptus harum, vel illarum rerum, ad quos producendos cõceptus, Deus ſimul cum Angelico intellectu concurrit.

Ly *venite* ſignificat imperium, & mandatum Dei datum Angelis, ly deſcendamus, ſignificet id quod volebat Deus fieri ab Angelis non in Cęlo fieri deberet, ſed in terra, & in Campo illo Sennaar vbi erant ædificatores illius Ciuitatis, & Turris.

Ly *confundamus eorum linguam* ait *Perer.* quod propriè tam conuenit Deo, quam Angelis. Etenim illa confuſio linguæ à Deo profecta eſt non modo, vt imperante, & ordinante, verum etiam, vt efficiente. Sed quia non à ſolo Deo immediatè effectus ille confuſionis linguæ profectus eſt, ſed ab Angelis quoque cooperantibus, & miniſtrantibus Deo; propterea pluraliter dictum eſt *confundamus*: vtitur autem Deus ad multas res perficiendas miniſterio Angelorum, non propter indigentiam alieni auxilij, cùm ſibi ipſe ad omnia pleniſſimè ſufficiens ſit, ſed propter decentem, ac ſuauem prouidentiæ, atque gubernationis ſuæ rationem, quæ poſcit vt terrena per cęleſtia, corporea per incorporea moueantur, atque gubernentur: ly *confundamus* ibi *linguam eorum, vt nõ audiat vnuſquiſque vocem proximi ſui*.

Non eſt accipiendum, vt notat doctiſſimus *Perer. loc. cit. diſp 7.* quaſi nullus illorum hominum audierit alium loquentem: nam ſi id eis accidiſſet fuiſſent procul dubio ſurdi? audiebant illi ſonos vocum ſed earum vim, & ſignificationem non intelligebant, neque intelligendum eſt, quod in illa multitudine hominum nemo fuiſſet qui aliũ vllum intelligeret, ſed quot erant homines totidem fuiſſent linguæ diuerſæ, nam ſi hoc factum eſſet omnes inuicẽ diſſociati fuiſſent, & nulla fieri potuiſſet ſocietas, aut communitas hominũ, quod fuiſſet certiſſimum exitium humani generis, nulla enim Ciuitas, nulla Domus, nulla familia, nulla hominum coniunctio effici, & conſtare potuiſſet. Adde quod id fuiſſet contrarium Dei conſilio, ac propoſito. Deus enim ob eam cauſam diuerſitatem linguarum induxit, vt homines illi ſegregari inuicem cogerentur, & in varias terræ partes diſpergi, quo totus orbis terrarum, habitatoribus cultoribuſque completus, plenior, cultior fæcundior, & ornatior exiſteret.

Ergo ly, *vt non audiat vnuſquiſque vocem proximi ſui*, non de ſingulis hominibus accipiendum eſt, ſed de quadam certa multitudine hominum.

Exempli gratia, qui vnius erant familiæ, propriam habuerunt linguam, qua inter ſe loquebantur, & intelligebant: & quia pro diuerſitate familiarum, etiam linguarum diuerſitas extitit: Hinc factum eſt, vt quot tunc erant hominum familiæ, totidem eſſent linguæ: & quia eiuſmodi erant familiæ, quoniam inuicem quæ loquebantur intelligebant, inter ſe congregati, & conſociati ſunt. Quoniã vero qui ex alijs familijs erant, eorum linguas non intelligebant, idcirco ab illis omnibus diſſociari eos, & ſeparatim viuere neceſſe fuit.

Et hæc fuit cauſa, vt ceſſauerunt ædificare Ciuitatem, & Turrim, nempe confuſio linguarum.

SED PETES I.

An Turris Babel fuerit euerſa.

Reſpondetur ex *Ioſeph lib. 1. antiquit. & Euſebio lib 9 de præparat. euang. cap. vlt* fuiſſe euerſam Turrim, & deiiciſſe ſuper ipſos ædificatores, ſed hoc ex Scriptura non colligitur immo multi graues teſtes, teſte *Perer. loc. cit.* docent illud ædificium multis poſtea ſeculis permanſiſſe.

PETES II.

Qui homines remanſerunt poſt diuiſionem linguarum, in illa Ciuitate Babel.

Reſpondetur remanſiſſe Gigantem illum Memrod cum ſuis popularibus habitare, ac regnare in illa Ciuitate Babylon, ita *Perer. loc. cit.*

SED

Digitized by Google

SED DICES.

Cur non repetijt ſtatim, ac perfecit omiſſam ædificationem Ciuitatis, & Turris.

Reſpondetur ex *Perer. loc. cit.* tum per inopiam hominum, tum ob timorem præteritæ pœnæ id ſtatim non fuiſſe factum. Ædificatio verò Ciuitatis Babel vacauit per annos ferme centum, videlicèt vſque ad ſemiramidem, quæ inchoatam Ciuitatem Babel incredibili magnitudine, & magnificentia abſoluit. Turrim verò illam nequaquam altius extulit, ſed mirificè ornatam in templum, quod Belo conſecrauerat inclufit: eaque perdurauit vſque ad ætatem Herodoti, ideſt per annos mille quadrigentos ita *Perer. loc. cit.*

PETES III.

Qui fuerunt homines, poſt confuſionem linguarum qui iuerunt alibi habitare, & vbi.

Reſpondetur ex *Perer. loc. cit.* fuerunt multi, nam Tubal venit ad heſperos ideſt in Italiam, & Hiſpaniam: non quod iam tunc iſta eſſent nomina: ſed quod poſtea talia vocabula locis illis ſint indita: Iauan profectus eſt, in Ioniam & Græciam: Tharſis in Ciliciam: Cethim Cyprum: Madaim mediam: Meſtraim Ægyptum: Phut Africam: Lud Lybiam: Chus Æthiopiam: Saba Sebeam: Chanaan eam terram, quæ ab ipſo facta eſt, poſtea dicta Chananea: idemque de alijs poſteris filiorum Noe.

PETES IV.

Quid ſit confuſio linguarum de qua fit mentio Moſes cap. 11. Geneſ.

Reſpondetur, dici labium confuſum vniuerſæ terræ lingua illa communis omnium hominum. qua tunc omnes qui erant in terris loquebantur, nō quod tunc vitiata, & corrupta ſit, ma n ſit enim eadem, vt erat prius, non tamen apud omnes, ſed in ſola familia Heber, ſed quia aliæ plurimæ, & diuerſiſſimæ linguæ, tunc inuectæ ſunt: quo factum eſt, vt alij alios nō intelligerent loquentes niſi qui eiuſdem erant linguæ, quę res magnam initio attulit perturbationem, propterea Moſes dixit, tunc eſſe cōfuſam linguam omnis terræ, ideſt confuſos eſſe homines, qui antea indifferenter vna lingua vtebantur, omneſque quidquid loquerentur inter ſe intelligebant atque hinc perſpicuum ſit, Babylonem dictam eſſe Babel propter confuſionem linguæ ibi factam; non autem à Belo, vt quidam putarunt, ita *Chryſoſt. homil. 30. in Geneſ.*

PETES V.

Vtrum lingua Hebræa ante confuſionem linguarum fuerit in vſu omnium hominum, incipiendo ab exordio mundi.

Reſpondetur ex *Theodoret. q. 59 in Geneſ.* fuiſſe linguam Syriacam, & traditam Moſi à Deo fuiſſe, ideoque non fuiſſe ante Moſem.

Sed *D. Auguſt. de Ciuit. Dei lib 16. cap. 11. Toſtat. cap. 11. in Geneſ. 9. & 2. & Caiet. ibidem.* docent, & probant fuiſſe linguam hebræam.

PETES VI.

Qualis fuerit illa confuſio linguarum, & quomodo facta ſit.

Reſpondetur confuſionem illam non fuiſſe factam in linguis, ſed in hominibus, propter repentinam varietatem linguarum. Etenim propter primæ linguæ obliuionem, quæ pleriſque hominum illorum accidit, & ſubitam variarum linguarum valde diſſonantium, ac diſcrepantium in magna illa hominum multitudine vſurpationem, tanta illis hominibus animorum confuſio accidit, vt ab incæpta ædificatione deſiſtere, & inuicem ſegregari, diuerſaque terrarum loca ad habitandum capeſſere coacti fuerint, ita *Perer. loc. cit. diſp. 9.* qui addit modū quomodo hoc contingit, nempe quod Deus omnes illos homines, præter heber, & familiam eius, obliuiſci primæ linguæ quæ antea fuerat hominum communis, obliuionem attulit delendo ex animis eorum hominum habitum illum, quo ſignificationes omnium vocum illius linguæ cognitas habuerunt, hac inducta obliuione,

uione, tanta illis contingit eius linguæ ignoratio, vt cum ea loquentes audirent ipſum Heber,& Phaleg, quaſi nihil de ea vmquam, vel nouiſſent, vel etiam audiſſent, nullo modo eos intelligerent. Deinde pro diuerſitate illarum gentium quæ tribus ex filijs Noe proſeminatæ cōcurerant ad ædificationem Ciuitatis,& Turris, diuerſos habitus variarum linguarum mentibus eorum inſeruit Deus. Quo factum eſt, vt vnaqueque illarum gentium eius linguæ quæ diuina diſpenſatione ei contigerat non modo cognitionem quantam ad verba, phraſes pro verbia aliaque id genus propia cuiuslibet linguæ, verum etiam ad loquendum facilem,& promptum haberet vſum.

PETES VII.

Quot fuerunt linguæ multiplicatæ, poſtquam confuſa fuit lingua.

Reſpondetur ex *Auguſt. de Ciuit. Dei lib.16.cap.3.& 11.* fuiſſe ſeptuagintas duas linguas. Vnde ſic ait, in ſumma igitur omnes progeniti de tribus filijs Noe, ideſt quindecim de Iaphet,& triginta vnus de Cham,& viginti ſeptem de Sem, fiunt ſeptuaginta tres Sed quia Heber,& Phaleg, qui in hoc numero diſtinctè ponuntur, nec duas diuerſas gentes fecerunt, nec duas diuerſas linguàs habuerunt, propterea numerus illarum gentium,& linguarum rectè dicitur fuiſſe ſeptuaginta duo, ita *Auguſt.* nominat diſtintè *Genebrardus cit. à Perer. q.10* nempe Hebræam, Arabicam, Latinam, Italicam, Valichicam, Galliam, Hiſpaniam, Græcam, Doricam, Iouicam Aecolicam &c. quæ omnes apud dictum auctorum legi poſſunt.

PETES VIII.

Vtrum aliqua de illis linguis proceſſu temporis omnino perierit, deleta ſcilicet gente, cuius illa erat propia lingua, vel per clades bellicas, vel per generalem peſtilentiam?

Reſpondetur *Plinium lib.5.cap.10.* docuiſſe periſſe gentes,& conſequenter etiam dici poteſt linguam, cuius erat propia illarum gentium, etiam periſſe.

PETES IX.

Vtrum linguæ illæ fuerint matrices aliarum omnium linguarum quæcunque poſt id temporis ad hanc vſque diem in hominibus fuerunt: itaque quæ nunc ſunt; & quæ ſuperioribus retro ſeculis inſtituta ſunt linguæ, ab illis omnino diuerſæ, nec originem inde aliquò modo ducant.

Reſpondetur, quod res dubia eſt: ſed legendus eſt *Cardanus lib.11. de ſubtilitate, & lib. 17. de varietate rerum cap.97.*

TRA

TRACTATVS DE CAELIS, ET ASTRIS

Secundum Sacram Scripturam, & de diuinatione Aſtrologica.

QVÆRITVR I.

An ſecundum Sacram Scripturam Stellæ, & Cæli natura conſtent eſſe res incorruptibiles? ratio dubitandi eſt, quia ex aliquibus locis diuinæ Scripturæ apparet Cælos, & Stellas eſſe corruptibiles, vt dicitur Eſai. cap. 24. Tabeſcet omnis militia Cælorum, & complicabuntur ſicut liber Cæli, & omnis militia eorum deſluet &c. ſi Cæli ſicut fumus liqueſcent, & cap. 65. ego Creo Cælos nouos; & Terram nouam Eccleſiaſt. cap. 17. quid eſt lucidius Sole, & bic deficiet? Luc. 21. Stellæ cadent de Cælo, & virtutes Cælorum mouebuntur &c.

REſpondetur Cælum, & Stellas ſecundum Sacram Scripturam eſſe res incorruptibiles. Primò, patet ex loco *Eccleſiaſt. cap. 3* opera omnia, quæ fecit Deus perſeuerent in perpetuum &c. *Terra in æternum ſtat, &* 1. *ad Cor. cap. 7.* ait *D. Paulus præterit figura huius mundi,* non inquit, præterit ſubſtantiam, ſed figuram huius mundi, & ita ſenſiũt multi *DD.* apud *Epiph. hæreſ. 64.* ergo dicendum eſt Cælum eſſe incorruptibile ex ſui natura, & conſequenter ſtellæ, quæ in Cælis ſunt. Ratio poteſt adiungi quia Cælum, & Stellæ non habent principium intrinſecum corruptibilitatis, cum careant primis quatuor qualitatibus, nempe calido, ſicco frigido, & humido.

Deinde niſi Cælum ſit incorruptibile corpus, nullum habebit mundus corpus incorruptibile: quare hic gradus, & hoc genus entis nobiliſſimum mundo deerit, quo ſane carens, nec mundus, nec perfectus, nec vniuerſum verè dici poterit.

Ad loca diuinæ Scripturæ poſita ad rationem dubitandi.

REſpondetur ly deficere, perire &c intelligi, quo ad eorum effectus, nam poſt diem iudicij, non indigebunt homines influxu aſtrorum, nam Cælum ceſſabit moueri, & perpetuo quieſcet, quia tunc ceſſabit omnis neceſſitas illorum motuum, qui ſolum ſunt in miniſterium hominum, quamdiù generationibus, & corruptionibus ſubiecti ſunt, vt docui de iudicio vniuerſali, fol. 123.

QVÆRITVR II.

An figura Cælorum ſit rotunda?

REſpondetur affirmatiuè, nempe Cælum eſſe rotundum, vt patet ex *Eccleſiaſte cap. 1. oritur Sol, & occidit, & ad locum ſuum reuertitur: ibique renaſcens, gyrat per meridiem, & flectitur ad aquilonem luſtrans vniuerſa in circuitu pergit ſpiritus, & in circulos ſuos reuertitur.*

Idem ſentiunt *Hieronym. & Auguſtin. cit. à Perer. lib. 2. Geneſ. q. 3. cap. 1.* idem docent *Ariſtot. & Mathematici ab eodem Perer. cit.* nimirum Cælum eſſe rotundum.

QVAERITVR III.

Quot ſunt Cæli.

REſpondetur ex Sacra Scriptura colligitur duos, vel ad ſummum tres eſſe Cęlos, quod ſint duo patet ex *cap. 1. Geneſ.* nam in primo die dicitur factum eſſe Cælum, & Terram, alterum ſub nomine firmamenti ſecundo die dicitur eſſe conditum. *In principio creauit Deus Cælum, & Terram,* & infra dixit *quoque Deus fiat firmamentum,* quod ſint tres Cæli colligitur ex

Paul.

Digitized by Google

Paul. 2. *ad Cor.* 12. vbi dicitur fuiſſe raptum vſque ad tertium Cælum, idem affirmat *D. Th.* 1. *p. q.* 68 *art* 4. vbi dicit quod primum Cælum eſt totaliter lucidam quod eſt Empireum. Secundum Cælum eſt totaliter diaphanum, quod eſt Cælum aqueum, & cryſtallinum. Tertium Cælum eſt, partim diaphanum, & partim lucidum actu, quod eſt Cælum ſydereum, & diuiditur in octo ſphæras, ſeu circulos, aut globos, ſcilicet in ſphæram Stellarum fixarum: & ſeptē ſphæras planetarum, ſeu Stellarum errantium, dicuntur errantes quia à motu aliorum ſiderum aberrare videantur ex his ſaturnus ſummum locum obtinet, proximum iuppiter, tertium mars &c.

Quæ ſeptem planetæ, ait *D. Th. loc cit.* poſſunt dici ſeptem Cæli, vel ſeptem ſphæræ, addit idem *D. Th.* quod Cęlum dici poterit per participationem alicuius proprietatis cæleſtis corporis ſcilicet ſublimitatis, & luminoſitatis, actu, vel potentia, & ſic totum illud ſpatium quod eſt ab aquis vſque ad orbem lunę poteſt dici Cęlum.

Sed obiter petes, an aquæ ſint ſupra firmamentum.

RESpondetur affirmatiuè ex *D. Th.* 1. *part. q.* 68. *art* 2. vt dicitur *Geneſ.* 1. quod diuiſit aquas aquæ erant ſupra firmamentum, ab his quæ erant ſub firmamento, nomine firmamenti, poteſt intelligi, auctore eidem *D. Th* etiam pars aeris in qua nubes condēſantur, & ſic aquæ, quę ſupra firmamentum ſunt, ſunt aquæ quæ vaporaliter reſolutæ ſupra aliquam partem aeris eleuantur, ex quibus pluuiæ generantur, & ponūtur ſupra firmamentum propter vtilitatem pluuiarum, vt dicit *D. Th. loc. cit. ad* 3.

QVÆRITVR IV.

A quo mouentur Cæli ab Angelis ne an ſe ipſis?

RESpondetur ex Sacra Scriptura apertè non colligitur Cælos moueri ab Angelis, ſed communis Theologorum, & Patrum ſententia eſt, Cælos ab Angelis moueri, vt ait *Areopagit. lib.* 1. de Cæleſti Hierarchia, nempe Deum prouidentia ſua hunc mundum adminiſtrare, vt infima regat per media, hęc autem per ſumma, corpora item inferiora gubernet per ſuperiora, & hęc per ſpiritus.

QVÆRITVR V.

An Cæli, & aſtra ſint animata, ratio dubitandi eſt, quia dicitur Pſal. 135. *qui fecit Cælos in intellectu.*

RESpondetur fuiſſe opinionem multorum Philoſophorum, ſydera animā, & vitam habere, & in ſpecie docuit *Ariſtotel. lib.* 2. *de Cælo text.* 13. quod Cęlum ſit animatum.

Origenes 1. *tom. comm in Ioan.* non modo Stellas putat eſſe animatus, ſed etiam eſſe omnes virtutis, & vitij, & non veretur dicere Chriſtum non tantum pro peccatis hominum fuiſſe mortuum, ſed etiam pro peccatis Aſtrorum.

Sed dogma chriſtianæ diſciplinæ eſt Cælum, & aſtra non eſſe animata, vt cenſet *Baſil. homil.* 3. *in Geneſ. Ambroſ. lib.* 2. *Hexam cap.* 4. *Cyrill lib.* 2 *contra Iulian* & eſt communis Theologorum ſententia.

Neque obſtat, ly quod fecit Cęlos in intellectu, nam phraſi hebræa ſignificat eſſe à Deo factos Cælos ſumma arte, ratione, & intelligentia: hebræis enim frequens eſt dicere in aliquo pro eo, quod eſt per aliquid, vt rectè docet *Perer. lib.* 1. *in Geneſ. cap.* 1.

Neque obſtant verba, quæ canit Eccleſia per quem maieſtatem tuam laudāt Angeli adorant dominationes, tremunt poteſtates, Cæli Cælorumque virtutes, ac Beata ſeraphim &c. quandoquidem virtutes Cælorum appellantur Angeli qui eos mouent, vt bene aduertit *Perer. loc. cit.*

S. Bonauentura in 2. *ſent. diſt.* 14. opinionem dicentium aſtra eſſe animata docuit eſſe falſam, & erroneam.

QVAE

Digitized by Google

QVAERITVR VI.

An Stellæ ſint nobis innumerabiles, quæſtio eſt de Stellis inerrantibus poſitis in octauo Cælo lucentibus, mirabili diſpoſitione, ac ſplendore.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

Sciendum eſt, quod docent Aſtrologi, quod quælibet Stella, quæ eſt in octauo Cælo, eſt maior quam terra.

HIS POSITIS.

REſpondetur *Plinius lib. 2. cap.* 41. multos peritos mille, & ſexcentas notauiſſe Stellas inſignes, effectu ac viſu, ſed doctiores Aſtrologiæ vſque ad Ptolomeum, & Hyparchum deprehenderunt omnes Stellas inerrantes viſu notabiles eſſe dumtaxat duas, & viginti ſupra mille, nec negant eſſe alias quamplurimas formas minimas, luce claritateque oculis noſtris indiſcrete conſpicuas, qualis eſt innumerabilis multitudo Stellarum: ex ſacris literis, diuina Scriptura multis locis aperte indicat, Stellas Cæli ab homine non poſſe numerari, vt dixit Deus Abraæ *cap.* 15. *Geneſ. ſuſpice Cælum, & numera Stellas ſi potes.*

Præterea tamquam eximium, & ſingulare, & incomprehenſibile homini prædicat, omnes Stellas eſſe à Deo numeratas: ſic enim canit Dauid *Pſal.* 146. *qui numerat multitudinem Stellarum, & omnibus eis nomina vocat.*

Idem affirmant Patres, & pręcipue *Auguſtin. lib.* 16. *de Ciuit. Dei cap.* 23. vbi docet, quod Stellę dinumerari non poſſunt nempe illę quæ ſunt inerrabiles exceptis his ſyderibus quę in aliqua parte orbis à nobis remotiſſima oriri, & occidere perhibentur.

QVÆRITVR VII.

Vtrum Stellæ moueantur per ſe immotis orbibus, ſicut aues per aerem, an tantum moueantur motu ſuorum orbium.

REſpondent multi Patres, ſtellas non eſſe hærentes, & affixas Cælo, ſed propijs motibus per ſpatium cæleſte currere magi, ita docet *Iuſtinus Martyr reſpondens ad* 39. *quæſt. Orthodoxorum, Origines lib.* 5. *contra celſum*, ait ſydera propijs motibus agi, nec eſſe partes Cæli, nec ſecus in Cælo eſſe, quam ſunt in terra animantes, piſces in aqua, in aere volueres, idem prodiderunt, *Euſebius Emiſſenus, & Diodorus Tarſenſis ſupra Geneſ. cap.* 1. *verſic* 16. *Sed D Auguſt. lib.* 2. *Geneſ. ad lit. cap.* 10, non iudicauit ſupradictam opinionem eſſe improbabilem, ac abſurdum, ſed communior, ac probabilior opinio eſt, Stellas moueri ad motum orbium Cæleſtium, & ratio eſt, quia non poteſt idem numero corpus eodem tempore ſimul deferri ad diuerſa loca diuerſis motibus diſtractum niſi vna dumtaxat ratione, nempe vt per ſe quidem, vt vno tantum motu agatur, alijs autem motibus feratur propter id in quo eſt, vel tamquam in vehiculò, vel tamquã pars in toto: manifeſtum autem eſt, eundem planetam ſimul diuerſis, & quodammodo aduerſis motibus cieri, hoc eſt aboriente ad occidentem, & eodem tempore ab occidente ad oriẽtem, ſimulque alijs motibus ſecundum alias differentias.

QVAERITVR VIII.

An ſint aſtra natura ignea, & verè calida.

REſpondetur aſtra non eſſe naturæ igneæ, ac formaliter, & in ſe calida, ſed tantum effectiue, ac virtualiter eſſe cauſam æquiuocam caloris, media luce. & non medio motu Cęlorum, vt aliqui dixerunt. Ratio eſt, quia ſupra probatum eſt aſtra eſſe naturæ incorruptibilis, ergo caret quatuor primis qualitatibus; nempe calido frigido humido, & ſicco.

Neque obſtat, quod Dauid loquens de ſole dicat, *Pſal.* 18. *non eſt qui ſe abſcondat à calore eius*, nam hoc intelligitur effectiue, ſiue virtualiter, non autem formaliter pro vt in ſe eſt, vt recte ait *Perer. lib.* 2. *in Geneſ. q.* 10.

Vnde recte concludit ſupradictus auctor Aſtra ſua luce calefacere: quæ quãto copioſior, & abundantior eſt in ſole, quàm in cæteris aſtris, tanto potentior illis eſt ſol ad calefaciendum.

Digitized by Google

DE ASTROMANTIA
HOC EST DE DIVINATIONE
Quæ ſit ex Aſtris.

QVAERITVR I.

An diuinatio rerum futurarum dependentium ex cauſa libera, quæ fit ex Aſtris ſit contra diuinam Scripturam, ac diſciplinam Eccleſiaſticam.

RESpondetur affirmatiuè, cùm clamet diuina Scriptura multis in locis, certam futurorum rerum pręſciẽtiam, & prędictionem non eſſe hominum, nec Dæmonum, ſed ſolius Dei. Qua propter apud *Iſai. cap.* 41. *Scriptum eſt, Annunciata, quæ ventura ſunt in futurum, & ſciemus, quia Dij eſtis vos & cap.* 44. *Ego ſum Dominus irrita faciens ſigna diuinorum, & hariolos in furiorem vertens, conuertens ſapientes retrorſum, & ſcientiã eorum ſtultam faciens.*

Hierem. cap. 10. monet Iudeos, vt Aſtrologicas obſeruationes pro nihilo ducant, nihil enim ſibi à ſtellis, vel ſperandum, vel timendum eſſe, ſic ait *iuxta vias gentium nolite diſcere: & à ſignis* Cęli *nolite metuere, quę timent gentes, quia leges populorum vana ſunt*

Eccleſiaſt. cap. 10. *dicitur, ignorat homo, quid ante ſe fuerit, & quid poſt ſe futurum ſit, quis poterit iudicare?*

Præterea sẽper Eccleſia iudiciarios aſtrologos odit, fugit, & damnauit, & extant aduerſus ipſos ſeueriſſima decreta Eccleſiæ quæ legi poſſunt *in* 2. *p. decret. cap.* 26.

Confirmatur ex doctrina Theologica; ait *Paul.* 1. *ad Cor.* 2. *nouit quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis:* ſed homo neſcit quid ipſemet poſt multos annos, aut etiam dies acturus ſit cùm ſit mutabilis, & habeat liberum arbitriũ, iuxta illud Scripturæ, *Cor Regis in manu Dei eſt, & quocumque voluerit vertet* illud ergo ſi homo neſcit quid futuro tempore futurus ſit, quanto minus id ſcire poteſt Aſtrologus.

Neque Diabolus certò poteſt agnoſcere res futuras: Si enim futura omnia Dæmon ſciret, numquam profectò impuliſſet Iudæos ad crucifigendum, & occidendum Chriſtum Dominum, quippè præuidiſſet per crucem, & mortem Chriſti, imperium quod tamdiu habuerat in homines fore labefectandum, & funditus euertendum, nec ſane Dæmon tentaret & infeſtaret ſeruos Dei à quibus in tentatione vincitur, ne videlicet propter victoriam tentationum, creſcente Sanctorum gloria, magis ipſe que eius eſt ſuperbia, & inuidia torgueretur.

Præterea Theologi docent, neque Cæleſtos ſpiritus, ac beatas mentes certò ſcire futura quæ pendent ex libero arbitrio, & tamen non ſolum habent perfectiſſimam cognitionem Cælorum, ſed etiam vident Deum ergo à fortiori non poterit Aſtrologus ſcire.

Præterea aſtrologiam iudiciariam etiam à philoſophia redargui. Primò, quia aſtrologi nõ certo ſciunt omnes Aſtrorum vires, defluxus, & effectus, nam Aſtrologus neſcit an Cælum ſit natura ſimplex, an compoſitum, ex materia, & forma, an ſit talis materia Cæli qualis eſt rerum omnium ſublunarium, an omnimodo diuerſa, an ſit animatũ, an inanimatum: num ſua vi moueatur, an extrinſecus ab Angelo, neſcit præterea Aſtrologus, cur non omnes orbes vno motu circumagantur; Si ergo hęc planiora neſcit Aſtrologus, quomodo ergo poteſt ſcire difficiliora, vt eſt influxus Stellarum.

Secundò dato, & non conceſſo quod Aſtrologi habeant perfectam ſcientiam influxus ſyderum tamen, nec etiam poteſt habere cognitionem futurarum rerum.

Pro-

Digitized by Google

Probatur ad generationem futurorum effectuum particularium non modo cōcurrit Cælum, vt cauſa generalis, ſed etiam cauſa particularis, quæ determinat cauſam vniuerſalem, nempe Cælum ad concurrendum ad talem effectum particularem, cùm Cęlum ſit cauſa vniuerſalis, & indifferens ad concurrendam ad quoslibet effectus, vnde bene dixit *Ariſtot.* quod Sol, & homo generant hominem, quia effectus particulares licèt, quod attinet ad eorum effectionem, & conſeruationem maximè pendeant ex cauſis vniuerſalibus, tamen quod pertinet ad propiam cuiuſque eorum naturam, & ad naturales proprietates tàm ſpecificas, quàm indiuiduales, magis particularem cauſam quàm vniuerſalem emulentur, atque imitantur. Cum igitur præter cauſas cæleſtes, ad producendos effectus futuros, opus ſit etiam cauſa particulari efficiente, & materia idonea præparata, quorum ſi deſit alterutrum, prorſus nullus futurus eſt effectus ergo ad prænotionem futurorum effectuum, cæleſtium cauſarum notitiam non eſſe ſatis, vt patet ex quotidiana experientia, cernimus enim agricolas eodem tempore, & ſub eodem ſyderum aſpectu varium ſeminum genera in terram iacere, ex quibus tamen diuerſa naſcuntur: quæ ſanè diuerſitas, non ad cauſas cæleſtes, ſed ad diuerſas tantum ſpecies, & vires ſeminum referri poteſt: vt ait *Auguſt. lib. 2. in Geneſ. cap.* 17.

Denique *Ariſtot.* nunquam de Aſtrologia iudiciaria ſcripſit ergo tamqua falſa iudicanda eſt.

SED PETES I.

An aſtra ſint ſaltem ſigna rerum futurarum?

RESpondet *Origines ſuper Geneſ.* ita cit. *ab Euſebio lib. 6. de præparatione Euangelij cap.* 9. Aſtra eſſe à Deo poſita in Cælo, vt per varios aſpectus, & coniunctiones præſignificarent, quæ conſequentibus temporibus, tum vniuerſæ, tum ſigillatim euentura eſſent, non tamen ea efficerent; itaque Cælum eſſe dixit velut quemdam librum in quo Deus depinxit atque deſcripſit quæcumque in toto mundanè æui decurſu, ſuo quæque tempore futura ſunt, poteſt adduci in fauorem huius opinionis locus *Iſai.* 34. Cæli ſicut libri complicabuntur.

Sed *Perer lib. 2. cap. in Geneſ. cap. 4. num.* 44 cenſet Aſtra eſſe ſigna rerum futurarum non ſolum eſſe alienum à vera philoſophia, ſed etiam ſacris literis contrarium, quoad philoſophiam patet nam ſignum aliud eſt naturale, aliud ad placidum ſignum naturale oſtendit cauſam, vt fumus ignem, ſed ſigna non demonſtrant cauſam tum quia ſupra probatum eſt, non poſſe ſydera eſſe cauſas rerum ſublunarium, quæ dependent à libero arbitrio; tum quia negat *Origines* ſydera eſſe cauſas effectiuas rerum ſublunarum. Nec etiam poſſunt eſſe ſigna ad placidum, ſicuti eſt arbori ſuſpenſa in feneſtra alicuius domus ad ſignificandum, quod ibi venditur vinum, nam hoc dependet ex voluntate imponentis tale ſignum non autem conſtat hoc ex Sacra Scriptura, immo oppoſitum, vt probatam eſt.

Nec obſtat locus *Iſai.* quod Cæli complicabuntur, quando quidem intelligitur, quod poſt diem Iudicij Cæli ceſſabunt moueri, & perpetuo quieſcent, quia tunc ceſſabit omnis neceſſitas illorum motuum, qui ſolum ſunt in miniſterium hominum, quamdiu generationibus, & corruptionibus ſubiecti ſunt, quæ vacatio ab eorum motu declaratur ab Iſaia ſimilitudine libri, quem poſteaquam eo vti ſumus, nec amplius nobis vſui futurus eſt, complicare, & claudere ſolemus, ita *Pererio loco citato num.* 99.

SED DICES.

Cometas eſſe ſignum alicuius euentus.

REſpondetur hoc negari à ſapientibus, ſed ſolum à vulgo dici.

PETES II.

Qua ratione nonnulli Aſtrologi multa vera prædixerint.

REſpondetur multas eſſe rationes; Prima eſt, quia interdum Aſtrologus vtitur ope Dæmonum ex pacto inito cum ipſo, vt ait *D. Auguſtin. lib.* 5. *de Ciuitate Dei extra cap.* 7. Secunda ratio eſt, vt ait *Peter. loco citato, cap.* 5. ex occulta diuinæ prouidentiæ diſpoſitione. Tertia ratio; quia non pauci Aſtrologi diuinant ex temperamento alicuius perſonæ, vel ingenio, negotio &c.

TRACTATVS DE MISCELLANEIS

Theologicis, ac Philoſophicis.

QVÆRITVR I.

An poſſit dici Deus genuit Deum, vel etiam Deitas genuit Deitatem. Ratio dubitandi eſt, quia aut produceret ſeipſum, aut aliũ Deum quod eſt contra fidem.

R Eſpōdetur primò, quod vera eſt iſta propoſitio Deus genuit Deũ, vt dicitur in ſymbolis fidei Deum de Deo, quod non eſt niſi per generationem.

R Eſpondetur ſecundò, quod non poteſt dici Deitas genuit Deitatem, & ratio eſt, quia actiones ſunt ſuppoſitorum, ſed Deitas non dicit habitudinem ad ſuppoſita, ergo non poteſt dici, quod Deus genuit Deitatem, homo enim generat hominem, non autem humanitas, itaque concretum continet abſtractum, non è contra ſcilicet abſtractum continet concretum, ita *Durandus lib. 1. ſent. diſt. 3. q. 2.*

Præterea in diuinis vna eſt natura in tribus ſuppoſitis, & eatenus diſtinguuntur ſuppoſita, quatenus relatiuè opponuntur; Deitas verò cùm ſit vna non poteſt multiplicari, nec opponi relatiuè, eo magis, quia actiones ſunt ſuppoſitorum, ergo bene dicitur Deus, qui eſt ſuppoſitum generat Deum, non autem Deitas generat Deitatem.

Ad rationem dubitandi.

R Eſpondet *Durandus loco citato ad 2.* quod in diuinis Pater non eſt alius à filio in eſſentia, nec idem in perſona quia adeſt relatiua oppoſitio, ideo non ſequitur Deus genuit, aut ergo ſe Deum, quod notat identitatem perſonæ, aut alium Deum, quod deſignat diuerſitatem eſſentię.

QVÆRITVR II.

Vtrum pueri mortui cum ſolo originali doleant de carentia viſionis diuinæ?

R Eſpondetur ex communi Theologorum ſententia, teſte *Durando in lib. 2. ſent. q. 3.* quod pueri non dum baptizati non dolent de carentia viſionis diuinæ, & ratio à priori eſt, quia dolor, vel gaudium de aliquo bono, vel malo ſupponunt eius cognitionem, ſed pueri nō dum baptizati non habent aliquam cognitionem de beatitudine, ſeu diuiſionis diuinæ ergo.

Minor probatur, quia ratio naturalis ex ſe non attingit ad cognitionem beatitudinis ſupernaturalis, quia natura humana non exigit ex ſuis intrinſecis beatitudinem ſupernaturalem, quæ eſt viſio intuitiua Dei, & non habet vires idoneas ad illam acquirendam, ſed tantum non habet repugnantiam ad illam, ergo indiget prædicante, vt dicit *Paulus ad Dom. 10. quomodo credent ei quem non audierunt? quomodo autem audient ſine prædicante?* Sed pueri qui mortui ſunt non habuerunt vſum rationis, & non fuerunt baptizati nullam cognitionem fidei habuerunt, ergo nō poſſunt dolere de carentia viſionis Dei, nec credendum eſt, quod eis reueletur, quia non ſubeſt cauſa, ſeu ratio reuelandi.

SED

Digitized by Google

SED DICES.

Communiter affirmant Theologi omnes, ac etiam pueri qui obierunt cum peccato originali venire ad iudicium quando erit generale iudicium, ſed tunc pueri cognoſcent bonos premiari viſione diuina, ſe autem priuari eadem viſione propter demeritum primi parentis, ergo quando pueri hæc cognoſcent, dolebunt de carentia viſionis.

R Eſpondetur ex *Durand. loc. cit. num.* 8. quod dato, quod in iudicio pueri cognoſcerent quod boni, qui per gratiam, & proprium opus aliquid meruerunt, habebunt pro præmio aliquod donum ſupernaturale, ex hoc tamen nullum dolorem habebunt, quia in ipſis non erit obliquitas aliqua voluntas, ita vt irrationabiliter doleant de quocunque, dolerent autem irrationabiliter de carentia viſionis diuinæ, quia non datur, niſi per gratiam Chriſti quam ipſi non habuerunt, nec habere meruerunt, nec oportet quod ſciant ſe priuatos gratia, & gloria propter peccatum primi parentis.

SED PETES

An pueri qui obierunt cum peccato originali, ſaltem patiantur pœnam ignis.

R Eſpondetur ex communi *DD.* ſententia teſte *D. Th. in addit. 3. par. q. 67. art. 6. ad 3. & 3. p. q. 1. art. ad 2.* non pati pœnam ignis, & licet *Fulgentius in lib. de fide cap.* 27. putet eos puniri pœna ignis; tamen eius ſententia communiter reijcitur.

QVAERITVR III.

An ratio boni, ſit abſoluta, an reſpectiua.

ANTEQVAM RESPONDEAM.

P Rimò ſciendum eſt, quod ratio formalis boni, non eſt aliud niſi perfectio, ſeu finis alicuius, vel aliquid ordinatum ad perfectionem.

Secundò ſciendum eſt; quod licet ens ſit vnum, & idem cùm bono, tamen ratio boni dicit aliquid diuerſum re, vel ratione ab omni ente, & ab omni modo entitatis, nam ratio entis, quæ primo occurrit menti dicit eſſe tale, puta ſecundum albedinem album, & ſecundum calorem calidum, ſed bonum dicit entitatem prout pertinet ad perfectionem alicuius.

Tertiò ſciendum eſt, quod bonum in ſe non dicit eſſe ad, ſed huius, ſed non ſimpliciter, & neceſſario huius, ſed in ſe retinet ſuam bonitatem, & aptitudinem ad conferendam perfectionem alicui enti, exemplum eſt de vino, quod non eſt bonum infirmo, ſed eſt bonum ſano, & de calore febrili qui non eſt bonus homini, vt eſt homo, ſed eſt bonus homini, vt eſt quantus quia nullus calor repugnat quanto, ſed eſt perfectio eius, vel alicuius antecedentis ad ipſum, puta materiæ.

HIS POSITIS.

R Eſpondetur ex *Durando in lib. 2. ſent. diſt. 33. quæſt. 1.* quod formalis ratio boni eſt, ratio conuenientis, & conſequenter eſt reſpectiua, nam ratio conuenientis dicit perfectionem, perfectio, & perfectibile dicunt relationes, ſeu habitudines, res autem quibus hæc fundamentaliter conueniunt, ſunt quædam abſoluta: perfectibile enim non dicit formaliter, niſi habitudinem alicuius rei ad aliam, per quam habet perfici, nec perfectio dicit niſi habitudinem rei ad aliam quæ per ipſam perficitur: vnde perfectibile, & perfectio ſunt relationes; ſed res quibus tales rationes, ſeu habitudines conueniunt tamquam ſubiectis, vel fundamenta ſunt abſolutæ, & idem eſt de bonitate, & bono.

Sed

Sed contra, bonum in Deo non dicit relationem, ergo nec in creatura, conſequentia patet, quia bonum in Deo,& creatura habent quandam ſimilitudinem ſaltem anologicè, antecedens probatur, quia ſi in Deo bonum diceret relationem, aut diceret relationem rationis, aut realis. Non relationem rationis, quia tunc bonum eſſet ens rationis, nec eſſet in rebus, cuius contrarium dicitur 6. met. quod bonum, & malum ſunt in rebus, nec poteſt dici quod dicat relationem realem, quia aut dicit relationem in diuinis ad intra, vel ad extra; non ad intra quia tales relationes non ſunt communes omnibus tribus perſonis, bonum autem æqualiter omnibus conuenit, nec ad extra, quia ſequeretur quod Deus eſſet bonus ex habitudine ad creaturas,& per conſequēs quod ſua bonitas aliquo modo dependeret à cretura, quod eſt falſum.

RESpondetur ex *Durando loc. cit.* nu. 25. quod licet bonitas diuina ad intra non dicat relationem, quia in diuinis non ſunt aliæ rationis niſi paternitatis, filiationis, ac ſpirationis, tamen ad extra bonitas diuina dicit relationem ad creaturas; & Deo conuenit ratio iuſti per reſpectum ad creaturas quia iuſtitia eſt ad alterum, non ad alterum in perſona ſolum, quia pater non vtitur iuſtitia ad Filium, vel Spiritum Sanctum, nec è conuerſo, ergo ad alterum in natura hoc eſt creatura, idem dicitur, quando Deus appellatur Creator, nempe dicere relationem ad creaturas, neque ob id ſequitur, quod Deus aliquo modo dependeat à creaturis, ſed creaturæ dependent in fieri, in conſeruari,& in perfici à Deo.

QVAERITVR IV.

Vtrum malum ſit aliqua poſitiua natura.

RESpondetur ex *Durando loc. cit. q.2.* quod formalis ratio, mali eſt ratio priuatiua, eſt enim priuatio conueniētiæ rei ad rem; ægritudinem dicimus eſſe malum homini, quia priuat hominem ſanitate, ergo in ſola priuatione conuenientiæ conſiſtit ratio mali.

QVÆRITVR V.

Vtrum bonum ſit cauſa mali.

RESpondetur ex *Durando loc. cit. q 3.* ſi bonum,& malum ſumantur abſtractiuè, ſic vnum non eſt cauſa alterius ſecundum aliquod genus cauſæ,& ratio eſt, quia eſſe cauſam non competit niſi rei abſolutæ non habitudini, vel relationi, ſed bonum,& malum abſtractiue ſumptum non dicunt res, ſed habitudines,& relationes, vt ſupradictum ergo.

Si verò malum,& bonum ſumantur concretiuè,& reduplicatiuè, nec etiam bonum eſt cauſa mali, quia bonum, in quantum bonum dicit relationem conuenientiæ reſpecti alicuius ſubiecti vt ſupradictum eſt; ſed eſſe cauſam competit rei abſolutæ, ergo, & idem dicitur de malo.

Si verò loquamur de bono,& malo concretiue ſumpto ſine reduplicatione, ſcilicèt de eo, quod eſt bonum,& de eo, quod eſt malum; per accidens bonum eſt cauſa mali. Primò per modum cauſæ efficientis, nam calor ignis qui eſt ei bonus, quia eſt formæ ſuæ conueniens, eſt cauſa caloris exceſſiui in manu qui eſt manui malus, de cauſa finali patet, quia nutritio hominis eſt cauſa occiſionis bouis. Occiſio autem bouis eſt ei mala, & bona eſt homini &c. Similiter per modum cauſæ materalis; nam oculus, vel manus quæ ſunt hominis bona, ſubiectum ſunt ægritudinis, quæ eſt ei mala.

De cauſa verò per ſe malum in quantum malum. non habet cauſam per ſe. Primò, patet de cauſa finali, quia omne quod eſt ad finem eſt bonum vtile. Secundò non habet cauſam formalem, quia malum eſt priuatio. Tertiò, non habet cauſam materialem, quia non habet ſubiectum, nam deſtructa forma conueniente, ſicut eſt viſus, deſtruitur ratio conuenientiæ, talis autem natura, quæ eſt obiectum mali non eſt ſubiectum eius in quantum bona, ſed in quantum eſt in potentia ad habitum,& ad oppoſitam priuationem, hęc eſt enim priuatio ſubiecti. Quartò, non habet malum cauſam efficientem, & poſitiuè influentem, quia non eſt effectus, ſed defectus. Verum, malum habet cauſam efficientem ſecundario, & per

per accidens, non quidem poſitiuè influentem defectum, ſed poſitiuè influẽtem effectum, ad quem ſequitur defectus alicuius oppoſiti, ſicut ignis intẽdens calorem vltra quam ſit conueniens manui adimit conuenientiam caloris ad manum, vel impediens influentiam cauſæ agentis, dicitur cauſare priuationem quę habent rationem mali: hæc autem non conuenit agenti in quantum bonum, ſed in quantum contrarium prædominans.

QVÆRITVR VI.

Vtrum per malum culpæ corrumpatur tota habilitas animæ ad bonum.

RESpondetur ex *Durando lib. 2. ſent. diſt.* 34 *quaſt*, 4 *num*. 7 quod duplex eſt habilitas animæ ad bonum, ſcilicet prima, & remota, aliâ verò propinqua: prima, & remota numquam minuitur, nec totaliter tollitur, propinqua verò minuitur, & eadem tollitur, primum patet, quia cognitio principiorum iurisnaturalis, & correſpondens inclinatio voluntatis non tolluntur ab homine, nec minuuntur: pertinent enim ad ſynderiſim, quæ eſt inextinguibilis. Sed ratione horum ineſt nobis prima inclinatio ad bonum ergo &c. Secundum ſic patet, omne quod cauſatur ex actibus noſtris, & per eos tandem perficitur, poteſt per actus contrarios minui, & tandem corrumpi, ex eiſdem enim actibus contrario modo factis generantur habitus, & corrumpuntur, vt patet ex 2. *Eth.* ſed proxima habilitas ad bonum cauſatur ex actibus noſtris, illa enim conſiſtit in habitibus acquiſitis ergo.

QVÆRITVR VII.

Vtrum omnis pæna inſit propter aliquam culpam.

RESpondetur ex *Durando lib. 2. diſt.* 37. *quaeſt*. 3. negatiuè, ſed infligitur quandoque ab homine ſimpliciter iniuſtè abſque aliqua culpa patientis, & à Deo, non quidem iniuſtè, cùm ſit Dominus vitæ, & mortis, ſed præter iuſtitiam, quod contingit multis modis, ſicut tractat *Auguſt. ſuper canticum Deuter.* dicens, quod quinq; modis flagella contingunt, vel vt iuſtis merita per flagella augeantur: vt Iob, vel ad cuſtodiam virtutum, ne ſuperbia tentet, vt Paulo, vel ad corrigenda peccata, vt Mariæ lepra, vel ad initium pænæ, vt hic videntur quid in infernum ſequatur, vt Herodi, vel ad gloriam Dei manifeſtandam, vt Cæco nato, in aliquibus autem iſtorum modorum pæna non infligitur pro aliqua culpa.

QVÆRITVR VIII.

Vtrum idem actus poſſit eſſe bonus, & malus.

RESpondetur ex *Durando in 2. ſent. diſt.* 40. *quaſt.* 3. quod bonum, & malum poſſunt ſumi dupliciter ſcilicèt in diuerſis generibus, vel in eodem genere. Si in diuerſis generibus, vt bonum in genere naturæ, malum in genere moris, vel è cõuerſo, & ſic malum & bonum poſſunt eſſe in eodem actu. Vnde actio incedentis ad lupanar eſt bona in genere naturæ, ſed mala in genere moris, ſic etiam actio claudicantis ad Eccleſiam eſt malâ in genere naturæ, bona autem in genere moris.

Si verò bonum, & malum ſumantur in eodem genere moris ſucciſſiuè, poteſt idem actus eſſe bonus, & malus, vt ſi quis vult dicere miſſam bona intentione, & ipſo perſeuerante in eodem actu volendi facere ſacrum, interdicitur Eccleſia, & hoc non obſtante dicit miſſam ille actus eſt bonus, & malus.

Si autem bonum, & malum non ſumantur ſucceſſiuè; ſed ſimul, conſtat non poſſe eſſe eumdem actum eſſe ſimul bonum, & malum; ratio eſt quia bonitas, & malitia actus non ſolum habent eſſe ab obiecto, ſed etiam ex circumſtãtijs, nam bonum dicitur ex integra cauſa, malum vero ex quocunque defectu, nam actus v g. elargiẽdi eleemoſynam pauperi ex fine vanæ gloriæ nõ eſt finis honeſtus, ergo non poteſt eſſe bonus licèt obiectum ſit bonum in ſe, quia illa circumſtantia, ſeu malus finis tollit honeſtate actui, & conſequenter eſt actus non meritorius, ſed demeritorius. Sed ſi quis velit dare eleemoſynã pauperi ex motiuo virtutis. & poſtea ſubrepat appetitus inanis gloriæ circa eandem eleemoſynam, in tali caſu poſterior actus qui malus eſt, non tollit bonitatem prioris actus, vt docet D.

Th.

Digitized by Google

Th. quem citat, & ſequitur *Becanus tract. de malitia actuum humanorum, cap.* 5. *num.* 20. *in fine.* Sed hoc non eſt in caſu noſtro cùm ſint diuerſi actus, non vnus; ſed *Caiet. to.* 1. *opuſcul. tract.* 33 docet eundem actum voluntatis poſſe ſimul eſſe bonum ex obiecto, & malum ex fine, vel aliqua circumſtantia; ſicut in aqua tepida ſimul coniunguntur calor, & frigus, & in corpore humano pulchritudo, & deformitas reſpectu diuerſorum membrorũ, ſed hæc opinio communiter reiicitur à Theologis propter rationem ſupra allatam.

QVÆRITVR IX.

Vtrum actus interior, & exterior ſint duo peccata.

RESpondetur ex *Durando in* 2. *diſtinct.* 42. eſſe vnum peccatum, & ſic probatur illa ſunt vnum peccatum, quæ opponũtur vni præcepto, ſed actus interior & exterior ſunt huiuſmodi ergo, minor probatur, quia homicidium, & periurium quantum ad actum interiorem, & exteriorem vnico præcepto prohibentur, & non pluribus.

SED PETES,

An actus exterior addat aliquid bonitati, vel malitiæ ſuper actum interiorem non quoad numerum, ſed quo ad intentionem, ita ſcilicet quod actus interior cum exteriori ſit maius peccatum quàm ſine exteriore?

RESpondetur in actionibus virtutis, ſic diſtinguit *Durãdus* ſi quis habet facultatẽ elargiendi eleemoſinã pauperi, & alter non habet talem potentiam, ſed vterque habent bonam, ac intenſam voluntatem elargiendi eleemoſynam. tunc æqua eſt bona voluntas cũ opere, & ſine opere, quia tota bonitas moralis eſt ſubiectiue in actu interiori, in opere autem exteriori, eſt ſolum obiectiue, & hoc eſt per ſe loquendo, per accidens verò contingit voluntatem cum opere fieri meliorem dupliciter per extenſionem, & intentionem, per extenſionem, vt cum aliquis propter impoſſibilitatem operandi deſinit velle quod prius volebat, alius autem habens facultatem operandi peſeuerat in eodem velle, per intentionem cum actu voluntatem fieri meliorem.

Verum ſunt quidam actus pœnales, qui nati ſunt remittere voluntatem, vt ſunt actus fortitudinis, qui ſunt circa mortem, & circa inferentia pericula mortis, & in talibus voluntas ſine actu melior eſt in bonis, quam cum actu eo quod, vt plurimum intentior eſt ante actum, quam in actu: ſed ſi eſſet poſſibile, quod voluntas eſſet æque intenſa ante actum, & cum actu eſſet melior cum actu quam ſine actu.

Si verò vterque habent facultatem elargiendi eleemoſynam pauperi, & volũtatem diſtribuendi dictã eleemoſynam, ſed vnus ponit in actum alter verò nõ melior eſt actus poſitus in exteriori, illo, qui non fecit actum externum eleemoſynæ.

In actibus peccaminoſis ſemper eſt malus, ac peior actus internus, cum exteriori quam ſimplex actus internus, tum extenſiue propter perſeuerãtiam actus, tum intenſiue propter delectationem actus, vt patet in fornicatione &c.

QVÆRITVR X.

Vtrum actus interior, & exterior in bonis ſunt duo merita.

REſpondetur ex *Durando in* 2. *diſt.* 42. *quæſt.* 2. quod actus interior bonus, & exterior ſibi coniunctus non ſunt duo merita, ſed vnum tantum, quod conſiſtit in actu interiori ſicut in cauſa, & in exteriori formaliter, addit idem *Durandus*, quod actus interior ſimul cum opere non ſolum meretur præmium eſſentiale de condigno ſi ſit elicitum ab homine prædito diuina gratia, & ſit relatum in Deum, vt auctorem rerum ſupernaturalium, ſed etiam meretur aliquid de congruo.

Addit præterea idem auctor, quod propiè, & in rigore homo etiam ſi ſit diuina gratia concinnus, non meretur præmium eſſentiale de condigno, quia quantumcunque ſeruiamus Deo nihil noſtrum ei damus, ſed ſuum ipſi debitum ei reddimus, nec plenè, ſed adhuc poteſt cuilibet dicere illud ad Philomenem te ipſum mihi debes, ac proinde rectè dicitur *Luc.* 17 cùm feceretis omnia quæ præcepta ſunt vobis dicite ſerui

ſerui inutiles ſumus, ac proinde totum noſtrum meritum dependet ex liberalitate Dei, qui vult coronari ſua opera non noſtra merita, vt ait *D. Auguſt.*

QVÆRITVR XI.

An imagines Sanctorum ſint venerandæ ſolum in ordine ad prototypum ſeu exemplar.

RESpondetur ex *Bellarmino tom. 2. controuerſ. lib. 2. cap.* 20. *&* 21. imagines Sanctorum per ſe venerandas eſſe, & per accidens in ordine ad exemplar, ideſt quatenus ræpreſentant Deum B. Virginem D. Petrum &c. ratio eſt, quia in ipſa imagine ineſt aliquid ſacrum, nimirum ſimilitudo ad rem ſacram, & ipſa dedicatio, ſiuè conſecratio diuino cultui, ergo ipſæ in ſe, & non ſolum, vt prototypi vicem gerunt, honore dignę ſunt, ità definit *Concil 7. act. 7.* vbi dicit Anathema ijs, qui negant imagines eſſe venerandas, & ibidem definit imagines venerandas eo modo, quo veneramur euangelia, & vaſa ſacra: ſed iſta honorãtur per ſe & propiè, vt omnes fatentur, nec enim perſonam alicuius alterius gerunt, igitur, & imagines per ſe, & propriè venerandæ ſunt.

Scio verò alios Theologos docere, quod imago non ſit vllo modo in ſe colenda, ſed ſolum coram imagine colendum exemplar. nam hi, vel ſcripſerunt ante concilium, vel non viderunt concilium.

Sed difficultas eſt, an imaginibus debeatur cultus latriæ puta Dei, ac Chriſti imagini.

RESpondetur ex *Bellarm. loc. cit. cap.* 22 negatiuè, & rationem aſſignat, quia concilia non affirmant, ſed ſimpliciter negant imagines adorari latria, igitur, & nos eodem modo loqui debemus; nam modus loquendi conciliorum eſt modus loquendi Eccleſiæ, & proinde ſequendus ab ijs, qui nolunt errare, vt colligitur ex concilio *Niceno 2. act. 7. concil. Senonenſe cap.* 14. *& concil. Moguntin. cap.* 41. patet etiam ex *Auguſt. epiſt.* 119. *cap.* 11. *& alijs cit ab eodem Bellarmin.*

Verum in hoc ſenſu poteſt dici imaginem Dei, ac Chriſti poſſe adorari latria veneratione, quatenus dictæ imagines ræpræſentant Deum, ac Chriſtũ; ac proinde ait *Bellarm. cap.* 23. quod admitti poteſt imagines poſſe coli impropriè, vel per accidens eodem genere cultus quo exemplar ipſum colitur, & ita exponi poteſt *D. Th.*

Addit *Bellarm. loc. cit.* quod ordinaria adoratio eſt illa quæ exhibetur imaginibus externis per ſe, & propriè non quod per accidẽs, & impropriè conuenit rei; præterea imago non eſt Deus, ſed imago Dei, ergo non debetur imagini honor qui debetur Deo, ſed minor.

Neque obſtat auctoritas *D. Th. 3. p quæſt.* 25. *art.* 3. & aliorum qui docent imaginem Dei eſſe adorandam adoratione latria in ordine ad prototypum, nam reſpondet idem *Belliarm. loc. cit cap.* 22 valde credibile eſſe *S. Thomam, Alexandrum Alenſem, & alios DD* ſcholaſticos illius temporis non vidiſſe Nicenam Synodum generalem, neque Epiſtolam Hadriani Papæ primi pro defenſione Synodi Nicenę, nam hæc omnia longo tempore latuerunt.

SED PETES I.

Quo genere cultus adorentur imagines.

RESpondetur ex *Bellarm. loc. cit. cap.* 25. quod cultus qui per ſe propiè debetur imaginibus, eſt cultus quidam imperfectus, qui analogicè & reductiuè pertinet ad ſpeciem eius cultus qui debetur exemplari, explicatur imaginibus non conuenit propiè nec latria, nec hyperdulia, nec dulia, nec vllus alius eorum, qui tribuuntur naturę intelligenti. Non enim eſt capax res inanima, & rationis expers huiuſmodi cultuum. Sed cultus quidam inferior, & varius pro varietate imaginum: itaque imaginibus Sanctorum non debetur propriè dulia, ſed cultus inferior, qui poteſt dici dulia ſecundum quid, vel dulia analogicè, ſiuè reductiuè: Similiter imaginibus B. Virginis non debetur hyperdulia ſimpliciter, ſed hyperdulia ſecundum quid, ſiue analogicè, & reductiuè.

Denique imaginibus Chriſti non debetur latria vera, & ſimpliciter, ſed cultus ſine comparatione inferior, qui tamen reducitur ad latriam, vt imperfectum ad perfectum.

Pro-

Probatur ſicut ſe habet imago ad ſuum exemplar, ita ſe habet cultus imaginis ad cultum exemplaris, ſed imago eſt ipſum exemplar analogicè, & ſecundum quid: nam homo pictus eſt homo ſecundum quid, & analogicè, ergo etiã imagini debetur cultus ipſi exemplari debitus imperfectus & analogicus.

Ex his habemus etiam quid ſit dicendum de vera cruce Domini, de clauis, ſpinis aliiſque reliquijs. Sunt enim hæc omnia honoranda minori cultu quam Chriſtus. vel Sancti quorum reliquiæ ſunt, ſed tamen tali, qui analogicè, & reductiuè pertineat ad ſpeciem cultus quo Chriſtus, vel Sancti coluntur: nam reliquiæ ideo merentur honorem, quia ratione contactus, vel aliquo alio modo habitudinem debẽt ad eos quorum ſunt reliquiæ.

PETES II.

An crux ſit adoranda, & qua adoratione.

RESpondetur primò. ex *Bellarm. tom. 2. controuerſ. lib. 2. cap. 25. & 26.* quod crux illa in qua Dominus pependit propter contactum Sacri Corporis, & Sanguinis, inter pretioſiſſimas reliquias habenda eſt, nec ſolum ipſa integra, ſed etiam particulæ eius, ac crux illa eadem, quatenus figuram Crucifixi Domini repreſentat, & ſimiliter cæteræ cruces illi ſimiles, inter ſacras imagines numerantur, & ſunt hæc omnia honoranda minori cultu quam Chriſtus, & reductiue pertinet ad ſpeciem cultus quo Chriſtus colitur.

SED OBIICIES.

Si crux adoranda eſt oportebit etiam adorarè omnia ſepulchra, quia in ſepulchro Dominus quieuit, & omnia præſepia, quia in præſepi reclinatus fuit, & omnes columnas, langeas, ſpongias, flagella &c. immo, & omnes aſinos, quia Chriſtus aſino vectus fuit, præterea, etiam labia Iudę, & manus eorum qui Chriſtum occiderunt, propter contactum ſacri Corporis ſunt adoranda, ſed hoc videtur abſurdum.

REſpondetur ex *Bellarmino tom. 2. controuerſ. lib. 2. cap. 30. ſ. ad 4.* negatiuè, & ratio eſt quia omnes cruces adoramus quia omnes ſunt imagines verę crucis, in qua Dominus pependit, at præſepia, ſpineta, lanceæ, & ſimilia non ſunt imagines Chriſti, nec etiam præſepij, ſpinarum, lanceæ, & ſimilium quæ Chriſtum tetigerũt, ad imaginem enim non ſufficit ſimilitudo, ſed requiritur, vt vnum exprimatur ex alio. Quare frater non dicitur imago fratris licet ſit ſimilis quia vnus non eſt ab alio, filius autem, quia non ſolum eſt ſimilis Patri, ſed etiam ab eo pendet, idcirco verè dicitur, & eſt imago Patris, iam cruces omnes fiunt ad exprimendam illam primam, & ſic imagines eius ſunt: at præſepia lanceæ, & ſimilia, non fiunt ad illa exprimenda, ſed ad alios vſus, & ideo nec imagines sũt.

Quando autem pingitur, vel ſculpitur pręſepe ad repreſentandam Chriſti natiuitatem, vel columna ad repreſentãdam flaggellationem, quia tunc præſepe, & columna ſunt imagines, non carent ſua aliqua veneratione.

Nec mirum eſt, quod pingimus, & adoramus crucem etiam ſine Chriſto Crucifixo, & non pingimus, nec adoramus pręſepe, vel columnam ſine Chriſto, nam id eſt propter tres cauſas docet *Bellarm. loc. cit.* Primò, quia crux etiã ſola refert ipſum Chriſtum Crucifixũ: illa autem hoc non faciunt. Secundò, quia crux nõ habet alium vſum, quam repreſentandi, pręſertim poſt Edictum Coſtantini de non crucifigẽdis hominibus, at illa alia habent alios vſus: & ideo qui videret vnam columnam depictam non facilè poſſet ſcire, quid illa ſignificaret, an columnam Chriſti, an Columnam Traiani, vel Hadriani, vel Hercolis, vel aliorum. Tertiò, quia, vt *Athanaſius quæſt. 16. ad Antiochum* dicit, cum accuſamur, quod adoremus lignum, poſſumus ſtatim oſtendere, nos colere figuram, non materiam, ſeparando duo illa ligna abinuicẽ: quod in columna langea, ſpongia, & ſimilibus non tam facilè fieri poſſet.

Ad illud de honorandis labijs Iudæ, & manibus eorum qui Chriſtum occiderunt, tum propter contactum Sacri Corporis, tum quia fuerunt inſtrumenta paſſionis.

REſpondet *Bellarm. loc. cit.* inter Crucem, & labia Iudę, ac manus Crucifixorum Chriſti magnam eſſe differentiam, nam Crucem Dominus elegit, & aman-

amanter amplexus eſt, vt rem innoxiã deſeruientem redentioni: at labia Iudæ,& manus impiorum Chriſtus non elegit, nec amauit, ſed execrabatur, vt res impias & ſceleratas. Nos autem illa ſolum amare,& honorare debemus, quæ Dominus amauit,& honorauit.

Sed reſponderi poteſt paria eſſe labia Iudę & Crucem. Nam vt labia Iudę fuerunt inſtrumentum ſceleri Iudæ, & alioqui in ſe non erant capacia culpæ; ita,& crux fuit inſtrumentum ſceleris Iudæorum:& ſicut Dominus elegit crucem, non vt inſtrumentum ſceleris, ſed vt inſtrumentum paſſionis: ita quoque elegit labia Iudæ,& manus interfectorum, non vt inſtrumenta ſceleris, ſed vt inſtrumenta paſſionis. Vnde Auguſt. in Pſal. 34. dicit Iudam à Chriſto electum, vt per eum impleret redemptionem noſtram.

Reſpondetur ex *Bellarm. loc. cit.* differentiam in duobus conſiſtere. Primò, quia labia Iudæ,& manus interfectorum Chriſti, non ſolum inſtrumenta paſſionis erant, ſed etiam partes illorum hominum impiorum,& ideo non poterant honorari, vt inſtrumenta paſſionis, quin ſimul ipſi impij homines honorari viderentur: at crux ſpinæ columnæ,& ſimilia non ſunt partes illorum hominum, ſed ſunt res per ſe exiſtentes,& natura ſua innoxiæ. Secundò, quia in paſſione Domini poſſumus conſiderare actionem,& paſſionem, quarum prior ſcelerata, poſterior ſanctiſſima fuit. Porrò labia Iudę,& manus impiorum fuerunt inſtrumẽta propinqua & immediata ipſius actionis ſceleſtæ, remota autem, & mediata paſſionis ſalutaris: e contrario crux & claui, & ſimilia fuerunt inſtrumenta propinqua, & immediata paſſionis ſanctæ, & remota, ac mediata actionis ſceleſtę, vt patet,& ideo labia Iudæ magis participat actionem, quam paſſionem,& crux è contrario magis paſſionem, quam actionem, propterea crux ſimpliciter eſt venerabilis, labia Iudæ ſimpliciter deteſtanda.

PETES III.

An ſignum crucis quod in fronte, vel in aere pingitur, vel ſuper quaſcumq; res exprimitur ſit ſacrum, & venerabila?

Reſpondetur affirmatiuè ex *Bellarm. loc. cit. cap.* 29. vt fuſius probat auctoritate diuinæ Scripturæ,& Patrum, patet ex Scriptura *Apoc.* 14. habentes nomen eius & nomen Patris eius in frontibus ſuis, id eſt ſignum crucis, & *Apoc.* 7. Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus quouſque ſignemus ſeruos Dei noſtri in frontibus eorum, hoc enim ſignum eſſe crucis docent *Economius, Beda, Anſelmus,& Rupertus in hunc locum,& Dionyſ. cap. 4. 5. & 6.* de eccleſiaſtica hierarchia dicit in omnibus ſacramentis adhiberi ſignum crucis. Adde cum *Bellarmino loc. cit. cap.* 30. *in fine*, quod negari non debet quin etiam aliqua ſanctitas accedat digito rebus cùm ſignantur cruce: non quidem ſanctitas quæ ſit aliqua qualitas phyſica, ſed ſanctitas in relatione conſiſtens qualis eſt crucis, clauorum, veſtium aliarumque rerum, quæ tetigerunt Chriſtum,& ſanctos,& qualis eſt eorum qui tangunt reliquias Sanctorum.

Neque dicas, quod honorare crucem ſit lætari de morte Chriſti, quemadmodũ faciebant inimici eius, nam nos nihil cum hoſtibus Chriſti commune habemus, quandoquidem cum gaudemus de Chriſti paſſione, non gaudemus de eo, de quo hoſtes eius gaudebant, ſed de eo de quo ipſe gaudebat, id eſt de triumpho eius non de ignominia, alioquin enim etiam nouimus Chriſto patienti eſſe compatiendum, & dolores eius pijs lachrymis decorandos.

Digitized by Google

SED PETES I.

Qui ſunt effectus ſigni crucis.

RESpondetur ex *Bellarmino tom. 2. controuerſ. lib. 2. cap.* 30. tres eſſe effectus crucis mirabiles. Primò terret, & fugat Dęmones Secundò pellit morbos, & omnia mala. Tertiò ſantificat ea quibus imprimitur. Nam Dæmon, vbi crucem videt, mox recordatur cruce Chriſti ſe victum, ſpoliatum, ligatũ, & exeruatum fuiſſe. Inde crucem timet, & fugit, quomodo canis fugit lapidem, & baculum quo percuſſus fuit.

Quantum ad morbos, & cætera mala, quæ non poſſunt percipere vim ſignorum dicimus ea fugari per crucem tamquã per ſignum fidei, & fiduciæ, vel potius tanquam perinuocationem ſigno expreſſam.

Quantum ad benedictiones, idem fere dicendum eſt. Nam cum benedicimus homines, Domos, Agros, & ſimilia cõmendamus Deo per Chriſti merita res illas quas benedicimus.

PETES II.

An ſignum crucis vim habeat ex opere operato, an ex opere operandis.

RESpondetur ex *Bellarmin. loc. cit.* quod crux vim habet ex ôpere operantis eo modo, quo vim habet oratio: Nam ſignum crucis eſt inuocatio quędam meritorum Chriſti Crucifixi ſigno expreſſa, loquimur enim corde, voce, & nutibus, itaque opponere contra Diabolum ſignũ crucis, eſt opponere meritum paſſionis Chriſti, ideſt inuocare Deum per Chriſti merita contra Diabolum. Vnde effectus tunc magis procedit ex fide, & fiducia, ac deuotione interiore, quàm ex ipſo charectere crucis. Sicut quando oramus voce, & impetramus, effectus tribuitur potius fidei, & fiduciæ internæ quàm ſono vocis: exiſtimat præterea idem *Bellarm. loc. cit.* quod ex inſtituto Dei, & ex opere operato valere ſignum crucis contra Diabolum. Nam videmus Iudæos, & Paganos ſine vlla fide in Chriſtum, ſolum intendentes facere, quod Chriſtiani faciunt, fugaſſe Dęmones ſigno crucis, vt patet ex *Nazianzeno orat. in Iulianum Epiphan. hæreſ.* 30. & *Gregor. lib.* 3. *Dialog. cap.* 7. ex quo apparet, non deuotione, aut fide operantis, ſed ipſo ſigno crucis fugatum Dæmonem.

Quare *D. Auguſt. lib.* 83. *quæſtionum q.* 79. dicit, indictum à Deo Dæmonibus, vt cedant cruci, tamquam ſceptro ſummi Regis quo modo populi militibus cedunt, cùm ab illis profertur ſignum Imperatoris.

Neq; dicas eſſe plura Sacramenta quam ſeptem, nam reſpondet idem *Bellarmin. loc. cit.* quod ſignum crucis non eſt Sacramentum propiè dictum, tum quia non confert gratiam iuſtificantem, tum etiam quia non habet effectum infallibilem, vt *Auguſt.* dicit, & experientia etiam teſtatur.

Remanet aliquid explicãdum circa adorationem imaginis Chriſti, & Sanctorum idcirco.

PETES III.

Quomodo imago Chriſti, & Sanctorum eſt adoranda.

RESpondetur eſſe honorandas eo modo quo vult *Trid. ſeſſ.* 25. declarat *Bellarm. cap.* 12. in imaginibus non collocetur fiducia, nec ab eis aliquid petarur, nec in eis ineſſe credatur vlla diuinitas, ſed ſolũ honorentur propter eos, quos nobis repreſentat.

SED DICES.

An lege veteri aderat adoratio Sanctorum.

RESpondetur affirmatiuè ex eodem *Bellarmino loc. cit.* vt patet ex varijs locis diuinæ Scripturæ nimirum *Exod.* 25. *de Cherubin propiatorij, & nu.* 21. *de Eneo ſerpente.* Vndè *Auguſtin. lib.* 3. *de Trinit. cap.* 10. loquens de quibuſdam ſignis quæ venerationem, tamquã religioſa merentur, ponit pro exemplo ſerpentem Æneum. Præterea tam de imaginibus Cherubin, quam dè imaginibus ſerpentis, quod honorari debuerint, patet ex Regula *B. Auguſt lib.* 3. *doctrin. Chriſt. cap.* 9 vbi dicit, ſigna vtilia diuinitus inſtituta, veneranda eſſe, quia honor eorum ad Prototypum tranſit. Fuiſſe autem illas imagines Che-

Cherubin,& ſerpentis à Deo inſtitutas,& vtiles certum eſt, ac proinde ait *Bellarminus* ſi licuit, venerari imagines Angelorum, & Chriſti in forma Serpentis, cur non potius venerabilis erit imago Chriſti in forma hominis?

Deinde habemus alia teſtimonia,quę docent creaturas honorandas religioſè propter ſolam relationem ad Deum,vt *Pſal.* 95. adorate ſcabellum pedum eius *Matth* 25. Nolite iurare per Cælum quia Thronus Dei eſt, neque per terram, quia ſcabellum eſt pedum eius.

Vltimum genus teſtimoniorum eſt eorum quæ docent, creaturas dici Sacras, vel Sanctas propter relationem ad res Sacras, *Exod.* 3. locus in quo ſtas terra Sancta eſt propter Angeli ſcilicèt præſentiam, *Exod.* 12. dicitur dies Paſchæ dies Sancta,& venerabilis propter ſignificationem, & quia dedicata erat cultui diuino, *Exod.* 28 dicuntur veſtes ſacerdotum Sanctæ propter eandem cauſam *Iſai.* 11. Sepulcrum Chriſti glorioſum 2. *ad Timoth* 3. dicuntur Scripturæ Sacræ literæ: ab infantia inquit, ſacras literas noſci Cur illæ dicũtur Sacræ, niſi quia ſunt ſigna rerum ſacrarum; nec ſolum literas, ſed etiam verba ipſa prolata, venerari conſueuimus, præſertim nomen Ieſus;& Euangelium audimus ſtantes detecto capite, immo etiam luminibus accenſis, quamuis in meredie, vt *Hieronymus* probat *lib.* in vigilantium,at imagines Chriſti,& Sanctorum ſunt etiam inſtitutæ ad ſignificandas, & repræſentandas res ſacras, cur ergo eas honorare non liceat?

Denique probat idem *Bellarminus* ſuſius ex concilijs,& Patribus,vt videri poſſunt apud ipſum *loc. cit.*

PETES IV.

Qua differentia eſt inter imaginem, & idolum?

Reſpondetur quod idolum eſt falſa ſimilitudo ideſt repræſentat id quod non eſt, vt cum gentiles proponebant ſtatuas Veneris, aut Mineruæ, imago verò eſt vera rei ſimilitudo, vt cum pingimus hominem Equum &c. hæc eſt vera differentia ſecundum Eccleſiaſticos, quia Scriptura nuſquam tribuit nomen idoli vlli veræ imagini, ſed ſolum ſimulachris gentilium, quæ falſos Deos referebant. Scriptura vocat filium Dei imaginem Patris *Sap.* 7. *ad coloſſ. & ad hebr.* 1 & numqua vocat idolum Patris,& 3. *Reg* 7. dicitur Salamon feciſſe ad ornatũ templi imagines Cherubin ad ſimilitudinem hominum.

Præterea *B. Hieronym in cap.* 2. *Habac. & in cap.* 13. *Zachar.* confert hæreſes cum idolis,quia vt idolum eſt falſa imago, ita hæreſis eſt falſa imaginatio.

PETES V.

An liceat imagines facere,& habere; ratio dubitandi eſt quia Exod. 20. dicitur. Non facies tibi ſculptile,neq; omnem ſimilitudinem.

Reſpondetur ex *Bellarm. loc. cit. cap.* 7. eſſe licitum facere, & habere imagines, neque obſtat locus diuinæ Scripturæ, nam intelligitur, quantum ad idola,hæc ſunt enim prohibita; nam idolum repræſentat id quod non eſt; vt ſuſius probat idem *Bellarm. loc. cit.*

PETES VI.

Quot ſunt modi adorationis, & qui ſunt.

Reſpondetur eſſe tres modos, nempe latriam hyperduliam, & duliam, latria dicitur ſummus cultus, qui debetur vero Deo,vt primo principio, omnium rerum,dulia, eſt honor debitus creaturæ in quantum eſt aliquid diuinæ bonitatis participatione,& hic cultus eſt debitus omnibus Sanctis, hyperdulia eſt cultus debitus ſoli B. Virgini, & eſt magis perfectus cultus, quàm dulia.

QVAE-

Digitized by Google

QVÆRITVR XII.

Vnde habetur quod reliquiæ Sanctorum ſint venerandæ?

RESpondetur ex *Bellarm. tom. 2: controuerſ. lib. 2. cap. 3.* quod habemus hanc veritatem ex Scriptura Sacra, ac actoritate conciliorum, ex Scriptura; *Deuter. vlt.* Deus ipſe, vt *Hieronym.* contra vigilantium argumentatur, corpus Moyſi honorauit, dum illud propijs manibus ſepeliuit, 4. *Reg.* 13 Oſſa Hæliſæi cum tetigiſſent mortuũ quemdam hominem, continuo illum ad vitam reuocarunt, ex concilijs. *Nicenum* 2. vocat reliquias fontes ſalutares, quibus Deus multa beneficia hominibus præſtat, & *Act.* 3. in vltima definitione iubet deponi clericum, & laicum excommunicari, qui reliquias martyrum contemnit & non vt rem ſacram, cum honore tractat. Idem habetur ex concilio Gangrenſi, Carthaginenſi, Braccarenſe, & alijs apud *Bellarm loc. cit.*

SED PETES I.

Quæ dicantur Sanctorum reliquiæ ad effectum, vt poſſint ijs debitus honor, ac veneratio præſtari?

RESpondetur nomine reliquiarum nõ tantum corpora, vel partes eorum, vt capillos, oſſa, carnes, dentes, cineres, puluereſque, ſed etiam veſtes, vela, pannos, & alia ſimilia, quibus ſpecialiter ipſi ſunt, & cætæra, quæ ad eorum oſſa, aut corpora admouentur, vel quæ ipſos tetigerunt, vel ad ipſos pertinentia, intelligi: ita *DD.* teſte *Signio tr. de venerat. reliquiarum cap.* 1.

Præterea nomine reliquiarum intelligenda non ſolum oſſa, & veſtes, ſed etiam loca, in quibus Sancti paſſi ſunt, vel vbi habitauerunt, aut aliquid præclari geſſerunt, ita *DD.* teſte *Signio loc cit.* vnde concludit quod reliquiæ ſunt propiè omnia illa quæ nobis relicta ſunt, ac remanſere poſt mortem Sanctorum de corpore, de rebus, de loco, & de quouis ipſorum genere.

PETES II.

Quæ reliquiæ adſunt Chriſti Domini.

RESpondetur de Chriſto Domino ſcilicet Principe martyrum nobis remanſerunt præputium eius circumciſionis: lacrymæ quibus fuit plorando perfuſus: & aliquis ſanguis qui fuit in cruce excuſſus: Præputium quidem legitur ab Angelo delatum Carolo Regi, qui poſtea in eius nomine monaſterium de Corroſio Pictauentis Diœceſis ædificauit, & Corroſium à carne illa circumciſa ideſt præputiata nuncupauit. Præputium nunc in tabernaculo marmoreo, apud Romam ſuper Lateranenſi altare maiori cum alijs reliquijs, teſte Panuino de ſeptem primarijs in Vrbe Eccleſijs, cuſtoditur, lacrymæ verò in monaſterio Vindocinenſi oſtenduntur, & ſanguinem in diuerſis mundi locis fideles deuotiſſimè venerantur, ita *Segnius loc. cit.* vbi addit quanuis mirum quaſi communiter videatur quod aliquid ſanguinis eius de corpore, in Virgine aſſumpto, remanſerit in terris, non eſt tamen ſecundum aliquos inconueniens: quia ſufficit dicere, illud ſolum de Chriſti Corpore cum eo reſurexiſſe quod de neceſſitate fuit humanæ naturæ.

Præterea de ipſo Chriſto relicta ſunt fidelibus eius veſtimenta, quibus fuit veſtitus. Crux in qua fuit confixus, claui, quibus fuit aſtrictus: ſpinæ quibus fuit infixus funes quibus fuit ligatus: lancea, qua fuit perfoſſus, ita *Segnius loc. cit.*

Iuuenalis Epiſcopus Hyeroſolomitanus donauit Eudoſiæ Theodoris Imperatoris vxori, inter alia, faſcias ipſius Chriſti Saluatoris, vt ſcribit *Nicephorus lib.* 14. De catino, in quo ſtatim natus lauatus fuit Ieſus, Agnes Polliciana Virgo partem accepit ab Angelo, ait *Segnius loc. cit.* ſimiliter, & partem glebbæ terræ Sanctæ de Ieruſalem, quæ paſſi Ieſus imbiberat ſanguinem, de alijs etiam omnibus ipſo Chriſto adiecentibus, vt de menſa in qua comedit, de linteo quo manus abterſit; & de Sindone quo fuit in ſepulto inuolutus; de quo Archiepiſcopus Bononiæ D. Anſolfus Paleota edidit tractatum: de Sudario Sancto, & de quibuſcun-

mines ſibi perſuadent virtute naturali poſſe contingere, vt phœnix ex proprijs cineribus reuiuiſcat, cur non credant, poſſe eadem humana corpora, etiam in cineres redacta per virtutem diuinam ſupernaturalem, iterum ad vitam reuocari, vt bene docet *Ruius loc. cit.*

QVÆRITVR XIX.

An Cæleſtia corpora aliquem influxũ habeant circa futuros euentus caſuales, ex cõcurſu naturalium cauſarum euenientes, v. g. an extinctio ſegetum, & terræ ſterilitas, quos caſuales effectus vocamus à Cælo, vel aſtris proueniant, vel circa eos aliquo modo influant, vel nullo?

RESpondent *Auicenna metbap. 10. cap. 3. Ocham quodlib. 1. quæſt. 17.* affirmatiue, nempe à Cælo, vel ab aſtris per ſe produci, & vocari caſuales effectus reſpectu cauſarum inferiorum, nec eorum influxum effugere poſſe.

Sed communis Theologorum ſententia docet teſte *Ruuio lib. 2. de Cęlo quęſt. 4.* docet talem effectum non ſolum eſſe caſualem reſpectu cauſæ inferioris ſed etiam reſpectu Cæli, in quem neque in vllum alium caſualem effectum aliquem influxum habet, & ratio eſt quia Cælum eſt cauſa naturalis agens ex determinatione ad vnum: ergo ſolum poteſt influere in effectum, ad quẽ producendum naturaliter inclinatur, caſualis effectus per accidens ſequitur ex concurſu duarum cauſarum, & neutra intendit per ſe concurrere cum alia alioquin agens intenderet, quod effectus eius impediatur quod eſt præter inclinationem eius, ergo ſolum ad cauſam primam, nempe Deum recurrendum eſt, Deus enim eſt agens liberum ad extra, & conſequenter non eſt determinatum ad vnum, & propterea poteſt Deus per ſe intendere effectum caſualem, nam reſpectu Dei non eſt caſualis, ſed reſpectu Cæli, & cauſarum inferiorum, ergo cauſa prima eiuſque efficax voluntas non ſolum intendit, & concurrit ad effectum cauſæ impediẽtis, & ad impedimentum per eum præſtitum, ſed concurſum vtriuſque per ſe vult, per ſe intendit, per ſe efficit, atq; etiam effectum ex tali impedimento per accidens, & caſu ſubſecutum vult per ſe, intendit per ſe, producit per ſe.

QVÆRITVR XX.

Vtrum Cælum agat in iſta inferiora.

RESpondetur ex ſententia omnium Philoſophorum, teſte *Bannez lib. 2. de generatione, & corruptione*, *Cælum*, & omnia corpora cæleſtia, & omnes ſtellas efficienter, & tamquam veras cauſas vniuerſales agere in hæc inferiora, ita etiã docent vniuerſi Theologiæ profeſſores. Sol tamen inter omnia corpora cęleſtia eſt præcipua cauſa omnium mutationum inferiorum. Vnde dicit *Ariſtotel. in 2. phyſic. text. 26.* quod ſol, & homo generant hominem, & homerus, vt refert *D. Th. 3. contra gentes cap. 84.* vocat ſolem Patrem virorum, & extra auctoritatem patet ex diuerſis experientijs: nam omnes in primis experimur, ſolem ſua luce inferiora corpora calefacere, dealbare ceram, exſiccare lutum, pluresque alios effectus producere, quos non poteſt niſi ſtolidus negare, nec alijs cauſis tribuere. Videmus etiam ſolis motum quadripartitam anni diſtinctionem afferre, quæ duo æquinoxia vere, & autumno, ac totidem ſolſtitia, ęſtate, & hieme complectitur, ac per viciſſitudinem calorum, ac frigorum, rerum generationes, ac corruptiones efficere: Aſtra item ſuo congreſſu ortuque, atq; occaſu ſub certo quodam aſpectu ſterilitatem, vel vbertatem terræ, tranquillitatem maris, atque tempeſtatem cauſare, & ad morbos inducendos, vel ſanandos multum conferre, & ideo plurimum à medicis in eorum curatione obſeruari, vt apertè docet *Galen. 3. lib. de diebus criticis.*

SED PETES

Quomodo Cæleſtia corpora influunt in inferiorem mundum.

RESpondetur ex *D. Th. 1. par. quæſt. 67. art. 3.* quod Cælum agit in hæc inferiora mediante luce, & influentijs, & qualitatibus alijs ſingulis actibus ſecũdum ſuas particulares naturas conuenientibus tamquam per propiam formam ſibi inhærentem, itaque ſicut calor agit per calorem tamquam per formam

HIS POSITIS.

RESpondetur ad rationem dubitandi, quod Deus eſt ens neceſſarium quo ad eſſe,& operari ad intra, non autem ad extra; quia non dependet à creaturis,& proinde poſſe ipſum velle Dei nō terminari ad creaturas, ideſt ad earum exiſtentias extra cauſas, nam quo ad poſſibi itatem rerum non poteſt Deus non eſſe infinitis modis participabilis. Neque dicas Deus eſt immutabilis, ergo dum ab æternitate voluit creaturas ergo neceſſariò ſunt à Deo productæ extra cauſas, ac proinde actus diuinæ voluntatis ad vnum fuit determinatus, nempè ad productionem creaturam extra cauſas.

Nam reſpondetur, licèt actus voluntatis Dei quoad ſubſtantiam,& entitatem ſuam ab æterno fuerit, & eſt abſolutè determinatus,quia non poteſt non eſſe, vel aliter ſe habere, tamen reſpectu obiecti creati non eſt determinatus,niſi ex hypotheſi, ſcilicèt quia voluit eas producere, abſolutè tamen poteſt aliter ſe habere, quia voluntas Dei non dependet à creaturis.

Neque dicas,quod libertas arbitrij in eo poſita ſit,vt quis poſſit velle, & non velle,& velle hoc, non illud ergo repugnat immutabilitati Dei.

Nam reſpondetur velle,& non velle in Deo non ſignificat mutationem actus, ſed quod terminetur, vel non terminetur ad tale, vel tale obiectum. Vnde non in Deo, ſed in creatura contingit mutatio.

Neque dicas velle Dei eſt neceſſarium, tum quia eſt idem cum eſſe Dei, tum etiam quia neceſſarium eſt nobilius cōtingenti, cùm magis diſtet à corruptione; nam.

Reſpondetur velle Dei eſt neceſſarium quantum ad ipſum actum volendi, nō tamen quantum ad ordinem quem dicit ad creaturam, quia ab illa eſt independens.

Neque his repugnat, quod neceſſarium ſit nobilius contingenti, nam ideſt verum de eſſentia rei, non de cauſalitate; ſiue reſpectu ſui, non reſpectu aliorum Illa enim eſſentia eſt nobilior,quæ magis eſt neceſſaria, quia longius abeſt à defectu,& corruptione: contra cauſſa, vt cauſſa,eo præſtantior eſt, quo liberior eſt, quoniam quo eſt liberior, eo minus ab alijs dependet, & ſanè magna eſſet imperfectio in Deo, ſi à rebus creatis ex neceſſitare penderet.

Neque dicas Deus ab æternitate voluit omnia quæ fecit, facit, & facturus eſt ergo iam eſt determinatus ad vnum, nec poteſt aliud velle, nam.

Reſpondetur actus voluntatis Dei,quo ad ſubſtantiam,& entitatē ſuam ab æterno fuit, & eſt abſolutè determinatus, quia non poteſt non eſſe, vel aliter ſe habere, tamen reſpectu obiecti creati non eſt determinatus, niſi ex hypotheſi, ſcilicet quia illud voluit creare, abſolutè autem poteſt aliter ſe habere quoniam ad res creatas voluntas Dei non habet ordinem neceſſarium, ſed contingentem.

Neque dicas denique ſi Deus poſſet facere quod non facit, haberet potentiam paſſiuam;& otioſam; quod Dei nulla ratione conuenit nam.

Reſpondetur, quod nulla eſt in Deo potentia paſſiua,ac multo minus otioſa. Illa enim dicitur potentia paſſiua, quæ diſtinguitur ab actu,& non dum eſt reducta ad actum. Dei autem potentia non diſtinguitur ab actu cùm ſit ipſa diuina eſſentia,quæ eſt actus purus Neque etiam propriè dicitur eſſe potentia in Deo, reſpectu actus, quaſi poſſit Deus habere actum,& non habere,ſed ſolum reſpectu obiecti, quia poteſt voluntas Dei terminari ad talem, vel talem rem producendam, itaque nihil aliud eſt potentia in Deo,niſi voluntas actualis cum habitudine quadam ad reſpoſſibiles.

SED PETES

Quare Deus creauerit Angelos, & homines libero arbitrio praditos.

RESpondetur multas rationes aſſignari à Theologis,teſte *Bellarmino to. 4 controuerſ. lib. 3. cap* 18. Sed duæ rationes ſatis mihi arrident. Prima eſt, quia id poſtulat perfectio & ornamentū vniuerſi. Nam cùm ſit aliquid, quod agit, & non agitur, vt Deus, aliquid quod agitur,& non agit, vt natura rationis expers: æquum erat, vt etiam extaret aliquid quod ageretur, & ageret,& talis eſt natura creata intelligens, & libero arbitrio prædita qualis eſt in Angelis,& hominibus. Secunda ratio

Digitized by Google

humore aliquo vel etiam ſomno impedita, ſeu ligata, lęditur vſus rationis, & impeditur intellectus, vt non poſſit vllam operationem exercere ſiue ſit circa res corporeas, vel ſpirituales, ac diuinas ſiue ſit altiſſima eorum contemplatio, vt patet in phreneticis, & lethargicis, ratio à priori huius rei eſt quaſi impoſſibilis, vt aſſignari poſſit ait *Rubius in tract. de anima lib. 3. cap. 4. & 5. num. 23.*

SED PETES I.

An anima Beata quando de nouo vnietur corpori ſit opus, vt intelligat per conuerſionem ad phantaſmata.

RESpondetur ex *D. Th. 3. par. quæſt. 11. art. 2* non eſſe opus, vt intelligat per conuerſionem ad phantaſmata in ſtatu ſupernaturalis Beatitudinis, ex gloria animæ prouenit informatio corporis cum pleno dominio eius, & in corpus ipſum redundat, vt plenè, atque perfectè ſubiciatur animæ in ſuis operationibus à quibus iam non neceſſario dependet anima, ſed poteſt operari in corpore, ſine illa obligatione, & ſubiectione, & ideo quamuis poſſit vti phantaſmatibus in ſua intellectione, liberum ſibi erit ſine illis intelligere.

PETES II.

Quæ neceſſaria ſunt in ſtatu præſentis vitæ ad hoc, vt intellectus noſter intelligat.

REſpõdetur multa eſſe neceſſaria. Primo, vt obiectum immittat ſpecies ſui, circa aliquem ſẽſum externum, & ſi immittit potentiæ viſiuæ, neceſſarium eſt, vt obiectum habeat rationem coloris, & vt medium ſit illuminatum: Secundò vt ſit organum ſenſus bene diſpoſitum. Tertiò, vt intellectus agẽs faciat ſpecies ſpirituales, ſimiles ſibi, & antequã agat ſpecies ſpirituales, opus eſt, vt intellectus producat lumen erga phantaſmata corporea, & faciat ea actu intelligibilia, ita *Ariſtotel. de anima text. 18. D. Thom. Scotus Caiet. & alij quos citat, & ſequitur Toledus de anima lib. 3. cap 5 quæſt 3. text. 20.*

Ratio eſt ex Anologia ad ſenſum, nam ſicut lumen Solis facit colores actu viſibiles, ita debet intellectus facere actu intelligibile phanthaſma corporeũ, medio lumine ſpirituali, à ſe producto, quo illuſtrentur phantaſmata.

Quartò neceſſarium eſt, poſtquam productæ ſunt ſpecies ſpirituales ab intellectu gente, neceſſe eſt, vt intellectus recipiat in ſe, quod fit medio intellectu poſſibili, ſeu paſſibili, & cum receptæ ſunt illæ ſpecies in potentia intellectiua tunc intellectus exit in actum per ſpeciem non ſolum impreſſam, ab intellectu poſſibili, ſed etiam expreſſam per ipſam actualem intellectioẽem, ad quam intellectionem concurrit ſpecies obiecti, & intellectus in ratione vitalitatis, quæ vitalitas non eſt aliud niſi quidam motus internus à ſe dependens per ſe primo, & non ſecundum auidens. ita *D. Thomas 1. part. quæſt. 18 art. 1.*

Quintò neceſſarium, vt inter obiectum, & potentia externam intercedat aer, tum quia non datur vacuum in natura, tum quia agens non poteſt agere indiſtans, itaque ſpecies obiecti immediate recipitur ab aere, & ab aere illuminato à luce ſolis tranſmiĉtitur in potentiam externam.

QVAERITVR XVII.

An miracula facta à Chriſto Domino erga homines laborantes aliqua corporali ægritudine reddiderunt hominem non ſolum ſanum quantum ad Corpus, ſed etiam quantum ad animam, itavt medio vllo miraculo Chriſtus infuderit ei grattam habitualẽ excitando ſcilicet illum, ad eliciendum aliquem actum pænitentiæ ſi erat reus peccati mortalis.

REſpondetur ex *D. Th. 3. par. quæſt. 44. art. 3. ad 3.* affirmatiuè, vbi dicit, quod non conuenit Chriſto, vt alicuius Corpus curet, niſi eius curet animam. Vnde ſuper illud *Ioan. 7.* Totum hominem fecit in Sabbatho, dicit *Auguſt.* quod curatus eſt, vt ſanus eſſet in corpore: & credidit, vt ſanus eſſet in anima.

Digitized by Google

illa inquit *D.Th.p.1. quæſt.29. art.1.& quæſt.9. de potentia art.1.* ſubſiſtere dicimus, quæ non in alio, ſed in ſe exiſtunt, ex quo iterum ſequitur eſſentiam eſſe communicabilem, hypoſtaſim incommunicabilem, repugnat enim, vt quod eſt in ſe, ſit in alio, nam eſſe in alio, eſt non eſſe in ſe, ex quo vltimo ſequitur, hypoſtaſim ſuperaddere eſſentiæ proprietatem aliquam, ideſt aliquid, ſeu aliquem modum ratione cuius fiat incommunicabilis, quæ omnia deducuntur ex *Baſilio epiſt.43. ex Nyſſeno in lib. de different.* eſſentiæ, & hypoſtaſis, ex *Damaſceno lib 3. cap.3. ex Cyrillo lib.1.de Trinit. ex Iuſtino in libr.de recta fideicōfeſſione,& ex Theodoreto in libello contra Sabellium', qui habetur tom.2.conciliorum in additionibus ad breuiarium Sancti liberati.*

SED PETES I.

An tres diuinæ hypoſtaſes poſſint dici tria indiuidua diuina.

Reſpondetur negatiuè, nempe non poſſe dici tria indiuidua diuina ratione naturæ, quaſi tres ſint indiuiduæ Deitates: ſed ſolum tria ratione hypoſtaticæ Deitatis, vt bene docet *Bellarminus loc.cit. cap 4.*

PETES II.

An poſſint dici in Deo eſſe tres ſubſtantias.

Reſpondetur nomen ſubſtantiæ ambiguum eſt, nunc enim hypoſtaſim, nunc eſſentiam ſignificat, quo circa in rigore poſſent dici, in Deo tres ſubſtātiæ, vt *Hilarius concedit in lib. de Synod.accipiendo ſubſtantiam pro hypoſtaſi*: tamen abſolutè negandæ ſunt in Deo tres ſubſtantiæ, & vna eſt aſſerenda, quia vſus communis latinorum accipit ſubſtantiam pro eſſentia.

Præterea *Tertullian.lib. contra praxeam*, ſemper in Deo vnam ſubſtantiam dicit. Item *Hieronymus in epiſt. ad Damaſ.& Auguſt. lib.5. Trinit. cap.9.& lib.7.cap.4 & Ruffin. lib.10. hiſtor. cap. 29.* vnam ſubſtantiam dicunt, tres negant. Denique *Concilium Lateranenſe ſub Innoc.III. cap.2 & Tolet.2. cap. 1.* vnam ſubſtantiam in Deo eſſe definiunt.

Præterea dicitur in diuinis perſona Patris perſona filij &c. tum quia colligitur ex Scriptura, vt oſtendit *Bellarm. tom. 1. controuerſ.lib.2. cap.5.* tum quia *Tertullianus lib. 10.* contra praxeam Patrem, Filium & Spiritum Sanctum tres perſonas vocat. Idem aſſerunt *Hilarius lib.de Synodo, Hyeronym.in Epiſtol.ad Damaſ. Auguſt. lib.5.& 7. de Trinit.& Naziāzen.in orat. ad Athaneſ.*

De cæteris vocibus, nempè propietas relatio, notio, ac circumceſſio Trinitas, licèt non ſint nomina Scripturarum, tamen ex Scripturis colliguntur per euidentem conſequentiam, nam ſi filius eſt vnigenitus *Ioan.1.* ergo propiū eſt illi eſſe filium, & proinde filiatio eſt propietas, & ſic vnus eſt Deus Pater *1. ad Cor.8.* ergo propium eſt Patri eſſe Patrem, & Paternitas erit propietas, vtuntur autem nomine proprietatum *Hilar.lib.2.de Trinit Baſil. Epiſt.43. & alij.*

Pari ratione, ſi Chriſtus eſt verus filius veri Patris *1. Ioan.5.* certè erit relatio vera inter Patrem & filium.

Denique ſi Pater à filio diſtinguitur ſecundum Scripturas, cur non poteſt Paternitas dici notio Patris, ideſt, nomen quo Pater diſtinctus cognoſcitur à cæteris perſonis? vtuntur autem hoc nomine *Baſilius Epiſtol.43.& Auguſt. lib 5. de Trinit. cap.6.* & inde acceperunt ſcholaſtici qui quinque numerant notiones, innaſcibilitatem, Paternitatem, filiationem, ſpirationem actiuam, & ſpirationem paſſiuam; ex quibus quatuor tantum dicuntur proprietates; nimirum innaſcibilitas, Paternitas, filiatio, ſpiratio paſſiua: quatuor item relationes, Paternitas filiatio; ſpiratio actiua, & ſpiratio paſſiua.

Circumceſſio dicitur illa intima, & perfecta inhabitatio vnius perſonæ in alia, & è conuerſo, de qua dicitur *Ioan.14.* ego ſum in Patre, & Pater in me eſt, ac proinde rectè ait *Auguſtin. lib. 6. de Trinit.cap.vlt.* ſingula ſunt in ſingulis, & omnia in ſingulis, & ſingula in omnibus, & omnia in omnibus, & vnum omnia. Qui videt hoc, vel ex parte, vel per ſpeculum, & in ænigmate, gaudeat agnoſcens Deum, & ſicut Deum honoret, & gratias agat. Qui autem non videt, tendat per pietatem ad videndū, non per cæcitatem.

Trinitas denique non habetur etiam ex-

Digitized by Google

PETES II.

An lux ſit qualitas, an forma ſubſtantialis, an habeat eſſe intentionale?

R Eſpondetur ex *D.Th.1.p.q.67.art.3.* in primis, quod lux non habet eſſe intentionale ſicut ſimilitudo coloris in aere, quia lumen habet effectum in natura, quia per radios ſolis caleſiunt corpora; intentionales non cauſant tranſmutationes naturales.

Quod lux non ſit forma ſubſtantialis ſolis. Primò patet, quia nulla forma ſubſtantialis eſt per ſe ſenſibilis, quia quod quid eſt, eſt obiectum intellectus, vt dicitur *in 3. de anima.* lux autem eſt ſecũdum ſe uiſibilis. ergo dicendum eſt, ait *D.Th.loc.cit.* quod lux eſt qualitas actiua conſequens formam ſubſtantialem Solis: vel cuiuſcunq; alterius corporis à ſe lucentis, ſi aliquod aliud tale eſt. Sicut calor eſt qualitas actiua conſequẽs formam ſubſtantialis ignis.

Quæritur vtrum omnium naturalium rerum ſit viuere.

R Eſpondetur ex *D.Th.1.part.q.18.art.1.* negatiue. nam plantę non viuunt. viuere autem animalibus conuenit, quia habent motum à ſe intrinſecum per acceſſum, & receſſum, non ſic plantę, quę mouentur motu vitali, quatenus ſunt in ſua diſpoſitione naturali, non autem is accedendo ad eam, vel in recedendo ab ea, & mouentur ſecundum augmentum, & decrementum. Idem dicendum eſt de Corporibus grauibus, & leuibus, nempe non competere eis viuere, ac moueri, niſi ſecundum quod ſunt extra diſpoſitionem ſuę naturę, vt potè cum ſunt extra locum propium. cum.n. ſunt in loco propio, & naturali quieſcunt. Idem dicendum eſt de aquis viuis, nam illum motum habent à forma generante non à ſeipſis.

SED PETES I.

Vtrum vita ſit quædam operatio.

Antequam reſpondeam.

S Ciendum eſt à *D.Th.1.p.q.18.art.2. ad 1. & art.3.* quod quatuor ſunt genera viuentium, quorum quędam habent naturam ſolum ad vtendum alimento, & ad conſequentia, quę ſunt augmentum, & generatio; quędam vlterius, ad ſentiendum, vt patet in animalibus immobilibus, Sicut ſunt oſtrea, quę non habent niſi ſenſum tactus, & mouentur infra ſe ipſa motu dilationis, & conſtrictionis parum excedentia motum plantę. Quędam verò cum his vlterius ad mouendum ſe Secundum locum, ſicut animalia perfecta, vt quatrupedia, & volatilia, & huiuſmodi. Quędam verò vlterius ad intelligendum ſicut homines.

His poſitis.

R Eſpondeo ex *D.Th.loc.cit.* quod nomen vitę primario non ſignificat operationem, Sed ſignificat ſubſtantiam, ſeù eſſe cui conuenit ſecundum ſuam naturam mouere ſe ipſam, vel agere ſe quocunq; modo ad operationem. vnde *Ariſtoteles 9. ethic.* docet quod viuere principaliter, eſt ſentire, vel intelligere.

PETES II.

Vtrum Deo conueniat vita.

R Eſpondetur affirmatiue, vt dicitur in pſal: Cor meum, & Caro mea exultauerunt in Deum viuum. & ratio eſt, ait *D.Th.1.p.q.18.art.3.* quia cum viuere dicantur aliqua ſecundum, quod operantur ex ſeipſis, & non quaſi ab alijs mota, quanto perfectius competit hoc alicui tanto perfectius in eo inuenitur vita: Sed Deus eſt ſubſtantia infinitę perfectionis, & ſemper actu intelligit ſine dependentia, ergo Deo perfectiſſime conuenit ratio vitę. Vnde *Ariſtot. in 2. methaph.* ait quod cũ Deus ſit intelligens, habet perfectiſſimam vitam, & ſempiternam: quia intellectus eius eſt perfectiſſimus, & ſemper in actu.

PETES III.

Vtrum omnia ſint in Deo vita.

R Eſpondetur ex *D.Th.1.part.q.18 art.4.* affirmatiuè, vt patet ex *Io.1* quod factum eſt in ipſo vita erat. & rationem aſſignat *D.Th.* quia viuere Dei eſt eius intelligere. in Deo autem eſt idem intellectus, & quod intelligitur, &

Digitized by Google

ipſum intelligere eius. Vnde quidquid eſt in Deo,vt intellectum, eſt ipſum viuere,vel vita eius. Vnde cùm omnia quę facta ſunt à Deo,ſint in ipſo,vt intellecta ſequitur, quod omnia in ipſo ſunt ipſa vita diuina.

QVAERITVR XXI.

Vtrum quidquid Deus vult ex neceſſitate velit.

Antequam reſpondeam.

Sciendum eſt, neceſſarium dupliciter dici poſſe abſolutè,& ex ſuppoſitione neceſſariũ abſolute dicitur illud, quod non poteſt non eſſe;ex ſuppoſitione licèt potuerit non eſſe, ſed tamen quando eſt volitum neceſſarium eſt,nam poſita,quod ego ſedeam non poſſum non ſedere, licet antecedenter potuerim non ſedere.

His poſitis.

Reſpondetur ex *D.Th.1.p.q.19.art.3.*quod voluntas diuina neceſſariã habet habitudinem ad ſuam bonitatem,quę eſt propium eius obiectum,Sicut voluntas noſtra ex neceſſitate vult Beatitudinem ſicut,& quęlibet alia potentia neceſſariam habitudinem habet ad propium,& principale obiectum,vt viſus ad colorem, quia de ſui ratione eſt,vt in illud tendat. alia autem à ſe Deus vult in quantum ordinantur ad ſuam bonitatem,vt in finem;ea autem quę ſunt ad finem, non ex neceſſitate volumus volentes finem,niſi ſint talia ſine quibus finis eſſe non poteſt, ſicut volumus cibum volentes conſeruationem vitę,& nauem volentes transfretare. Vnde cũ bonitas Dei ſit perfecta,& eſſe poſſit ſine alijs, cum nihil ei perfectionis ex alijs accreſcat,ſequitur quod alia à ſe eum velle non ſit neceſſarium abſolutè, & tamen eſt neceſſarium ex ſuppoſitione. Suppoſito.n.quod velit, non poteſt non velle. quia non poteſt voluntas eius mutari.

Sed dices quidquid Deũs vult ex neceſſitate vult,omne.n.æternum eſt neceſſarium:ſed quidquid Deus vult ab æterno vult,alias voluntas Dei eſſet mutabilis. ergo quidquid Deus vult ex neceſſitate vult. Præterea Deus vult alia à ſe in quantum vult bonitatem ſuam. Sed Deus bonitatem ſuam ex neceſſitate vult,ergo alia à ſe ex neceſſitate vult.

Ad primum.

Reſpondetur ex *D.Th.loc.cit.ad* 1.*&* 2.quod ex hoc,quod Deus vult ab ęterno quidquid vult, non ſequitur quod neceſſe eſt eum illud velle niſi ex ſuppoſitione.

Ad ſecundum.

Reſpondetur ex eodem *D.Th.*quod licèt Deus ex neceſſitate velit bonitatem ſuam,non tamen ex neceſſitate vult ea,quę vult propter bonitatem ſuam:quia bonitas eius poteſt eſſe ſine alijs.

Quaritur vtrum voluntàs Dei ſit cauſa omnium rerum.

Reſpondetur affirmatiue ex *D.Th.1.p.q.19.art.4.et patet ex diuina Scriptura Sap.11.quomodo poſſet aliqi id permanere niſi tu voluiſſes?*& ratio eſt,quia quod res exiſtant, oritur ex bonitate Dei cùm bonum ſit ſui communicatiuum;ſed bonum eſt obiectum voluntatis,*ergo voluntas Dei eſt cauſa rerum. iuxta illud Scriptura omnia quacunq; voluit fecit in Calo,& in terra.*

SED PETES I.

Vtrum voluntatis diuinæ ſit aſſignare aliquam cauſam,puta cur creauerit hominem,Calum,& terram &c.

Reſpondetur negatiuè, nempe non poſſe aſſignari cauſam, vt rectè docet *D.Th.loc.cit.art.5.ex D.Auguſt.ab eodem D.Th.cit.*& ratio eſt,quia cum Deus ſit infinitè perfectus,conſequẽter eſt indepẽdẽs, & omnia creata ab ipſo dependent in fieri,& in cõſeruari, ergo nõ poteſt aſſignari cauſa,cur Deus voluerit creare mũdum, alias dependeret

aliquo

aliquo modo à cauſa: ſed dictum eſt ſupra, quod voluntas Dei eſt cauſa rerum, ergo non poteſt aſſignari alia cauſa niſi voluntas Dei, quę cum ſit infinite bona, voluit communicare ſe ad extra. Vnde recte concludit *D. Thom. loc. cit.* quod Deus vult hoc eſſe propter hoc, ſed non propter hoc, vult hoc.

PETES II.

Vtrum voluntas Dei ſemper impleatur?

Reſpondetur affirmatiue, *vt patet ex diuina ſcriptura lib. exter. cap. 13. non eſt, qui poſſit reſiſtere voluntati tuæ ſi decreueris ſaluare nos*, & rationem aſſignat *D. Th. loc. cit. art. 6.* quia voluntas Dei eſt vniuerſalis cauſa omnium rerum, etiam cauſarum ſecundarum particulariũ ergo impoſſibile eſt, quod diuina voluntas ſuum effectum non conſequatur. Vnde ſi quis videtur recedere à diuina voluntate peccando, incidit in ordinem diuinę voluntatis, dum per eius iuſtitiam punitur.

Pręterea ait Caiet. Supra hunc locum, quod homo peccans non agit contra voluntatem Dei conſequentẽ, ſed agit peccando contra voluntatem antecedentem, patet ex eo, quod Deus vult permittere peccatũ. Vnde recte explicat *D. Th. loc. cit. illud Pauli ad Timoth. 2. quod Deus vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*, & etiam explicat dictum Damaſcenus ſupra locum *D. Paul.* nempe hoc eſſe intelligendum de voluntate antecedẽte non de voluntate conſequente.

Ad cuius intellectum conſiderandum eſt, ait *D. Th.* quod vnumquodq; Secundum quod bonum eſt, ſic eſt volitum à Deo. aliquid autem poteſt eſſe in prima ſui cõſideratione, Secundum quod abſolute conſideratur bonum, vel malum, quod tamen pro vt cum aliquo adiuncto conſideratur, quę eſt conſequens conſideratio eius, e contrario ſe habet. Sicut hominem viuere eſt bonum; & hominem occidere eſt malum. Sed ſi addatur circa aliquem hominem, quod ſit homicida, vel viuens in periculum multitudinis, ſic bonum eſt eum occidi, & malum eſt eum viuere. Vnde poteſt dici quod iudex iuſtus antecedenter vult hominem viuere, ſed conſequenter vult homicidam ſuſpendi. Similiter Deus antecedenter vult omnem hominem ſaluari, ſed conſequenter vult quoſdam damnari ſecundum exigentiam ſuę iuſtitię. Neque tamen id quod antecedenter volumus, ſimpliciter volumus, ſed ſecundum quid: quia voluntas comparatur ad res ſecundum quod in ſeipſis ſunt, in ſeipſis autem ſunt in particulari. Vnde ſimpliciter volumus aliquod ſecundum quod volumus illud conſideratis omnibus circumſtantijs particularibus: quod eſt conſequenter velle. Vnde poteſt dici, quod Iudex iuſtus ſimpliciter vult homicidam ſuſpendi, ſed ſecundum quid vellet eum viuere, ſcilicet in quantum eſt homo. Vnde magis poteſt dici velleitas, quàm abſoluta voluntas. & ſic patet, quod quidquid Deus ſimpliciter vult ſit, licèt illud, quod antecedenter vult, non fiat. Hæc *D. Thom.*

PETES III.

Vtrum in Deo ſit diſtinguenda voluntas ſigni à voluntate beneplaciti.

Reſpõdetur, ex *D. Th. 1. p. q. 19. art. 11* quod diſtinguitur in Deo voluntas ſigni à voluntate ſimpliciter, ſiue beneplaciti, nam voluntas beneplaciti in Deo eſt propria voluntas, voluntas autem ſigni eſt dicta per metaforam, eo quod ſignum voluntatis, voluntas dicitur. Vnde illud quod eſt ſignum talis paſſionis in nobis, in Deo nomine illius paſſionis metaphoricę ſignificatur. nã ira ſecundũ paſſionem proprie conuenit homini, de Deo ira numquã proprie dicitur, quia non eſt capax paſſionis cum ſit actus purus Spiritualis; Sed attribuitur Deo ira metaphoricè, & ſecundum effectum, Sicut nos irati punire ſolemus; vnde ipſa punitio eſt ſignum irę, & propter hoc ipſa punitio nomine irę ſignificatur cùm Deo attribuitur.

Addit *D. Th. art. 12.* quod circa diuinam voluntatem ponuntur quinq; ſigna, Scilicet prohibitio, & permiſſio reſpectu mali, pręceptum, conſilium, & operatio reſpectu boni.

Quæritur vtrùm amor ſit in Deo; ratio dubitandi eſt, quia amor eſt quædam paſſio, quæ non poteſt eſſe in Deo, ergo metaphorice tribuitur in Deo amor, ſicut ira, & triſtitia. Præterea ait Dionyſius cap. 4. de Diuin. nom. quod amor eſt vis concretiua, & vnitiua, ſed in Deo locum habere non poteſt cum ſit ſimplex, & expers omnis compoſitionis.

Antequam reſpondeam.

PRimo ſciẽdum eſt, quod actus amoris oritur ex voluntate, & voluntas eſt radix cuiuſq; motus appetitiuę virtutis. Primus motus voluntatis, & cuiuslibet appetitiuę virtutis eſt amor; actus verò voluntatis tendit in bonum primariò, & ſecundariò in malum in quãtum ſcilicet opponitur bono.

Secundo Sciendum eſt, quod amor reſpicit bonum in communi, ſiue ſit habitum, ſiue non habitum; gaudium verò, & delectatio eſt de bono pręſenti, & habito.

Tertiò Sciendum eſt, quod actus amoris ſemper tendit in duo ſcilicet in bonum, quod quis vult alicui, & in eum, cui vult bonum. hoc eſt. n. propiè amare aliquem, velle ei bonum. Vnde in eo, quod aliquis amat ſe vult bonum ſibi, & ſic illud bonum quęrit ſibi vnire in quantum poteſt, & ideo dicitur vis vnitiua.

His poſitis.

REſpondetur ex *D. Th.* 1. *part. q.* 20. *art.* 1. quod cùm in Deo ſit voluntas, in eo amorem fas eſt, ponere, ſed ſine imperfectione, ideſt ſine trãſmutatione circa cor, nam Deus eſt purus ſpiritus, & purus actus in nobis verò appetitus intellectiuus, qui dicitur voluntas, mouet in nobis mediante appetitu ſenſitiuo; Vnde ſemper actum appetitus ſenſitiui concomitatur aliqua trãſmutatio corporis, & maxime circa cor, quod eſt principium motus in animali, ac proinde amor gaudium, & delectatio Secundum, quod ſignificant actus appetitus ſenſitiui, paſſiones ſunt, non autem ſecundum, quod ſignificant actus appetitus intellectiui, & ſic ponitur in Deo gaudium, & delectatio, vnde ait philoſophus in 7. Eth. quod Deus vna, & ſimplici operatione gaudet. Itaq; Deus amat ſe ipſum, quia eſt infinite bonus, & pro tanto dicitur amor vis vnitiua etiam in Deo, ſed abſq; compoſitione; quia illud bonum, quod vult ſibi, non eſt aliud quam ipſe, qui eſt per ſuam eſſentiam bonus.

SED PETES I.

Vtrum Deus omnia amet.

REſpondetur ex *D. Th. l. cit. art.* 2. affirmatiuè, quia cum à Deo ſint creata cõſequenter sũt bona, ac proinde amabilia; nam creando Deus dedit bonitatem rebus; ſecus autem eſt amor noſter, quandoquidem cum nos amamus ſupponimus bonitatem in re amata, non autem ponimus.

Amat vero Deus creaturas rationales amore amicitię in quibus contingit redamationem, & communicationem in operibus vitę. iuxta illud Ioan. 15. non dicam vos ſeruos, ſed amicos, & ad *Eph.* 4. eſtis Ciues Sanctorum, & domeſtici Dei, creaturas irrationales Deus amat, amore concupiſcentię, in quantum ordinat eas ad rationales creaturas, & etiam ad ſeipſum, non quaſi eis indigeat, ſed propter ſuam bonitatem, & noſtram vtilitatem.

PETES II.

Vtrùm Deus æqualiter diligat omnia.

REſpõdetur ex *D. Th. l. cit. art.* 3. quod ex parte actus voluntatis Deus ęqualiter omnia amat, cum ſimplici, & eodem modo ſe habente actu voluntatis amet, ex parte verò boni voliti ab ipſo non omnia ęqualiter amat, ſed vni maius bonum vult, quam alij.

PETES III.

An ſemper Deus diligat meliora?

REſpondetur ex *D. Th. loc. cit. art.* 4. affirmatiue, & ratio eſt quia dictum eſt, quod Deum diligere magis aliquid nihil aliud eſt, quàm ei maius bonum velle, voluntas. n. Dei eſt cauſa bonitatis in rebus, & ſic, ex hoc ſunt aliqua meliora, quia Deus eis maius bonum vult. Vnde ſequitur quod meliora plus amet, ſcilicet non ex parte actus, vt ſupradictum eſt, ſed ex parte boni voliti.

Sed

Digitized by Google

Sed dices melior eſt iuſtus praſcitus, quam peccator prædeſtinatus: Sed Deus plus diligit peccatorem prædeſtinatum, quia vult ei maius bonum, ſcilicet vitam æternam. ergo Deus non ſemper diligit magis meliora.

RESpondetur ex eodem *D. Th. loc. cit. ad* 5. quod cum voluntas Dei ſit cauſa bonitatis in rebus, Secundum illud tempus penſanda eſt bonitas eius, qui amatur à Deo ſecundum, quod dãdum eſt ei ex bonitate diuina aliquod bonum. Secundum ergo illud tempus quo prędeſtinato peccatori dandum eſt ex diuina voluntate maius bonum, melior eſt, licet ſecundum aliquod aliud tempus ſit peior.

Quaritur vtrum anima ſeparata aliquid intelligere poſſit? ratio dubitandi eſt tum quia anima intelligit medio ſenſu, & imaginatione, ſed morte totaliter ſenſus, & imaginatio corrumpuntur ergo. Præterea anima non habet ſpecies innatas, quia primo cum vnitur corpori, eſt ſicut tabula in qua nihil ſcriptũ eſt; deniq; Nec per ſpecies prius abſtractas à ſenſibus, & in anima conſeruatas poteſt intelligere, quia anima pueri vnita corpori ſi ſtatim moriatur nihil poſſet intelligere, cum nõ abſtraxerit ſpecies ab obiectis.

REſpondetur, ex *D. Th.* 1. *part. q.* 89. *art.* 1. quod animę ſeparatę à Corpore conuenit intelligere non per conuerſionem ad phantaſmata, ſed per cõuerſionem ad Superiora, nec intelligit per ſpecies innatas, nec per ſpecies, quas tunc abſtraxit, vel conſeruatas, ſed per ſpecies ex influentia diuini luminis participatas, quarum anima fit particeps, ſicut, & alię ſubſtantię ſeparatę, quamuis inferiori modo, & ſic patet ad rationem dubitandi.

SED PETES I.

Vtrum anima ſeparata intelligat ſubſtantias ſeparatas.

REſpondetur ex *D. Th. loc. cit. art.* 2. affirmatiue. nam Diues in inferno poſitus vidit Lazarum, & Abraam, & Dęmones, & Angelos, ſed non ita perfectè, quia Angelus eſt Superioris naturę, quàm animam, intelligitur naturali; nam de cognitime gloriæ Angeli eſt alia ratio.

PETES II.

An anima ſeparata omnia naturalia cognoſcat. quid de Angelis?

REſpondetur ex *D. Th. loc. cit. art.* 3. quod animæ ſeparatę de rebus naturalibus cognitionem habent non certam, & propriam, ſed communem & confuſam, quia natura animę non eſt ita perfecta, ſicut Angelica, cui iſte modus cognoſcendi omnia naturalia perfectè ineſt ac proinde cognitio, quę acquiritur hic per ſtudiũ eſt propria, & perfecta, illa autem animę ſeparatę eſt confuſa. *ita D. Th. loc. cit. ad* 8. aliàs fruſtra ſtuderent homines ad rerum ſcientiam capeſſendam.

PETES III.

Vtrum habitus ſcientia hic acquiſita remaneat in anima ſeparata? quid de actu ſcientia.

REſpondetur affirmatiue, nempe remanere in patria *ita Hieronym. in Epiſt. ad Paul. hac ſunt formalia verba diſcamus in terris quorum ſcientia nobis perſeueret in Cælo.* Ita etiam docet *D. Th. loc. cit. art.* 5. & 6. nempe tam habitus, quam ſpecies, àcutuum ſciẽtię hic acquiſitę remanere in anima ſeparata, & ratio eſt, quia ſcientia eſt in intellectu, qui eſt locus ſpecierum, vt dicitur in 3. de anima, nam ſpecies ſpirituales abſtractè à rebus materialibus ex vi intellectus agentis conſeruantur principaliter, & formaliter in intellectu ſpirituali, licèt quando velit vtis illis oportet, vt ſe conuertat ad phantaſmata dum in pręsẽti vita eſt corpori vnitus, & conſequenter deſtructa vnione animę ad Corpus per mortem non deſtruuntur habitus, neq; ſpecies actum ſcientię acquiſitę, dum ſubiectantur in intellectu ſpirituali, qui eſt incorruptibilis, deſtruitur verò per mortem ille modus intelligendi, nempe per conuerſionem ad phantaſmata corporea, & acquirit anima alium modum intelligendi dùm ſeparatur à corpore abſq; conuerſione ad Phantaſmata, quoad iam acquiſitos ſpecies; quoad acquirendas verò ex influentia diuini luminis

nis anima habet ſpecies, vt ſupradictum cum eodem *D.Th*.

PETES IV.

Vtrum diſtantia localis impediat cògnitionem animæ ſeparatæ.

Respondetur, ex *D.Th.loc.cit.art.7.* quod diſtantia localis nullo modo impedit animę ſeparatę cognitionem, vt dicitur *Luc.*16.quod diues cum eſſet in tormentis eleuans oculos vidit Abraam à longe, ergo diſtantia localis non impedit animę ſeparatę cognitionem,& rationem aſſignat *D.Th.*quia anima ſeparata intelligit per influxum ſpecierum ex diuino lumine,quod quidem lumen ęqualiter ſe habet ad propinquum,& diſtans.

PETES V.

Vtrum animæ ſeparatæ cognoſcant ea, quæ hic aguntur, quid de Angelis, quid de animabus Beatis?

Respondetur, ex *D.Th.loc.cit.art.8.* quod animę mortuorum neſciunt naturaliter,quę hic aguntur. Sed ſi ſciunt,hoc eis ex gratia collatum eſt, & rationem aſſignat *D.Th.*quia animę mortuorum ſecundum ordinationem diuinam,& ſecundum modum eſſendi ſegregatę ſunt à conuerſatione viuentium,& coniunctę conuerſationi ſpiritualium ſubſtantiarum,quę ſunt à corpore ſeparatę. Vnde quę apud nos aguntur ignorant.Secus eſt dicendum ait idem *D.Th.*de Angelis, & de animabus Beatis, quia quę intus omnipotentis Dei charitatem vident, nullo modo credendum eſt,quod ſit foris aliquid quod ignorent.

Docet idem *D.Th.loc.cit.ad*,quod animæ mortuorum poſſunt etiam facta viuentium non perſeipſos cognoſcere, ſed vel per animas eorum qui hinc ad eos accedunt,vel per Angelos, ſeu Demones,vel etiam Spiritu Dei reuelante.

Quæritur cum Deus amet creaturas rationales amore amicitiæ, vt ſupra dictum eſt, in quo conſiſtit hic amor,vt dicatur amicitia.

Respondetur,ex *Ariſt.*8.*& hic.*quod non quilibet amor habet rationem amicitię, ridiculum.n.eſt dicere nos habere amicitiam ad viuum Equum, &c.nam ergo iſtos nos habemus amorem concupiſcentię quatenus eorum bonum nobis velimus. deniq. amor amicitię non eſt aliud niſi quędam beneuolentia,quando ſcilicet ſic amamus aliquem,vt ei bonum velimus,requiritur etiam quędam mutua amatio, & fundatur ſupra aliquam communicationem. Cum ergo ſit aliqua communicatio hominis ad Deum, Secundum quod nobis ſuam beatitudinem communicat ſupra hanc communicationem oportet aliquam amicitiam fundari,vt recte docet *D.Thom.2.2.q.23. art.* 1.

Quæritur quid ſit amor Beatificus,& quænam eius ſint cauſæ.

Ad primum.

Antequam reſpondeam.

Sciendum eſt quod obiectũ voluntatis eſt bonũ propoſitum ab intellectu, & quo magis proponitur ab intellectu obiectũ ſub ratione boni,tanto magis trahitur voluntas ad amandum illud, quia naturale eſt potentiam currere ad ſuum obiectum.

His poſitis.

Ad primum.

Respondetur, quod amor Beatificus non eſt aliud, niſi quoddam pondus,& impetus, ac tractus naturę Spirituali accomodatus, quo in Deum tamquam centrum ęternę quietis fertur.

Ad ſecundum.

Respõdetur quoad cauſas dicti amoris Beatifici.Prima eſt viſio ſupernaturalis omnis boni. Secunda eſt voluntas prędita habitu ſupernaturali charitatis. Tertia eſt eſſentia diuina. Quarta cauſa eſt lumẽ glorię.Voluntas & charitas concurrunt ad amorem ex parte potentię,ſicut intellectus, & lumen glorię ad viſionem: viſio, & eſſentia diuina ex parte obiecti. niſi voluntas concurreret amor non eſſet actus vitalis,nec vita animę,ac proinde, nec

illam

Digitized by Google

illam beatam redderet. Niſi charitas concurreret, non eſſet actus Supernaturalis ac proinde nec Deo dignus. Niſi viſio, & eſſentia diuina per viſionem concurreret, nõ eſſet talis ſpeciei, ac formę, & non eſſet pondus, & impetus in Deum: obiectum.n. tribuit ſpeciem, & veluti formam actui.

Sed difficultas eſt, vtrum viſio etiam effectiuè concurrat, & influxum phyſicum in amorem habeat?

Reſpondetur licet ſit res incerta, tamen *Leſſius lib. 2. tract. de Summo bono cap. 11. num.* 8. dicit ſatis probabile eſſe, ita etiam concurrere, & probat primo exemplo ſumpto ex diuinis, vbi verbum diuinum concurrit phyſice, & reali influxu ad productionem Spiritus Sancti, qui eſt amor productus.

Secundo, quia experimur fortem alicuius boni, vel mali apprehenſionem, tantam habere vim ad cõcitandum amorem, dolorem, & timorem, vt non poſſimus reſiſtere, niſi apprehenſionem tollamus

Tertiò ſi lux corporalis eſt cauſa efficiens caloris corporalis: Cur cognitio quę eſt lux ſpiritualis non cooperetur effectiuè ad calorem ſpiritalem?

Obiectum etiam ad amorem concurrit: quia illud mediante cognitione in anima excitar, eiq; formam, & ſpeciem tribuit. itaq; duplicem concurſum prębet. Primum in modum cauſę efficientis, mediante cognitione tamqnam ſui imagine, vel ſemine excitando amorem, vt dictum eſt. Secundum in modum obiecti tribuentis ſpeciem amori: obiectum.n. tribuit ſpeciem, vt cauſa principalis, cognitio verò, vt conditio, ſeu applicatio cauſę principalis.

QVAERITVR XXVI.

Vtrum gratia viæ augeatur per actus remiſſos Supernaturales elicitos ab homine prædito diuina gratia?

Reſpondetur ex communi Theologorum ſententia, teſte *Suarez de gratia lib. 9. cap. 3. num.* 15. quod iuſtus meretur per actus remiſſos ſupernaturales augmentum gratię de condigno, vt fuſe probat *Suarez tum ex Trid. tum ex varijs locis diuinæ ſcripturæ. Qui iuſtus eſt iuſtificetur adhuc. Qui parcè ſeminat. Parce, & metet, multiplicabit ſemen veſtrum, & augebit incrementum frugum iuſtitiæ veſtræ, denique dicitur Matth.* 10. *Quicunq; potũ dederit vni ex minoris illis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine diſcipuli, amen dico vobis non perdet mercedem ſuam.*

Hæc concluſio intelligitur, quod ſtatim augetur gratia ſantificans ſine vlla temporis dilatione, vel alterius diſpoſitionis expectatione, vt volebant aliqui *Thomiſtæ, & præcipuè Aluarez lib. 7. de auxilio diſp.* 60. *conclus.* 5. vbi dicit augmentum gratię debitum actibus remiſſis dari in primo inſtanti glorificationis.

Bannez cit. à Suarez loc. cit. num. 5. docet non augeri gratiam, niſi peractus intẽſiores habitu gratię. & illi actus remiſſi merentur pręmium glorię pluribus titulis, non autem eius augmentum.

Alij verò Theologi docent hoc augmentum actuum remiſſorum, non dari ſtatim, ſed dari poſtea inuia ſi homo ſe diſponat per actum intenſiorẽ *D. Thomas.* 2. 2. *q.* 23. *art.* 5. docet charitatem non augeri per actus remiſſos. idem docet 1. 2. *q.* 52. *art.* 3.

SED PETES I.

Vtrum quoties augetur gratia per actus meritorios charitatis, augeantur cæteræ virtutes infuſæ ſimul, puta fides ſpes &c.

Reſpondetur ex communi Theologor. ſententia, teſte *Suar. loc. cit. cap.* 4. *num.* 5. quod quoties gratia augetur. Per meritum operantis, ſimul cum proportione augetur charitas, & cęterę virtutes, quę gratiam Santificantem conſequuntur. ratio eſt quia acceſſorium ſequitur principale. Sed charitas, & alię virtutes dantur, vt acceſſorię ad gratiam, Scilicet, vt propietates conſequentes illam, ergo aucta illa gratia, augentur propietates, ſeu virtutes cõſequentes gratiam.

PETES II.

An habitus fidei, ac ſpei poſſint augeri, abſq; eo quod augeatur gratia, ac charitas, & an poſſint infundi dicti habitus fidei, ac ſpei ſine gratia ac charitate.

Ad primum.

Reſpondetur ex *Suarez de gratia lib.* 9. *cap.* 4. *num.* 10. probabiliter dici poſ-

Digitized by Google

poſſe habitum fidei, ac ſpei augeri, abſq;eo quod augeatur gratia, & charitas,quia habitus fidei,& ſpei poſſunt eſſe ſine gratia,& charitate, vt eſt ſatis certum apud Theologos, nam hi non expelluntur ab homine per peccatum mortale, ſed tantum per actus cõtrarios habitibus fidei, ac ſpei. addit vero *Suarez* illud augmentum non fieri niſi per actus intenſiores ſecundum exceſſum, quia non fit meritoriè per meritum de condigno, cùm ſupponamus eſſe factos à peccatore,ac proinde non poteſt cadere meritum de condigno.

Ad ſecundum.

Reſpondetur ex eodem *Suarez loc. cit.*habitum fidei,ac ſpei poſſe infundi ſine gratia, & charitate non ſolum in Sacramento baptiſmi, quando recipitur ab homine reo peccati mortalis cuius ſaltem non habuit attritionem ſupernaturalem, ſed etiam extra illud,vt contingit, quoties homo,qui antea erat infidelis, incepit vere credere, & ſperare antequam verè peniteat, vel Sacramentum recipiat.

Hinc.

Colligit *Suarez loc.cit.num.*13.quod fides,& ſpes poteſt eſſe interdum intenſior,quam gratia,vel charitas.quia fieri poteſt,vt fidelis peccator actus fidei, valde intenſos eliciat quibus fides multum augeatur, & poſtea remiſsè conteratur,& ideò gratiam, & virtutes minus intenſas recipiat. addit *Suarez* eadem ratione fieri poteſt, vt fides ſit intenſior ſpe,& è conuerſo;quia neutra intenditur dicto modo per actus alterius,quia id non faciunt per viam meriti de cõdigno, cùm illud non habeãt, nec per viam diſpoſitionis, cùm vnuſquiſq;actus ſolus ad propium habitum diſponat, poteſt autem peccator elicere actus magis intenſos fidei, quam Spei;ergo poteſt habere habitum fidei intenſiorem habitu ſpei.& ſimiliter poterit habere intenſiorem habitum ſpei, quam fidei, etiam ſi non poſſit habere ſpei ſine habitu fidei,quia fides eſt fundamentum ſpei ſecundum ſubſtantiam ſuam,non ſecundum intentionem.

PETES III.

An poſſit gratia, & charitas eſſe intentior, quam fides,vel ſpes.

Reſpondet *Vaſquez cit.à Suarez lib. 9.de gratia cap.4.num.*14.quod fides,& ſpes in homine iuſto non intenduntur niſi per propios actus,quia per alios non meretur iuſtus augmentum fidei,vel ſpei.ratio poteſt eſſe, quia fides, & ſpes non ſunt connexę cum charitate,ſed poſſunt eſſe ſine illa,ergo non per actus charitatis meritoriè augentur,& à fortiori;nec per actus aliarum virtutem,qui inferioris meriti ſũt. deniq;addere poſſumus fidem. & ſpem poſſent ſuis actibus per ſe augeri ſine charitate, ergo non debet augeri alienis actibus.Vnde ex hoc principio optimè ſequitur poſſe gratiam, & charitatẽ eſſe intentiores fide in homine iuſto,qui paucos fidei,vel ſpei actus, plures autem aliorum virtutum efficit;hęc opinio eſt probabilis ait *Suarez*,ſed ipſe oppoſitum docet, & dicit eſſe probabiliſſimum, iuſtum per ſe loquendo mereri per quoslibet actus meritorios, augmentnm fidei,ac ſpei ſicut aliarum virtutum,quia licèt fides, & ſpes non ſint annexæ cum gratia,tamen gratia eſt annexa cum fide,ac ſpe, & non poteſt eſſe ſine illis.Vnde licèt gratia non afferat ſecum fidem, quando illam inuenit in ſubiecto, nihilominus de ſe illum ſecum affert.& ideò illam etiam intendit quaſi per reſultantiam,ſi illam minus intenſam recipiat.

Addit *Suarez loc.cit.*quod ſi in homine reperitur fides,& ſpes,antequam ei infundatur gratia tanta intenſa quanta eſt gratia, quę ei infunderur,vel maior, nihil ei addetur ratione talis meriti, quia id quod addi poterat,& debebat, Solum erat ſecundum commemorationem ad charitatem,& illud iam ſupponitur,quod eſt accidentarium. quando autem fides non habet totum id quod gratia connaturaliter poſtulat, tunc conſequenter ad ipſam gratiam ſemper augebitur, & hoc ſuppoſito facilè concluditur,gratiam, & cęteras virtutes numquam eſſe intenſiores fide, & ſpe in ſtatu virtutis,licèt contrarium accidere poſſit in fide, & ſpe propter intentionem, quam habere poſſunt cū ſunt informes ideſt ſine gratia, nam illam non amictunt, cum formantur

ideſt

Digitized by Google

ideſt cùm infunditur gratia, nec in illa creſcunt ratione gratię, donec gratia,ad tantam intentionem perueniat, tunc autem nec ob eam cauſam impediuntur,quominus ſimul cum gratia ipſa augeantur.

QVAERITVR XXVII.

Quâ certitudine tenendum eſt, cum gratia nobis infundi hos tres habitus, ſeu virtutes Theologales,nempe fidem,ſpem,& charitatem?

RESpondent aliqui Theologi quos tacito nomine refert *Suarez de gratia lib.6.cap.8.nu.14.* etiam poſt Concilium Tridentinum non pertinere ad fidem, & putant Tridentinum loquutũ eſſe de Solis actibus talium virtutum. & licèt in Sacra Scriptura fiat mentio de talibus virtutibus *2.ad Cor.13.vos ipſos probare ſi eſtis in fide. & de ſpe.1. Petr.1.regenerauit vos in ſpem viuam. & de charit.ad Dom.5.charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris.* tamẽ poſſunt explicari dicta loca de actibus.

Sed Suarez loc.cit.docet,Trid.ſeſſ.6.cap.7. definijſſe de fide permanere,tam in paruulis, quam adultis prędictis diuina gratia, fidem ſpem, & charitatem,ſic ait *Trid.loc.cit.*in ipſa iuſtificatione cum remiſſione peccatorum hęc omnia ſimul infuſa accipit homo per Ieſũ Chriſtum, cui inſeritur, fidem,ſpem,& charitatem.

Sèd difficultas eſt,an ſit definitam à Trid.fidem,ſpem,ac charitatem eſſe virtutes vel habitus?

REſpondetur ex *Suarez loc.cit.num.15.*non eſſe hoc definitum à Tridẽtino.nam in primis poſſet quis negare eſſe habitus,licet ſint permanentes formæ, vel qualitates diſtinctæ ab habitibus:quia de ratione habitus eſt, vt det tantum facilitatem operandi,& non poteſtatem, illa verò dant poteſtatem, & non facilitatem. Sed hoc temerè dicitur,& cauendus eſt talis modus loquendi, nam ex verbis inordinate prolatis incurritur hęreſis.

Deinde quod attinet ad virtutes *Durandus in 3.diſt.23.q.6.*negat fidem eſſe virtutem propie dictam, quę ſententia eſt falſa,quia vt fides ſit vera, & propia virtus intellectualis,Satis eſt, quod infallibiliter inclinet ad verum, quamuis illud in ſe non oſtendat, ſed in teſtimonio primę veritatis.

Itaq;concludit *Suarez* fidem,ſpem,& charitatem eſſe virtutes,& habitus,non eſſe de fide, ſed haberi ex certitudine Theologica, & eſſe hoc proximum fidei,quia nihil clarum habemus eſſe definitum à Concilijs.

SED PETES I.

An habitus ſupernaturales praedicti,nempe fidei,ſpei,& charitatis non ſolum dant potentiam ad operandum, ſed etiam facilitatem?

REſpondeo mihi eſſe probabile dari non ſolum habitus fidei, ſpei, & charitatis, qui ſunt potentia reſpectu actuum ſupernaturalium, ſed etiam ex frequentatione, & exercitio horum actuum,nempe fidei, ſpei &c.acquiri facilitatem ad operandum, & conſequenter acquiri habitum,qui differt ab illis habitibus fidei ſpei &c.quia illi tribuunt potentiam ad operandum, habitum verò acquiſitum ex exercitio actuum ſupernaturalium addere facilitatem dictis habitibus fidei &c.ad operandum.vt experimento conſtat, nã per exercitium talium actuum acquiritur facilitas in poſterum, ad eliciendos tales actus. ac proinde ſequitur. quod dicti habitus acquiſiti ex exercitio actuum ſupernaturalium ſunt virtutes Theologales diſtinctę ab habitibus fidei ſpei, &c.nam acquiſiti habitus dant facilitatem ad operandum, quod ſufficit ad rationem virtutis infuſi habitus dant potentiam intrinſecã ad operandum.

Sed Suarez lib.6.de gratia cap.9.num.20. negat dari habitum acquiſitum ex frequentatione,& exercitio talium actuũ, quia virtus per ſe infuſa,vt ſũt habitus fidei,ſpei &c.eſt cõpleta in ſuo genere, & ſuprema,vt ita dicam.ergo non indiget alio habitu, ad faciliter operandum.

PETES II.

An tres tantum habitus virtutum Theologalium ſint admittendi, an quatuor;ratio dubitandi eſt,quia ad fidem requiruntur duo habitus,vnus in intellectu, & alius in voluntate,& quilibet eorum eſt bonus in ſuo genere;alter in ratione veri alter in ratione boni honeſti, ergo illi duo habitus erunt duæ virtutes, altera intellectualis, & altera appetitiua.

RESpondetur ex *Suarez lib.6.de gratia cap.9.num.17.* quoad fidẽ chriſtianam requiratur ſpeciales habitus voluntatis non eſt certum,licet ſit probabilius;nec pertinet ad doctrinam fidei.Sed reſponderi poteſt quod habitus intellectus,& voluntatis quaſi componunt vnam virtutem, quę & intellectualis eſt,quatenus verum infallibiliter attingit, & voluntarius quatenus dependet à libero arbitrio, quod eſt in voluntate.

QVAERITVR XXVIII.

An gratia ſit forma diſtincta realiter à charitate?nam à fide,vel ſpe ſatis certum eſt, eſſe diſtinctam,nam fides, & ſpes manent in peccatore ſine gratia. Secus dicitur de charitate,nam charitas non manet ſine gratia,nec gratia ſine charitate?

RESpondent multi grauiſſimi Theologi teſte *Suarez lib.6.de gratia cap.11.vt ſunt Alonſ.Richard.Durand. Scoto, Maior.Baſsol.Gabriel. Marſ.& Bellarm.non diſtingui gratiam à charitate.*

Scotus Gabriel, *Maior, Durandus, & alij* dicunt tam gratiam, quam charitatem immediatè infundi voluntati.

Alij verò Theologi docent adeſſe diſtinctionem formalem,& ex natura rei inter gratiam,& charitatem;dicũt.n.gratiam eſſe in eſſentia animę, & charitatem in voluntate.ad hanc explicandam ſupponunt potentias animę, non diſtingui realiter ab animà, ſed diſtingui formaliter ex natura rei,ideſt ſecundũ diuerſos, ac varios effectus formales, itaq;dicũt vnam eſſe formam quæ animam Deo gratam reddit, & quę vires dat voluntati ad Deum amandum, & priori ratione eſſe in eſſentia animę, poſteriori autem in voluntate.

Hæc ſententia ſumitur ex ſcriptura, in qua quidquid dicitur de gratia attribuitur charitati,& è conuerſo.vt patet ex varijs locis diuinæ ſcripturæ. Ioa.3.videte qualem charitatem dedit nobis Deus, vt filij Dei nominemur,& ſimus.ad Rom.3.iuſtificati gratis per gratiam ipſius.& cap.5.charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum qui datus eſt nobis.Sap.c.8.ego diligentes me diligo. Ioa.14.ſi quis diligit me diligetur à Patre meo.ad Epheſ.1.elegit.nos in ipſo,vt eſſemus Sancti,& electi in conſpectu eius in charitate.Luc.7.remittũtur ei peccata multa,quoniam dilexit multum.Ioan.4. Deus charitas eſt, & qui manet in charitate in Deo manet,& Deus in eo.

Ratione etiam probari poteſt, quia gratię neceſſitas tota ſumitur ex operatione:Sed gratia quę ſit forma diſtincta à charitate ad nullam operationem neceſſaria eſt, quia ad omnia opera virtutum ſufficiunt virtutes Theologales, & morales infuſæ.ergo.

Præterea ſi gratia,& charitas realiter diſtinguerentur, poſſent à Deo ſeparari, quod non videtur admittendum, aliàs poſſet aliquis,vel ſine charitate eſſe Sãctus,& gratus Deo cõtra illud *ad Cor.13.Si charitatem non habuero nihil mihi prodeſt*; vel è contrario poſſet eſſe gratus,& non acceptus Deo,ſi habens gratiam non haberet charitatem ad ipſum.

Sed communiſſima Theologorum ſententia, & præcipuę *Diuus Thomas lib.3.contra gentes c.150. & 151. quem ſequuntur omnes Thomiſtæ,& etiam Suar. lib.6.de Gratia c.12.* docet Gratiã eſſe formam à charitate realiter diſtinctam. Sed addit difficile eſſe ex ſcripturis, concilijs, aut Patribus oſtendere gratiam eſſe diſtinctam à charitate, quia licèt ſępe dicãt,Santificari nos per Dei gratiam, vel infundi nobis gratiam ſanctificantem, quibus modis ſępius loquitur *Auguſt. lib.1. de gratia Chriſti cap.30.*& alibi,ex hac vero appellatione gratię nihil certum, ac firmum colligi poteſt,quia vox gratię ualde generalis eſt,& de omnibus donis ſupernaturalis propiè dicitur.

Antequam ratione oſtendemus gratiam diſtingui realiter à charitate.

SCiendum eſt,nomine gratię ſantificantis nos intelligere formam quãdam accidẽtalem,quidem in ſe, quia infundi-

ditur animę, & illi inhęret comparatione autem aliarum virtutum infuſarum, ſe habere admodum formę ſubſtantialis, quia non datur tamquam principium proximum alicuius determinatę operationis, ſed ad dandum animę quoddam eſſe diuinum.

His poſitis.

PRobatur ratione, quia Deus non minus cumulate perficit naturam in ordine ſupernaturali, quam in naturali, ſeruata proportione, ſed in ordine naturę ita rem conſtituit, vt primo det illi ſubſtantialem formam, deinde potentias, & virtutes agendi tamquam connexas cum forma, & in eo radicantes; ergo ſimili modo debuit natura ad diuinum ordinem ſubleuari, primò participando diuinam naturam per gratiam quaſi deificantem animam & deinde per virtutes operatiuas ipſi gratiæ tamquam eſſentiæ, & radici cōiunctas.

Præterea prius eſt forma quę dat eſſe, vtiq; ſimpliciter, & quaſi ſubſtantiale, quam quę dat operari ergo.

Hęc ſententia non parum confirmari poteſt ex conſonantia ſcipturarum, *& in primis ex verbis Petri 2.can.c.1.num.4. maxima, & pretioſa nobis promiſſa donauit, vt per hæc efficiamini diuinæ conſortes naturæ. ad Rom.5. Gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei & cap.8. accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum. & 2. Ioan. 3. nunc filij Dei ſumus.* filius autem propius naturalis conſtituitur per propiā eſſentiam, & naturam Patris, filius autem adoptiuus inter homines quidem conſtituitur per extrinſecam acceptationem, ſeu obligationem. adoptio autem Dei eſt longe excellentior, & ideo conſtituitur per intrinſecam formam, quę ſit ſuprema quędam participatio ipſiuſmet naturę Dei, vt talis eſt. Eſt ergo illa forma diſtincta à charitate. nam amor per ſe, & quatenus talis eſt. conſtituit amicum, non filium. *Vnde, & Paul. dicto cap.8. ad Rom.8. ſubin fert. Si filij, & heredes.* non autem ſic inferre poſſet; ſi amici ergo hęredes.

Ad loca ſcripturæ adducta pro prima ſententia.

REſpondetur variè explicari poſſe, & pręcipuè illud remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum nempè intelligi diſpoſitiuè, nam forma, per quam remittuntur peccata alia eſt. illud deniq; qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo, Solum probat, eum, qui manet in charitate, habere Deum in ſe manentem, quia charitas habet vinculum, & connexionem inſeparabilem cum gratia, per quam Deus manet in nobis. ibi autem non dicitur charitatem eſſe ipſum gratiam.

SED PETES

An gratia, & charitas poſſint de potentia abſoluta ſeparari.

REſpondetur *ex Suarez loc. cit. nu. 17. qui citat D. Th. affirmatiuè*, nempe nōn eſſe repugnantiam in huiuſmodi ſeparatione, duobus modis fieri poteſt. Primo infundendo charitatem ſine gratia. Secundo infundendo gratiam, & non habitum charitatis; tunc poſſet Deus per auxilium ſufficiens habitum charitatis ſupplere.

QVAERITVR XXIX.

An actus eliciti à virtutibus infuſis ſint meritorij de condigno ſine peculiari ratione charitatis;

REſpondent multi Theologi teſte *Suarez de gratia lib.12.cap.9.* eſſe neceſſarium, vt ſaltem imperentur à charitate, ad hoc, vt ſint meritorij de condigno, alias non eſſent meritorij, etiam ſi ſubiectum operans ſit prędītus diuina gratia: Sed *Suarez num.4.* oppoſitum docet nimirum actus virtutum infuſarum factos ab homine prędito diuina gratia eſſe meritorios de condigno ſupernaturalis beatitudinis, ex vi ſuę bonitatis, & connaturalis pōderis, ſeu relationis in illum finem abſque alia relatione, quaſi extrinſeca, quę per actum pręteritum, vel pręſentem illis adueniat. vt probari *poteſt ex varijs locis diuinę Sripturę Geneſ.15. credidit Abraam, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Ioan.3. qui habet hanc ſpem ſanctificat ſe.*

Digitized by Google

SED PETES I.

Vtrum actus virtutum moralium acquiſitarum de ſe ſufficiant ad meritum de condigno ſine relatione ſupernaturali ſuppoſito, quod homo operans ſit diuina gratia imbutus.

RESpondeat *Soto de natura, & gratia cap.4.& alij Theologi apud Suarez lib.12.cap.10.* omnes actus virtutum moralium acquiſitarum eſſe meritorios de cõdigno in homine iuſto,etiãſi fiant ſine ſupernaturali relatione, vel motione non ſolum charitatis,ſed etiã cuiuſcunque alterius virtutis infuſæ. Supponunt ſupradicti Theologi ad meritum de condigno non eſſe per ſe, ac ſimpliciter neceſſarium auxilium gratiæ actualis,ſed ſufficere habitualem gratiam,quæ dignificando perſonam dignificat etiam omnes bonos actus eius,& reddit illos gratos, & acceptabiles Deo, ideoque licèt inferioris ordinis ſint, eleuat illos, vt ſint apti ad meritum de condigno, etiam eſſentialis præmij. Vnde quòd Concilia, & Patres dicunt omne opus meritorium eſſe ex influxu gratiæ,putant ſufficienter ſaluari per hunc quaſi moralem influxũ habitus gratiæ in huiuſmodi actus.

Alij verò Theologi negant ſufficere habitualem gratiam, vel charitatem perſonæ,ſed neceſſariũ eſſe, vt aliquo modo per charitatem referantur ita *Caiet. & Capreolus cit.à Suarez.* alia opinio docet ad hoc, vt opus ſit meritorium de condigno,vt ſimul cum virtute morali, concurrat amor Dei, & ad illum moueat, ipſumque in vltimum finem referat.

Suarez verò loc.cit.ſed num 14. & 15. dicunt huiuſmodi actus morales virtutũ acquiſitarum ſint meritorij, non ſatis eſt, quod fiant ab homine grato ſi non fiant ex aliquo motiuo, & imperio *ſupernaturali, vt patet ex ſcriptura, iuxta illud credidit Abraam, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam,*ergo adeſt aliquod motiuum ſupernaturale, nempe fides, vt *Auguſt.* notauit his verbis Abraam ex operibus iuſtificatum eſſe quoniam fides cooperabatur operibus illius.

SED PETES II.

In opinione Suarez quodnam motiuum præter charitatem ſit neceſſarium,vt ſit ſupernaturale,ad hoc,vt virtutes morales virtutum acquiſitarum ſint meritoriæ de condigno ſufficere.

REſpondetur ex *Suarez loc,cit.nu. 21.* ſufficere,vt operetur propter redẽtionem ſuorum peccatorum, propter excellentiam præmij,propter ſpem illius &c. ad hoc,vt poſſit mereri de cõdigno augmentum gratiæ, & conſequenter augmentum gloriæ.

QVAERITVR XXX.

Quos effectus amor Beatificus habeat.

REſpondetur effectus amoris Beatifici eſſe multos,teſte *Dionyſio lib. de diuinis nominibus cap.4. part.1.* primus igitur effectus, eſt ex ecſtaſis. Hoc autẽ dupliciter fieri poteſt.Primo cùm ita affectus,& cogitatio amantis transfertur in dilectum,vt ſui,& rerum ſuarum obliuiſcatur, ſuaque omnia negligat. tũc enim anima cogitatione, & affectu quaſi extra ſe egreſſa tota in rebus dilecti verſatur,vt iam non in ſuo corpore,& in ſe viuere videatur, ſed in dilecto, *& dilectus in ipſa, vt ait Paul. ad Galat.2. Viuo ego iam non ego;viuet vero in me Chriſtus.*

Hic effectus excellenti modo reperitur in beatis;ſic enim cogitatione, & affectu trahuntur in Deum, vt à ſeipſis planè exeant, nihil de rebus ſuis cogitantes, nihil ſibi appetentes, niſi quatenus ad Deum id pertinent,eiuſque gloriæ ſeruire poteſt.

Aeſtaſis huius vitæ fit vi amoris puta cũ ita mens in Deum per contemplationem,& amorem trahitur, vt functiones virium inferiorum,præſertim ſenſuum ceſſent,ſicut homo non videat, nec audiat,nec ſentiat quidquam: & interdũ etiam operatio facultatis vitalis intercipitur,vt vix diſcerni poſſit an adhuc viuat, vt ait *Leſſius tract. de beatitudine cap.12.num.8.*

Sed in Beatis talis Ecſtaſis locum non habet;quia ex imperfectione quodam, & imbecillitate prouenit.Nimirum ex eo quod anima dum per vires Superiores in-

intenſiſſimè circa aliquod obiectum verſatur, non poſſit naturaliter ſimul vti viribus inferioribus, & ratio eſt, vel quia tota eius vis expenditur, & veluti exhauritur circa illud obiectum; vel quia vires inferiores deſtituuntur ſpiritibus ad functiones earum neceſſarias; dũ hi omnes ſurſum trahuntur, vt imaginationi, & cõtemplationi illius obiecti ſeruiant. At in Beatis etſi anima potentiſſimè trahatur in Deum, nihilominus diuino munere, ita corroboratur, vt ſimul perfectiſſimè viribus inferioribus uti poſſit.

Alter effectus amoris eſt vnio amantis cũ dilecto, & transformatio in dilectum. Hic amor Dei ad multas vniones impellit. Primo ad vnionem per crebram cogitationem: cùm enim illum præſentem habere nequeat, aſſiduè quantum fieri poteſt, cogitatione illi adeſt. Vndè qui raró de Deo cogitant, neque eum vbique præſentem conſiderant, eo ipſo oſtendunt, ſe in amore eius parum eſſe feruentes. Secundo impellit ad vnionẽ per obſequium. Hinc ardẽtes Dei amatores ſemper in negotijs Dei verſantur, & ſuis commodis ac honoribus neglectis, ſolum quærunt honorem Dei, ſuaſque omnes functiones ad illum dirigunt, & ſic per eas ſe illi connectunt. Tertio impellit ad vnionem, quæ fit per vitæ ſimilitudinem, & morum imitationem. Hinc Dei amatores charitatis impulſu diuinos mores imitari ſtudẽt: Dei inquam, Charitatem, Patientiam, benificentiam in inimicos, Miſericordiam, Clementiam *iuxta monitum Domini Matth. 5. eſtote ergo perfecti, ſicut, & Pater veſter cæleſtis perfectus eſt.*

Quarto impellit ad vnionem per ſublimẽ contemplationem, per quam quantum fas eſt vitæ mortali, Deo maximè coniungimur. ait *Dionyſ. c.* 1. myſticæ Theologiæ hanc vnionem fieri, ignoto modo, quia non fit contemplando aliquã formam, vel rationem à nobis conceptibilem, vt vitam ſapientiam bonitatẽ, æternitatem &c. ſed fit oblatione omnis formæ conſiderando Deum, omni forma, quæ à nobis animo cõcipi queat, eſſe eminentiorem illam Eminentiam, quia nullo modo à nobis ſub aliqua forma concipi poteſt, vocat ipſum diuinam caliginem, & lucem ſupereſſentialem. Quinto impellit ad vnionem per quandam liquefactionẽ, & demerſionem in abyſſum diuinitatis.

Hunc modum interdum experientur viri ſancti contemplationi dediti, qui etiã, vt ſuum ſenſum exprimant, vtuntur ſubinde quibuſdam loquendi formulis, quæ benignæ ſunt intelligendæ, vt quod amatorij ſpiritus in Deũ altiſſimè ſubleuati liqueſcant, & defluant in cognitã caliginem. amictant ſe ipſos, & perdant in abyſſo diuinitatis: tranſeant in eſſe increatum, ac ideale, in quo fuerunt ab æterno: fiant vna ſimplex beatitudo, vnum æternum amoris incendium cum Deo. Non enim hæc ita recipienda sũt, quaſi per amorem re ipſa amictant ſuũ eſſe creatum, & mutentur in diuinitatem, ſed alio modo, idq; dupliciter. Primo, quod iſta fiant quantum ex vi affectus. Secundó, quod iſta fiant iuxta ſenſum, & perceptionem contemplantium in hac vita. ita enim amore accenduntur, vt ſibi quaſi deficere, & liqueſcere videantur; & ita potenter trahuntur in abyſſum diuinitatis, vt in illam veluti demergi, & abſorberi videantur, adeo, vt ſuum eſſe creatum ibi non ſentiant, ſed ſolam Dei eſſentiam: liquefactio, ſeu defectio per amorem dupliciter fieri poteſt. Primo ratione conſumptionis ſpirituum, per intenſiſſimam, & aſſiduã cogitationem, vel contemplationem rei dilectæ, & vehemens deſiderium, quo aſſiduè ad illius præſentiam adſpirat. Contemplatio enim exhaurit ſpiritus animales; vehemens amor, & deſideriũ cordis, vitales. Hinc ſequitur maxima corporis debilitas, & virium defectus: & ſępè amor poteſt eſſe tam vehemens, vt ſequatur mors, omni ſpiritu nimia cordis dilatatione diffluente. Sic multi putant *D. Virginem vi amoris eſſe mortuam. Hinc ſponſa Cant. 2. fulcite me floribus: Stipate me malis, quibus ſpiritus exhauſti, & laſſi recreentur, quia amore langueo, & cap. 5. anima mea liquefacta eſt, & Pſal.* 118. *defecit in ſalutare tuum anima mea.* Nempe exhauſtis viribus, aſſidue cogitando, & ſuſpirando ad ſalutem, vel Saluatorem quẽ promiſiſti. verum hic modus, & defectus in Beatis locum non habet.

Secundo ratione immenſitatis boni, quod cum vident ſe amando exequare non poſſe quodammodo deficiunt. Dicitur intrare abyſſum diuinitatis, quia per contemplationem, & amorem illã intrant. Qui Deum non videt foris ſtat, immo procul ab illo diſtat, quia Deus ſe habet ad illum inſtar procu

ab:

abſentis. Qui illum clare videt, pręſens illi eſt, neq; hęret quaſi exterius in ſuperficie, ſed intrò ingreditur, ſed in illum abyſſum ſe immergit quantum poteſt.

Dicitur ſe perdere in illa abyſſo ſecundũ ſuum eſſe creatum; & rurſum ſe inuenire ſecundum ſuum eſſe increatum, & ſupereſſentiale, vt loquuntur contemplatiui. ob duas cauſas. Primò, quia ibi primum vident ſe inſtar nihili ad illud immenſum pelagus eſſentię, vt loquitur *Gregor. Nazianzenus orat. in natalitia*, neq; in illius comparatione ſe habere quidquam amore dignum. Secundo quia eſſencia diuina, cùm ſupra omnia ſit infinitè eleuata, ceſſat omne eſſe creatũ, & omnis formarum diſtinctio; ac proinde in eſſentia diuina nulla cernitur creatura, quia tamen omnis natura creata ibi eſt ſecundum eſſe increatum cauſale, & exemplare, omnia ibi inueniuntur pręſtantiori modo, quàm ſint in ſeipſis, & hoc modo dicitur quis redire ad ſuum exemplar ſuumq; eſſe ideale, & in illud transformari vi amoris, & contemplationis.

QVAERITVR XXXI.

Vtrum iuſtificatio impij ſit maſſimum opus Dei; ratio dubitandi eſt, quia creatio, & glorificatio videtur ſuperare iuſtificationem.

Reſpondetur affirmatiuè, nempe iuſtificationem impij eſſe maximum opus Dei, vt habetur Pſ. 144. miſerationes eius ſuper omnia opera eius, & in collecta dicitur Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maximè, & miſerando manifeſtas, & *Auguſt. dicit exponens illud Ioan.* 14. maiora horum faciet, quod maius eſt, vt ex impio iuſtus fiat; quàm creare Cœlum, & terram, & rationem aſſignat *D. Th.* 1. 2. *q.* 113. *art.* 9. quia iuſtificatio impij terminatur ad bonum æternum, creare verò Cœlum, & terram eſt tantum bonum intra ordinem naturæ, & tranſitorium, vt ita dicam, iuxta illud Cœlum, & terra trãſibit. Quoad donum gloriæ beatificantis iuſtum licèt ſimpliciter, & abſolutè ſit maius donum, quàm iuſtificatio impij, tamen quãtitate proportionis maius eſt donum iuſtificatio impij, quàm glorificatio iuſti, quia plus excedit donum gratiæ dignitatem impij, qui erat dignus pœna, quam donum gloriæ dignitatem iuſti, qui ex hoc ipſo, quod iuſtificatus, eſt dignus gloria, & ideo Auguſtin. dicit ſic iudicet, qui poteſt vtrum maius ſit iuſtos Angelos creare, quàm impios iuſtificare; certè ſi æqualis eſt vtrique potentiæ, hoc maioris eſt miſericordiæ. Hæc Auguſt. & ſic patet ad rationem dubitandi.

SED PETES

Vtrum iuſtificatio impij ſit miraculoſa?

Antequam reſpondeam.

Secundum eſt ex *D. Th.* 1. 2. *q.* 113. *art.* 10. quod in operibus miraculoſis tria conſueuerunt inueniri. Quorum vnum eſt ex parte potentiæ agentis: quia ſola virtute diuina fieri poſſunt, & ideo ſunt ſimpliciter mira, quaſi habenti a cauſã occultam, & ſecundum hoc tam iuſtificatio impij, quàm creatio mũdi, & vniuerſaliter omne opus, quod à ſolo Deo fieri poteſt, miraculoſum dici poteſt. Secundo in quibuſdã miraculoſis operibus inuenitur, quod forma inducta vt ſupra naturalem potentiam talis materię: ſicut in ſuſcitatione mortui, vita eſt ſupra naturalem potentiam talis corporis, & quantum ad hoc iuſtificatio impij non eſt miraculoſa: quia naturaliter anima eſt gratię capax. eo .n. ipſo quod facta eſt ad imaginẽ Dei, capax eſt Dei per gratiam vt ait Auguſt. Tertio modo in operibus miraculoſis inuenitur aliquid pręter ſolitum, & conſuetum ordinem ac cauſãdi effectum: Sicut cum aliquis infirmus ſanitatem perfectam aſſequitur ſubito pręter ſolitum curſum ſanationis quę fit à natura, vel arte.

His poſitis.

Reſpondetur ex *D. Th. loc. cit.* quod iuſtificatio impij quandoq; eſt miraculoſa, quandoq; non, eſt. n. iſte communis & conſuetus curſus iuſtificationis, vt Deo mouente interius animam homo conuertatur ad Deum. primo quidem conuerſione imperfecta, vt poſtmodum ad perfectam deueniat: quia charitas inchoata meretur augeri, vt antea mereatur perfici. ſicut Auguſt. dicit. Quãdoq; verò tam vehementer Deus animam mouet, vt ſtatim quandam perfectionem

ctionẽ iuſtitię aſſequatur, Sicut fuit in conuerſione Pauli, adhibita etiam exterius miraculoſa proſtratione, & ideo conuerſio Pauli tamquam miraculoſa in Eccleſia commemoratur.

QVAERITVR XXXII.

Vtrum homo poſſit diù abſtinere à peccato mortali ſine gratia habituali.

RESpondetur ex *D.Th.*1.2.*q.*109.*art.*8.quod quamuis homo in ſtatu naturè integrę potuiſſet ſine habitualis gratię dono,nec mortaliter, nec venialiter peccare,in ſtatu tamẽ naturę corruptę,non valet ſine habituali gratia diu à mortali peccato abſtinere, &ſi à venialibus cauere poſſit iuxta illud Gregor.ſup.Ezechiel peccatum quod mox per pęnitentiam non dicitur, ſuo pondere ad aliud trahit.poteſt vero ſine gratia habituali ſingula peccata mortalia vitare, & ſecundum aliquod tempus,quia non eſt neceſſe quod continuo peccet in actu,ſed quod diu maneat abſq;peccato mortali eſſe non poteſt vt dictum eſt.

SED PETES.

Vtrum ille,qui iam conſecutus eſt gratiam habitualem per ſe ipſum poſſit operari bonum & vitare peccatum abſq; auxilio gratiæ.

RESpondetur ex *D.Th.loc.cit.art.*9. negatiuè,nempe egere auxilio Dei pręter gratiam habitualem. ita prius docuit *Auguſt.lib.*de natura,& gratia, & ſic ait ſicut oculus corporis pleniſſimè ſanus niſi candore lucis adiutus, non poteſt cernere,& ſic,& homo perfectiſſime etiam iuſtificatus niſi ęterna luce iuſtitię diuinitus adiuuetur, recte non poteſt viuere, & hoc propter duo. primo quidem ratione generali,quia nulla res creata poteſt in quemcunque actum prodire niſi virtute motionis diuinę,Secundo ratione ſpeciali propter conditionem ſtatus humanę naturę,quę quidem licet per gratiam ſanetur quantum ad mentem remanet tamen in ea corruptio, & infectio quantum ad carnem, per quam ſeruit legi peccati,vt dicitur ad *Rom.*7.

*Carbonius lib.*1. *tom.* 3.*fol. mihi* 95.55. quantum dictum,docet non ſemper eſſe neceſſariam priuatam motionem Dei ad eliciendos actus fidei reſpectu habentis gratiam habitualem, ſed eſſe neceſſarium auxilium Dei pręter gratiam habitualem in quibuſdam actibus difficilioribus.fatetur,verò alios Theologos oppoſitum docere. Nam ſicut in naturalibus non ſatis eſt, quod Deus dederit formam, ſed opus eſt concurſu Dei ordinario,& naturali; ita in ordine ſupernaturali non ſatis eſt vt detur forma ſupernaturalis,ad agendum,ſed opus eſt motione ſupernaturali; iuxta illud ſcripturę.in ipſo.n.viuimus mouemur,& ſumus.

QVAERITVR XXXIII.

An homini diſpoſito ad fidem,detur habitus fidei ante baptiſmum, & ſine gratiæ infuſione?

RESpondetur affirmatiuè. & probatur tum ex *Auguſtino lib.de fide,& oper.cap.*21.vbi docet cathecumenum, etiam concubinarium poſſe habere fidem,& in *Concilio Arauſicano,& Trid. ſeſſ.*6.*cap.*6.definitur.nos per fidem diſponi ad baptiſmum: Pręterea homo ante baptiſmum,ſine gratia infuſa poteſt vere inuocare Deum: ergo, & credere, cum ex *Paulo ad Rom.*10.nemo poteſt inuocare eum,quẽ non credidit.
Probatur ratione homini ſufficienter diſpoſito ad gratiam,datur gratia, etiam ante baptiſmum: ergo diſpoſito ad fidem dabitur fides, fides inquam habitualis etiam ante baptiſmum, quę datur ad actus producendos.vnde bene dicit *Carborius tom.*3.*fol.mihi* 100. §. quintum dictum, quod quamuis tres virtutes Theologicę deberent ſimul infundi: tamẽ ex accidenti fieri poteſt vt non ſimul infundantur.

Ex his.

COlligo quod cathecumenus ante baptiſmum poteſt habere fidem, ſpem,& charitatem, & conſequenter gratiam, quę non poteſt ſeparari à charitate,licet à fide,& ſpe ſeparari poſſit, etiam per modum habitus ante baptiſmum,Si ad illas medio diuino auxilio ſe diſponit.Vnde in hoc caſu per accidens Sacramentum baptiſmi non tollit peccatum nec producit virtutes Theologales per modum habitus, ſed dico

ego

DE MISCELLANEIS THEOLOGICIS.

QVAERITVR I.

Vtrum ſtatus iuſtitiæ originalis in homine, puta ante peccatum Adæ ſit magis deſiderabilis, ac vtilis homini, quam ſit hic ſtatus naturæ lapſæ per peccatum Adæ, ſed reparatus per Chriſti paſſionem.

Antequam reſpondeam.

PRimo Sciendum eſt in ſtatu innocentię ſiue ante peccatum Adę, quod erant extrinſeca motiua, & incitamenta ad peccandum, & ad perpetrandum peccatum, quod eſſe poterat in illo ſtatu, puta peccatum inobedientię, & ſuperbię, vt de facto contingit quando Adam peccauit, tũc. n. non ceſſaſſet inuidia ſpiritualium inimicorum ſuper cęleſtia, nam inuiderent hominibus innocentię cuſtodiam, & eo magis curarent eos ab innocentię faſtigio deijcere, quanto periculoſiorem agnoſcerent eſſe caſum.

Fateor vero quod ſtatus ille innocentię, non erat expoſitus periculo tantorum criminum immediatè, & primario, quã eſt noſter hic ſtatus naturę corruptę.

Dixi primario: quoniam poſtquam quis originalem iuſtitiam per peccatum ſpirituale deperderet, continuo remaneret expoſitus ſenſualibus, etiam vitijs. vt contingit primis parentibus, qui mox vt in ſuperbiam fuerint elati, eſſe ſicut Dij ſtulti appetierunt, & in gulæ inci derũnt peccatum de pomo ſibi vetito comedentes.

Pręterea fateor, quod in ſtatu innocentię tantum ab extrinſecis inimicis hominibus tunc imminebat periculum peccandi, non autem intrinſecè intra ſe ipſos puta ex paſſionibus. uerum fatẽdum eſt quod neq; intra ſemetipſos in ſtatu innocentię habebant ſecuritatem non peccandi. Nam & ſi iuſtitia originalis rationi erga inferiora compeſcenda magnum homini pręſtitit vigorem: at erga ſuperiora, id non valuit efficere.

His poſitis.

REſpondetur ex Aſtaricenſe de gratia habituali Chriſti q. 6 §. *ſed iam vlterius*, quod maius bonum aduenit humanę naturę ex permiſſione peccati Adę quam ſi illud non permiſiſſet. nam ſi Adam non peccaſſet, Deus non aſſumpſiſſet humanã carnem, neq; adoptionem, vnde concludit dictus autor, quod in ſtatu naturę elapſę ex Chriſti meritis pręſtantiorem habemus gratiã non ſolum intentione, ſed etiam extenſione ſine qua multo pauciores ſaluarentur homines, etiam ſi innocẽtię ſtatus perſeueraſſet, quàm ſaluantur in hoc ſtatu naturę corruptę, Chriſti tamen ſanguine reparatus.

Fauet huic ſententię *Cyrilus Alexandr. lib. 5. Theſ. 1. 8. ita inquit. pręuidit Deus peccatorum hominem, & in mortem caſurum, prauidit etiam conferentia generi eius, & quomodo reuocaretur, & ad immortalitatem rediret. ideo quaſi radices huius ſpei in filio ſuo nobis depoſuit, per quem ad adoptionem vocauit &c.*

Fauet illud quod canit Eccleſia ò fœlix culpa, quę talem meruit redemptorem, ac proinde reſpondeo, quod magis deſiderabilis, ac vtilis fuit nobis permiſſio peccati cum tanto beneficio collato ex paſſione Chriſti, quam ſtatus innocentię. nec nos complacere poſſumus de peccato Adę, ſed letari poſſumus de ipſo aduenta bono nobis ſubſecuto. Addit Aſturicenſis quod poſſumus letari de permiſſione, qua Deus ipſum permiſit peccatum originis, quia illa permiſſio bona fuit, & nobis vtilis. citat *Auguſtinum* qui hęc verba protulit, *niſi nam non fuiſſet, miſeria.*

Fauet deniq; quod canit Eccleſia in quadam oratione quæ dicitur die Sabbathi Sancti ante decimam prophetiam. intelligant redempti tui, non fuiſſe excellentius quod initio factus eſt mundus, quam quod in fine Seculorum Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus.

Digitized by Google

INDEX SECVNDVS.

A

Arca de qua materia fuit conſtructa, & quo modo, à quibus, & quanto tẽpore ſit ædificata, an in antea fuerint tabulata, ſeu conſignationes, quot homines ingreſſi fuerunt in arcam, & an animalia irrationabilia q.14.fol.6.§.1.2.3.& 4.& q.15. fol.7.& 8.per totum.

Abyſſus quid ſignificat fol.10.§ petes 10. quid ſignificent illa verba rupti ſunt omnes fontes abyſſi ibidem.

Arca vbi poſita fuit poſt diluuium fol.12.§. petes 21.

Arca quanta pars demerſa fuerit àquis fol. 12.§.petes 23 in Arca dicitur fuiſſe apertam fineſtram Geneſ.8.quid intelligitur per fineſtram fol.12.§ petes 24.dimiſit Noe Coruum, & Columbam quod ſignificèt, vt videret, ſi ceſſaſſent aquæ quid ſit ſenſus hòrum verborum fol.12.& 13.§. petes 24.& 25.in Arcam quando Noe eſt ingreſſus, vir dicitur Geneſ.8.egredere de Arca tu, & vxor tua, & filij tui &c.& cur aliter in ingreſſu fuit præceptũ à Deo fol.14.§.petes 28.

Adam & Cain, an ſint Salui fol.25. §.petes 1.& 2.

Actus, an poſſit eſſe bonus, & malus q.8.fol. 48.

Actus interior, & exterior, an ſint duo peccata q.9.fol.49.

Actus exterior an addat aliquid bonitatis, vel malitiæ fol.49 §.ſed petes actus interior, & exterior in bonis ſint duo merita q.10.fol.49.

Angeli, an habeant liberum arbitrium fol. 59 ſed petes.

Amor, an ſit in Deo, an Deus omnia amet, an æqualiter diligat omnia, an Deus ſemper diligat meliora fol.68.vſq; ad § petes 3.

Anima ſeparata, an aliquid poſſit intelligere an intelligat ſubſtantias ſeparatas, an cognoſcat naturalia, quid de Angelis, an remaneat in anima habitus ſcientiæ acquiſita fol.69.vſq; ad §.petes 3.

Animæ ſeparatæ, an diſtantia localis impediat cognitionem, an cognoſcat ea, quæ hic aguntur quid de Angelis fol.70.§ petes 4.& 5.

Amor beatificus quid ſit, & quænam eius ſunt cauſæ fol.70.an viſio concurrat effectiue in amorem ibidem ſed §.difficultas.

Amor beatificus quos effectus habet q.30. fol.76.

B

Boni ratio, an ſit abſoluta, an reſpectiua q.3.fol.46.

Bonum, an ſit cauſa mali, an malum ſit aliqua poſitiua natura q.4.& 6.fol.47.

Ad bonum habilitas, an corrumpatur per malum culpæ q.6.fol.48.

Bonus, & malus an poſſit eſſe idem numero actus q.8.fol.48.

C

Carnis eſus ante diluuium, an erat licitus, & cur poſt diluuium fuit licitus eſus carnium q.17.§. petes 1. fol. 17.& 18.

Cælum, & Aſtra, an ex ſcriptura ſacra, cõſtat eſſe incorruptibilia. Cælorum figura, an ſit rotunda. quot ſunt Cæli. à quo mouentur Cæli. an Cæli & Aſtra ſint animata. q. 1.2.3.4.& 5.fol.39.& 40.

Cælum, an ſuo influxu producat metalla, & cætera corpora inanimata. an etiam non ſit ſolum cauſa vniuerſalis, ſed etiam particularis imperfectorum animalium, quæ generantur ex putri materia. & an dicta animalia ex putri materia ſint eiuſdem ſpeciei cum animalibus eiuſdem nominis ex ſemine productis q.17.fol.62.§.petes 1.& 2.

Cæleſtia corpora, an habeant aliquem influxum circa futuros euentus caſuales q.19. fol.63.

Cælum an agat in hæc inferiora, & quomodo q.20.fol.63.§.ſed petes.

Cæleſtia corpora, an influant in intellectum, & voluntatem noſtram fol.64.ſed petes.

D

Diluuium, quando contingit q.1. fol.1. ante diluuium quot homines fuerunt multiplicati q.2.fol.1.

Diluuium ob quod peccatum fuit miſſum à Deo q.3.fol.1.& fol.407.

In diluuio, an omnes qui perierunt, ſint dam-

Digitized by Google

damnati q.13.fol.5.

Diluuium quo anno, & menſe fuit à Deo miſſum fol.9.§.petes 6.

Diluuium quando inceptum fuit quam ætatem habebat Noe, an Noe ingreſſus ſit in Arcam quãdo inceptum eſt diluuium fol. 9.§.petes 7.& 8.

Diluuium, ex quibus cauſis ſit ortum fol.10. §.petes 9.

Diluuij tempore dicitur Geneſ.7.quod omnes montes fuerunt oporti aquis ſub vniuerſo Cælo, de quo Cælo intelligitur aereo an ſydereo fol.11.§.petes 14.

Diluuium quanto tempore durauerit, terram occupans fol.11.§.petes 15.poſt diluuium Noe, an fuerint alia fol.11.§.petes 16 recordatus eſt Noe cunctorumq; armantium &c.Geneſ.8.quid ſit ſenſus horum verborum.ibidem § petes 17.in diluuio quãdo ſunt immunitæ aquæ quando facta eſt occluſio fontium quo menſe, & quo die caperit fieri decrementum diluuij. poſt diluuium Arcà vbi fuit poſita fol.12.§.petes 18.19.20.& 21.in diluuio calumina au montium, quando apparuerunt fol.12. §.petes 22.in diluuio.

Diluuium quo anno ceſſauit, quantum durauerit, & quamdiu Noe remanſerit in Arca ſolo 13.§.petes 26.& 27.

Diluuio completo, an Noe ædificauerit altare Domino fol.14.§ petes 29.& an poſt illud futurum ſit aliud §.petes 30.

Deus, an poſt diluuium benedixerit Noe, & filijs eius q.17.fol.16.

Deus cur benedixit Sem, et quam pænam dedit chanaan q.27.fol.25.

Deus genuit Deum, an poſſit dici, an Deitas genuit Deitatem q.1.fol.45.

Deus, an habeat liberum arbitrium q.14. fol.58.an Angeli habeant fol.59

F

Filios Dei filios hominũm in Geneſ. c. 6.quid ſignificet q. 4.fol.1. & ly non permanebit ſpiritus meus in æternũ quid ſignificet q. 5.fol.1. ly eruntq; dies illius centum viginti annorum. quid ſit eius ſenſus q.6.fol.2.& 3.

Filij Noe quot fuerunt ante, & poſt diluuiũ, & cur dicitur Geneſ.cap.9.Moſes nominans Cham.ſubiunx erit filium eius Chanaam, dicens porro Cham ipſe eſt Pater Chanaam q.10.fol.19.

Filius Dei, an habeat eſſentiam à ſe ipſo.an de Patre poſſit dici quod habeat eſſentiam à ſe ipſo fol.58.§.petes 3.& 5.ſed inſtabis.

Fidei, ſpei, ac charitatis habitus, infundi cum gratia, an ſit de fide q.27.fol.73.an ſupradicti habitus non ſolum dent potentiam ad operandum, ſed etiam facilitatem. ibidem § petes.1.an tres habitus virtutum Theologalium, an quatuor ſint admittendi fol.74.§.petes 2.

Fidei habitus, an detur, ante baptiſmum ſine gratia.vide verbo habitus.

G

Igantes erant ſuper terram Gen.c.6. quid ſit eius ſenſus q.7.fol.3.

Generatio ad intra in diuinis, an ſit ſolùm ad perſonam, an etiam ad eſſentiam fol. 58.§.petes 4.

Gratia vitæ, an augeatur per actus remiſſos q.26.fol.7.an augentur ſolum per actus charitatis, an per alias virtutes, & an aliæ virtutes poſſint augeri abſq; eo quod augentur gratia fol.71.§.petes 1.& 2 an poſſint infundi habitus fidei, & ſpei ſine gratia ibidem gratia.& charitas, an poſſit eſſe intentior, quam fides, vel ſpes fol.72. §.petes 3.

Gratia, an ſit forma diſtincta à charitate fide, ac ſpe q.28.fol.74.an de potentia abſoluta poſſit gratia ſeparari à charitate fol.75. §.petes.an ſine charitatis ratione alij actus eliciti virtutum infuſarum poſſint eſſe meritorij de condigno q.29.fol.75.& 76. Sine gratia habituali, an poſſit homo diu abſtinere à mortali q.32.fol.79 gratiam, qui eſt conſecutus, an poſſit ſine auxilio gratiæ actualis per ſe ipſum operari bonum.55.§.ſed petes.

I

Omines ante diluuium an erant omnes mali, & numquam operari ſunt bonũ q.8.fol.3.& explicatur verba Geneſis c. 6.nempe ly cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum.explicatur quid ſignificent illa verba penituit eum, quod hominem feciſſet in terra q.9.fol.4.ly delebo hominem quem creaui.quid ſignificet q. 10.fol.4.

Henoch vbi erat tempore diluuij fol.7.§.petes 5.

Hypoſtaſes diuinæ, an poſſint dici tria indiuidua, an tres ſubſtantiæ fol.57.§.petes 1. & 2.

Habitus fidei, an detur homini diſpoſito, ante baptiſmum, & ſine infuſione gratiæ q. 33.fol.79.

Iris

Digitized by Google

SECVNDVS

IRis,ſeu arcus cæleſtis cur poſt diluuium in Cælo apparuit,an ſit ſignũ pacis,& quod in poſterum non erit amplius diluuium, & quoties apparebit,an ſit ſignum omnino voluntarium,ſeu ad placidum.q.19. fol.18.& 19.

Incendium Sodomæ,& Gomorræ quodnam fuerit,an vera fuerit pluuia ignis,quod damnum intulit,quod tempus durauit. quot Ciuitates fuerunt euerſa quanta fuit incẽdio exurta regio illius terræ Sodomæ.quot fuerunt homines interfecti.an omnes fuerint dãnati medio incendio q.5. 6.7.8.& §.petes 1.& 2.fol.27.28.&,29.

Inceſtum,an cõmiſerint filiæ Lotb habendo rem cum Patre.vide verbo Lotb.

In incendio Sodomæ,quis orauit pro eis Abraam,an alius,& quot fuerint iuſti in illa regione,an decem perſonæ.quibus Deus non miſiſſet talem pœnam,ſi fuiſſent iuſta inuenta. & an ſemper Deus parcat quando adſunt decem perſonæ iuſtæ in aliqua communitate fol.31.§.petes 8.cur Deus non ſit flexus precibus Abraæ ad ignoſcendum ſodomitis fol.32.§.petes 9.

Imagines Sanctorum,an ſint venerandæ ſolum in ordine ad prototypum q.11.fol. 50.

Imagines quo genere adorentur fol.50.§ petes.1.

Imago Crucis an ſit adoranda, & qua adoratione. an ſepulchrum Chriſti, an columna,an lancea &c.fol.51.§.petes 2.& §.obijcies fol.52.

Imago crucis,quæ in fronte, vel in aere pingitur ſit ſacrum fol.52 §.petes 3.

Imago crucis qui ſunt effectus an habeat vim ex opere operato fol.53.

Imago Chriſti,& Sanctorum quomodo eſt adorarunt,& an in lege veteri aderat adoratio Sanctorum fol.53.& 54.

Inter imaginem, & idolum quæ differentia eſt.an liceat imagines facere, & habere fol.54. §.petes 4.quot ſunt modi adorationis ibidem.

Intellectus noſter,an intelligat per conuerſionem ad phantaſmata q.16.fol.60.quid de anima beata ibidem § ſed petes,vt intellectus noſter in hac vita,intelligat, quæ neceſſaria ſunt fol.61.§.petes 2.

Iuſtificatio impij,ſit maximum opus Dei,an ſit magis,quam creare Cœlum,& terram. an ſit opus miraculoſum q.31.fol.78.§. ſed petes.

Iuſtitia originalis ſtatus in homine ante peccatum Adæ,an ſit magis deſiderabilis, ac vtilis homini, quam ſit hic ſtatus naturæ lapſæ q.35.fol.81.

L

LOth cur Deus vetuit,vt retro non reſpiceret dum iret ſegor cauſa euadendi incendium Sodomæ, & Gomorræ cur puniuit peccatum inobedientiæ nempe, vt verteretur in ſtatuum Salis vxoris Loth. & quando,& vbi fuit vxor Loth conuerſa in ſtatuam ſalis q.1.2.3.& 4.f l 26.& 27.

Loth,an peccauerit quando diſceſſit à ſegor, & iuit ad montem ne ignis Sodomæ noceret ei fol.29.§ petes 3.

Lotb filiæ committendo incertum cum Patre Ebrio,an peccauerint, an Lotb peccauerit peccato ebrietatis,et an ſenſerit concubitũ filiarum, ita vt peccauerit habendo rem cum ſuis filiabus fol.29.& 30.§.petes 4.et 5.

Loth an peccauerit offerendo filias ſuas Sodomitarum libidini fol.30.§.petes 6.

Lux,an ſit qualitas,an forma ſubſtantialis, an habeat eſſe intentionale fol.65. §. petes 2.

M

MIracula facta à Chriſto Domino ergà laborantes aliqua corporali ægritudine,an contulerit etiam eis gratiam habitualem q.17 fol.61.

N

NOe an fuerit iuſtus q.11.fol.5.et explicatur in quo conſiſtit ſtatus perfectus in hac vita.ibidem.

Ad Noe fuit dictum à Deo. finis vniuerſæ carnis venit coram me &c.& ego diſperdam eos cum terra quid ſignificet hæc verba geneſ.c.6.q.12.fol.5.

Noe ingreſſum eſſe in Arcam in articulo diei illius Geneſ 7.quid ſignificent hæc verba fol.10.§ petes 12 concluſit eum Dominus deforis quid ſignificent ibidem §.petes 13.

Noe,an exercuerit agriculturã poſt diluuium, & an plantauerit vineam q.21 fol.20.

Noe Ebrietas,an fuerit peccaminoſa q.22.fol. 20.quid ortum fuit ex ebrietate Noe.an oſtendenderit virilia dũ erat Ebrius.Cham vidit,& nunciauit duobus fratribus Sem, & Iaphet; qui impoſuerunt pallium ſuis humeris cur fuit appellatus Cham filius minor. cur non fuit maledictus Cham ex aſpectione verendorum Noe, ſed tantum Chanaan filius Cham q.24.25.& 26 fol.21. & 22.de Noe Chronologia fol. 23.

Phe-

I N D E X

P

PHenix, an ſit ingreſſa in arcam, an ſit auis ſingularis ſine coniuge, an coitu concipiatur, vel partu generetur, an reſurgat fol.q.5.petes 5.& fol.62.5.petes 3.

Pluuia facta eſt ſuper terram quatraginta diebus, & quatraginta noctibus Geneſ.7. quid ſignificent hæc verba fol.10.5.petes 11.

Pueri qui mortui ſunt cum ſolo originali, an doleant de carentia viſionis.q.2.fol.45. & 46.

Pœna omnis, an inſit propter aliquam culpam q.7.fol.48.

Peccato mortali remiſſo quoad culpam, an implicet quod non ſit remiſſum quoad pœnam fol.60.q.15.

R

REliquiæ Sanctorum vnde habetur quod ſint veneranda q.12.fol.55.

Reliquiæ Sanctorum, quæ dicantur, vt poſſit ijs debitus honor præſtari fol.55.5.petes

Reliquiæ quæ adſunt Chriſti Domini fo.55. petes 2.

Reliquias Sanctorum habere quid ſit vtilitatis fol.56.5.petes 3.

S

STellæ, an ſint innumerabiles. an moueantur per ſe immotis orbibus. an ſint naturæ igneæ q.6.7.& 8.fol.41.

Stellæ, ſeu aſtra, an ſint ſigna rerum futurarum, an diuinatio quæ fit per aſtra ſit contra diuinam Scripturam fol. 42.q.1.& 5. petes 1. an cometæ ſint ſigna alicuius euentus fol.44.5.ſed dices.

Sodomam, & gomorrā ob quæ peccata Deus puniuit fol.407.5 petes 2.

Syndereſis quid ſit, an differat à dictamine rationis, an à conſcientia, & quid ſit conſcientia quid humana ratio an.

Syndereſis peccare poſſit, an poſſit extingui q.34.5.petes 1.2.& 3.fol.80.

T

TVrris Babel à quo ædificata fuit quod tempus fuit elapſum à diluuio vſq; ad ipſam ædificationem. poſt diluuium vbi habitauerūt, ex qua materia fuit ædificata, quanta fuit eius altitudo q.1.2.3. fol.33.& 34.

Turris Babel propter quem finem fuit ædificata. cur Deus linguas confuſit, an fuerit euerſa. qui homines poſt diuiſionem linguarum remanſerunt in illa Ciuitate.& qui iuerunt alibi habitare, & poſt confuſionem linguarum, & vbi.& quid ſit confuſio linguarum, & quomodo facta ſit, an lingua hebræa, ante confuſionem linguarum fuerit in vſu omnium hominum, incipiendo ab exordio mundi, quot fuerunt linguæ multiplicatæ, an proceſſu temporis aliqua de illis linguis omnino perierit, & an illæ linguæ fuerint matrices aliarum linquarum poſt id temporis vſq; in hanc diem fol.36 5.petes 1. 2.3.4.5.6.7.& 8.fol.38.

In Trinitatis myſterio quibus vocibus vtimur q.13.fol.56.

V

VElle Dei, an ſit ex neceſſitate, an ſit aſſignare aliquam cauſam voluntatis Dei. an ſemper impleatur voluntas Dei, an ſit diſtinguenda in Deo voluntas ſigni à voluntate beneplaciti fol.66.& 67.q.21.vſq; ad 5.petes 4.

Vita, an ſit quædam operatio fol.65.5 petes 1.2.

Vita, an omnia ſint in Deo fol.65.5 petes 3.

Vita hominis ante diluuium cur fuit tam longa. vtrum anni quos vixerint homines ante diluuium fuerint pares noſtris. cur nemo ante diluuium, attingerit milleſimum annum q.1.2.& 3.fol.24.

Viuere an ſit rerum omnium rerum naturalium q.20.fol.65.

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

6-4

Digitized by Google